


Handwritten label with the following text:
A
3
100
25-166

1942-12-12
Nº 1
25-166



del Coll. de la Comp. de 1788. de Granada B

**HIERONYMI
OSORII LVSITANIE
SILVENSIS IN ALGAR-
BIIS EPISCOPI**

**DE REBVS: EMMANVE-
LIS, REGIS LVSITANIAE IN-
VICTISSIMI VIRTUTE ET AVSPI-
cio, annis sex, ac viginti, domi forisque ge-
stis, libri duodecim.**

**AD HENRICVM PRINCE-
pem, regis eius. F. Cardialem.**

*ADCESSIT HVIC POSTREMAE EDI-
tioni; IO. METELLI Sequani I. C. Epistola, ad ANT.
AVGVSTINVM, Episcopum Herdensem: qua reper-
tam ab Hispanis & Lusitanis navigationem, in Orientis
& Occidentis Indiam, & Populorum eius mores, ac
ritus, paucis comprehendit.*

Porro; adiectus est, praeter marginis nota-
tiones, locupletissimus rerum &
verborum index.

COLONIAE AGRIPPINAE

Apud Haeredes Arnoldi Birckmanni

Anno M. D. LXXVI.

Cum gratia & privilegio Caesareae Maiestatis

I. O. METELLVS SE-
QVANVS, I. C. ANTONIO AV-
GVSTINO, EPISCOPO ILER-
DENSI. S. P. D.



DECIMVS nunc annus agi-
tur Augustine: ex quo, tu Tri-
dento in Hispaniam, post habi-
tum Concilium, profectus ego
verò in Vbijs agens: tu, neque
iteras ad me dedisti: neque vi-
les ego ad te misi. Non quidd
pe non optarim te, meis de
rebus, ac vitæ statu, certior em facere: aut tu certe, ni fal-
lor, ad me scribere nolueris. Sed quod, inibi tam longinquis
itineribus à vobis disuncto idoneorum hominum, quibus ti-
bi tuto reddendas traderem, facultas defuit. Et ego occa-
sionem mihi præbitum iri sperabam: me, istuc, Hispania
saltem videndæ causâ, conferendi tecumq; coram collo-
quendi. Minime tamen dissiteor æquum fuisse te, à me,
expleri frequentibus epistolis debuisse: quem omni beneuo-
lentia genere, id quod perpetuo testabor, cumulaueris. Ac
porro, sic ad se clares meæ fuerunt: ut iacentes, consilijs e-
rigi tuis valde potuerint. Sed, si hoc silentij peccatum excu-
sari potest: ego ita tui memoriæ in animo desixi meo: ut
mihi tu absens, nõ secus ac presens, ob oculos perpetuo ver-
seris. nec enim, tot merita in me tua nisi plane, quod ego
perhorresco, sim ingratus vlla apud me temporum longin-
quitas delebit. Illustris autem tua virtutis, egregie ieta-
tis, & recondita per celebri, quæ doctrina tua: num ego, ut

maximè velim obliuisci queam? Iste autem meus in te amor, vel potius obseruantiæ ep firmiores radices, vt scis, egi: quod ab eo tempore, quò primum in Italiam per adulescens ad Alciatum, iuris Ciuilis per discendi causa, veni: ego Bononiæ, suauißima illa cõsuetudine tua, integros annos quinque sum vsus. & alteris decem, apud te vbi tu, Roma, in Duodecim viram, Sacris litibus iudicandis collegiit auctoritate Caroli Quinti Cesaris, cooptatus esses: cõiunctissimè vixi. Vnã porro Florentiæ fuimus, cum Digestorũ Quinquaginta libros, apud clarissimum doctissimũq; virum, Lulium Taurellum, ex vetustis Iustiniani Pandectis illis emendaremus: ac deindè Venetijs, vbi collectas in aliquot capita, præcipuas illas castigationes, tribus libris explicatas ederes. Vrbe Roma demum ad Philippum Regem missus es, in Britanniã Legatus. & tunc ego tecum fui. Sed discesserant dum ad Ferdinandum Romanorum Regem: quod ab Imperij Septemviris eligendus Imperator, Ordinum consensu, fore legationem obires. Absit denique, quum in Siciliã à Philippo Rege quo corrupta quedam iudicia reformares: mittereris. Te enim in urbem reuerso: ego apud Belgas, in Philippi Regis Aula, basi. Iure igitur, totius eius temporis, quo simul tot annis fuimus: & cõmuniũ nostrorum illorum studiorum crebra recordatio longè mihi semper gratissima contingit: eamq; vt animum subit meum, agrè, propter amorem tui, possum deponere. Cum verò, eos tu, quos propter singularem virtutem, Bononiæ diligebas, mihi quoque familiares reddere consueuisses: tum te, vnum ex omnibus, quem vt plurimã facerem, hortabare, Hieronymum Osorium Lusitanum, mihi vehementer commendasse memini. Erat enim artibus eloquentiæ quibus etiam deditus eras: tum philosophiã

Theolo-

Theologiæque studijs: cum primis excultus. imò, ijs doctrinis iam tum excellerebat. Hunc virum, vt tum non modo totos duos annos ego nossem, præstitisti: sed etiam: vt & ego & Calcena noster Hieronymus, vir moribus, ingenio, & humanitate, præclaris: cum eo per familiariter viueremus, effecisti. Itaque: ex diuturna cõsuetudine, eximias eius illas virtutes, à quibus hominem tantoperè prædicas, coram intueri licuit. Eum igitur: iudicis magis atque magis amare coepi. Quanta autem sit eius eruditio, & elegantia dicendi libri de Ciuili, quos tum poliebat, Christianaq; nobilitate, eruditis hominibus testes esse possunt. Hos deinde secuti sunt: postquam in Lusitaniam, ex Italia redisset: Dialogi de Gloria: quos edendos, ipse, ad nos qui tum vnã eramus: Romam misit. Adcessere & decem illi, de Iustitiã caelesti. Quos, Reginaldo Polo Cardinali: ipsum è vita tum sublatum nesciens: inscripsit. Te verò non fugit: Polum, ne ceteros multos, ex alijs nationibus enumerem: Osorij libri, tum vel maximè, cum tu legationis illius tue apud Philippum Regem munere Londini fungereris, vnaquè cum ipso loqueremur: nos enim domi per integros octo menses excepit: aded fuisse delectatum eosq; tantoperè probasse: vt eos, qui de Nobilitate, & Gloria scripti erant, quicq; tum soli exstabant: in Anglicam linguã à Comite Humindonensi sibi cognationis stirpe proximo, adolescente natalium splendore, & corporis animiq; dotibus, per quã insigni conuerit: quo sermonis ex ijs copiam, elegantiam, grauitatem: simulquè morum simplicitatem, honestatem, castitatem, hauriret: serio mandauerit & curauit. Fuit autem Polus, quod optime nosti, vir acerrimi iudicij: idemquè doctissimus, prudentissimus, eloquentissimus. Optimum etiam virum ab omnibus habitum

IO. METELLI EPISTOLA,

perpetuo fuisse nemo est omnino, qui nesciat. Quoties is ergo mecum de Osorio, tum Romæ, tum in Britannia, collocutus est, de eo, vel minuiſſima quæq; percontabatur. tanto est ipsum amore, quem tamen nunquam viderat, complexus. Quid de Regina quoq; ipsa dicam: quæ Latinæ linguæ peritia præstans, ad eò librorum Osorij studiosa dicitur vt eos, non semel euolueret? Quamobrem: cum iam postremo duodecim hilibri de rebus, quas Lusitani, Emmanuele Rege, in Africa & Indijs gesserunt, ad me perlati essent: cominere me non potui. Augustine quin statim eos, auideq; perlegerem vel totos potius, quod aiunt, euestigido deuorarem. Iam diu enim summa cum alijs multis, cupiditate tenebar: ea, quæ de Indicis illis bellis fama per totum terrarum orbem sparserat: Latinis literis explicata cognoscere. Neq; enim, quæ Rex ille, per legatos terra mariq; gesserat sine diuini numinis præſentia, magnaquæ Dei prouidentia, perfici potuisse mihi perſuaſeram. Vehementer igitur me hilibri, multarum varietate, crebraq; fortuna vicissitudine delectarunt: tum quod piè, prudenter, eleganterq; scriptos eos esse videbam: valde placuerunt. IAM verò si quis primas horum Indiæ bellorum origines vnde, huic historiæ lucis aliquid, ijs, qui res Hispanicæ perspectas haud satis habent, adferat: curiosè perſcrutari velit: duas necesse est intelligat, vno propemodum eodèquæ tẽpore, ex Europa, nauigatione fuisse susceptas: quæ procul dubio non solum veteribus Romanorum, sed ceterorum etiam omnium rebus gestis à gloria merito comparari, vel fortassis anteponi posse, videntur. Eas quo gratum nostris hominibus faciam, Augustine paullo ſuſius explicabo. Nam Ferdinandus Hispania Rex occidentum solem versus, ad regiones, nulli vnquam nostrorum antea notas: al-

teram

AD ANTON. AVGVSTINVM.

teram Emmanuel Rex Lusitaniæ Oriẽtem versus, in Indiam instituit. Fortè contigit: nauem, quæ ex Hispanico litore soluerat in Oceano, summa vi tempestatis sic agit aruat demũ ad eò procul abripi: vt quàm longissimè inter Occidentem, & Meridiem, progressa ventis aduersis, ad nouam, omnibus tunc ignotam & inaccessam, insulam deferretur. Ea deinde vti præpotenti Deo visum est, tot inuuijs cali fracta, mariq; difficultatibus oppressa, & omnium rerum indigæ Maderam, celebrem insulam, paucis attamẽ, ex omnibus quos illa vexit, saluis adpulit. Inter quos sit perſites nauta quidam, in primis nauis ipse gubernator fuere. Christophorus ergo Columbus, patria Genuẽſis, qui tum Maderam inhabitabat & nauigandiscientiam probè allebat has hominum è naufragio relictis, hospitio perquam humaniter excepit, domiq; fouit: interim eorum casus, et errores, toto mari, tam varios & quæ ad vniuersam eam nauigationem præcipuè spectabant diligenter ab ijs, & gubernatore nauis, perſcrutatus est. A quo gubernatore situm noua incognitaq; illius insula, additis etiam longitudinis latitudinisq; gradibus & quæ de eius incolis compererat didicit. Exactis aliquot post diebus i nauta & gubernator maxime propter morbum quem ab inedia, tum grauissimis, alijs incommodis, diuturna longaq; illa nauigatione contraxerant: omnes è vita decessere. Hic gubernator sua illa nauis, primus omnium Indiam detexit ac reperit. neq; tamen eius nomen superest: inuidia fortè suppressum neq; patria. Colibus igitur, acris ingenij iudicijq; vir, omnia, quæ ab illorum ore, tũ scriptis & indicibus chartis cognouerat: in primis repertam nouam illam insulam animo secum repetens ac ſursum deorsumq; voluens, sepeq; ac multum de his multa meditans eò sensim deuenit: vt sit

† + mis Geo-

nis Geographia rationibus, peregrinationumq; & nauigationum experientia instructus, perpensa secum vltima Hispania, & extremorum Orientis finiu distantia, Oceaniq; in erlabentis vastitate, fieri non posse putaret: vt vltra centesimum & septuagesimum longitudinis gradum, nullis prorsus interiectis terris, sese Oceanus porrigeret. Accedebant Platonis, Aristotelis, Senecaq; tum aliorum doctorum virorum relicta ad expendendum Cosmographis argumenta, & coniectura: quibus alias in hoc Oceano continentes terras alias item insulas illi, repperiri, contende-
 bāt. Has autem terras, se si classe et necessarijs rebus inuaretur detecturum sibi persuaserat, atq; promittebat. Quas cogitationes: primum serio ac supplex Ferdinando Regi non semel exposuit. Postquam fidem non faceret: eas cum Ioanne Lusitania Rege, cui Emanuel succedit, fertur cōmunicasse: deinde cum Rege Britannia, atq; Rege Gallia. Cum ceteris deniq; principibus viris, quos vel auctoritate, vel potentia, praereliquis valere putauit. Nemini omnium tamen sic persuasisse dicitur: vt opem ipsi aliquis, quam ad eam nauigationem posebat & necessariam esse ostendebat: adferre voluerit: quod rem forte, non caperent. Quare tam alta, abstrusaq; eius consilia, diu iacuere. Tandem: Ferdinandus Rex, confectio decemali bello Granatensi nouarum rerum laude, tum studijs excitatus & Columbi constantia propè viclus octauo demum anno per benignè, ea, quae ad nauigationem illam, explorandis ijs locis faciendam, pertinebant, suppeditauit. Pecuniā Ludouicus Sanctus angelus, Regiarum rationum scriba Columbo numerauit. Erat septemdecim tantum millium Ducatorum eamq; is regi, propter Granatense bellum illud exhausto, mutuatam dederat. Sed, tantilla pecunia tantum postea, ei Re-

gi ex

gi, ex Indijs, auri argentique tulit: vt summa, praeter margaritas & gemmas, quae innumerae fuerunt, sexaginta, quos vocant milliones: fertur excessisse. Itaque Rex Columbum Oceani maris, & Indiae, Praefectum creauit. eiq; decimam, in ea, partem prouentuum suorum, adtribuit. Hic igitur à Gadibus soluens in Occidentemq;, per insulas fortunatas, quae vulgò Canariae dicuntur, cursum tenens: in insulam quandam incognitam adpulit cui nomen Guaij abana, inter Floridam & Cubam. Vltra dein progressus, in alias delatus fuit. Priorem enim hanc nauigationem ter repetens: ignota quaecunq; loca potuit etiam eas, quae Torridae Zona subiacent, plagas, non tamen sine magno vitae periculo perlustrauit. Cubam, Isabellam, Hispaniolam, Iamaicam, Terram Firmam, & Pariam inuenit. Vbi ergo res tentata successisse visa est: Pinzonus, vti scribitur, inter rei maritimae Duces haud infimus, Columbiq; socius: nouas etiā terras querere, & inuentas integrè perlustrare coepit, vt repperit. Americus item Vesputius, ac Petrus Alfonso Mexicanum regnum Ferdinandus Cortesius, magnis gestis bellis clarus, adiecit. Franciscus Pizarrus demum cui vita fuit exitus infelix: Carolo Quinto, hoc nouum noni orbis imperium, Peruanis regionibus additis, ampliauit. Praeter illos & hi quoq; aliarum Prouinciarū inuentores memorantur: Gaspar Corterealis, Sebastianus Gabotus Venetus, Lucas Vascius Aillonus, Io. Poncius Legionensis, Franciscus Garaius, Fr. Ferdinandus Corduba, Iacobus Nicuesa, Rodericus Bastidas, Vascius Nonnus Valboa, quem Petrus Arias capite multauit: Gondisalvus Ximenes, Iacobus Castellonus, Diazus Sol, Iacobus Almagrus, qui Pizarri in Peruanam commilito, ciuile in eum tandem bellum aluit. Sebastianus Benalcazarus, Valdiuia,

t s

Gond.

Gondisaluus Pizarrus Fr. frater, Gillius Gondisaluus, Nomius Guzmanus, Fr. Marcus Niciensis, Garcias Lupus, & Fr. Vascius Coronatus. At verò: vbi primum Columbus ex priore in nouum Orbem nauigatione rediisset. Ferdinandus Rex, Alexandro Sexto Pontifici per Legatum exposuit: se iam diu statuisse: Insulas aliquot, & Continentis regiones procul distitas, & incognitas, nec ante quoquam repertas querere. quo præsertim earum incolarum ad Christi cultum, vti Rex, à se recens pulsus Granata regno Mauris, Catholicus: qua daretur, redigeret. Se, hanc ob causam: cum classe, peritis nautis, militibusque veteranis instructa: Columbum non sine maximis difficultatibus, periculis & expensis, per maria misisse, qua nunquam, quisquam nauigasset. illum in Oceano aliquot nunquam à nostris visas insulas, et Continentis Prouincias inuenisse. quæ pacis amantes quædam gentes incolerent. eas, corpore toto nudas, incedere, neque vesci carnibus ipsas, quantæ adcepisset, credere vnum esse. Deum, eumque celo comitis moribus & institutis non alienos fore, quin etiam instituerentur facile apud eos, Christi nomen, Catholicamque religionem introductum iri. A Columbo firmatam in vna ex ijs à se repertis insulis, extractam esse, suorumque præsidio firmatam. Itaque eas insulas & terrarum argento, auro, et aromatibus pollere: immo, multis varij generis rebus alijs pretiosis excellere. Velle igitur, eas suis rebus alijs imperioque suo, in eas Christianam fidem inuiceturus, adijci. Pontifex laudatis Regis consilijs, ipsi cohortatus: quo expeditionem ardentiori animo suscipere, susceptamque non intermitteret. eidem Regi, & postea, nauiget. Qui fecerit: ei tum primum aqua & igni

AD ANTON. AVGVSTINVM.
 peris Castella, Legionisque Regibus, ex Apostolica illa
 vna auctoritate, Cardinalibus vniuersis vtrò, re cogni-
 mo ore adprobantibus in perpetuum pleneque concessit
 nauit, & attribuit: omnes insulas, Continentisque pro-
 uincias repertas & quæ in posterum à suis reperirentur
 occidentem & Meridiem versus: ducta ab Arctico Borea-
 polo ad Antarcticum, hoc est, Australem polum, lineam
 insulas etiam illas, & Continentis regiones inuentas, &
 inuenientur: Indiam, vel quamcunque partem verò
 ita quidem ducta, vt ea ceterum miliaribus distaret ab
 arum insularum qualibet Occidentem Meridiemque
 sus. ab ea nempe insula: qua vulgò Hispanis Azores à
 conibus dicitur: & ab altera, quam nunc illi Viride Ca-
 antequam autem Hesperides adpellant. Quarum om-
 insularum, & Continentis prouinciarum: quæ sita-
 & querendarum: idem Pontifex eundem Regem,
 perpetuos eius successores, etiam veros legitimosque
 omnes cum libera, omnimodaque in yisdem potestate
 instituit. Si tamen quisquam Christianorum Princi-
 um, Regumque, aliquam ex ijs insulis, Continentisque
 prioribus ante Christi natalem anni millesimi, quadri-
 centesimi, nonagesimi tertij à quo tempore donationis hu-
 sce vires inuium primum habent posse disset: salua ei
 qua esset omnis auctoritas. nec vllum ei ab hac donatione
 manum aut praiudicium oriretur. Quo verò firmius ei
 Regi, posterisque donata hæc insula, Prouinciaque cer. se an-
 tur: sanxit Pontifex, ne quis absque eius Regis, successorum-
 de permisso ad eas, ducta, qua dicta est linea, comprahen-
 das, quicunque is tandem vel Rex, vel Princeps, aliusue
 foret, negotiationis & mercimoniorum, aliaue ex causis
 postea, nauiget. Qui fecerit: ei tum primum aqua &

igni sit interdictum graui nimirum excommunicati
 quam adpellant, fulmine feriat. Ne aliquo, inquit
 tifer, vnquam tempore o Rex periculis, laboribusque
 terrantur, proq; certo habeant, Deum Opt. Max. i
 principia promoturum. Ab eo manant imperia, is ad
 nestuas reges, opiatumq; rerum successum breui ad
 dibilem populi Christiani gloriam largietur. Data h
 Pontificia donationis litera solemnes IV. Nonas Ma
 anno Christiana salutis cIo. ccccxcij. Fosane nomi
 vt Hispani testarentur vniuersis: se, has insulas, & 60
 nentes prouincias, ex Maximi Pontificis auctoritate,
 missu, cohortatione ac iussu, petisse bellorum eas que
 & ad Christianam religionem earum populos: id qu
 Pontifex ipsis archè preceperat: conuertere. hoc que
 quasitas, tanquam proprias administrare, tueri, retine
 conseruareq; posse. Erant autem Indiae Gentes illa om
 natura, moribus, lingua, dictis ac factis, barbaræ. Idolor
 in primis, ac Demonum insanis mirificis, nefandissimis
 opinionibus, & cultibus, factisq; omnibus mancipatæ.
 lus ipsis linearum, lane arumq; aut sericarum vestium,
 fuit, sed gossipio, aut pellibus animalium, aut plumis aut
 tegebantur. Neq; literarum vllos characteres norant,
 ma in memoria circumsferentes. Nonnulli enim res de
 forisq; fortiter gestas per manus posteris tradunt. Peru
 quidem chordis versicoloribus, multisq; nodis insignitis
 artificio singulari contextis quarum domus sunt per ple
 multorum saculorum seriem soleret inuoluta, sine vlla
 fitatõe exprimunt. Nulli crispis sunt pilis: pauci calui.
 berbes esse malunt, nascentes enim barbas euellunt. In
 xaria dediti toti multas vxores habebant: erantq; saci
 eq; hominum per quam infames, nullis denique bonis
 ris

us, & legibus, nullis artibus instructi. Monet porro, pè
 niq; ponderibus alijsq; innumeris, sine quibus inter ho
 mes societas vix retineri potest: carebant. Neq; farina
 buere non vinum, ceram, molas, non equos: non tormen
 bellica non triticum, siliq; mem, aliaue legumina. Archi
 turam etiam, artemq; naualem quibus excuati arbo
 ru trunci naues sunt ignorarunt. Inuentorum inopia, ter
 in mariuum labore subigunt & fodiunt. Victus omnibus
 piscis, & fructus, & radices: comedunt etiam, simiarum
 re, pediculos: humanamq; carnem ranas, vermes, bu
 es, spurcasq; res alias. Sunt, qui serpentum esum in de
 nis habent, vsque adeo, vt eos principum tantum mensis,
 sollemioribus festis, reseruandos existiment. Nares
 forant, & labra, & aures corpus herba succo depin
 nt, alijsq; tum rubris, tum nigris coloribus. Arma sunt,
 cus & sagitta ex palma, vel cannis, veneno tincta. Ferri
 em obtinent duræ piscium costa. Qui ad Austrum, mare
 sus habitant: demos in altissimis arboribus adificant: par
 quo vitent hostem, partim inundationem. Si hostis ar
 um truncos succidere conatur: eum, deiectis ignitis ol
 abigunt. Piscem nomine Manatem, marinum habent, &
 uatilem. Est capite bubulo, barbatoq; paruis oculis, du
 supra modum corio, eoq; paululum hirsuto. Longus est
 es viginti, crassus decem pedibus est rotundus, & in qua
 vngues, Elephantorum more, dissectus. Fœmina, vt
 ca, pariunt & fortum lacte alunt. Tectus autem ille pro
 Crbis, quo de nuc agimus, in duas ingentes permissu
 diuiditur, angusto inter se isthmo ad Fanamam, & No
 en Dei coherentes: quarum altera ad Septentriones,
 Austrum altera longissimo tractu porrigitur. Ambitus
 acognitus est, vniuersus, amplius nouem millibus et tre
 centis

centis Hispanicis milliariibus constat : quorum tria milia
 treceta & sexaginta quinque ab Australis maris litte-
 occupatur : ab Aquilonaris verò, nostris & reliqua : qua-
 dem, quinque millium, nongentorum et sexaginta mil-
 rium Hispanicorum summam excedunt. Oceanus qui
 strale noui orbis latus alluit, estus est vehementissimus,
 ed vt in nonnullis promontorijs ad duo milliaria decre-
 in alijs verò aquam eius regressam è summo littore, vi-
 su assequi queas : at idem ille, qua Boreale latus occu-
 nullam propemodum accessus, recessusq; reciprocationem
 admittere, magno cum Philosophorum stupore, depre-
 sus est. Orbis porro huius prouincia in vniuersum hæc
 Terra, quam Laboratoris, ob insignem eius fertilitatem
 adpellant, ad Septemtriones occurrit, à Cortere ali-
 rata. Huic ad Austrum adiacet Baccalaama, à pisci-
 dam genere, quo abundat, sic adpellata. Inde Chicor-
 dane fluuius, & Luca Vascio Ajllono primo inuentore
 signis. Huic succedit Florida, cuius primus & inuen-
 & administrator Ioannes Poncius Legionensis fuit.
 gio viris bellicosus, qui pro libertate diu acriter cum In-
 nis dimicauit, abundat. Ambarum cinericu, quod è
 m eius littora eijcitur, copiosè suppeditat. Illic non
 multis annis abhinc ligni quoddam genus Sassafras non
 ad varios morbos vtilissimum, in Hispaniam exportari
 pit. Süt in Sacta Helena & Matthei portibus, integri
 us arboris sylua, eundem, quem Cumamomum, odore sp-
 es, & vsus decocta præbentes eximium. Gignit
 regio radicem quandam aromaticam, Sancta Helena
 solo natali dictam. Floridam sequitur Panucium, ab
 Panuco cognominata, Prouincia : quam Garajuna
 vicina Iamaica insula ; quam Columbus inuenit.

occasum his vicina est Noua Hispania, regio auri, argen-
 tiq; feracissima, & amplissimo quondam Mexicanorum
 imperio clarissima. Huius metropolis Temistitan, ad instar
 Venetiarum, in magno lacu adificata est. ab innumeris po-
 pulis habitatur, & immanibus infantum puerorumq;
 quos ad viginti millia quotannis diabolo immolat, cadibus
 est supra ceteras omnes totius orbis vrbes infamis. Fædere
 primum cum Cortesio inito, Hispanorum præsidium non
 difficulter admisit : sed Petri Aluaradi culpa : qui, in-
 terim dum Cortesius Pamphilum Naruasium superare
 bello contendit, ciues choreis & festis ludis intentos, omni-
 pretiosa veste & ornamentis spoliat : ab eodem defecit.
 & præsidium partim cecidit, partim mœnibus eiecit.
 Hanc urbem Cortesius postmodum, innumerabili socio-
 rum Indorum exercitu stipatus, obsedit, & post conti-
 nuam septuaginta duorum dierum oppugnationem ce-
 pit : ferro flammaq; miserè deformatam instaurauit,
 & nouam quodammodo è fundamentis erexit : & in-
 genti miriq; operis Regia exornauit. Ciues, ante-
 quam expugnarentur, omnem tam publicum, quam
 priuatum thesaurum, & res pretiosas, ne in Hispano-
 rum manus venirent, in lacum abiecerunt. Nec vl-
 lus eorum adduci vnquam potuit, quantumuis grauissi-
 mis tormentis subiectus, vt, vbi ea res essent, indicaret.
 Quin etiam ipsius Regis Secretarius in tormentis vitam
 fortiter finire, quam Regis Gentisq; sue arcana ho-
 stibus prodere maluit. Aromatibus multis abundat
 hæc Prouincia. Liquidambarum, eiusq; oleum, ma-
 gni in medicina vsus, ex magnarum arborum incisione
 elicatum, suppeditat. Balsamum quoque, ex arbore
 Puni-

Punica malo maiore collectum: quod maximi tum apud Hispanos, tum Indos fieri consuevit, & summarum est in Medicina virium. Huius vicia apud Hispanos modo viginti, modo decem ducatis estimabatur. Romam primum delati vicia centum ducatis venij: mox copia vilescere cepit. In Chirurgicis adeo praesens promptumque remedium adfert, ut vulgo pauperum medicina dici consueverit. Est in eadem regione magnus quoque proventus Chinae radice, quae ex Orientali China nuper istuc allata, nomen à primo natali solo consecuta, vires medicas insignes habet. Est & ibidem alia quadam planta, vehementer à Medicis laudata: quam Sarsam parillam nominant. eadem in Europam translata, pristinam naturam retinet. ligni quoque genus quoddam crassum profert, ad renum affectiones, & vrinae difficultates vile: lapidem item dictum Sanguinalem, nucleos pineos purgantes, & Ceuadilla, siue hordeoli plantam. In summa, multis rebus haec regio nobilis est, & hac in primis: quod multas arbores, plantas, animantes quadrupedes, & aues Hispanicis similes habeat cum eae in Peruano regno vel nulla sint, vel rarissima. Hispania Noua proxima est in mari, Cuba insula, à Columbo inuentore, propter Ferdinandum Regem Ferdinandinam nominata. In continenti Iucathana peninsula est, à Fr. Ferdinando Corduba reperta, subacta à Monteto. Ab hac non procul Hispaniola visitur. Insula est totius Americae, & à primo inuentore cultoreque Columbo & rerum gestarum magnitudine tum, quod primum Hispanorum in Nouo orbe domicilium fuerit, clarissima. Hic celeberrimum illud Guayacanum lignum, à quo contra Veneream luem remedium praesentissimum praebet, inuentum est. Finitima huic in Continente Beragua est &

Dariena

Dariena, quae primum noui orbis Episcopum habuit. Terra item, uti vocant, Firma Castilia Aurea huic adiacet Sancta Martha Granata noua in qua Smaragdorum fodina Cumana Paria, margaritarum piscatione Columbi tempore, multisque deinceps annis, notissima. Harum regionum oras plerasque detexit Columbus subegerunt Nicuesa, Hoieda, Bastidas, & alij. Est praeterea Quitum, aequatori subiecta, & Peruano regno finitima regio, in qua locus (Vulcanum Vulgus adpellat) flammam erudit, et cineres octoginta, & eo amplius miliaria procul iacet. Est etiam Chiloima & Canela est Quareca: quae sola Aethiopes habet reliqua quantumvis Zona Torrida subiecta, nullos. Brasilia quoque non minimam orbis noui partem efficit, ad Orientem Solem, Peruano Regno contigua, & antropophagis infamis. Regio rubris lignis, quae Bresil appellant, referta est. Paret Lusitanis. Ingenti flumio, quem argentum, ab argenti copia nominarunt, irrigatur. In Peruana porro Regione, quae ad Austrinum noui orbis latus sita, omnium totius mundi ditissima eoque nomine perpetuis bellis obnoxia memoratur: gygantum ossa reperta sunt, Trugillio non procul, inmanissima: demes trium digitorum crassitudine latitudine vero quatuor, fuisse, monumentis historiarum est proditum. Lacus in ea quidam dulcis est in cuius fundo sal candidissimum repperitur. In Helena Promontorio fontes non pauci liquorem fundunt: qui, in nauibus resciscendis, bituminis picisque loco est. Carnit haec Provinciae ante Hispanorum aduentum, quemadmodum & aliae, uti dixi, plurimae, bobus, mulis, asinis, capris, ouibus, canibus, foricibus, literis & mor: et. Sorices, non valde necessarium animal, nauis quaedam Anuerpiana, per hietum Magallanicum, cum mercibus eo primum vexit. in tan-

††

tam

tam verò multitudinē, y, benignitati soli mox excreuerit: ut grauiſſimum arboribus, quas & adſcendunt plantis & herbis, deirimentum adferant. In ſolis Peruanis montibus animal reperitur, colore ruſum hircis India Orientis ſimile: cornua non habet. herbis ſalutiferis, quæ ſunt ibi plurima, nutritur. fugaciſſimum eſt. Lapides Bezares, in marſupio quodam latenti gignit in quo herbas ruminandas reponit. Puer, amorum duodecim hoc, inuitis Indis, Hiſpanos admonuit. Is: à ſuis mox fuit ſacrificatus. ad eò, Hiſpanis inuidet ſua myſteria. Quæ tamē illi per mulieres, quæ cū ipſis libidinis cauſa conſueſcunt & quicquid eorū religionis eſt, intelligunt. Arbor in eo eſt regno, materie ſpongioſa quæ Veneros ſtimulos perdomat. eamq; ob cauſam Indi nunquam ex ea ignem ſtruunt. ne, eius calore fumū, impetretes in Venerem reddātur. Colubros alit Peruana regio, humana magnitudine ſed innoxios. In ea ſunt Araneæ, mali citrij craſſitudine, admodum virulente. Buſſones pluui, Hiſpanicis non minores, quos Indi, aſſatos cōedunt, vti & alia, quemadmodum dixi, longè ſpurciſſima. Vultures ad eò magni, vt pecudes deuorent. Vaccæ, in Peruanis montibus educatæ in planicie moriuntur. In ea enim, octo tantum milliaribus lata, longa plus mille, vehementiſſimus eſt æſtus pluuiæ nulla. Montes verò frigidiffimi ſunt planitie tamen contigui. in yſque cotidie pluui. Has Peruanas Prouincias. Hiſpani, commiſſis in pugnam de principatu duobus potentiſſimis Regibus, Atabaliba & Guaſcare, fratribus in ſuam poteſtatem illis artiſioſè de medio ſublatis. redegerunt. Regia Guanacaxæ, patris illorum, aureis tegulis inſtrata erat. Idemque omnes imperij ſui aues, piſces, animalia, herbas, & arbores, ex auro ad vinum exprimunt.

cura

curauerat. Hortum præterea is habuit, aureum. Sēt opum pars potior. Peruanorum inuidia fuit abſcondita. nec hæc temis vnquam potuit inueniri. Hiſpani ciuilibus in eo regno, bellis, ſe ſe mutuo, dominandi cupiditate, petuerunt. Poſtremo Pizarrus, & Almagrus quam ſeditionem eo miſſus à Carolo Caſare Petrus Gaſca, yſ caſis, oppreſſit. Eodem, quo Peruanū Regnum mari abluitur proximè Nicaragua in quarupes, Maſata nomine quæ flammam, magno cum fragore, euomit. Os, medio milliari, in circuitu patet. In intimo fundi reſeſſu, liquor quidam feruidus manat, auro liquefacto ſimilis. Si ferrum ei immittas ſtatim abſumitur. Ad oris marginem tamē in qua nec herba creſcit, nec arbor paſſeres innoxie nidificant. Poſt Nicaraguā proximè ſequentur Guatimala Xaliſcana, Sibola, et Quiuiræ in qua Vaccarum ſilueſtrium & gibboſarum armenta ſunt innumera. Iſtinc non longè, Americam cū China coherere à nonnullis creditur. Hæc omnium America prouinciarū eſt ſumma, hic ſitus et natura paucis explicata. Quibus ſi quædā de Canarijs in ſulis hic adijciantur quomā ex Hiſpania nauigantibus ſeſe prime offerunt hand ingratiū id, aut iniucundum fore crediderim. Sunt ea numero ſeptem. Inagua, Canaria, Teneriffa, Palma, Ferrea, Lancerota, Fortunata. Archiepiſcopum Inaguæ habent, & Gubernatorem. Abundant ſaccaro. Id, yſ merces eſt ampliſſima & palmæ fructus, dactyli. Venatu etiam, pecore, capris, cuniculisque pollent. Præter oliuam arbores omnes, quas Hiſpania, proferunt. Capris aratro iunctis, agros colebant. cum nullum yſ aliud eſſet quadrupes. In cauernis. ad collium, montiumque radices, caprino cornu excavatis. homines habitabant. Milium yſ, frumentum fuit. ex quo milio, ſaxis contuſo, panem facie.

faciebant. Vinum autem è palmis exprimebant, Aethiopià more. Ferrea insula, fluij s. fontibus, puteisq; caret. Veruntamen vnica in ea est arbor muris, vt fons, circūdata, nuci arbori similis. Hac aquam, qua pecoribus hominibusq; sufficiat, è folijs vbertim stillat. Hanc arborem meretricis quadam eius insula, cum primum insula subigeretur, Hispanis prodidit. Quam perfidiam, à suis clam auecta, supremo supplicio luit. Fluiorū totius Orbis maximus, in India est nomine Orellana, sub Aequinoctiali, perpetuò fere tractu decurrens in longitudinem plusquam mille quingenta miliaria patet, maris aestus ad centum miliaria, sese, hoc aduerso flumine, protendit. Est & alter fluius, dicitur Argenteus, quo de supra quoque nomibilib est dictum. Cuiuslibet Provinciae praescitur à Prorege, qui summus est omnium in India magistratus Gubernator. Qui Prorege est Regis iussa exsequitur. Ea ipsi supremus Indiae Senatus Hispani institutus significat. Ad eum ab omnibus Indiae Tribunalibus adpellatur. In Cuba est Gubernator, & in Hispaniola, Cancellaria & in Mexico, noua Cancellaria, quam adpellant. In noua Gallicia est, vt Hispani eam vocant Audientia, Iudicesq; quattuor. Guatimala porro, & Iucatagua, Cancellariam habent & noua Granata, Regij, est supremus Regni Peruanij Senatus. Qui Prorege est, in eo praesidet. Sunt & alij multis locis praefecti Gubernatores. Indi omnium captarum rerum tam earū, quae sunt anima prae dicitur hominum simul & pecudum: quā omnium, quae anima carent, Quintam, Hispaniarum Regi, per solium. Serui Regis in facie & brachio, litera C. impressa candente ferro notati. Quod ad Religionem pertinet, occidua omnis India, in tres Archiepiscopatus est distributa. Quorum ciuitates, Sanctus Dominicus, Mexi-

cum,

AD ANTON. AVGVSTINVM.

cum, & Regium. Prima ciuitas sex habet Episcopos suffraganeos: Cubanum, Boriquensem, Hondurensē, Panamensem, Carthaginensem, & Sanctimaribhanum. Altera, septem: Xaliscanum, Mechoacanum, Guaxacanū, Tlascalanum, Guatimalaxum, Chiaxensem, & Nicaraguanum. Tertia, tres: Cusconensem, Quinonensem, & Charcasensem. Quorum omnium vnus Castelle Rex, est patronus. Ceratus, Guatimala Praeses integerrimus incorruptusq; Iudex: solitus dicere scribitur: se, vbi in Hispaniā redires, suaserum Regi ne quemquam deinceps sacerdotem, in Americam trajcere pateretur. Liberioris enim dissolutionisq; vita, quam deceat, in India fortè propter nimiam auctoritatem reddi. Omnium quidem, Orbis huiusce noui, primus Episcopus fuit, Ioannes Cabedus, Franciscanus, nimirum Antiquae Dariensis Episcopus. Indi omnes multos diuersosq; Deos colunt. Eos habent pictos, fictosue: st. atus, nempe: ligneis, terreis, argenteisue. Per uanaregio eos, atium forma, tygridum, ceruorum, & aliorum animalium exhibet, interdum etiam, caudatos Satyrorum specie. Is adhuc, eorum sacerdotes sacrificant, clā tamen & in caernis, non palam metu nostrorum Sacerdotum. Eos denique, inuocato cuiusque nomine, interrogant: quibus orationibus ipsi Christianos à suis domibus queant profus expellere. Antiquorum more: singulis rebus verò quasi Tutelares Deos & praesides, praesciunt. Memoratu sanè dignum est: Hispaniola, hoc est, Sancti Domini incolas idolorum suorum oraculo multo ante a tempore, quam Hispani de India cogitarent admonitos fore, vt à barbaris ipsi & sua Religione, & antiqua libertate priuaerentur. Quod Oraculum ipserum sacerdotes rubris comprehensum, diebus tantum tribus, occinebant. Euentus

equidem Idolum vera prædixisse, docuit. Diu quidem in Hispania disceptatum, in Regio Senatu fuisse, audimus: num Indi bello, an sola Diuini verbi Christiani promulgatione, prædicatione uel ad nostra sacra & ritus, trahendū forent. Obtinuisse reclamantibus at tamen multis aliquot Dominicanorum sententiam: qui beneuolentia potius, & persuasione, quam ferro, ad Christianam religionem conuertendos esse, putarent. Cum igitur ex ijs quidam sese inermes, in Floridam, hoc nomine, contulissent: statim à Barbaris fuisse trucidatos, stultitiæ quæ suæ penas dedisse. At ab alibi porro, Peruanorum Regi, nostræ Religionis capita fuisse proposita referunt: quo ea intelligeret, atque reciperet. Audiisse. Exhibitum ei Breuiarium, quod appellat, à Christiano sacerdote. in eo, quæ dicerentur, conitari, & fusius explicari. Vbi aliquamdiu Breuiarij paginas euoluisset: nihil ab eo libro sibi narrari, vel exponi, respondisse. & librum in terram, tanquam ridiculum proiecisse. Voces illico militū Hispanorum in calum ei aculatæ: quibus opprobrio Deum adfici, diuinum eius verbum concitari, exclamarent. & hoc prætextu, captum. & regno fuisse spoliatū. Necessario igitur vsus alteram sententiā mirum, vi armisq; Indos ad Christianam fidem esse deducendos, propellendosq; comprobauit. De Indorū Medicis, pane, vino, & igne, non nihil subiiciat. Indorum Medicis herba cuiusdam fumo, inebriati: siue sensus impotes facti mille de Deorum consilio nugas referunt. & tum ter quater uel corpus agri uolunt manibusq; sic aut. Os interim, ore tenent quod muliercula, tanquam reliquias, conseruat. Interrogati de morbo læta respondēt omnia. Si secus euenit: in propriū est excusatio lætalem fuisse. Confectos hosce ritus neglexisse capitale. Apud nonnullos idē sunt Medici,

qui

qui Sacerdotes. Panis apud eos ex Mahizio conficiendi, hæc est ratio. Gramin hoc mulieres pridie frigida maceratum manū lapidibus duobus conterunt, in coactam massam. manibus in pane aut longos, aut rotundos, digerunt. & adspersos modica aqua, camarunq; folijs impositos, coquunt. Hic est plebeius panis. biduum durat. Principibus, magno labore sic fit. franguntur saxis grana & calida lauantur. Inde corticem eximunt, ut pura farina restet. hanc masticant, quantum fieri potest. & confectam inde massam, in liba parua efformant. quæ in rotunda testa coquuntur vndiquaque igni circumdata. Vinum, ex eodem grano Mahizio masticato conficiunt & in certis vasis aqua macerato. cui deinde certas res sine quibus nullas vires haberet admiscunt. ac tum per tres, aut quattuor horas, ut bulliat, efficiunt. Post remotum ab igni, & refrigeratum panno colunt. Inde tandem, ad eum perfectus potus prodit ut non secus, quam vinum, inebriat. Fit alijs etiam modis, apud illos, vinum: ex fructibus arborum, melle & radicibus quod tamen non inebriat. Ignem ex certo ligni genere, sic excutunt. Proiecto in terram ligno, aliud erectū imponunt. illudq; tantisper manibus contorquent donec ignis ex lignorum adritu velut ex filice quodam exprimatur. quem folijs siccis excipiunt, & adnota materia fouent. Tantum aut ingenio, industria, labore, virib. & animi fortitudine, Hispani præstiterunt: ut diuina ope sulti, multas harum barbarū gentium prouincias, bello subegerint. Erant enim armorum, præsertim nostrorum prorsus imperita. Et quia se quam latissime porrigit: multa sunt, ac variae nec minus omnes ingenij, neq; enim, cū diuersis cali plagis subdita sint: vna ipsis, et par omnibus in locis, corporum ac cæli temperies, adfectioq; esse potest. Quo fit: ut corpore,

præter colorem, omnino similes: non solum lingua, institutione, moribus, ritibus, legibus, & institutis, inter se differant: verum etiam à diuersis Principibus regantur. Vultus Occidentis Indis, & nouas Indias tanquam fortè reliquo Orbi nunquam: ante a cognitæ & ab Hispanis, continentibus, longè remotas, adpellat. Peritiores verò, Nouum Orbem, quod à nostro vertice, longè distent, et animalium rerumq; aliarum panè omnium diuersissimis generibus, et ipsa magnitudine, valdè differant. Quarum enim Orbis partem cum nec Europa, nec Africa, nec Asia sint constituunt. Quam partem America nomine, ab Americo Vesputio, qui multas eius partes quatuor navigationibus aperuit nonnulli, Geographi præferim, insignant. Quemadmodum & nonnullis eius Orbis prouincijs Navigationum Præfetti ac Duces, vel suum nomen, vel calitum cuiusvis, indidere. Cur autem India nomen obtinere debeant hæ nationes: causam nullam video. India enim, quæ Asia attributa non contemendam eius partem complectitur: prisca ignota non fuit. Huius autem noui Orbis nationibus sub iugum actis nec enim totus adhuc vinci, perlustrariq; potuit: Hispani, leges imposuere dederuntq; magistratus: quibus ille, ad humanam, civilemq; vitam, & ad Christianæ Religionis nostræ regulam, formarentur Hispania: quæ Regi, cui vectigal, & annum tributum pendunt, sine seditione pareant. Nam hæ gentes in Episcopatus distributa Christianorum ritus & sacra Hispanicamq; linguam, ac mores erectis in id etiam Scholis, literarumq; ludis perdocentur. Hinc argenti multum, auri plurimum, ad nos adfertur. Ferro carent, Margaritis autem, & gemmis abundant. Stirpes huius nostri orbis ibi desunt. Bestiæ etiam nullæ præter feras. Quod si quas habent eæ sunt ab nostris

longè

longè diuersa. Plurima iam tamen, à nobis adceperè: quibus vtantur, ac paulatim, aliquam barbariem exuant. Radicibus certis, sicuti quidam tradidere, vel Mahizio grano, omnes panis vice vescuntur. Sed Frugum, arborumq; naturæ planè à nostris aliena est. Ad faciendam medicinam diuersa simplicia medicamenta, nouus hic Orbis gignit. Nobiliora recensentur hæ. Copal et Anime inter resinas. Priore in sacrificijs, suffragij loco, Indi vtuntur. Tacamahaca contra tumores, et dentium defluxiones. Caragana idem præstat, iuncturarum dolores tollit, tumores inueteratos dissoluit, & neruorum, cerebrumq; doloribus medetur. Oleum cicinum magni vigoris est. Bitumen, ex Cuba fontibus ad mare nigrum est, valet, ad frigidos morbos, & picandis natibus admixto senu. De Ambaro Cinericio, Liquidambaro, & Balsamo huius noui Orbis, quoniam supra meminimus, hic nihil dico. Resina Abiegna eiusdem, cuius Balsamum, in Medicina vsus est. Resina Carthaginis est Veneta Terebinthina multò excellentior. Tabaco planta, venena, & vulnera telis venenatis inflata, curat. Huius fumo, cantharis quadam, per os hausto, Sacerdotes Indi, in extasi rapiti, consultoribus Demonum nomine oracula siue responsa dabant. Ligni quoddam genus eiusdem, cum Guayacæ, generis ob maiores vires, Sanctum dictum, nobis hodie valde si equens est. Crescit in S. Ioannis insula copiosè Nephreticus lapis, hunc Indium nostris varijs formis, ob insignem eius vsuum, gestare solent. Turorum, lapis Nephreticus utilis, ex Turorum qui in Indico mari capiuntur capite, Vellitar duarum interdum librarum pondere, lapis Cayman, lapis quartana, uti ferunt, medetur. Sanguinalis lapis iaspidis genus est. sanguinis fluxum omnem mirifice sistit. Armadillo, osculum, peregrini por-

celli cuiusdam subterranei, testudinis more loricati capitis
dolorem valide tollit. Sanguis Draconis à similitudine,
Draconis lachryma dictus præstat admiranda virtutis fo-
mentum. Fructus dysentericus præstantissimâ, contra dy-
senteriam, vim habet. Cortex quidam prægrandis arboris,
quæ folijs cordis est similis, nullumq; si uctum fert sistit al-
ui profusiuum. Est cortex, Guajacano similis. Porro: ex
varijs eiusdem orbis noui prouincijs multa purgantia me-
dicamenta, nobis adferuntur. In primis Cassia, quam di-
cunt, solutiua. Fructus ad bilem ex maritimis oris Nicara-
guæ, Auellana purgantes ex Hispaniola mittuntur. Fabæ
purgatrices ex Carthagine, & Nomine Dei. Lac Pim-
pichi validissimè purgat. Mechoacan, à prouincia sic dicta
radix. Piper oblongû, siue Capsicum, gignit Nata et Car-
thago. Sulphur uinum ex Quito & Peruana est. Est et aliud
Sulphur Nicaraguani. Medicamentum ad Erisipilas in-
igne, sit ex lumbricis Indicis, placenta in morem. Carlo-
sani vires præstantes habet. Guacatama plantula hæmor-
rhoides persanat. Phaseolus Peruanus valide bilem, medio-
criter pituitam, & absq; molestia aquam intercutem eua-
cuat. Fructus vicerarius, Afsyrj mali magnitudine, vlceri-
bus curandis aptissimus. cuius nucleus, qui nucæ continetur,
est præsentissimum venenum. Centella, herba Peruana; tu-
moribus est utilis. Hæmathites planta, sanguinem sistit. Ci-
enim Chili, oppido S. Iacobi, horrenda fames grassaretur.
captiui quidam Indi, furas sibi amputarunt, easq; præse-
me comederunt. huic plantæ folia vulneri imposuere san-
guinemq; stiterunt. Ad rubrum colorem, id quod vulgè
Brisiliam dicitur, idem nouus Orbis præbet. Ad purpureum
infecti quoddam genus procreat; culici non admodum di-
simile. Coxiniham nominant. vberriam sanè mercem

sed vniuersam reperti noui Orbis historiam; Fridericus
Eurius Cariolanus, Valentinus; vir eloquentia, prudentia,
nobilitate, doctrinæque præstantissimus; Latine, iussu Phi-
lippi, Hispaniarum Regis magna quidem diligentia con-
scribit. eamque hætenus ab exordio, ad annum Caroli
Quinti Imp. vigesimum primum libris viginti nouem ab-
solutis perduxit. Quod superest: non desunt, qui testan-
tur: Hispanos multa crudelitate vsos in India. Nam bello
captos trucidasse. vel eos in aurifodinas detrussisse. insue-
tisq; laboribus oppressisse. Adeo: vt ex quindecies vel, vt
alii scribunt, vigesies centenis hominum millibus, qui Hi-
spaniolam incolebant vix hodie ad summum quingenti
vel centum quinquaginta, vt quidam adferunt: super sint,
Idemq; cæteris Prouincijs, & insulis hominum interitus,
adidit: in Cuba videlicet, Iamaica, Portu Diuite, reliquis
locis. Cum se enim ad miseram seruitutem passim rapi
viderent: et lex constituta esset qua Cõtinentis incolæ, qui
religionem Christianã non amplecterentur, serui fierent:
quæ lex in Caribes siue Canibales à Ferdinando Rege la-
ta, in alias Prouincias extēsa est: paucis in Mexico tantum
exceptis, maluerunt Indi mori subire, quam viuere. Itaq;
qui ex Hispaniorũ scintilla supererant: ij vel sese in vasta la-
ca, Hispanicum imperium fugientes, receperunt: vel arre-
ptis occasio: ibi seditiones moterunt, & ab illis defecerunt.
Multi vita pertæsi mortē fame, alij suspendio, alij præcipi-
tio, alij veneno sibi quaesiuere. Herbis et potionib. abortum
fœmina, ne seruos Hispanis gignerēt, & rocurarūt. Quidã,
præcutis lignis pectus sibi perfoderunt. alij liberos baculis
occiderunt. Hispani verò ne serui sibi manus inferrent, &
eos metu pœna subsecuturæ, à cæde auerterent: ijs deierat-
bant: se etiam occisuros esse: vt eos mortuos, ipsi quoque
mortui

mortui persequerentur. nec illos morte verbera euasuros abstinerent ergo: in se ab ipsis, in inferno peius quam in terris, tractari vellent. At quamuis serui, è Contineute in insulas abducti, fuerit: tamen omnes propè extincti sunt. Itaque quocumque Hispani sua vexilla intulerunt: crudelitate perpetui in incolas odij sui vestigia dicuntur reliquisse. Quamobrem Indi ab Hispanis deficientes, quocumque exijs nancisci poterant vel in Bello capiebant eos incensè precipuè Ioannis Acosta: qui militum Petri Ducis Ductor erat, ab auri cupidine, seuitia grauius supplicij excarnificatos, ceciderunt. Maximè verò militum Praefectus manus pedesq; vinciebant: & humi prostratum aurum liquefactum, in os, infundebant: cum exprobratione vt auri sitim, qua tantopere premebantur, explerent. Ob hac Carolus Caesar Figueroam in Indiam misit: vnde causa cognita, omnes Indos in libertatem vindicaret. de tractantes Hispanos panis adficeret. Idem Paulus Tertius Pontifex, Hispanorum in Indos intollerabili seuitia per Praedicatorij Ordinis Sacerdotes ea de causa ad se ex Orbe nouo missos, intellecta, sanxit. Quare Antonius Mendosa, qui Indis Prorege tum fuit Hispanis omnibus facillime persuasit, vt paulatim suos quisque seruos nempe, quotannis viginti manumitteret. Verum vt semel intelligatur quid Indos toties ad res nouas contra Hispanos molientes, & seditiones tanta pertinacia fouendas impulerit: & quid causa fuerit, cur duo Christiane Reipublice summæ capita, Indicae nationis libertatem, frementibus quibusdam & inuitis dubio procul Hispanis, sanctissimo suo calculo comprobarent: paucis primo nouorum Dominorum in miseram immanitatem deinde quorundam inexplebilem auaritiâ & ex his grauiiores quosque tumultus, vnde noui orbis pa-

nè totius nunquam satis deploranda vastitas est secuta perstringam. Principio quidem illud apud plerosque Hispanos milites, pessimo sanè exemplo, in more positum fuit vt ab oculatis & fide dignis testibus perscriptum est vt seruos suos grauisimè punirent, si mercedem diurnam aut non aduulissent aut per sum in auro argentoue effodiendo non absoluissent: aut si quid leuioris denique delicti perpetrassent. Etenim vesperi reduces, caena loco primum vestimentis exuebant. manibus dein pedibusq; in transuerso palo vinciebant. mox chorda, bubaloue neruo dirisimè verberabant. Sic tractatos pice oleoue feruenti guttatim percundebant. salita post aqua corpus abluebant. & in mensa tandem relinquebant, quamdiu dolorem ferre posse putarentur. Post carnificiam huiusmodi, si durior Dominus illis contigerat, viros in totam noctem, collo tenuis desodiebant praesentissimum id ad plagas remedium esse, ludibrio dicitates. Si quis ex illis pra dolore moreretur ad quod non raro adcidit Dominus singula seruorum capita Regi, in occisorum locum sufficiens, ab homicidij poena liberabatur. Hanc crudelitatem lege Baiona, quam dicunt, quidam excusant. Sed omnibus impia merito videtur, tanquam o-mnis pietatis expers. Quamobrem diabolica nomen inter Indos iure quidem, obtinuit. Ad hanc autem immanitatem in miseros Indos, exercendam non allos ingentia quadam natura seuities, multis iam bellis exasperata plebsque habèditis impulit. Hinc Hispanus miles quasi ad aucupium, aut venationem sic ad praedas hominum agendas, iam inde ab inuento Orbe nouo ferri cepit. Aut quibus bello captos in seruitutem abripiebat aut ex eorum mancipio magnam sibi pecunia vim conlabar aut eos ad diuinas operas mittebat quarum mercedem ab eis cottidie per-

perquam importunus exigebat. Eūcere, qui seruos fodina
 mancipauerunt in quibus insolito labore fracta multa ser-
 uorum myriades perierunt: alij mercibus illos permutare se-
 liti sunt, alioque modo distrabere. Idque tam inclementer &
 auarè nonnulli fecerunt vt Christiana omnis humanitas
 prorsus obliti, è continente abreptos vtriusque sexus homi-
 nes, nulla nec ætatis, nec valetudinis habita ratione, nauibus
 in vicinas insulas transportarent, eorum non pauci, qui
 mari non adsueuerant, in sentinam abdebantur, & fame,
 serore, & squallore crudeliter absorpti sunt. Quibus
 quod femine complures ex Hispanis grauida, vnà cum
 innoxio fetu pro ancillis sunt vendita? Atque his quidem
 modis militum aliqui, ad summas opes peruenerunt: alij
 magnas dignitates domi forisq; sunt consequuti: alij rem-
 pecuariam plurimorum damnis, sic auxerunt vt inueni-
 sint, qui octo pecudum millia possiderent. Hanc tam insu-
 nem nouorum hominum iniustitiam atque tyrannidem, su-
 ri non potuit, quin magni statim motus & bella, tam ab ip-
 sis inter se, quam ab incolis in illos excitata sequerentur.
 Nam à Columbo quidem sanè in Hispaniola, dum is secun-
 dum ex America reuersus, apud Regem Hispaniarum
 esset Rolandus quidam Ximenes, ex plebeio ad magistratus
 dignitatem euectus, defecit: & ne cogi à Columbo
 aut pro maleficijs puniri, aut in ordinem saltem redigi
 posset: latronum ducem se constituit. & quidquid ubi-
 que commæatus erat, aut opum: id omne per fas nefas-
 que rapuit. Reuerso deinde in Hispaniolam Columbo
 nullis litteris, nullis legationibus, nullis denique pro-
 missis adduci vnquam potuit vt à suscepto serore desi-
 stens, eius imperium, quod legitimum esse sciebat, ag-
 nosceret. Quin potius è dementia deuonit, vt Colum-

bum

bum per litteras apud Ferdinandum adfectata Tyrannidi
 argueret. Captis ergo, iussu Regis, per Franciscum
 Bouadilium, Columbis fratribus, & in Hispaniam mis-
 sis Ximenes à Bouadilio qui non minus, quam ille, Ger-
 tis Indica diuitijs inhiabat non difficulter in gratiam re-
 ceptus est. Itaque coniunctis animis thesauros vndiq-
 uaque corrudere & infelices incolas ad aurum effo-
 diendum in fodinas detrudere cœperunt. Hinc gens illa,
 laboris & seruitutis æquè impatiens, conspiratione cum
 insula Principibus iuncta, grauisimam aduersus Hispanos
 rebellionem excitauit. Quam Columbi non sine
 multo sudore & sanguine vix tandem repressere. A ter-
 tio deinde Columbi in Hispaniam reditu, ab eo Fran-
 ciscus Porrasmus, vnà cū fratre, & carauela nauis id genus
 est qua vehebatur, defecit. & pertracto in suam sen-
 tentiam potiore militum numero, Hispaniola incolis, ad
 quos cursu se receperat, vt iterum Civilis inter Hispanos
 discordia occasione tumultuarentur, causam pre-
 buit. Cumanenses deinde Continentis incolæ, qui
 Hispanos aduenas primo, velut calo delapsam homi-
 num genus, magna cum veneratione susceperant, &
 multis magni pretij numeribus sponte adfecerant: eo-
 rum tum auaritia, tum iniurijs irritati: verberibus
 enim ad margaritarum piscationem cotidie cogeban-
 tur: coniuuratione facta, in illos ex improviso impe-
 tum dederunt, & occisis plerisque tam religiosis, quam
 ceteris, reliquos in fugam coniecerunt. Hanc suo-
 rum iniuriam vindicatum missus postmodum Ocampius
 captos ex insidijs Cumanenses, è sublimi nauis anten-
 na, vt reliquis terrorem inciteret suspendit. Ac mox ad,
 Cumanenses ex Cubagua reuersus, quo se receperat,

tot

tot eos cladibus affecit, ut internecionis metu pacem postulare cogereentur. His rebus gestis, Ocampus præda onustus cum parte copiarum in Hispaniolam discessit. Miles interim in præsidio relictus, partim libidine, partim margaritarum inexplibili cupiditate, partim etiam mutuis de præda dissensionibus, recens subactam Cumanensium Prouinciã sibi infestam reddidit. Cumanenses hac recuperanda Libertatis occasione illecti, & nouis iniurijs molestissimum hospitium ad iracundiam prouocati, consentientibus animis, dispersos, & recentis victoria fastu nihil hostile timentes, oppresserunt, & pane uniuersos deleuerunt. Ac tanto quidem furore in deuictos seuerunt, ut extremam quoque rebus Christianorum omnibus, non solum profanis, verum etiam sacris templis, inquam, monasterijs, sanctæque suppellectili, vastitatem, magno cum Christiani nominis opprobrio, inferrent. Ex hac secunda rebellione, quam Hispanus miles procurauerat, natum deinde bellum, quod cum eis Iacobus Castilionius crudelissimum gessit, omne Cumanum nomen prope deleuit. Nam cum per quadraginta dies continuos grauissimis cladibus eos affecisset, & semper victos ad ditionem compulisset: septuaginta Gentis Cumane proceres, tamquam coniurationis auctores suspendi iussit. Reliqui partim fuga in vastissimas se siluas abdididerunt, ut ab Hispanis tui essent, partim capti, & in miserabilem seruitutem abrepti sunt. Sic euenit, ut per septingenta milliaria vix vlli postmodum, incolæ paucis iisque tenuibus exceptis, reperti sint, qui antequam Hispanorum naues ad eas oras adpulissent, erant frequentissimi. Nec hic Hispani militis insolentia substitit. Ludouicum Lamponanum, Italum, patria Mediolanensem, ut Cubagæ insula cum imperio præfesset, ab Imperatore Ca

rolo

Carolo missum, recipere noluit. Huc accedit, quod Sancta Martha, Carthaginis, & Paria vicina, Prouincia numerosissimis olim Indorum populis referta, nunc à solis prope modum Hispanis inhabitentur. Propterea quod Indis, quãdiu viribus vllis valere Hispanorum amicitiam peritacissimè repudiarunt, maxime, quod non ferendam inter ipsos seuitiam exercuerint. Simandoca, Tessuca Vallis Dominus, Gondissaluo Ximeno iuriconsulto, Smaragdorum fodinam, tanquam rem inutilem, cuius salis vnius patinam præferre consueuerat, volens & lubens ostendit, tum ut peregrina gentis auream illam et gemmatam sitim semel, ut putabat, expleret, tum ut hac ratione ditionem suam ab exterorum incurusione, exoneraret. Sed cum secus euenirent omnia, & præter expectationem, cateratim vndique concurrentibus nouis hospitibus subditis intollerandis iniurijs affici cottidie videret, nec auertere posset desperata victoria, quam armis aliquoties frustra adfectauerat, execratorque nomine Christiano vulgus vtriusque sexus passim in siluis vitam infelicem voluntario suspendio abruptit. Quot calamitates, Peruanis ditionibus Pirarorum factiones intulerint, notius est ex multis Hispanis historicis, quam ut hic repeti sit necesse. Nec verò Mexicanum Regnum, quod nunc Hispania noua nomen inuenit, ex quo primum Christianorum armis subiugatum fuit: Hispanorum ducum ciuilibus bellis et dissensionibus caruit, qua quidem tot ac tantis damnis quasdam eius vrbes effecerunt, ut quemadmodum auctores longe grauissimi testantur, ex florentissimo statu, in quo paulo antè fuerant, ad extremum exitium deiecta, & solo æquata sint. Panama territorium, & ditiones finitima, à multis Indorū gentibus inhabitata, in omnibus vndique fluminibus magnam

† † †

AUSI

auri vim habuerunt. Sed ab Hispanis postmodum omnia rapta consumptaque sunt. Iucatnam Prouinciam igni ferroque miserè vastatam, nono tandem anno, ex quo bellum in ea gerere cœperat, expugnavit & domuit Monteius, omnibus prope Ducibus & Principibus eius è medio sublatis. Is ciuitates ibidem fundare, & colonias Hispanorum eo deducere. Hæc autem dum sunt, quidam Cacicius Iucatana gentis, ex his, quos bellum diuturnum reliquos fecerat, centum & decem annos natus, Alquinotec nomine, qui quamuis baptismo initiatus, gentis tamen suæ exitium, & Hispanorum in eam imperium non solum ægerrimo animo ferebat, verum etiam continuè deplorabat, ad Montorium venit, eumque his verbis est adlocutus: Me puero, Monteius, morbus quidam infestissimus omnes in vniuersum homines inuadens, vermes eos vomere compulit. Quem tantamox lues & interitio subsequuta est, ut eos ad vnum omnes sublatum iri, certò persuasum haberemus. Ante vestrum quoque in has oras aduentum, duobus grauissimis bellis, quæ post pestiferam istam luem, inter nos & Mexicanos exorta sunt, plus, quam centum & quinquaginta hominum millia perierunt. Hæc tamen tanta clades, ad immanem istam crudelitatem atque tyrannidem, quam tu cum tuis, in nos nostrosque exercuisti, comparata, leues proculdubio, nulliusque momenti censeri debent. Hondurensis porro Prouincia, prius, quam ab Hispanis cognita explorataque fuisset, quadringenta incolarum millia habuisse scribitur, quæ nunc ad octo capitum millia redacta perhibent. Nec id sane mirum videri debet. Idem enim Mediterraneis reliquarum omnium prouinciarum in locis, quas Hispani frequentarunt, passim intueri licet. Crudele quoque

quæ Petri cuiusdam Calicis facinus historie narrat. Cum is enim plus, quam quattuor Indorum millia in captiuitatem adduxisset, quorum multi partim inedia, partim dolore concepto in via morerentur: infirmos ex itineris labore pœnitus defatigatos, militis gladio miserè trucidari maluit, quam ut vivos à se dimitteret. Nihil verò tunc æquè miserabile fuit, ac matres pueros in collo gestantes, vinitas, & à milite, vi supratas adspicere. Fertur, tum militum quosdam, præ nimia in illas luxuria morbo contracto planè fuisse vitiatos. Tanta ergo fuit Hispani militis in India tyrannidis, ut ea non solum Indos, verum etiam seruorum Maurorum animos ad rebellionem impulerit. Dicuntur enim, in exigua quadam insula, ad septem millia defecisse, quos Hispani initio securos & incantos facillimè trucidassent, nisi suo malo vigilantiores factos, precibus & pacifica legatione expugnare potius, quam armis si frustra tentassent. Multi denique fugiunt Mauri in Nominis Dei prouincie siluis habitant: qui, intra cum incolis amicitia, ferro flammaque Hispanos vbiunque persequuntur, & inuentos si frustra dilacerant. Indorum porro ex Hispanica militari crudelitate superstites in nouo Orbe reliquia: etsi olim res externas nihili propemodum facere, & ab avaritia remotissima esse consuescent: nunc tamen paucis exceptis, qui in maiorum temperantia, & animi moderatione perseverant, eas res & opes Hispani militis exemplo studiose querere, in easque velis ac remis incumbere didicerunt. Nec inter cetera apud Indos plerosque æquè, ac poculenta & esculenta, magni ducitur. Benzonus Mediolanensis in Indum, à quo pullum emere volebat, aliquando incidit. Is cognito pullum suum ad cibum expeti, dra-

dragmam argenteam, quam Regalem dicunt, à Benzono oblatam, in os inseruit. Vbi inspidam sensit. Abi, inquit, Christiane, cum re tua vili, nullius etiam vsus. Pullum ego meum ipse comedam, nisi tu vicissim, quod edi possit, mihi dederis. At verò, ne quisquam cum salutis eterne periculo, rebus hisce caducis, plus quam par est, incumberet et scelerum impunitate ad rapinas animū adijceret. occulto quodam prapotentis & iusti Dei iudicio videtur euenisse, vt, quod a nonnullis, in priuatum tantummodo luxum & vtilitatem, ex Indicarum regionum spolijs, parum iuste congestum erat, id omne plerumque prius, quam aut ad ipsos dominos, aut ad primos saltem eorum heredes transmitteretur vel naufragio perierit vel in piratarum manus inciderit. Sic nobili quodam naufragio, ne reliqua enumerem: nauis quaedam ex his, quas Bouadilius ex Hispaniola in Hispaniam primum misit, vnā cum trecentis Hispanis militibus, qui per seditionem multis incommodis et molestijs tam incolas, quam Columbos fratres adsecerant, & maiorum in Hispania lituon auctores futuri, putabantur interijt. Qua quidem nauis, praeter centum & amplius, aurorum, quos illi Castellanos adpellant, millia quae partim Regis, partim priuatorum quorundam erant & primum ex Indicis Prouincijs collectum insignem thesaurū efficiebant vnū insignis magnitudinis auri granum, vebatur, vt id Regina Elizabetha traderetur at tale, quale nunquam deinceps inuentum fuit. Aureorum enim Castellanorum tribus amplius millibus & trecentis, aestimabatur. Gallus praeterea, vetus Hispanicae gentis hostis, ab inuento statim Orbe nouo piraticam in Hispanos exercuit & ingentibus eos cladibus affecit. Naues eorum cum thesauris & mercibus mari cepit non semel, inter quas vna Perua-

nis thesauris onusta fuit ex cuius prada, singuli etiam nauarū pueri, plus quam octingentos ducatos nacli sunt. Saepè etiam Hispaniolam, Cubam, s. Ioannē, aliasq̄, insulas, & aliquot Continentis loca diripuit. Captas naues passim vna cum vectoribus & prada, in Galliā simul auexit. Vectores aut rebus ferè omnib. exutos, terra in patriā redire passus est. Quid multis? Ex omnib. Naucleris, nauitis, & Scribis, qui Indiam frequentarunt pauci Gallorū manus euasere. Propterea quod lucri cupiditate moti, naues illi suas vectoribus tantum, & mercibus onerarunt, & perarò eas armis, quibus hostes exciperent, instruxerunt. Horum igitur piratarum paucos ab Hispanis, sic ab omnibus rebus, quae ad bellum necessariae sunt, imparatis, capi contigit. est Francica quaedam nauis aliquando, Ducis tamen timiditate magis, quam Hispanorum fortitudine, capta memoratur. tantaque inde letitia in Hispaniola, praecipue oppido Sancti Domīnici, concepta ac si Francia fuisset debellata. Nam adcidit cum captiui eius nauis subinde in Hispaniam, non comūcti sed per multas naues distributi, mittebantur: vt eorum quinque in nauis quadam, saccaro, ceterisq̄, mercibus, & quindecim millibus ducatorum, pecuniae Regiae, onusta, coniurationem noctu fecerint & praecipitatis in mare Hispanis, libertatē sibi fortiter adseruerint. eūque nauim, cum omni prada, in Galliam, spolia ampla referentes, vexerunt. Ego quidem: quod ad has occiduas Hispanorum nauigationes adinet postremo loco, praeterire non possum: quasi suspicari posse veteribus fuisse, aliqua saltem ex parte, notas. Aristoteles enim, siue Theophrastus ille, de Mundumirabilibus, scribit: Carthaginenses, decreto Senatus, Atlanticas nauigationes tum intermittere coactos, cum eorum permulti, in Atlantici maris terras illas

bellorum Romanorum tadio, migrarent. Et Plato in Critia, & Timaeo indicat: in Atlantico Oceano: praeter ceteras multas quidem terras unam etiam esse insulam Atlantidem, quae Africam & Asiam magnitudine superet, Ac Seneca in Medea Tragodia, nouum hunc orbem quasi detexit. Refertq; L. Marinus Siculus in veteribus Hispaniola in insula fodinis, minimum aureum repertum: in quo, et Augusti Caesaris effigies sculpta erat, & inscriptio. quem nimirum Episcopus Constantinus, Pontifici Max. miserit.

N V N C de Lusitanorum navigatione. Hanc veteribus cognitam maiore coniectura, quam de superiore, ducor. Pinius enim in Arabico Sinu: Claudio Augusti Filio Imperatore: fragmenta nauium Hispanicarum, quae naufragio perierant, adgnita repertaq; iradii. Melaque Pomponius: Hammonem Carthaginensem cum exploratū missus esse: vectum à Gadibus, ad Austrum, & Orientem. Africaq; littora pleraque, circumuectum. Porro ex Cornelio Nepote, idem auctor est: Eudoxum quendam cum Labyrinthum Aegypti Regem fugeret egressum ex Arabico sinu, peruectumq; Gades. Multū verò antè visum Calius Antipater notat: quem ex Hispania in Aethiopiā, propter commercia, nauigasse, cognitum pluriū fuit. Idemque Nepos adfert: Q. Metello Celeri, C. Asiarij in Consulatu collega, sed iam Galliae Proconsuli Indos aliquot, à Rege Suanorum, dono datos eos nimirum ex India, commercij causa nauigantes, in Germaniam, tempestatibus abreptos. Suetoniorum potius, quod Germanicum oceanum adcolant Regem crediderim. Deniq; : Fins, cognomento secundus, Pontifex Max. Asiam describens, ait: In Othonis vita legi: sub Tentonicis sic enim inquit, Imperatoribus indicam nauim, una cum Indis negotiatorib. in Germanico

littorē

littore fuisse deprehensam: eoq; ventorum vi, ex Oriente, propulsam constitisse. Detur: Veteribus vsitatam fuisse: nobis tamen, noua est. Hac sic habet. Annis ante aliquot quam Rex Hispaniae Ferdinandus, nouum illum Orbē inuestigaret: Henricus Lusitaniae Rex, bellum in Africa mouerat. Cuius belli occasione, qui animo res ingentes conceperat, adiutum sibi, ad remotissimas terras, & ad eandem diem incognitas, patefacere cogitabat. Classē ergo, quae id tentaret, Orientem eam partem versus, expeditiuit. Quā navigationem Alfonso, qui ei successit, intermisit multis alijs arduis Regni negotijs oppressus. Sed Ioannes filius eam, mortuo patre, ita renouauit: ut instructa classe, maximam Aethiopiae partē perlustrauerit neque desit erit: donec, in Bona Spei promontorium sic enim ab eius classis ductoribus, quod ipsis deinceps in Indiam nauigatio, certa quasi, promitteretur dici placuit: peruenisset. Illam is ultra etiam progredi iusserat. Sub id verò tempus: quo Rex Hispanicarum Ferdinandus, sibi viā, ad nouum illum Orbē, aperiebat: Emmanuel Lusitaniae Rex: Ioannis, antecessoris sui, vestigijs insistens: Vascum Gamā, noua classi praefecit. Hic igitur repetita Ioannis nauigatione: primus in Calecutium, quod est Indiae regnū, penetravit. Nam Regis omne studium, in India contēdebat. Et si enim, ob id eā nauigationē suscepit: quo Religioni Christianae propaganda cum primis operā daret: huic tamē proposito hanc utilitatis causā simul et coniunctā, et indiuiduā comitē, adherere oportuit: quod videlicet, vnus hac Oceani maris nauigatione si portus aliquot, quemadmodū firmandus virib. ei necesse fuit, occuparet: Venetis certe Indiae cōmercia praeripiebat: et ea ipse sibi tota, id, quod cōgigit adferrebat. Nā Veneti, soliti antea erant aromata, lucrosissimasq; merces, ex India per Arabiā

firmum, cui Mare rubrum nomen est in Alexandriam nobilissimum Aegypti totius emporium, ad sportare. inde, Venetias: quia ex vrbe in singulas demum Orbis totius Christiana partes, distributum mittebantur. Venetorum nauigatio, breuior erat Lusitanorum verò, longior est. Et siebat: vt Indica Venetorum merces, viliori pretio, quam hodie Lusitanica incorruptior esq; venirent. Lusitani enim, omnem Africa oram praterlegunt ac longa dein via, Orientem versus nauigant sexq; itineri conficiendo, menses insumunt. India Orientis regio est & Asia terminus. Olim etiam Alexandri in ea bellis, deuictosq; Poro Rege, fuit longè nobilissima. Tantum enim litoris, secundum Melam, occupat India quantum, velis, per sexaginta dies ac noctes, cursus sit. Si tamen prouincia longitudo, tanta esse potest. Naues enim ad nauigandum instructa, plenis velis, secundissimoq; vento intra viginti quatuor horas centum communia miliaria Germanica conficere dicuntur. Quidam esse tertiam omnium Orbis terrarum partem, aiunt. Multitudine certè gentium, regnorum, prouinciarum, & urbium est longè clarissima. Lenes in ea auræ magna calit temperies, vbertasq; soli. Necessario ergo sit, quod et Plinius testatur, maiora, quam ceteræ regiones, producat: nimirum homines animalia item & arborea. Hinc hominibus, vita illic ob aëris præcipuè puritatem, multò longior. Inter cetera autem commoda quæ passim India fert, ab hoc nostro orbe aliena vel quæ, illa, si non passim, certis saltè in locis, gignit: hæc sunt potissimum. De hominib; gygantes, vti referunt, & pygmaei. Ex quadrupedibus leo, rhinoceros, gryphes, qui & alati sunt. Silentio præterire non possum, neque deo: Indian, Elephantes innumeros gignere, at atro & armis aptos plures, ac maiores, quam Africa. Mares, bmas

dentes

dentes habent, in superiori maxilla non deciduos. femine vel nullos habent, vel multò breuiores. Zcilana insula, maximos & optimos omnium totius India: summisq; ingenij & quibus reliquos obediens esse ferunt progenerat. Hi non modo vernaculam, sed etiam peregrinas linguas, si doceantur, intelligunt. Glorie sunt cupidi beneficiorum memores, & iniuriarum vindictam expetunt. Capiuntur hoc modo. Cinguntur eorum pascua, ducentis hominum milibus eaq; paulatim in orbem contrahuntur donec tandem in angustum coacti, effugere non possint. Ita in Peguæ regno, aliquando quattuor milia Elephantorum: præter alias fera: simul capta, scribitur. Capiuntur & hac arte. Emittuntur in siluas, mansuetæ Elephantes femina: moneant ne congressum admittant, nisi prius ad stabula reuersa sint. Has alij, mare præsertim, continuo subsequuntur, vsque ad stabula. vbi tum ab eumibus mox feminis, facile concluduntur, & domantur. Hac verò ratione domantur. Iuniores nimirum, verberibus obiurgationibus, & fame, interdum etiam, beneficijs. Maiores adibus inclusi, per fenestras sticulis petuntur: donec iam fessi, vulneribus & fame, propè sint enecti. Tum blandis verbis, & promissis, ad mansuetudinem pellicuntur. procumbente seq; rectorum iussu, lauantur inunguntur oleo, & cibo rescuntur. Deinde: singulis prope momentis interrogantur, qui valeant, quid petant. Sic paulatim mansuescunt. Remor est: Regi Sianæ, esse Elephantum album: eamq; ob causam ipsam, Elephanti candidi Regem, adpellant. Carnibus Elephanti crudis vescit Aethiopes dicuntur. Elephas mares et formicas odit: & vbi eas in stabulo versari senserit non, nisi retorta in trorsum proboscide, dormiet: ne vllum ab illarum moribus, aut arrosione incommodum capiant. Deinde Ele-

phanti tantus est in operibus & instrumentis, monilibusque vsus: vt ex regione, Sofala & Melindi interiecta quotannis, in Indiam deuehantur millies sexcenta pondera preter eos dentes qui ex plerisque Indiae Provincijs conuehantur. Huius eboris aliqua pars in Chinaram regionem defertur: maxima verò Cambaiam. Propinquis enim motus femina illico omnia monilia quorum viginti genera, ex ebore confecta, siccule in brachijs gestant: cōsurgunt, & posito luctu, noua inducunt. Ebur maiorum dentium: plaris minorum, minoris aestimatur. Ex reptilibus verò in India inuistati nobis, sunt: Dracones, aspidēs, & caterid genus immanes, horrendique serpentes, scorpiones etiam alii. & Aquatiliū, quae: Aquatilia, hippopotamus, Gangisquē ac Nili incolae, Crocodilus. Aues non paucas habet, nostris dissimiles, & alias quae nobis desunt veluti: variae speciei psittacos, quibus referta est. Fruges, bis quotannis in ea feruntur ad maturitatem peruenire. Fructus, à nostris differunt, mirobalana, & castia praestat. Arboree generat, semper frondentes, & admodum proceras. arundinem praecipue, est & arbor ibi, quam sola creat, Ebenus. Aromata & simplicia quaedam medicamenta Orientalis Indiae, nobiliora vir in eis exercitatus, & eruditissimus Carolus Clusius, Atrebas ex Lusitania diligenter exposuit. Ea quam potero breuissimè perstringam. Ambarum optimum, Naledina insula generat. Circa Commonionense promontorium, Ambri fragmentum inuentum est, trium ferè millium pondero. Inuenitur, sed rard, in Timoria & Brasilia. Aloe plurima, in Cambaia & Bengala. sed laudatissima, in Zactora. Agallochum, siue lignum Aloes legitimum tantum ex India deportatur. cortice, non cute, vestitur. As-

ferida

ferida, cibus & medicamentum. Iusculis, & oleribus, eam commiscunt, conficato primum ex ea, lebete. Frequens in Mandoua, Chitorā & Delia. Beniugummi genus est, ignotum Graecis, Latinis, & Iudaeis. Vulnerantur arbores vt maiori quantitate effluat. Duplex eius genus, nigrius in Iaoa & Zamatra, reperitur. Thus in Arabia tantum nascitur, cuius apud Indos Medicos, vsus frequentissimus in China & regionibus Malaccenicis. Myrrha plurima, ex Arabia, & Abyssina Aethiopiae. Lacca in regione Peguae prouenit. Magna eam formice, in terra viscerib. alibiq; nate in vasta cuiusdam arboris folijs, Prunum referentes minutis furculis & ramulis, apum more, elaborant materiam ex ipsa arbore, exsurgentes. hi deinde rami reuulsi, in umbra siccantur donec decidant ramuli. Lacca verò tanquam in subulos concreta, manet, interdum, ligni si fragmenta inhaerent. Sincerior tamen, eorum expertus est. Cancanum gummi genus, ex Guinea vehitur, myrthe quasi simile, decedit ex proceris arboribus, quae Myrri habent folia. Vnum est album; aliud, subnigrum. Caphuca; gummi est, quod in ligni medullium cadens, deinde extrahitur, aut per rivas exsudat primum, candidum, sine quē vllis rubentibus, aut nigricantibus maculis. Nascitur, in Burneo, Barroso, Zamatra, & Pacema. Duorum est generum. Vnum, quod è Burneo aduehitur Europe, propter maximum sui pretium, haecenus incognitum. Alterum, è China: hoc in orbiculares partes coactum; ad nos aduehitur. Soli Graecorum Aetio, notum acunt, Cate, siue Lycium dentibus relaxandis familiare est Indis. Arbor, vnde extrahitur, si axinio similibus magnitudine, folio minuto Irica simillimo, per-

petua

perpetuo virente. vnde lignum, vulgo Semperiuuum appellatur. Eius frequens vsus, cum Betre in masticatorijs. Plurimum nascitur in Cambaja vrbibus, Bazaima, Maouola, & Damana. & in Goa continenti. Mama tria genera ex Vzbequa deportantur. Tutia ex Quirino in Persia regione Ormuzio finitima, fit, & constat, è cineribus arboris cuiusdam nomine Goan, istuc nascentis. Cuminum quidem locis, laudatissimum totius Persia nascitur. Ebur, ossa sunt elephanti. Canella, siue Cinnamomum cuius duo tantum genera. alterum, in Zeilana, alterum, in Iaoa, & Malauare, nascitur. In America, nulla in China quoque nulla, producit. Sandalum, Rubrum, in India citra Gagem. Album, & Pallidum, vltra Gangē & in Timora, insula potentuosa nascitur. Indr eo confuso mortarijs lapideis, & aqua macerato ad astus tollendos, & odorem conciliandum corpus totum inungunt. Aduerbitur vtrunque Malaca, Insularum nauibus in maxima totius India Emporia: nimirum Cochimense, & Goense. Indeque in Malauarim, Canaram, Bengalam, Decamam & Guzaraten. Perij enim Lusitanorum bellis, Calecuti i proximis superioribus, florentissimum India totius Emporium. In exterioribus regionibus importata Sandali arbor, etiam crescit. Nam Andanagere, regni Decame primaria vrbe, crescit. & in regis Nizamoxe hortis, amplissimis, qui omnium peregrinarum arborum etiam nostratum, qua fructiferæ sunt genere sunt excultissimi. Betre Indr suauioris halitus gratia, cum alijs mixtum potentiores masticant. Idemque faciunt pleber cum potentioribus locuturi. Vel, qui eo carent manum ori adponunt, ne eos halitu offendant. Os enim in habere odoratum summa apud eos est inciuilitatis. Mulieres quoque, viris congressuræ illud Betre masticant. Lasciu

nia maximum id esse ille estamentum, arbitantes. Sed ab eius esu abstinent, cum defunctos propinquos lugent. Macis arbor, in insula Banda prouenit. myristicamque nucem, Macim, profert. Garyophyllum, in Maluccis insulis quinq; solis, quarum Gilolo primaria est, nascitur. Colliguntur Garyophylli à die quintadecima Septembris, in Ianuarium vsque, & Februarium violenta flagellatione, summis arboribus excussis & per triduum in solo mundato, ad solem siccant. Piper copiosè in Malauari prouenit. maritima regio est qua à Comorino promontorio, Cananorem vsque pertingit. Nascitur & in insulis, Iaua vicinis, & Sunda, & Luda. Piper longum, in Bengala regione quingentis miliaribus à Malauari distat, prouenit. vbi & candidum, & nigrum, gignitur. Album, rarum est: procerumque, mensis inferri solet. Fausel, plurimum in Malauari crescit. In Guzarate & Decama locis duntaxat maritimis, neque copiosè, sed laudatum, nascitur. optimum, in Mombama insula, plurimum in Zeilana, sed candidum. Tamarindi medicamentum est notum optimi in Cambaiete & Guzarate proueniunt. Anacardium copiosum in Cauanore, Calecutio, Cambaia, & Decama. Calamus Aromaticus, per vniuersam Indiam feritur, in qua tantum crescit, plurimus, in Guzarate, & Balaguare. In Goa quoque, sed paucus, gignitur. Nardus in Mandoua & Chitora, prouincijs Delie regnis, Bengala & Decame vicinis iuxta Gagem nascitur. Costum circa Guzaraten, in Mandoua & Chitora plurimum Malacca vsus eius est. Turbit in Cambaiete, Surrateque, Dio insula, & Bazaimo, vicinisque locis, procreatur. Rhabarbarum omne, in Chimarum prouincia nascitur. China, radix, oritur in vastissima Chinarum regione, qua Tartariam spectat. Venerem quidem lucem, qua Chi

nam & Iapaniam, aliasq; Indiae Prouincias, longè lateq; peruagatur mirificè curat. Aded: vt, postquam eius vsus per Indiam increbuit: id quod, post annum Christi milleimum, quingemesimum, trigessimū quintum contigit: Gaaiacanium lignum tanquam Hispanus quissiam beluones Indos, nimia inedia enecans: vilescere cepit, vel potius omnino profligari. Galanga minor, è China maior & deterior, ex Iaua insula ad nos aduebitur. Gingiber semine, aut radice satum, in omnibus Indiae nobis nota locis, gignitur optimum est, Malauaricum: idemq; frequentissimum, Arabibus & Persis expetitur: secundum locum obtinet id, quod in Bengala repperitur. tertium quod in Dabulo & Bazaimo, omniq; ea ora maritima. Sapphirigenus vtrunque, aequum & obscurum inuenitur in Calecutio, Cananore, & Bisnagua. praestantiores ex Zeilana laudatissimi, ex Pegua adferuntur. Hyachintus et Granatus nascuntur in Calecutio, & Cananore. Granatos praebet Cambaia et Balaguata. Oculus Cattis ex Zeilana, laudatissimus: in Pegua, nonnulli, mulidū pluris apud Indos, quam Lusitanos, fit. Lineus pannus, ita ad lapidē hunc compressus, vt gemma meditullium siue oculum tangat nullo igni vri potest. Coru, herba Malauarica dicitur quod Malauares, eam, primi omnium, esse praesentissimum dyfenteriae remedium, doctuerunt. Mangas fructus omnes Europae fructus, suauitate superat: optimus, in Ormuzio producitur. Secundus ab hoc, in Guzarate. tertius, in Balaguatae. Arbor Mangas, bis quotannis fructum fert. Ciconia Bengala in Bengala enim vicinisq; regionibus prouenit arbor est olea magnitudine. Fructus aduersus alui profluvia utilis. Carambolus fructus in Goa minoris oñi Gallinacei magnitudine in quatuor partes dissectus, na-

scitur,

scitur. palato gratissimus, saccaro conditus. Brindones fructus. eo, inctores viuunt. cortex eius seruatur, aceto conficiendo. Datura planta in India citeriore frequens. in Malauare nascitur. Eius florem, aut semen fures in eorū cibum inijciunt quos depraedari volunt. Eo sumpto, mente alienantur. eoque soluuntur in risum: & magna libertate id sibi, quod illis libitum est, praedari sinunt. Bangue, planta cammabi similis aptissima somno conciliando. Sed & Muscum gignit India, Cardamonum maius, & Laserpitium. Margaritarum autem gemmarumque, & vnionum plena est. Adamantes habet, carbunculos, pyropos & quos adpellant topazios, berillos, chrysoprasos. Auri etiam fodinis & argenti non caret. Quamobrem: à Poetis, saepe Diues adpellatur. Mirum sanè, vel miraculo potius simile, posteritati videbitur: eo vsque hominum industriam, ac labores, penetrare potuisse: vt hasce duas nauigationes Orientis & Occidentis, inuenerit. Sed quid non audet, vir magnanimus? Nonne enim Magallanus natione Lusitanus non prius ab Europaeis tentata nauigatione fretum, q; ab eo nunc Magallanicū adpellant quinquagesimo secundo latitudinis gradu, ad Austrū aperuit? Nonne, inferius hemisphaerium immenso cali mariaq; tractu superato sub Orientem solent ad Molucas peruenit? Nonne vna, ex eius classe, nauis, Victoria nomine eo in insula Mautama caeso in bello, digressa memorabili ad omnē posteritatem facinore reliquum itineris, per superū hemisphaerium Indiae, Africaeque oras praeteruecta tertio ab discessu anno: Sebastiano Cano Nauarcho incolumis in Hispaniam peruenit? Ergo vniuersum Orbem hac nauis, circuitit. & nunc illorum, nunc istorum Antipodum prouincias adigit. Quamobrem eius nauis reliquia: Hispani memoria causa iure meritoq; poster-

posteriori re seruantur. Præterea a historiae produm. Vasco Numium Valboam in Oceano insitata ad Meridiem naua navigatione id mare detexisse, quod vulgo Surium nominant. Ex altissimo conspectum monte, socij id ostendit, eiusque possessionem, Hispaniarum Regis nomine adhibitis ex solemnibus testibus, & notario cepit. postea paulo, Margaritarum insulam repperit. At ne omnibus Hispanis, Oceani maris gloria, totaq; concederetur. Britannis, Septentriones, noua in Moscouia navigatione, ab hinc annis viginti plus minus, illustrarunt. Nam bellis Sueticis à Moscouitarum, Naruicq; Liuonia, exclusi commercio: iter ad illos Oceano hinc Noruegia, Finmarchie, Lappie, Scricumie, Biarmiaq; illinc Groenlandia littora, præterueclit vltra septuagesimum latitudinis Aquilonari gradum: sibi patefaciunt. Quam navigationem Belgæ postea non sine tamen, cum iisdem Britannis, velitatione sum secuti. Eo vehunt argenti veteris fragmenta, lineasq; vestes propè detritas omnisq; generis minutiores merces, ad usum cultumq; corporis hominum viriusque sexus. veluti lintea & byssea cingula, periscelides, crumenas, cultros & id genus sexcenta. A Moschis autem, pelle omnis generis pretiosas adferunt. tum salmone salitos, fumoq; duratos. Qui enim eas prouincias frequentat piscatores propè omnes sunt. Soluunt Belgæ ex Battanis circiter Idus Martias vt ante Solstitium æstiuum eo naues adpellant. Moschi enim in littore Boreali sedes non figunt. sed circum æstatem ed, piscationis, & commercij gratia, tantum conferunt. postea, aduentante hyeme, domum reuertuntur. eoq; nomine mercatores in Continentem ad eos commeant. Nec illic, vltra septem aut octo hebdomadas, haerent. ne, ab asperitate ingruentis hyemis obruantur. Fer-

tur Euchsana quadam nauis hæc via, Sarmatie, Asiaticæ, & Tartarie, littora mercatorum quorundam sumptu, diligenter explorare. Deniq; ne quid in actum relinquã, Battani quidam; Carolo Quincio contra Gallos bellum gerente, ne in Gallorū manus inciderent, ex Canarijs insulis, cursu ad Boreã flexo per Orcades et Hebudes indeq; per Oceanum Germanicum: Sebastiano Bolmano, Schiedamensi Battano, Nauarcho in Zelandia Veriensem portum. maxima commeatus inopia presti, peruenere. Sed ad Lusitanos, à quibus sum longè digressus, redeo. Itaque Lusitani, cognitis tot ac tantis illis Indiæ opibus: nihil potius habere quam vt portibus, vrbibus, ac locis suæ navigationi quocumque eam securam redderent oportunitis quam primum potirentur. In eamque rem omnes sedulo neruos contenderunt. Oppidis ac locis ergo, quæ cepissent, præsidia statim, & præcipuus etiam arces, veluti Cambaie vrbi, imposuere: à qua Turcam, eam expugnare conantem, reppulerunt. Calectij & in Aurea Chersoneso, quam Malacam vulgo nominant multa Indiæ commercia sunt frequentissima. In hanc autem Chersonesum ex insulis Moluccis non procul distans, aromata importantur. In ijs enim insulis nascuntur. Quæ igitur oppida, portus, ac loca, Lusitani cepere: ea præsidijs, & opere, diligenter numerunt. Cum vicinis vero Regibus ac principibus quos in ijs regionibus ipsi opibus & potentia præstare cognouerant: amicitia ac pacis, & commerciorum fœderata sunt. His artibus bello questita, reuident. tum quod legum, quas victis dedere. Magistratuumq; ac tributorum vinculis: nec non, constituta, qua licuit vbiq; Christiana Religione ea quoq; sibi confirmarunt. Hispani cum publici etiam commodi sui non immemores ex Moluccis insulis, in Auream Chersonesum tot o-

pes efferrit, tot aromata aduehi cognouissent: omni studio sibi contendendum putauerunt: ut noua reperta uia, in eas ferri possent. Quam Magallanus, Caroli Quincti iussu explorauit. Quae res cum disfidiorum inter Reges causam praebuisset: tum utriusque clientes earum ius ad suas partes reuocarent coorta fuit disputatio: uiri nimirum diuisionis Orbis iure: Alexandri Sexti Summi Pontificis decreto sancta: deberentur. Quoniam enim duabus hisce, Hispani in Orbem nouum, & Lusitani in Indiam, detectis navigationibus fiebat: ut, uterque, ulterius progrediendi cupidus: alias porro insulas, & regiones indagaret: nauium praefecti, ipsique ad eod. classum duces, in eam cogitationem & expeditionem, acriter incitabantur. Inueniorem quippe gloria comitabatur, idoneus ad audendum omnia stimulus. Ad haec adcedebat Regis fauor, & beneuolentia: praemijque magni certa spes. Quare: contemptis periculis uniuersis: eo quisque labores suos conferebat: ut Regi suo, recens repertis terris, aliquam prius incognitam aperiret. Sic, eueniebat: ut omnia utriusque perlustrarent. Hinc uero periculum praetidebant, fore: ne, dum tanto haec studij ardore procurarentur: Hispanus Lusitani, & Lusitanus Hispani, navigationes institutas, impediret. Ergo: locum aliquando controuersis: & inter amicos Reges, eorumque clientes: bellorum, aut odiorum certe occasiones praebere. Ne hoc adideret, duo hi Reges sibi magnopere cauendum ducebant. Tandem: ex ea, quam dixi, auctoritate Alexandri Sexti, Maximi pontificis: uniuersum Orbem in duas aequales partes: factu utriusque ab insulis Hesperidum initio diuiserunt. Quae Insula: Capitis Viridis: ex opposito eius nominis in Africa promontorio dicuntur.

Ducta

Ducta igitur ab Arctico est linea: quae per Fortunatas: quas hodie Canarias uocant: et Antarcticum permeans, in eod. demum Arctico fixa manet: et. Ergo: quidquid, ab Hesperidibus: recta in Orientem nauigantibus. Lusitanis incognita terra ad centum octoginta gradus detegeretur. id omne ius cederet: quidquid autem in Occidentem: ad totid. gradus; Hispani. Quamobrem: Hispani, cursum in occidentem, ad nouum orbem nauigantes: his pactis adstricti remeere: Lusitani autem: per Meridie, & Hesperidum littora, & Aequatoris, Tropicumque Capricorni, transeuntes: demum per Arabicum & Persicum mare: ad India littora citra Gangem: ubi Calecutium, celeberrimum India totius emporium: deferuntur. Inde Taprobanam: et in Auream Chersonesum. tandem ad Sinas & Japonios usque, extremos Orientis populos. Totus autem ille continentis Asia tractus, qui ultra Indum, ad Austrum & Ortum, Indico & Eoo mari: ad Septentriones Tartaria desinitur: Indorum Sinarumque regionibus consistat. India uniuersa: quae Indo flumine, Tauri iugis, Sinis, & Oceano circumscribitur, Gange interlabente, ueteribus duplex fuit: duabus peninsulae ad meridie longe in mare procurrens, tres amplissimos Sinus efficit, siue frequentibus portibus, & oppidis illustres: nunc in multos principatus et regna armorum et mercaturae studijs clarissima diuiditur. In ea, quae ad occasum est, peninsula Cambaicum, Delium, Decamese, Bisnagarense: et Narsingense regna sunt: Decamirex est potētissimus. Qui nunc regno potitur, Nizamoxa nomine, praeter mediocre doctrinam, quae praestat, semper apud se Medicos eruditos alii magnis stipendijs, tum Persas, tum Turcas. Illud in Indis harum regionum plerisque, est memorabile: tenuiores Regibus suis, munerum loco, rosas nostras offerre solere: quibus eorumdem regum cubicula insternantur. Bisnageroque regi quot-

anis ex odorib. & florib. tributa, ad quinq. propè millium Hispanicorū nummorum aureorum, summam, solui. Sum in eadem peninsula, ex Calecut; interitu, duo parentum nostrorum atate nata emporia, longè celeberrima Goa-num, & Cochimense. Illud tamen, quàm hoc, si sequentiū efficit, totius per Indiam Lusitanorum imperij administrator qui Prorege firmas ibidem sedes habet. Vrbs Goa, varijs hominum generibus abundat. Amplissimum hic Collegium, Societas I E S V. Ioannis Tertij Lusitania Regis beneficio egregiè locupletatur possidet. In quo, ultra sexcentos diuersissimarum gentium pueros, ad pietatem & literas diligenter informari proditur nimirum Brachmanas, Persas, Arabes, Aethiopes, Casies, Canarios, Guzarates, Dacamios, Malauares, Bengalanos, Canaricos, Peguos, Patanes, Chingalas, Iauenses, Malaïos, Manancabos, Macazanos, Maluccos, Sionios, Mauros, Sinas ceterosq. id genus. Et ex hac demum schola, qua Theologia, bonarumq. literarum studijs floret, in omnes Orientis provincias, domum quisque suam, mittuntur. Ad eod. vr hoc Collegium, totius in India Christiana Religionis, & Reipublica seminarium, non immeritò dici possit. Alterius verò peninsula regna sunt haec. Vermanum, Auanum, Peguanum, Sianense, & Malacense. quod postremum, eiusdem nominis urbem primariam, emporio simul vltioris India frequentissimo, & Societatis Collegio celebrem, habet. in intimo medijs Sinus Indici, recessu, qua Ganges fluit, sunt Orixæ, Bengala, et Madao, ditiones nobilissimæ. Ad ortum, Cambodia, et Campa. Fluvium, totius India maxima, sunt; Indus, & Ganges. Gangem fluium, Indi, sanctum existimant. ita vr, moritur regni Bengalæ Indigenæ & incolæ, hoc flumine mergi se iubent. Sed pedibus durat.

taxat. Sunt autem in eo flumine certa Idolorum delubra, ad quorum cultum cateruatim confluunt mercatores & Guzaratis, & Decamæ regni incolis, magnaq. donaria eo inferunt. India, innumerabilis propemodum insularū numerus, adiacet. clarissimæ sunt Zeilanda sive Zeilana; & quæ nunc Samatra; Veteribus Taproana; dicitur. tum Iaua duplex; maior, & minor. quarum pleraq. Lusitanis parent, aut cum eis pacem & amicitiam conseruant. Zeilana insula; octoginta milliaria Lusitanica continet in circuitu. in longitudinem ad triginta protenditur. Sita est è regione Promontorij Comorini. Populosaq. est admodū; tametsi, magna ex parte montosa. Eius incolæ nominantur Chingale. Verrima totius Orbis, laudatissimaq. Nucium Myristicarum feracissima. Garyophyllos, piperq. gignit. Omnis item generis gemmas, præter adamantes, habet. Margaritarum, auri, argenti, magna copia. Silua omnis generis aubus scatent. pauonibus, gallinis, palumbis varijs generis, multoq. venatu, cervis & apris. Delicatisimi istic fructus tametsi sponte nascentes; ficus, vuae, aurea mala, suauitate reliqua totius Orbis superantia. Ligno & ferro abundat. Multa palmarum genera; optimiq. vti dixi, Elephantis. Quæ de India Regibus auditu iucunda referri, posset et hic locus; ne longior sim, prætereò. Multa de eius situ, populis, legibus & moribus Strabo. De Simijs hoc ex eo addam; infinitas in India, præsertim in silua ad Emodios montes, inueniri, maximis cambus maiores; præter faciem, quæ nigra est, albos esse totos. caudis; vipore duorum cubitorum, longissimis. Hoc animal, non minus, quàm Elephantis, ad humanum ingenium & captum adcedere. Cum enim exercitum Alexandri vidissent; ipsos etiam in collibus quibusdam ordines instruxisse. Milites, exercitum hostilē

putasse, & in eos contendisse. re tandem per Taxilum com-
 perta cecidisse. Ergo, cum omnia, qua fieri videant, imiten-
 tur, & in arborea fugiant, hysque insideant: venatores cati-
 num aqua plenum in conspectum ponere, oculosque ex ea
 sibi abluere, postea pro aqua, posito visco, discedere. & hys
 eminus insidiari. Vbi animal ex arbore descenderit, & se-
 se visco illuerit, & commuente palpebra cohaerint: viuos
 capi. Vel venatores culleos quosdam in braccæ modum
 induere. abire, per similibus ibi relictiis, interius villosis, &
 visco illiis. & simias, se his induentes, facile capi. Tigres, apud
 Prasios, duplo etiam maiores leone gigni, scribit. tum
 serpentes duorum cubitorum, cum membranis, uti vesper-
 tiones, alis, & per noctem volare. Corpios denique volu-
 cres, ingentes. Validissimosq; molossos, qui Leonem quoq;
 Taurumq; detineant. Viperæ quædam ibidem, sed decim cu-
 bitorum reperuntur. Animalia quæ apud nos mansueta
 sunt: apud illos sunt fera. Arundo quædam nascitur, vlnarū
 triginta longitudine. Lapides India pretiosos crystallum,
 Carbunculos varij generis, & margaritas gignit. Sapien-
 tia apud Indos opinio pænes eos est, quos philosophos ad-
 pellant: Philosophorum autem illis esse præcipui memo-
 rantur; Bancænes, & Bramænes. Bancænes, tametsi nunc
 potius Negotiatores, quam Philosophi nominandi veniant,
 sunt scitis inter se diuisi. In eo tamen religione quadam om-
 nes conveniunt: ut rem animæ præditam neq; occidant, neq;
 occisa vescantur. Hoc præceptum tam strictè obseruant, ut
 plerunque captas aues redimant, quas deinde pristina li-
 bertati restituant. Neque naps, allijs, pulmentis rubro co-
 lore infectis, neque vino aut aceto, neq; Nimpa, neque Cr-
 taqua, potionū generib; utuntur. Intenti longis ieiunijs se
 macerant, nocte tantū modo sumentes paucillū saccari cū
 lacte

lactis, aut aqua potu. Superstitiosiores, interdum cibo vigin-
 ti diebus abstinent. Formicis & auibus aquam bibendam
 præbent, saccharo dulcitant. Quinimod ex eorū instituto, no-
 focomium auiū est in Cabaiete, in quo omnis generis aues
 curantur, quæ sanitati restituta, dimittuntur libera. Hæc est
 apud illos eleemosyna. Morituri, solent nonnulli certā facul-
 tatum portionē testamento legare, viris quibusdā, qui per
 solitudinem vagentur, & aquam peregrinis, & iter faciē-
 tibus dent. Eodem vestium genere, quo Gymnosophista vsi
 fuisse perhibentur, amittuntur, & animarum transmigratio-
 ne in alia atque alia corpora credere, rumor est. Brach-
 manes similem cum Bancænis, de animarū transmigratio-
 ne opinionē traduntur sequi. Degunt in Balaguate, Cābaia
 & Malauare. Cibū non adingunt, nisi primū loti toto cor-
 pore. Habentur in maiore veneratione, quā Bancænes. Ex
 his enim Scriba Regibus deliguntur & Negotiorū procu-
 ratores, & Quæstores & Legati. Hi tamē omnes, et qui in
 maritimis locis, quæ Cuncama dicuntur, habitant, omni carnū
 genere, excepta vaccina & porcina domestica, vescuntur.
 Animas, uti Pythagorei, mortuis corporibus, in alia corpo-
 ra transmigrare, credunt. aliq; multa ridicula libros quos-
 dam & Prophetas habent, quibus superstitionē suam sunt e-
 nim Indicorum sacrorum Antistes stabilunt. Curā phi-
 norū gerunt, quæ Idolis sunt dedicata. Aedes, quas cū Idolis
 inhabitant, Pagodes appellantur. Vaccas adorant, easq; nō
 mactandas docent. Deū opinantur esse nigrum, hunc colorē
 qui familiaris ipsis est, pulcherrimū arbitrantur. Hinc etiā
 ut plurimum ipsorū idola nigrore sunt horrida impuroq; oleo
 perfusa visū verò adeò fœdæ, ut vel solus eorū ad spectus
 intus terrorē incutiat. Cōplurib; è plebe, idola admodū ef-
 se edacia, persuadet: ideoq; pecuniā ipsis, et varia esculen-

genera afferenda, persuadent. Hoc nimirum commento, sibi suisque, victum largè procurant. Hinc his cottidie, nimis credulum vulgus, per domesticos nummū dijs offert. Illi verò, furiosorum more, saltantes sistratiq̄, epulantur. Tunc idola cibum capere, miseris persuadentes, et ne quid sibi suisque defuit, idola vehementer esse irata, populo denunciant, quod imperata non fiant: & nisi deos placet munere, fore confirmant, vt aut occidantur ab ijs, aut calamitatibus afficiantur, aut in ipsorum ades inmittantur demonia. His eos technis in errore detinent. Quod quidem interdum etiam eorum aliqui non dissimulant, sed egestate se purgare conantur: quod præter saxea ista idola, nihil in bonis habeant. Amaracum herbam magna superstitione, & ceremonijs, pro numine venerantur. Quāvis interdum inter eos aliqui reperiantur, præter cetera, Astrologie peritissimi, & in magnis dignitatibus, constituti: plerique tamen plus malitiæ, quàm literarum habent. Polygamiam naturæ lege prohibitam, agnoscunt. Præcepta quoque diuina illa decem, & accuratam singulorum interpretationem, literarum monumentis sibi traditam, callent. Quibus libris illud etiam quasi vaticinium contineri fatentur: fore tandem aliquando, vt omnes vni iuratum modo legi pareant. Quos in disciplinam suam admittunt; eos sancte polliceri compellunt se mysteria, quæ sunt audituri nemini vnquam mortalium prodituros. Inter hæc autem mysteria illud etiam numerant nimirū, ne vnquam profiteantur, adorandum esse creatorem cali & terræ, qui in calu est, sed idola potius, quæ demones esse cognoscunt. Lingua peregrinam, vti Latīnam nostri: Magiam etiā & incantationes in scholis docent. Dies dominicos, qui doctores ex illis sunt, religiosissime venerantur: in quibus nihil aliud,

quam

quam hanc orationem si equester pronunciant: Adoro te Deus, cum tua gratia, et auxilio in æternum. Ingenio perquam acuto sunt. capillos à pueritia summa cura nutriunt, & funiculum triplicem in signo id secula est magna cum superstitione, è collo gerunt. E Christianorum, Ecclesiasticorum præsertim, manibus, cibum accipere sacrilegio summe ducunt. Fuerunt hi Brachmanes antiquitus Sattapa, & Indicæ regionis Domini. Videntur autem hæc duo Philosophorum secula ab antiquis Indorū Gymnosophistis, quorum etiam duo genera fuerunt, originem traxisse. Brachmanes ex generis successione, sapientiam, velut hereditariam seculabantur. Hi præstabant: quod eorum decreta magis essent consentanea. Germanes alterum eorum genus electione ad Philosophia professionem adsumebatur. Eorū honoratissimi, Hyboli, quod in siluis, Indiæq̄, solitudinibus sub diuo agerent, adpellati. Solis frondibus & siluestribus frugibus vivebant: ab omni carne abstinebant. Cum igitur optima domus ea sit, quæ non magno adparatu, sed minimo quidem indiget: tenui victu contenti, miraculo fuere. Nudis incedentibus, vestis fuit, arborum cortex: vel Diodoro, lineum è mollibus filis ac pellibus indumentum. Id verò nec igne cōburebatur, nec aquis expurgabatur: sed vbi sordidum, maculisq̄, plenum erat, in flammam proiectum, planè candidum postmodum reddebatur. Vini & Veneris, coniugijq̄, nisi post annos septem & triginta in eo vitæ genere consumptos, expertes erant. De Republica cum Regibus, de quæ diuinis, sacrisq̄, rebus disputabant, de quæ, syderibus, quæ diligenter obseruabant. Et de ceteris, quæ ad naturam perscrutandam pertinent. Eoque ab ijs colebantur. Ab omnibus enim voluptatibus, quibus hominum vita corrumpitur, abstinebant: quapropter maxima erat apud om-

nes virtutis eorū auctoritas. Porro: tanta continētia praestabant vt solē ab exortu ad occasum, stantes & immobilibus oculis, contuerentur et feruentibus arenis ipsi, toto die alternis pedibus institerent. E contrario vero Caucasus niues, hiemalemque vim sine dolore perferebant, cumque ad flammam se applicuissent sine gemitu, vt Cicero ait, adurebatur. Corpora ergo sic ad laborē exercebant: quo mentes confirmarent suas, quibus motus omnes sedarent, & bona per ipsos omnibus consulendi publice priuatimque vera facultas praestaret. Itaque omnis eorū philosophia eō tantum spectabat vt bene viuendo, bene quoque morerentur. Ad eos his rebus, claudius Apollonium illū Thyaneum, Pythagoreum, profectum fuisse, Hieronymus ex Philostrato testatur. quo nimirum Iarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali forte potantem, inter paucos discipulos de natura, et motibus siderum ac dierum cursu docentem audiret. in Aethiopia denique perrexisse, quo Gymnosophistas, & celeberrimam Solis mensam, inquit, videret in subulo. Praecipue enim Solis numina maiestati, deuoti consecrati, Brachmanes erant. His intenti Philosophia studiis, Alexandrum, cum ad eos in India expeditione penetrasset, acriter increparunt. quod cum mortalis esset, mortali tamen sorte non contentus, vniuersum Orientē latrocinijs infestaret. Alij inter hos Germanes extiterē, qui, tanquam Medici, circa corpus hominis suam philosophiam exercebant. Hi, non sub diuo degebant, orizantibus, & farina cibis, per cibos medicinam faciebant ex medicamentis vitiones praeferebant, et cataplasmata. In laboribus, attamen, veluti Hyoboli, tolerantia constanti praestabant, ad eō, vt cotidie in gestu immoti perseuerarent. Alij Germanes fuerunt diuinatores et incantatores. Hi rituum, & eorum, quae de defunctis vita feruntur, peritiam valere: perque vicis & vni-

bes errabant, ea, quae de inferis commemorantur, didicerat: quae videlicet ad pietatem sanctimoniamque spectant. Oppositum omnibus hisce Gymnosophistis Philosophorum id genus fuit, quos Prennas appellant. Contentiosi erant isti, totique in reprobando positi. Brachmanes, quae physiologia & Astronomiae studij incumbere, tanquam stolidos, deridere. Horum alios Strabo Motanos, alios Gymmetas, alios Ciuiles ac Domesticos nominari, scribit. Non desunt, qui has oēs Gymnosophilicarum sectas, à Iudaeis initia hausisse sua, probent ex ea insertim doctrina parte, quae Cabala adpellant. Nam nihil aliud est ea, quam vera philosophiae disciplina. Admodum enim artificiosae, per symbola quadam, terrenis rebus omnibus posthabitis, semotique rerum materia, formam docet et forma decerpere, quousque ad primam vniiformem, quae dicant, & informem materiam, peruentum descensumque, sit. Itaque, quacunque vel ex Persis Magi, et Babylonij & Assyrij Chaldaei vel ex Indis Gymnosophistae, & à Gallis Druidae, et qui Sennothei dicuntur, inuenerunt: ea ipsi à Iudaeis Nam primi omnium philosophi fuerunt, et Aegyptus Iudaeos Prophetas habuit adcepere. Pythagoras autem, et Plato, mutato Cabala, in Philosophian, nomine, ab illis non à Graecis, vel Romanis, adcepta: Graecis suis hominibus exposuerunt. Nam cerere, non alius Cabala perito scopus proponitur, quam vt hominum animos in Deos calidius referat, hoc est, ad perfectam minimeque fictam beatitudinem promoueat. Eodem quoque spectant Pythagoras, primus apud Italos Philosophiae parens. Idem porro Cabala Pythagorae, Platonisque, hoc docendi modus fuit pariter, et similis, quae quis ad eius rei cognitionem, et mysteria deduceretur exerceret. per symbola scilicet, atque notas per prouerbia et paremyas, per numeros et figuras, per literas, syllabas, et verba. Ad hunc modum Pythagoras T littera inuenit symbolum exhibet, The

ta, mortis in

index est. T. autē litera figura, Christi crux ostenditur. Vnde Ezechiel, signa T. in fonte gementium & dolentium. Et Christus derivat, se principium & finem esse docens. & in se initij decursum ad finem, & finis recursum ad initium. Ego, inquit, sum A. & Ω. Sed & Iustinus, Philosophus & Martyr, X. litera forma, sacra Christi crucis mysterium contineri, monet. Platonem aduocat in testem. & in Timaeo, de Dei filio differentem, scribere Deum in Mundolum suum instar X. litera posuisse. A. quoque literam, Cicerone, salutarem, quod absoluendi Rei: C. infausam quod condemnandi nota foret, adpellat. Primam quoque Iliadis, nominis Μηνυ, syllabam, signum & notam esse aiunt, quot numero sunt omnes Homeri libri. Id quod & Appian Grammaticus Alexandrinus, à Tiberio Augusti, Mundi Cymbalum dictus, obseruasse legitur. Sic in nomine Iehouah, Theologi nonnulli philosophantur: denarium, senarium & duplicem quinarium, includi. quibus numeris infinitam & admirabilem diuinarum virtutum copiam indicari volunt. Ioannes in Apocalypsi, nomen Antichristi numeris inuenit. Hic sapientia est, inquit: qui habet intellectum, computet numerum bestiae. Numerus enim hominis est, inquit. & numerus eius sexcenti, sexaginta sex. Seruatoris nostri, nomen cognomenq̄, oraculorum Sibylla libro primo, per numeros literasq̄, duobus in locis, adumbratur. Altero quidem, clarè satis, ΙΗΣΟΥΣ: altero, sed obscurius Θεός, Σωτήρ: Numerorum tantum summa, in hoc, non sine mysterio, quinarium deest, qui, dispositis eius in quadratam formam unitatibus, cum monade in centro, crucis typum oculos ponit. Verbum, Candidi, in Cabala, bonum notat: Atri verò, malū. Huiusmodi rebus ac notis mysteria sua vulgò calare, Religionis praesertim sacra, Aegyptij solebant. Id

quod

quod earum notarum reliquiae in Obeliscis, qui Roma super sunt, aperte testantur. Philosophi igitur, ne passim disciplinam suam omnibus exponerent: quae de natura, ceterisque Philosophiae partibus, perscripserunt ea fabulis & integumentis, inuolucrisq̄, quibusdam pulcherrimarum rerum scientiam, multo labore parandam esse, vt charior esset, existimantes obscurarunt. Id quod in more positum Brachmanis, & Baneambus quos in India Iudaeos fuisse, nonnulli referunt planè fuit. Quam ob rem Graecos Philosophos, cum ijs, vt, vnde eorum decreta fluxerunt, aperiretur comparari oportuit. Iam de Sinarum regno videamus. Id ad occasum Indiae contiguum in tredecim Prouincias & dioeceses distributum dicitur quarū singula suam Metropolim habent. Ex his, Canton, vrbs non procul à mari sita, omnium minima esse fertur, quantumuis, Olyssiponē, incolarum frequentia, longè superet. adificia habet commoda: moenibus cincta firmis admodum. via, ne furibus ac maleficus transitus pateat, portis interclusa. Administratio tota paucis Regem est, quem singulari veneratione & obsequio colunt. Hic singulis prouincijs nouos, tertio quoque anno, magistratus praeficit: non tamen indigenas. quorum Praefectorum ex ipso comitatu, & apparitorum ordine, maiestas imperij satis elucet. Praesidib. prouinciarum sentriuntur Adseffores: qui, quid à Collegis, quid à Praeside gestum sit, separatim quisque, singulis mensibus ad Regem perscribunt. Qui Rempub. male gessisse deprehenditur, teterrimo carceri, cum tota gente, trahitur & non ignominia solum verum etiam bonis interdum mulcetur. Probos autem & iustos honor magnus sequitur. Cerruntur Cantone passim, vltra mille arcus, cum inscriptionibus. Hos ferè, regij praefecti, magistratu functi, administratio-

nis sua

nis sua monumenta posteris relinquunt. Qui publicè ius dicit. Hexasi, vernaculo sermone: qui Regi unam pecuniam curat, Pombasi dicitur, Maris autem imperium. & peregrinorum administratio, penes Aitanem est. Chaeni insignia manus & oculus. Hic capitales Regis sententias. & multas à cohorte regia confirmatas exequitur. Ministros regis aut in officio continet, aut, si merentur, magistratu priuat. His autem omnibus quasi pro Rege, Tutanis Magistratus is sic dicitur praest: cuius tota prouincia, potestas admodum est formidabilis: pileo, quem à Rege dono accipit, conspicuus & vestimentis, inaurato leone: qui Regis est insignis distinctus. Hoc ille amictus ornatu, maiorem, quàm Europæ Regum quisquam, grauitatè, vel potius maiestatem praese fert. Hunc, Lusitanis etiam Praefectis, non nisi genu flexo, & eminus quidem, alloqui licuit. habitat magnificè, qui negotiorum causa illum accedunt: ij, vt à ianitore admittantur, quid sibi velint, ad singulas fores, alta voce pronuntiantur. Stipatores corporis permultos habet, à rege attributos. Ferunt ad Cantonia duntaxat prouincia praesidium & administratione ultra centum hominum millia, Regis impensis ali. Arma licetorum, arundines sunt, igne tosta, cubiti vnus longitudine, lata digito quattuor. ij, nocentù pedes, leui quando, de causa, acriter diuerberant. Praefecti per vrbe sella gestantur: sequuntur equi si enati, magna praecunte satellitu manu: quorù alij arundines, clauà alij ferunt alij pendente ex humeris tabella, sericis floccis ornata, magistratus imperiù declarant. Exterarù Gentium Legati, nisi iussi, ad regem non admittuntur. Is in vrbe Regia, quingenta miliaria Cantone distat, habitans, quid hac in re fieri velit, significat. Gens ipsa, iudicio ingenio, valet voluptatibus. et libidini dedna supra modum, pprias habet, easq;

scriptas

scriptas leges, ac iuri nostro Caesarù ciuili simillimas: vt ex libro, quem de Chinesiu legibus inscriptum, apud Indos adseruari ferunt, videri potest. Libris excusis vtiuntur. Multis enim antè seculis typographià excogitauit: quàm vllus eius esset vsus in Europa. Nò tamè exemptiles, vt nos, libris imprimendis, sed laminis incisas litterarù formas adhibet. Ad opificia & mercaturam, et quacūq; ad victu et cultu corporis pertinent, idonei sunt. Animi verò immortalitatè, Deū vnū aeterna premia ac poenas ignorant. quocirca diuinarum apud eos reru cura postrema est. Sacrorum Antistites, e aeternis in honore sunt, vt capitis tegumento in mitra formam vtantur; manto & capite abraso; contemptissimum alioquin hominum genus. Incola suffitu tantum & odoribus idola, quae apud se habent, venerantur. Ad rem quamlibet auspiciandam oracula per sortes exquirunt. ea si tristes ducantur, idola tum vapulant. Regio ipsa & patet latissimè, & omnium, quae quidem in ea plaga sunt explorata, oppidis & habitatoribus est celeberrima. Ea, quae ad victum necessaria sunt, miru copia, in singulis vrbus vj, vendalia proponuntur. Quae inter Cantonem est & mare planities, infinita propemodum, & irrigua opimaq; valde ter quotannis siuges fert, quae in vrbem nauigijs conuehantur. Feminarum summa est custodia, in publicum produnt tecta vndiq; lectica conclusa, corporis ornatu sane pulchro. In adulterio comprahensae, capite mutantur. Errones manibus prohibentur. cum exteris incolae varia mercivsonia exercent, sericis, pretiosa sissilla, camphoram, aes, alumen, & lignum Sinesie committunt. Iam verè: quod ad illustres illas insulas, quae in Orientali Indorù ex sinarum Oceano latissimas regies, nega ex parte cingunt. attinet primum facile locum vna Iapania continet. A Lusitanis, qui eam non multis ab hinc annis

à se

à se inuentam frequenter coeperunt sic dicta. Quam
 Paulus Zipangrim nominat. veteribus Chrysen fuisse no-
 natam nonnulli scribunt. Sitā est ad Septentriones, gradibus
 triginta sex, poli Borealis altitudine. In longitudinem
 sexcenta milliaria Lusitanica, & in Latitudinem trecenta
 patens. Asia Americaq; subius interiecta est. Hæc insula
 distat ab Lusitania, & quidem periculosa in primis nauigatio-
 ne, milliaria Lusitanica omnino sex à Goa, plus
 mille. Terra pauper est, & Lusitania frigidior montosa &
 niualis. Cleibutyri, casei, lactis, ouorum, sacchari, mellis, ac-
 ti valde laborat inopia: croco, cinnamomo, pipere, & salu-
 taribus medicamentis prorsus caret. pro sale, hordeaceo
 fursure vititur. Incola, quibus parum cum exteris commu-
 ni fuit, è sua Geographia Orbem terrarum vniuersum tri-
 partito diuiserunt in Iaponem scilicet, Sionem & Sinas. et
 quamuis Religionem à Sinis adceperint omnes tamen præ-
 se nationes contemnunt, sesequæ ceteris gentibus inge-
 nio, ciuiliq; prudentia longe anteponunt. In qua insula, cal-
 res æstat feruentissimi: si gora hieme sauiissima sunt. Ty-
 phonis procellæ vehementissima. Terra motus ita frequen-
 tes, vt ad eos incola panem occalluerint. Regio argentifodi-
 nis abundat, cetera sterilis non naturæ vitio, sed gentis in-
 curia. Boun tamen armenta in agriculturam duntaxat
 aluntur. Salubre calum, aquæ bonæ, gens colore admodum
 candido, cibi parca honoris auidiissima: quæ etiam in sum-
 ma egestate, cognominum incremento quæ Rex beneme-
 ritis adtribuere solet, metitur. caluitiam non sine magno do-
 lore, lachymisq; pilos euellens, procurat. Armorum studiu-
 iam inde à pueritia viri sunt dediti: hæc illis cura præcipua.
 Virile tunicæ varijs pictæ coloribus ad media crura cubi-
 tosq; pertingunt. Muliebres peplos decoræ specie longiores.

Omni

Omne genus aleæ, vt furtum, auersantur. Mercator, quæ-
 nis pecuniosus, contemnitur. Inopiam qua tamen plerique
 laborant detestantur, aded vt recens natos infantes, puell-
 las præsertim, ij qui tenui re familiari sunt, iniecto faucib.
 pede, crudeliter enecent vxores, quas singulas habent, vel
 prole suscepta, tam summi, quàm infimi leuissima de causa
 repudiant. Vxores vicissim maritos, sed rarius & alij nubunt.
 Inter cognatos, nuptiarum à secundo gradu ius est.
 Frequens etiam aliena prolis adoptio. In oppidis paulo no-
 bilioribus, plerique tam viri, quàm femina, litteras norunt.
 In propinando, dum conuiuantur id quod sæpè faciunt ha-
 bentur diligentissimi. Extant apud primarios de officijs, &
 quasi ceremonijs conuiuiorum rituales libri, quos perle-
 gunt ne quid per incertiam peccent. Nox inter primores
 plerumq; confabulationibus, cantu symphonia musico, &
 conuiuijs teritur: dormitur interdum. Aduenarum congres-
 sibus delectantur, & ab ijs exterorum mores ac ritus curio-
 sissime exquirunt. In furto depræbensum cuius occidere li-
 cet. Vincula publicè nulla, nulla custodia, nulli poenarum
 exactores priuatim patres familias domi quisq; suæ capi-
 talium rerum cognitiones exercent, & scelera grauiora
 capitali supplicio sine mora vindicant. Ante annos circiter
 cccc. Iapani a tota Meacensi Regi, tanquam summo Im-
 peratori, cuius in vrbe Meaco sedes est, & Iaponico ser-
 mone Cubucama dicitur parebat, sed procerum rebelio-
 ne paulatim opes diminuta sunt honos & dignitas ma-
 net. Itaque Iaponis olim vnum Imperium in regna deinde
 sex & sexaginta diuisum est. Præcipua nunc hæc sunt:
 Meacense, quod diximus: Bungeense, Arangerense, Sa-
 caium, Cangnum, Facatense, & Ratense à Regijs &
 potentissimi cuiusq; ciuitatibus sic adpellantur. Hinc fit etiā,

++++

vt pro-

vt propagandorum finium libidine, dum sese propinquare
ges infestant, Iaponia perpetuis bellorum incendijs as-
deat. Iaponiorum tres precipue ordines numerantur.
Pauitij, qui vectigalibus ciuitatis fruuntur: Bonzios
sacrificuli, quorum ampli sunt reditus: & opifices, qui alio-
rum veluti seruiti sunt & nec opibus, nec coningijs, ad pa-
tritiorum dignitatem vnquam peruenire possunt. Publica
administratio triplex est. Principem omnium locum tenet
supremus Religionum Antistes, cuius decretis ac scitis om-
nia publica, priuataque sacra que in multiplici plurimo-
rum idolorum cultu tota versatur, subiecta sunt. Nascen-
tes præterea Bonziorum secta, nisi ab eodem confirmen-
tur nullam existimationem vel auctoritatem habent.
Tundos etiam, qui tamquam Episcopi sunt et si eorum e-
lectio, quibusdam in locis pates Regulos sit confirmata
tamen ipse, & creat, qui deinde magno apud summos,
nissimosque in honore sunt, & sacerdotia conferunt. Pri-
uilegia & immunitates à ciuilibus muneribus, ab illo pe-
tuntur. Leuiorum potestas pates Tundos est, nimirum, vt
de carnis gustatu, religiosis diebus, cum ad idolorum delu-
bra vulgo peregrinantur, alij sç, compluribus generis eius-
dem, decernant. Porro sacerdos hic maximus, apud Sidas
ab eruditione ac sapietia: apud Iaponios verò vel à stirpe,
vel à nobilitate & pecunia legitur. Latè imperat, magnis
vectigalibus fruuitur, & cum regibus sæpè decertare scribi-
tur. Cetera gubernatio duplex est. Præfeci duo summa
cum potestate sunt: quorum alter honoribus alter iudicio-
rum et causarum cognitioni præest. Honoris Præfectus quæ
Voonem nominant, stirpis successione delectus, in deorum
numero colitur. Hinc terrâ pede coningere, religio est: si
tetigerit, Magistratu depellitur. domesticis finibus nun-
quam

quam egreditur, nec temere in conspectum se dat. Dum
vel lectica vehitur, vel ligneis focis vbique præaltis, am-
bulat. In sella dum sedet, ex altera parte pugionem, ex al-
tera arcum & sagittas habet. Exteriore tunica rubra,
serico tenui, vti velo, obducta: interiore autem nigra uti-
tur pileum gerit in capite pendens vitis, ad instar por-
tifficalis tiaræ, fons rubro, candidoque calore depicta est,
cibum è fictilibus capit. Iudiciorum verò Præfectus,
cum reliqua iurisdictioni, tum bellis etiam indicendis præ-
est, quæ iusta decreuerit itemque sedandis: adhuc, puni-
endis seditionum auctoribus, quæ ad res regulatorum ope-
ra vitur, quorum, nisi paruerint, bona proscripita finitimis
ciuitatibus addicit. Sed, cum apud Procere plerosque ius
in armis sit non semper huius Magistratus iussis obtinere
runt. Quod ad reliqua pertinet: Iaponij regibus quisque in
suis in foro ciuili in sacro Tundis ac sectarum Principibus
parent. Eæ verò, secta ferè duodecim numero sunt, qua
licet cultu & superstitionibus inter se multum differant: in
tollenda tamen animarum immortalitate consistant: &
quantiis plebi varia deorum nomina ad colendum propo-
nant: ipsi tamen secum, præter ortum & interitum, nihil
esse constituunt. Ad hanc opinionem: imis animi sensibus pe-
nitus insigendâ, commentationes circiter bis mille & quin-
gentas paratas habent. Quæ qui diu multumque secum per-
penderit: omni tandem religione solutus, in illa cecitate pror-
sus cõquiescit. Habet hæc insula præclaras aliquot Gentiliû
Philosophorû Academies. Quarum celeberrima perhibetur
Banduensis: primum ab hoc locum Meacensis obtinet, col-
legijs præcipuis quinque & sacrificulorum quos Bonzios,
& Monachorum, quos Leguixil vocant & Monacha-
rum cœnobijs plurimis insignis. Præter hæc sunt clara

admodum Caiana, Negruens, Hoiama, & Frenoiama omnes non procul à Meaco sita. quarum singula ter mille, & quingentis, & eo amplius, auditoribus frequentantur. Religiosorum vtriusque sexus Bonzos & Bonzas nominant: tota insula sunt monasteria plurima, precibus publicè fundendis destinata: adeò, vt septem millia constructa fuisse dicantur. Dæmonem omnes colunt idq; potissimum in tribus templis, specie quidem horribili. Sed de Iaponibus ista sufficiant. Hanc regionum, rerum, animalium & hominum denique multiplicem varietatem, Lusitanum tum Hispani, Regum si.orum auctoritate & sumptibus, indagauerunt, explorauerunt, & vniuerso iam Orbi, singulari Dei beneficio, patefecerunt. Et sanè si vnquam Dei Opt. Max. summa erga genus humanum bonitas atque beneficentia visa fuit: in hisce certè India regionibus, ea clarè perspicitur. Cum enim paucis veterum Christianorum reliquijs exceptis Indi omnes demonib; tot annos mancipati essent: perfecit admirabili sua prozidentia: vt Christus, salutis ille noster auctor, in eorum animos, tenebris expulsis, illabens palam illucesceret, et ipsis Christiana Religio, Euangelijsq; doctrina traderetur. In qua Christiana fide promouenda, qui ab IESV Societate nomen habent, operã equidem egregiam nauauerunt. Nullis enim periculis deterriti, omnes India partes, vel potius vniuersos Orientis angulos, magna animi constantia, peragrarunt: ac multis in ea locis, indefesso labore, salutaris illius nostræ Religionis fundamenta frequentibus in id Collegijs institutis iecere. Franciscus presertim Xauerius, Hispanus. Hic omnium primus, animo sanè excelsò inuictòq; præditus: in Tolo oppido, tribus mensibus, octo & viginti hominum millia, eoque amplius: tum altero in Regno, mense vno, millia plus quàm

decem

decem scribitur ad Christi fidem conuertisse. prætercà Latissimè patent es Sinas atque Iaponios. & alia octoginta millia, in ora maritima promontorijs Commorini. Socij verò, post eius obitum, amplificandis Christiana Ecclesia promerijs adeò diligenter incubuerunt: vt anno Christi, supra millesimum & quingentesimum, sexagesimo quinto ex Commorinensibus, Goënsibus, et Cocinensibus, qui Christiana militiæ nomen dederunt: censita scribantur, vltra trecenta hominum millia. Fuit autem Xauerius natione Cantaber, & in eo Christum docendi munere: quo, primus ex Societate, ijs in prouincijs functus est: annos xi. magna perseverantia perstitit. donec in Chinensi littore non procul à Cantone, Sinarum vrbe, sanctissimo huic labori incumbens: anno post Christum natum M. cccc. liij. vitam cum morte commutaret.

Mortuum eius corpus, in viua primum calce sepultum, etiam quindecim menses integrum mansisse, nec ingrati odorem spirasse, socij ferunt. Lusitanusq; Regem, hoc tanquam miraculo, tum præclaris ac pijs illius gestis permotum: eius vitam à Pro rege sedulo conscribi, iussisset. At verò: ne quis miretur, tot barbaros populos, tam paucis mensibus, redditos esse Christianos: Xauerij eos docendi, hæc fuit ratio. Summa Christiana Religionis capita, Diuini decem Præceptis, & duodecim Articulis fidei comprehensa: Crationemq; Dominicam, & Salutationem Argelicã, ille in Indicam linguam verti curauerat. Et eam Indicam translationem memoriter didicerat. Quos Articulos & Præcepta, verbis ipse alta voce præeundo in publica concione pronuntiabat. Deinde ab vniuersis eadem recitari præcipiebat. Singulis autem articulis Orationem Dominicam, Angelicamq; Salutationem Deum

††††

3

inuo-

IO. METELLI EPISTOLA,

inuocans, & eius opem, quo Indi animo fidem, cor c' perdet, implorans inter se rebat. Qui recitatis ijs veris, ex ea multitudine adsemiebant eos ille, post aliquot dies plenius institutos, sacra Baptismi aqua perluebatur fideliumq; consortio, ad aeterna salutis, post hanc ut ait, per Christum consequenda premia, iurgebat. Verum tamen in Eancambus & Bramanibus abluendis difficilior erat: quod Indorum sacris illi praesunt & idolis populum seruire cogant, quae tam falsos esse Deos, eorum quidam non ignorent. Brachmanes enim, multi nosse de Christiana Religione, quasi per manus ipsis tradita. Missus equidem à Demetris, Alexandria Episcopo, Pamphemus, stoica secta Philosophus, in Indiam legiuit, ut apud Brachmanes, & eius gentis Philosophos, Christum predicaret. Sed quoniam omnia, quae diuinis rebus sciunt, aut intelligunt: ex instituti sui lege supprimunt: illa de Christianis cum nemine communicant. Idola idcirco tuentur sua, quod lucrum ex ijs faciunt, ac victum sibi auctoritatemq; quarunt, multaq; ijs ob id, tamquam sibi, offerri donariq; procurant. Hic igitur harum ad Indias navigationum, Hispaniae, Lusitaniaq; Regibus, scopus ab initio potissimum fuit propositus: ut Christianam Religionem, vndique gentium longe lateq; propagarent: & in omnes orbis oras extenderent.

At: licet duo illi Reges, frequentibus, & toties iteratis navigationibus, omnia; ex e maria sint emensi: nondum tamen, haecenus eo hominum diligentia solertiaq; penetrant: vtrum cecidens orientem, vlla continente terra, coniungatur quam orientem, sed edibus id quod quaritur, & optatur iter esse queat: inuentum sit. An igitur America, Oceano cingatur vndique: an verò Asiae Europaque, ad septem Triones cohaerent: magna est inter Cosmographos disputatio.

AD ANTON. AVGVSTINVM.

disputatio. Vtrum videlicet: ad septem Triones, facto à vicinis Groenlandiae Tartariaq; regionibus, separaretur. Alij enim partem Asiae esse contendunt. Alij, totum quidem orbem in tres continentes diuidunt, quorum vnum vniuersa terra, à priscis, & a nobis habitata cognitaq; tribunt: Alterum Orbi nouo, siue Americae. Tertium ex Magallanica Australi regione, nondum à nostris hominibus perlustrata consistunt. Sed Asiam ab America disiungi vel hinc patet: quod Iaponia ad Boream sita Indiae Orientis insula ita Asiae Americaq; finibus est interiecta: ut, eius centrum in trigessimum sextum latitudinis Aequilonaris gradum incidat. Ergo: Asiam nisi circa quadragesimum latitudinis eiusdem gradum cohaerere America non posse. Nam eo vsque, America Asiaq; littora, fuisse satis explorata. Itaque: vniuersus orbis plane nobis est cognitus: exceptis in America ijs littoribus, ad Septentriones sitis, à quibus si quae reliqua sint nimio illorum si ignore, ne possint explorari, quasi prohibemur. tum etiam, exceptis ijs regionibus & insulis quae à Magallano, ad Australe illud orbis Noui si etiam, reperta propter earum vastitatem, Hispanis alibi occupatis, tota nondum perlustrari potuerunt. Nonnulli, omnes illas terras, quae Polo Antartico vicinae sunt, vno nomine, Magallanicam adpellant: perpetuis etiam inter sese littoribus cohaerere. Tertium verò orbis terrae continentem, duobus reliquis magnitudinis parem, efficere inde colligunt, quod eorum littorum, quae Australibus tantum Indiae, quam Africae, Americaq; littoribus aduersa sunt nullis, terminum sinemq; huc vsque videre contingit, quantum diuersis in ea locis, longissimo sane tractu suere praeteriecti. Sed de his Indicis rebus haecenus. In quibus explicandis, Augustine, si tibi prolixior, quam Epistolae ratio forte fe-

IO. METELLI EPISTOLA,

rat, videor: scito; me, partim historia illius nouitate; partim cohortatione Bartholomaei Bodegemi, Iurisconsulti: linguarum, doctrinaeque, praestantia; & eius in hisce cognoscendis erudita diligentia; mihi longe charissimam; aded ad eam narrationem illectum prouocatumque fuisse: ut manum de tabula ponere non potuerim. Ad Osorij historiam modo reuertamur.

PRINCIPIO: quod ad pietatem spectat: nulla bella: vel fama auctore, vel scriptorum monumentis: ego, terra, marive cognoscere potui: quae sanctiore, ut dixi, institutio suscepta videantur: quam quae a Lusitanis in Indijs gesta memini. Emmanuel enim Rex, nihilo minori religionis studio incensus, quam animi magnitudine praeditus: ea potissimum eo expeditiuit: quo Christi gloriam, id quod saepe repetendum est, eiusque numen ac nomen ijs in locis illustraret: & id ad illas Barbaras nationes, idolorum, Daemonumque, cultibus infames, extenderet, proferret, propagaret. Quo nomine iusta haec fuisse bella, merito credendum esse putamus. Nec me fugit: nonnullos esse: qui num iure potuerint moueri, dubitarunt. Quorum opinionem optimi grauissimique viri, ob maximas causas, resisterunt. & exemplis quoque liquet: tam barbaras ac feras gentes, nulla humanitatis ratione, ad verum Deum cognoscendum perduciposse: nisi primum expugnentur. & armis sub imperium diuisionemque Christiani Principis, subiungantur. Dubium enim non est: quin ipsae, Deum adficiant maximis & horrendis iniurijs: atque contumelijs. Eas vero Christiani, minime omnium ferre debent: cum ipsos, omnibus in locis, & apud omnes, omnis generis homines, Dei gloriam semper in oculis: & habere necesse sit: & ipsum Deum coram palatque confiteri. Negare quidem ipsimet videntur Deum: qui

AD ANTON. AVGVSTINVM.

qui sese, cum possint ijs, qui eum aded crudeliter impetunt, atque conuicij dilacerant totis viribus, ac neruis, tamquam iniuria illata iusti vindices, non opponunt. Si enim, amicus amico iniuriam, quam queat auertere, fieri non sinit: nisi iure meritoque reprehendi velit: quanto magis, ne Christus contumelia fiat, quam propulsare possimus: a nobis laborandum est? Ac bellum non priuata, sed publica, Deique vindicta, censetur. Itaque: Lusitani totis ijs prouincijs, in quibus trophaea fixerunt: nihil antiquius sibi duxere: quam ut, Deo duce, Christianam Religionem, in ijs multo suo sanguine sancitam, fundarent. Hoc autem, quam arduum, difficileque factum fuerit, satis ostenditur: quod nulla bella maiore contentione, ardoreque, animi vehemientiore, gesta fuerint: nulla in quibus, militaris fortitudo magis eluxerit. Magni quiddam, an non, cedo, fuit: tam procul a suis, quibus scum manus comminus consereres, quosque debellares: quae fuisse? Tot ergo littoribus emensis, tot perlustratis incognitis horridisque, regionibus: tot potentissimos reges, ac populos, praelys quam cruentis, obsecro, lacesere? Neque enim spes vlla, inclinatam desperatisve rebus, vlla quidem propria, praesentisque subsidij, potuit tam procul a demerematis adfulgere. Quamobrem necesse habuerunt: omnem suam salutem in vna, secundum Deum, sua virtute, ponere. Maximum ergo fuit subigere tantas, talesque gentes. Et quot, interim, obiecta militi pericula? qui terrores superati? Quanta constantia: tot neglecta contemptaque, aestuosissimi maris tempestates? quanta fames etiam tolerata? Quanto itaque animi robore varietas euentuum deuicta? At, quoniam, & quam saepe? Nam certe, non raro accidit: ut ipsi Lusitani profligarentur, vel etiam caderent. Victores tandem tamen, ad extremum redimite: r. ita pugna singulari Christi

†††††

Christi

Christi beneficio vel tum maxime, cum omnia prope deplorata crederentur: euaserunt. Errant autem toto celo: qui opinantur, aut disputant: eos Populos, cum quibus Lusitanum dixerunt, inermes & imbelles fuisse. Ab omnibus siquidem rebus & instrumentis bellicis, tormetis, & armis quibus bellum ducitur, committiturque: non secus ac nos, erant instructi. Neque, forti, exercitatio, veteranorum militum, caruerunt. Sed tales consecuti victoribus fuere saepe, Lusitanum: ut ille quem ad modum multis nominibus ac rebus, videntur admirabiles: ita multis, qui aliorum, ex suauitate, virtutem imprudenter aestimant: aut Maximi illius Deopem in ijs non agnoscunt, incredibile sicut futura. Ego vero sic statuo: ac sentio: tantam gestarum rerum illarum varietatem, tantam magnitudinem: quanta praesidijs humanis praestari non potuit: fuisse praesentia diuini numinis adiuuatam. Idque, proculdubio, ita fatendum est. Quis enim: insitum armatorum hostium multitudinem: a quam paucissimis Lusitanis, in quo plerumque loco, & aduerso rerum statu pugnantibus: huiusmodi semel suscipiam, & ad internationem casam, ac deletam esse: quales Patrici contra Calceatij Regem victoria, supra quam dici potest, non mirretur? Ergo: quod ad Osonium Historia auctoritatem spectat: non statim fides narrationi detrahenda: quae quis forte dubitandum esse, putet. Virum enim grauiorem, Augustine, semper eum fuisse non ignoras: quam, ut quidquam falsis rumoribus collectum, aestimaret. Quare: mihi ego pro certo persuasi: etiam si rebus gestis, quas describit, ipsemet non interfuit: nihil tamen ipsum ad posteros propagasse: nihil adferre: nisi quod a testibus egregia fide multo grauius compertum habuit. Et quod magno cum iudicio: tum labore ex eorum Annalibus

nalibus & Commentarijs, qui res ipsas gessere: aut ab ijs, qui gesserunt, eas accepere, scripsere: coramque ei narrare: decerpit, & expendit. Quin etiam constat: Cosmographos Indiae Regios, nullam nauium gubernatoris narrationem adferre: quae iuramenti religio: tum testibus, exceptione quod aiunt maioribus: non sit confirmata. Cum enim: omnis Historiae fundamentum sit, ipsa veritas: in eam vnquam procul dubio: contemptis etiam ijs, qui, inanis gloriae stimulis perciti, se, vel gentiles suos, cumulatoribus laudibus extollendos esse, vociferantur: vel maculam iniuri sibi: vel aliquod, egregium scilicet, suum suorumve facinus omitti, nimis ambitio: & conuerunt: incubuisse: ne si vera de ijs viris, ac rebus non dixisset: in multorum hominum reprehensionem, id quod aliqui sibi necessario relinqui vidit, incurreret. Quis autem: nisi plane vecors, amens, aut scurra: se vltro, infamia publica periculis iaculisve, tentet obijcere? Neque, posteritatem fallere vir optimus: adeo diuinis litteris interitus: & in ijs tractandis, & explicandis, occupatus: voluisse, credendus est. maxime: quod est aetate iam frouectiore: tum, quod Episcopi munere fungatur. In quo persona, quam gerit, statu, & aetatis gradu quem ad modum vna, morum, ac fidei grauitas & integritas, magnopere laudatur: sic etiam: excellentior, quam in ceteris, maiorque, ex petiti ac meritis requiri solet. Facta, is, gestasque res: breuiter, perspicue, libereque narrat: earum initia, progressus & exitus, ostendens. Deliberationes autem gerendarum earum rerum, sic explicat: ut consiliorum rationes: tam Lusitanorum, quam hostium: quoad licet, perscrutetur. Primum: quod hic in aciem descendit. & ex ijs, res gesta manar: erigit.

originemq; suam trahunt. Deinde: quod, ijs expositis, ob oculos quasi ponitur: quid sapienter ac rectè susceptum sit, quid animosè ac fortiter gestum: quid econtrà remissè, temerè, vel confidenter: & vbi nam, quaque ex causa, tū quomodo, peccatum fuerit. Quoniam autem non raro contingit: vt plures, in capiendis consilijs inter se, vna eademque de re, sententijs dissideant: partium momenta, quibus argumentis fulta fuerint exponit. Neque enim ex rerum euentu, sed, ex consilio, quo res instituta fuerint, de Duci sapientia, aut temeritate, iudicandum est. Quare hac consilia, non nunquam insuper examinat: seduloq; discutit: & suam ijs quog; se d. solum grauioribus in rebus: at paucis sententiam adiicit. Excursu etiam narrationis, vbi datur, aliquantum discedit: & digressiuncula, per quam breuè quid in factis, consilijsq; probet, interserit aliquando: & cur, quid improbet, aperit. Porro: cum oportunitas rerum, bella quæcunque moderetur neq; vlla alia benè ea gerendi facultas, hac maior, dari possit: eam suis locis indicat, immo etiam à Lusitanis omissam quandoq; reprehendit. Hac autem facillè non percipitur: nisi hostis rebus cognitis atque, quod caput est, eius studijs, diligenter per exploratores perspectis. Quare Orosius, hac quoque parte, diligentiam suam ostendit. Quibus rebus efficitur: vt posteritatem & eos, qui nunc hosce libros legent, ille & rerum gerendarum prudentia instruat, quo sibi, rectis consilijs, in huiusmodi, vel non dissimilibus factis, cauere possint: & eorū ad virtutem eius pulchritudine, per sententias, grauioribus quoad insignes, ob oculos exhibita prorsus amplectèdant, inflammet. Ad hunc modum exemplis, quomodo quædam Reipubl. vulnera curari, & hominum vitia corrigi ac sanari possint edocet. His autem rebus, numero tribus: vt sci-

piamus, & viri boni efficiamur, & vitia declinemus: quæ ad prudentiam, virtutem, & emendationem referuntur: omnis historia vtilitas, continetur. Cuilibet autem historia scriptori proposita hæc esse oportet, vt ea in animis hominū instillet: & eorum vita in vniuersum consulat. Eximia deniq;, ac multiplici personarum, rerum, locorum: & euentuum, ab lato, vel infelici exitu varietate hæc historia perquam est illustris, & iucunda eorū: & multis alijs nominibus omnium animos capit, mirificeq; delectat. Quid enim: quod ritus ac mores, ingeniaq; diuersarum illarum ignorantumq; gentium ac leges, & instituta declarat? Quæ nū in ijs insula, prouincie, vrbes, portus, loca, arces. Quis earum situs, ambitus, munitio: qui fines: qui in ijs exteri quæ commercia: & eorum studia, adificia: quis eorum Princeps: quis magistratus quale imperium qui Duces, qualis militia: qui hostes: quæ vires, potentia, & opes: quæ soli fertilitas, qui fontes, siuges, arbores, herbe: qui cibus, celi salubritas: religio, templi, sacerdotes eorum: cantus, fides, magnificentiæ: qui cultus, ac vestitus, & alia huiusmodi describit. Nec non castra, & eorum metationes. Bellorū quoque, dissensionum, offensionum, odiorumq; causas: adfert. Eorum denique bellorum adparatus, stratagemata, velitationes, pugnas, conuentiones, obsidiones, oppugnationes, expugnationes explicat: Neque conuentiones, insidias, produtiones, simulationes, fugitionesq;, ac rumores, silet. Legationes quoque, variorum Principum, ac Populorum: & missa munera inducias bellorum: ac pacis, amicitie concordieq; sanctitæ, fœdera, pactaque, proponit. Nam quid ego de concionibus in toto historia opere, spaciis: & pro rerum ipsarum varietate, sat ientissime scripseris dicat? Quid de ijs, maxime, quæ cohortationem ad prælium committendum,

meund. inque pugnam, habent? Quoniam verò omne ei
 maximè futurum studium, ac nervos contulit: ut pietatem in
 animis hominum sereret: & expeditiones illis Emmanuel
 Rex, cultus, præcipuè Christianam propagandi causam, ingenti
 quidem spiritu, suscepit: nullam, in illis narrationibus, occupa-
 tionem, locumq; , consultò prætermisit, in quo, ac res effusa
 pietatis & ad eam tuendam, & exercendam, & inculcan-
 dam, cohortationis aculeos, non reliquerit, et ad virtutè co-
 lendam, quasi faces admoherit. Rerum omnium successuum
 suæ læti, suæ tristis hujus adiderunt tolos, ad unum, tãquam
 eorum auctorem, Deum, eiusq; gloriam, & eodem claror-
 um hominum laudes rettulit. quasi unã, diuinam res, et lu-
 manas, explicet. Quidquid enim facimus, loquimur, disse-
 rimus, consultamus, legimus, scribimus, addiscimus, aut etiam
 cogitamus: eò rectã, si pijs, viriq; , probi esse re ipsa volu-
 mus studia in his nostra colligant, necesse est: ut, inde &
 nos fiamus meliores & alij quoq; , tales ut à nobis reddan-
 tur efficiamus. Qui vnus nobis, omnibus in rebus finis & artium
 ingeniarum omnium, quæ docentur historia in primis scopus
 esse præcipuus debet. Minimè verò prætereundum est:
 bella illa, quæ dixi non solum Emmanuelis regis exercituum,
 nouis partis vectigalibus, auxisse atq; Lusitanis nouas operas
 adtulisse: sed toti nostro Orbis fuisse perquam vtilia, et etiã
 num existere. Præterquam enim: quod Christianis, nouum
 iter, ad Orientis & Indis, quam amplissimas, atq; , ditissimas
 regiones antea nunquam tentatum aperuerunt vnã
 à multis, lucrosa cõmercia institui possint: Christus etiam
 per ea, rudibus hujus populis, hæcenus haud obscure prædicatur:
 atque furidius euersis Dæmonum, quos solos hujus colebant,
 idolis liberrimè, magnosque cum fructu, docetur. Quo gloriæ
 fructu ac laude nullus, à Christianis, excellen-

tior excogitari nullus Deo quoque gravior contingere à
 nobis potuit. Iam verò: cum ea, quæ ad hominum actiones
 pertinent Varro, omnium Romanorum eruditissimus, initia
 naturæ secutus in homines, in loca, in tēpora, & in res, par-
 tiatur, quidquid enim agitur, & personis, & loco, & tem-
 pore, & ipso agendi genere, continetur: hinc igitur quatuor
 historia tractanda formas: sue rerum, in hujus, ordine,
 oriri, duciq; , consuet: vnã, quæ hominum vitas, singulorum
 prioribus, succedentiũ ordine, seorsim descriptas cõplectitur
 alterã quæ locorum: tertiam quæ tēporum seriem, sequitur:
 postremam quæ similia facta, ac dicta in quadã, à vitis ac
 virtutibus, inscripta, distinctaq; , capita, cõijcit: mihi prima illa
 quidem forma quæ Principum virorum præcipuè Cæsarium,
 ac Regum, vitas explicat: idcirco maximè semper probata
 est, & digna quide summa egregiaq; , laude: quod ad eos,
 prudētia & moribus, instituendos, qui Reip. vniuersam ad-
 ministrant vel eius Principes futuri sunt: ceteris vtilior, et
 ad cõmodatior, haud leuibus, ex causis, esse multorumq; , iudi-
 cio videatur. Nec enim magis quid Principi cuiquã viro
 sit imitandum, quid, & fugiendum adparet, liquere ve, ad
 omnium vsum, vtilitatemq; , potest: quàm eius exemplo,
 qui tale quidquam patrauerit quod vel homines fugere o-
 porteat, vel emulari. Quoniam exempla: si quis animo ea
 verter fortius penetrant & herent memoria: atq; , diligen-
 ter narrata, vel exposita quia, quod exemplo sit, iure etiã
 quodam fieri, & leri, iudicant præceptorum vicem subeit.
 Duplex autem viri Principis vita est, ac persona: priua-
 ta nimirum, & publica. Priuata corporis, animi, ac for-
 tume bonis, estimatur. In corpore temperamentũ & con-
 stitutio, spectatur. à qua: robur, valetudo, vita longinquitas,
 morbus, pericula, mors. Ad animam referuntur

& virtutes & vitia necnon, ad ea propensio. Mens item,
 ingenium, ac mores. Fortuna omnis generis opibus censetur.
 Hoc in genere felicitas, adstrictaq; res, sita sunt. Eoq;
 pertinent coniugium, liberi, consanguinitas, adfinitates, amicitia,
 familiares, clientela, & Principi subditi. Hostes, prater ea,
 expeditiones, victoria, triumphus, honores, atque peregrinationes.
 Quid horum sit in Principe, tum quale historia persequitur.
 Publica vero Principum vita, latius patet. Nam quid, eam personam ille gerens, tum domi, tum foris
 & constituta pace, & bello suscepto gesserit: ipsa continet.
 Tria vero, in constituenda, gubernandaque Republica principi viro,
 praeter ceteris, incumbunt. Nempè Religio, procuratio civilium rerum,
 ac iustitia, cura: & armorum, terra marique, expeditio. Ad haec mihi fallor reliqua Republica
 munia tota, reuocantur. Qua omnia, vtriusque vita, capta Osorius,
 in Emmanuele Rege, suo quidq; loco diligenter persecutus amorum
 in historia ordine seruato, perstringit. Regnum autem Emmanuel administravit, annis
 sex integros, ac viginti. Non solum igitur quae bella in Africa
 & India terra marique, per Legatos Rex gessit: quid illos,
 & quibus ex causis per literas, ad eos cum mandatis datas
 exequi voluerit explicat: verum etiam quomodo domi, pacis artibus
 excellens, regnum gubernauit quid egregie, grauiter, acute, scite,
 prudenter, pie sapienterq; dixerit: quas legationes: quibusq;
 de rebus & quibus grauib; & à quibus, ad se missas audiuerit:
 quid responderit, quas item ad alios summos Principes, ac Reges, instituerit.
 Quo in genere, inter ceteras illa est, ad Alexandrum Sextum Romanum
 Pontificem: qua Princeps religiosissimus, Ecclēsiarum rebus prospici,
 & sacerdotes à vitiorum, & morumque acientia ad continentia sanctimoniaq;
 plina

plinam, reuocari: postulauit illiq; ad Leonem Decimum, cum muneribus, & Elephante. Mihi igitur, vel hoc solo nomine, non vulgari laude dignum, haec Osorii historia videtur. quod denique omnes Emmanuelle Regis, tam priuatas, quam publicas actiones, tanta cum diligentia narrauit. Fuit autem is Rex, oam virtutum genere cumulatus. Vtrob; autem nobilitas, vbiq; ferè gentium, eo comendat: ut Principis sui mores, vel ex consuetudine, vel amore virtutis, vel occulta quadam vniuersiq; similitudine, vel aduulandi studio, sequi soleat. Vnde vero omnium hominum maxime, Laetiani, & Regem suum admirantur, & amant vehementer. Quare, minime dubio: quum, perquam multum, hac historia, ad res praclaras, sitem memoris proximis superioris temporis, excitentur. Iam praeter rerum etiam magnitudines, quae omnes ad historiam legēdam inuitat, ij, qui latinis literis sunt excellentes: in hac eloquentia neruos, ac robur, agnoscent. Si enim eloquentia defuerit, prudentia dicendi: eam nullos in his libris desideraturos esse, confido. Ita siquidem, tamq; artificio historiam contexuit: ut, ex gestarum rerum causis, & circumstantijs, quas studiose narrationibus, vbi licet, vel aliud agens, inserit haud obscure significet: nempe aliquod à nobis superiorem: tum quale, & quam longè ob hoc Orbe, remotis in prouincijs, distat: atque quibus e seminibus procreare possimus: deinde quibus id artibus & institutis, adolescat: ac postremo quibus, in rationibus conseruetur. Quae sententia lumina adrem legentibus, sese quantum sentio in omnibus huius historiae partibus, clara quadam luce produunt. Quarta ad elegantiam styli pertinet: verborum electio, proprietates, splendor, & copia: sententiarum eruditio, amicitia, varietas: orationis denique totius, qui aures in se lenit, numerus: qualis ea, quum

Itaq; sit satis superq; testantur. Ornamentorum tamen non plus habet, quam rei poscit expositio. Historia enim, non solum, respicit orationem studiosius, quam decet, elaborata: verumq; etiam, nimia exculiam elegantiam prudentiam, contemnit. Estigitur Orosius, alijs in libris nonnunquam copiosior est: id quod ei iustum à natura videtur: in hac tamen historia casit: ne verborum multitudine, tanquam graui aliquo pòdere, vim & nervos orationis elideret sua, vel obrueret. Nam libens eorum sententiam amplector: qui, omnes Latinos scriptores, qui in suis scriptis copiam adfectauerunt, ineptos sibi videri aiunt: non tantum excepto Cicerone. Quam ob rem: nihil amplius, de his, dicam. Neq; multis edisseram: quantopere sit vilis, tum necessaria historia omnis cognitio, ijs, qui Reipub. administrant. Hoc enim apud omnes homines ac gentes, quae moribus, ac legibus reguntur in confesso est. Neq; eius laudes ex ceterarum artium, cum ea, comparatione copiosè, ambitione se, proponam. Breui hac tantum narrabo. Hominem esse ad res duas naturae ad intelligendum videlicet, & ad agendum. Historia autem praestantissimorum hominum consilia, tum facta ac dicta quibus omnis Reip. forma sese nobis exhibet, & quibus illa continetur, & constituitur commemorat. Itaq; constat: Alexandrum ut infinitos alios omnium ita Cyri disciplina, quam ex historia cognouerat, fuisse informatum: ut, vitae actiones sua, ad eam componens à rebus gestis, Magnus euaserit. Nam certe plurimum interest: ex historia clarorum virorum voluntates, curas, cogitationes, vitae splendorem, laudis cupiditatem, virtutis ardentissimos amores, perdiscere. Eade porro totius antiquitatis memoriam, una continet: nec non eam vniuersis tantquam in speculo ad imitandum conspiciendam praebet.

Per

Per hanc ergo populorum omnium, res gestas cernimus. & ex ijs, omnes rectè gerendae Reipubl. rationes nobis quaerimus. non equidem Philosophorum commentarijs praecipis delineatas sed verisimis coloribus, & imaginibus expressas, & exemplis. Quasi careremus, tenebris obruta nobis omnia procul dubio iacerent. Imò pueri, ut ille ait, omnes esse ferimus. Quid quod imichissimorum Imperatorum ac Regum ceterorumq; Principum sanctissimorum quoque, Christiana nostra, Religionis Martyrum actus, resq; gestas obliuio consumeret? Denique nulla laus, nulla gloria quae homines ad praeclearè quid audendum, vel quidquam fortiter & magnanimè gerendum, inflammaretur, extaret. Itaque hac sublata non viuerent, vel Maximi illi viri, morui: at ea sola, modo viui: non Reges non duces non reliqui vlli, propter virtutem iure laudati in ore posteritatis personarent. Quare: communi omnium consensu merito magistra vita, testis temporum, nuntia veritatis, ac lux virtutum omnium ut est, sic etiam adpellatur & creditur.

SED vt ad te, ex tam longo interuallo, redeam Augustine: cum hac Orosij Historia, tot ornamentis excellat: pati non potui nostros homines, ea diutius propter magnas vilitates, quas, ut arbitror, ipsis adferet carere. Atque enim vna cupiebam: eiusdem tot res admirandis, quibus Lusitanorum gloria clarescit, reddere notiores. quo qui legent illorum ijs virtutem, clare perspiciant: & quae decet, probent, colant, amplectantur. Nam: quoniam ea res, haecenus Lusitanica tantum, vel Hispanica, nostris peregrina, lingua scripta fuerint: vix intelligi prater quam à paucis potuerunt. Existimo quidem hoc meum factum, Illustrissimo Principi, Henrico Cardinali, huiusmodi ingratum fore. Cui enim omnes, ei clementiam ac prudentiam & in admini-

++++

a

firando

frando Lusitania regno, summam iustitiam, equitatemq;
tribuant: agrè, ut opinor, haud feret tot Emmanuelis pa-
tris tropheæ quorum, uti filius, legitimus est heres: apud no-
stros, hac historia celebrari. Non enim vni cuiquam natio-
ni hac historia, de tot rebus fortiter gestis, cum ad sempi-
ternam totius Christi, sui nominis laudem pertineant scri-
bitur: sed quam plurimis vel potius, uniuersis. Orosium au-
tem non improbatuum, puto. Eam enim scripsit ut omni-
bus prodesse possit. Porro: hinc intelliget me amorem, quo
eum ego sum semper prosequutus, constanter retinere.
Quam ob rem: ne tu mihi vitio vertas, abste, iure peto:
quod hanc epistolam ad te scriptam, eius historia præfixi.
Me siquidem, semel oportuit longissimas ad te scribendi
moras inita aliqua, noui literarum initij ratione tantum,
inquam, tot amorum silentium, audacter rumpere. Quod
si me tamen reprehendes: Orosius certè, causa cuius agi-
tur, se tuebitur. esseq; mihi poterit optimus omnium patro-
nus. Quod vnum postremo superest: ego quidem Augusti-
ne: à nonnullis grauib; viris, qui istinc ad nos redeunt, pro
certò intelligo: & te, & Orosium in Episcopi manus atque
dignitatem, sic incumbere, ut res communi omnium vo-
ce, præclaram egregie pietatis laudem ferre, valde prædi-
cent. Hoc ante multò Pantagathus noster Cætanius, cogno-
mento Pater, dum viveret, mihi per literas significauit: &
Vincentius Pappallias Emmanuelis Philiberti, Allobogrū
Ducis, ad Pontificem legatus sæpè confirmauit. Qui nun-
tius quanta me letitia perfuderit, ex mea in vos obseruan-
tia iudicare poteritis. Sic aut referunt vos: te nimirū apud
tuos Herdenses: Orosium apud suos Siluenses, sacrarum
literarum lectioni totos esse deditos. Vos itaque, sanctis ad
Deum orationibus pro salute Reipub. fundendis defixos.
Deligen

Diligenter etiam populum, de sacris rebus docere: si equè-
tib; ac pijs concionibus habitis. Postremo vos multis Chri-
stiana charitatis officijs de quam plurimis hominibus per-
quam bene mereri. Quot enim rebus supra modū gratis
lor. mihiq; gaudeo ac laetor. Quis enim nescit: officium om-
ne Episcopi in sacrorum Bibliorum & verorum interpre-
tum eorundem, lectione assiduis ad Deum precibus, medi-
tationeq; & in sacris habendis concionibus exercendaq;
in uniuersos benignitate pietate, charitateq; Christiana
placè consistere? Quid quid tibi prætereà, Augustine tempo-
ris, & otij conceditur ad totum in antiquitatis, veteribus
illis tuis studijs, ad omnium utilitatem, consumis. denique
non solum eruditus hominibus ex instructissima tua biblio-
theca: præstantissimorum auctorum libros: inter quos, &
à te prudenter, eleganter, ornate, doctèque scripti, me-
ritò referuntur: suppeditas: verum etiam multos ex
ijs, iuis sumptibus, nonnunquam, adi curas. Orosius etiam,
non cessat scribendo testari: non minus otij sibi, quam ne-
gotij habendam esse rationem: vir certè dignus: cuius eg-
regio silo, & calamo dum aliena cum laude, sui nominis
immortalitatem coniungit sapientissimi Regis, atque for-
tissimorum Ducum, res gestæ conscribantur, Vale. VIII.
Kal. April. CIO. IO. LXXIV. Ex Vbij.

Errata sic corrige. Lege † pag. 16. vers. 16. plantam gignit.
†† p. 1. V. 19. quæ ad occidentem. ††† p. 10. V. 16. Commo-
rinense. p. 11. V. 16. Cancaumum. V. 17. myrrhæ. V. ult. Eri-
cx. †††† p. 12. V. 3. Manora. p. 15. V. 12. Nonne per.

REINERI MATHISII
BATAVI, AD LECTOREM,
O D E.

VIS; Lusitana gentis, in India,
Res scire gestas, bellaque Barbaria
Illata Regnis; & subactos,
In Lybica Regione Mauros;
Vis; & repertas nauibus insulas;
Et scire mores, iuraque gentium,
Pugnax Iberus quas coegit,
Ire suis famulas triumphis,
Doctos disertis; Lector Orosij.
Euolue libros, assidua manu;
Ex hoc ameno fonte, summa
Vtilitas fluet, ac Soluptas.
Hinc multa disces, qua neque seculis
Vnquam fuerunt nata prioribus,
Nec Sisy. Miras longus artes
Repperit, & meditatur usus.
Inuenta nuper sunt nona sidera.
Celi que tractus, & maris ambitus
Incognitos auro priori,
Posterior patefecit etas.
Antiquitas si iactet Laionem;
Quod primus alta litorea Colcidis
Lustrarit, Et aximum laceffens
Thessalica pelagus carina:
Quis non Iberos ad Saga sidera,
CANVM QVE, summis laudibus euehat
Totum, breui qui circumit
Hesperia rate, Victor, Orbem.
Non rancia & illo murrura Tethyos,
Minaeque cali, non Aquilonias
Exhorruit CANV Sprocillus,
Nec scopulos maris estuosi.
Anno, sed illi prospera terra
Fortunae laetos praestitit exitus.

Num namque salua naue, & centis
In patriam redijt secundis.
At Lusitanos quid referam Duces?
Qui post repertam clasibus Indium,
Fortissime, terra, mari que,
Indomitas domuere gentes.
Quam saepe, duros, GAMA superstito,
Victor fugauit milite Barbaros;
Et turbidum, quam saepe Gangem,
Sanguineis rubefecit undis?
Quam saepe, solus, pectore musculo,
Fortique dextra, non numerabiles,
(Securus aspirante Christo)
Sustinuit PACIECVS hostes?
En nunc Eo pars bona Persidis,
Nunc & Sabai, Mauraque natio,
Sinaque Sicti, subdiderunt
Hesperio sua colla Regi.
Iam Christianis corridus Aethiops,
Victusque pareo Rex Calecutij,
Hic classe formidatus, illo
Missilibus melior sagittis.
Iam pane Christi venit ad Sclizmos
Mundi patens gloria terminos:
Christique totum Numen Orbem,
Et populos stupfecit omnes.
Hinc Lusitanos, aurea tangere.
Alto Sidemus sidera vertice,
Qui tot sibi Regnis subactis,
Perpetuam merere laudem,
Sed aptiori, fuscis, ordine
Hac persequetur dolus Orosius:
Huc, huc ades tandem iuuentus,
Pierijs operata Mitis.
Hac Tullianis plena leporibus
Sunt; atque Cedro digna Solumina:
Vt aris hac noctes discique
Historia, studioso lector.

corrigantur.

Folio 7. pagin. b. versu 24. legendum est, expugnavit. fol. 11. pag. a. ver. 35. fore putabat. pag. b. v. 29. & fol. 16. b. v. 23. viuens f. 24. a. v. 24. libenter. pag. b. v. 8. exprimere. fol. 27. b. v. 9. præberi. f. 31. a. v. 21. contineri. f. 34. a. v. 12. sinibus. f. 38. b. v. 19. quod. f. 48. b. v. 26. eum ad scaphas. f. 51. b. v. 23. contudit. f. 53. b. v. 24. paucos annos erant. f. 54. a. v. 28. Calecutium. f. 76. a. v. 5. vnicus. pag. b. v. 15. nihil hostile gesserunt. f. 75. b. v. 7. incoebant. f. 82. a. v. 32. de Christi. f. 83. a. v. 19. incensi. f. 88. b. v. 28. funibus valdè retēta, fiebat, vt funibus altera. f. 93. a. v. 1. Caranambarius. f. 94. a. v. 31. aliquot in. f. 97. a. v. 2. patebat. v. 8. pedibus. f. 99. a. v. 10. igitur esse, vt. f. 101. b. v. 26. venditor. f. 109. a. v. 34. illius. f. 113. b. v. 17. Gadanabarū. f. 117. b. v. 5. Bermud. f. 122. b. v. 8. & 9. Pazagna. f. 122. a. v. 8. miserabili. f. 127. a. v. 31. a te, & ciuibus. f. 135. b. v. 22. posset. f. 151. a. v. 18. Sultani. f. 152. b. v. 2. multipartibus. v. vlt. Pelagius Soufa, vt eam remulco à vadis educeret, funem nautis illius tradidit: deinde, & c. f. 153. b. v. 16. fortissimi. f. 161. b. v. 31. Caxemēsi. f. 171. b. v. 12. deditiōe. f. 173. a. v. 12. vt certum numerum boum & arietum in arcem, nomine tributū, singulis annis inferrent. Vt autē abundantius comeatu arcē, & c. pag. b. v. 27. vbi. f. 189. a. v. 27. Lanfāmana. f. 194. a. v. 38. ne approperearet. ibid. datum esse. f. 192. a. v. 22. continet. f. 200. b. v. 10. Norogna. f. 205. a. v. 16. E rectis. f. eod. v. 37. debellandum. f. 208. b. v. 26. Materiaz. f. 212. b. v. 34. inuidi. f. 213. a. v. 21. est. defendum est. pag. b. v. 13. Zacotoram. v. 27. Mendezius Vancōselius. f. 216. a. v. 36. in Siqueiram. f. 220. a. v. 13. delictis. f. 223. a. v. 7. Indi. f. 224. a. v. 26. letatus est. f. 226. b. v. 7. Benastarinensem. v. 16. Castellæ. f. 227. a. v. 21. Castellam. f. 229. a. v. 17. Patalino. v. 21. imbuti. v. 22. Xabādarē. pag. b. v. 36. Georgius. f. 230. b. v. 4. Benastarinense. f. 231. a. v. 21. personam. f. 233. b. v. duos. f. 234. b. v. 24. liberalitate. f. 236. b. v. 10. & eum aut viuum. f. 237. a. v. 32. pagū. f. 238. b. v. 25. prodiret. v. 36. Barriga. v. 38. libidina. f. 239. a. v. 5. confedisse. f. 244. a. v. 23. munimentis. f. 244. b. v. 29. animaduertunt. f. 250. a. v. 32. Benastarinensi. f. 252. a. v. 7. hastis. f. 255. a. v. 26. Gaditanum. f. 256. b. v. 10. Manzor. f. 257. a. v. 34. acceptus. Exercitus deinde. vers. vl. Fernandus. f. 260. b. v. 36. Almeimamum. f. 264. a. v. 3. Alcoutinensis. f. 295. b. v. 5. Trogillium. f. 297. a. v. 9. Pedireuse. f. 300. a. v. 26. indignitate. f. 307. a. Zabaimi. f. 307. a. v. 14. complexus est. f. 310. a. v. 25. duxit. pag. b. v. 24. Fogaza. f. 311. a. v. 12. Suarius. v. 24. Barbaram. v. 27. Adenam. f. 313. b. v. 19. se Monroi j. f. 324. a. v. 3. Enxouices. f. 326. a. v. 28. Almeitinum. f. 344. a. v. 10. leg. locum. f. 350. a. 15. Petrus.



HIERONYMI OSORII LVSTITANI, SILVENSIS EPISCOPI: DE REBVS; EMMANVELIS REGIS *Lustranice inuictissimi, virtute & auspicio ge- stis; Libri duodecim. Ad Clarissimum, Sanctissimumque Principem Hen- ricum, S. R. E. Cardinalem, Regis eius Filium.*

LIBER PRIMVS.



LTSI ea mente sum, Henrice, Sanctissime Princeps: vt vix quidquam arbitrer esse historia, vel ad prudentiam comparanda vtilius, vel ad virtutem excitanda vehementius, vel ad sananda Reipubl. vulnera salutaris, vel ad oblectamentum vitæ iucundius: & ab amicis meis sæpius admonerer, vt res nostrorum hominum literis Latinis illustrarem, ab eo tamen studio vehementer abhorrebam. Nam cum alia multa me ab eo deducere, tum duo præcipuè deterrebant. Vnum erat fidei faciendæ difficultas, alterum offensionis concitandæ periculum. Si enim fidem non facerem, erat mihi vanitatis infamia subeunda: si verò quorundam ambitioni mi-

A nimè

HIERO

nimè satisfacerem, odium in me acerbum & immane
 concitandum. At, vt est captus hominum, id plerumq;
 euenire cernimus, vt tantum quisque credat, quantum
 se viribus aut ingenio præstare posse confidit. Quid
 quid verò cōmunem vilitatē virtutis, & industriæ mo-
 dum superat, id nullo modo prorsus admittit. Contra
 verò, qui nullum modum ambitioni statuunt, ægerri-
 mē patiuntur, si eorum gentiles minimè fuerant im-
 modicis laudib; illustrati. Quod cū apud alias natio-
 nes fieri solitum sit, tum apud Lusitanos tantam ple-
 rumq; offensionem historiæ scribendæ munus affert,
 vt omnium tela in eum, qui tantum facinus audet, ad-
 hærescant. Id quidem non ita pridem satis experti su-
 mus in historia, qua Damianus Goësius res virtute &
 auspicio, & incredibili felicitate Emmanuelis Regis
 inuictissimi, Patris tui, gestas patrio sermone comple-
 xus est. Res, inquit ille, maiorum meorum non perin-
 de, atque illorum merita postulabant, exornauit. Alius
 verò, labem generi nostro, & antiquo splendori nobili-
 tatis aspersit. Alius postremò, hoc aut illud, quod erat
 ad laudem nostri nominis in signe, prætermisit. Quod
 si hominis prudentis est, alienis periculis admoneri,
 hoc vno certè exemplo potuissimè ancipitem scriben-
 di euentum perhorrescere. Aliud etiam incommodum
 accedebat, quòd eram ipse, vt officium meum me face-
 re admonerat, rebus diuinis, pro mea parte tractandis
 & explicandis, intentus: neque conuenire arbitrabar,
 vt à cælo deductus, terras nimis intuerer, hoc est, vt di-
 uina, dū res humanas illustrare conor, intermitterem.
 Sed quòd plura me impediabant, ne scribendæ historiæ
 munus attingerem, eò clariùs cerni poterit animus
 meus, studio ardentissimo tui nominis & amplitudi-
 nis inflammatus. Nam cū tu me per literas, non qui-
 dem imperio cogeres (quod facere pro iure tuo potuis-
 ses) sed, quæ tua excellens atque planè diuina benigni-
 tas est, amicè rogares, & moneres, vt Regis patris tui hi-
 storiā scriberem, illiusq; nomen apud exteras natio-
 nes Latinis literis ab obliuione vindicarem, me conti-

nece non

here non potui, quin id munus continuò suscipereñi.
 Vt autem id facerem, multa me simul inuitabant. Pri-
 mū enim voluntatem tuam nullo modo poteram si-
 ne crimine impietatis aspernari. Deinde indignissi-
 mum arbitrabat, Emmanuelis nomen apud Lusitanos
 tantum, & non per omnes Reip. Christianæ nationes
 cum omnium admiratione vagari. Tum etiam id mi-
 hi acres stimulos admouebat, quòd in hoc opere non tā
 res humanas, quàm diuinas explicandas suscipiebam.
 Vt enim Emmanuel diuino consilio ad regiam ampli-
 tudinem euectus fuit, ita quæ designauit, quæ molitus
 est, quæ imperio illius gesta sunt, ad Dei benignitatem
 referēda sunt, multaq; res admirabiles præsentis numi-
 nis viribus administratæ, ita, vt ei, qui fidem illis habe-
 re noluerit, perfidiæ & impietatis suspicio recipiēda sit.
 Vt autē id faciliùs exequi possem, Damianus Goë-
 sinit. Is enim magno labore, vigilantia & industria ex
 qua plurimis epistolis & cōmentarijs eruit, & mo-
 numentis suis memoriæ commendauit, quæ ego mini-
 mē potuissimè sine summo otio perferuari. Multa etiā
 ex aliorum scriptis & sermonib; accepta memoria con-
 tinebam, quæ minimè silentio prætereunda iudicaui.
 Sed quia in his libris nostros homines aliquando Lusi-
 tanos, aliquando verò Portugalēses appellare solemus,
 huius varietatis breuiter reddenda ratio est. Portugalia
 nomen, vt Andreas Resendius, vir doctissimus, aperte
 demonstrat, à portu Cale (sic enim appellabatur olim op-
 pidum ignobile, quod Durio flumini imminebat) du-
 ctum fuit. Cale namq; erat in colle sitū. Portus autem
 piscationis gratia frequentari cepit. Eam verò commo-
 ditatem hominum multitudo sequuta, vndiq; conflu-
 xit, vsq; eò, dum ciuitas opulentissima fieret, quæ Por-
 tugalīa deinde nominari cepit. Inde verò totum re-
 gnum nomen obtinuit. Continet autem Portugaliæ
 regnum non exiguam, vt Paulus Iouius parum consi-
 deratè dixit, antiquæ Lusitaniæ partem, sed valdè ma-
 gnā. Pars enim Lusitaniæ, quæ ad regnum Portuga-
 liæ pertinet, & fluijs, Ana atq; Durio continetur, plus

trecentis & viginti passuum millib. in longitudinem patet. Adijcitur deinde Callæcia Bracarenfis à Septentrione, quæ Durio & Minio definitur. Ad ortum verò Solis sunt aliquot etiam ciuitates trās Anam, quæ Portugaliz regno continentur, ita vt sit non minus è Callæcia & Bætica Portugaliz finibus adiectum, quàm ex antiqua Lusitania detractum. Quod si Portugaliz nomen ex vno oppido fuit, temporis progressu, in totum regnum deriuatum, simili ratioe cõsentaneum fuit, vt ex tam magna Lusitaniz parte, Lusitaniz nomen in totum regnum duceretur. Quò minùs igitur vtroq; nomine vtamur, interdicitur vobis minimè puto. Sed hoc non magni refert. Illud, quod est præsentis operis, hortor & adimoneo omnes, qui hos libros euoluerint, vt animis secum reputent, quàm variegat & vehementer admirandæ sint à nostris hominibus, intra sex & viginti annos (tot enim, aut paulò plus hæc historia continet) effecta: quæ maria, quæ littora, quæ regiones exploratæ, quæ bella contra Reges potētissimos, inuicta virtute gesta, qui terrores neglecti & contempti, vt intelligant, nō esse tantarum rerum laudem hominibus, sed Deo, qui præsentiam suam nostris sæpè declarabat, summa ratione tribuendam. Quod tum multò clariùs apparebat, cum interdum sic eueniebat, vt ipsi Lusitani sibi nimium præfidentes ab hostibus eisdem vincerentur, vt intelligerēt, inanes hominum conatus fore, qui non fuerint cælesti præsidio suffulti. VT AVTEM hinc, HENRICE PRINCEPS, sic enim ordo rerum flagi-

RES EV. tat, exordium capiamus: IOANNES, hoc nomine
ROP AE. secundus, Portugaliz Rex, cum lento atque diuturno
Ioannis Lu morbo langueretur, cõtulit se in extremam Lusitaniz
sitaniz Re partem, ad Austrum pertinentem, Oceano ex ea parte
gius morbus definitam, quam nunc Algarbium appellant, vt aquis
& mors. calidis admodum salubribus morbū depelleret. Erumpunt autem aquæ illæ in conualle, nō amplius sex aut septem miliarijs à mari disiuncta, è silice, & reliquis balneis, quæ sunt in Lusitania, summo omnium consensu præferuntur. Eo tamē remedio frustra tentato, factum est, vt

est, vt morbus indies ingrauesceret. Nec absuit suspicio, Ioannem lento veneno, quod imprudens hauerat, paulatim intabuiffe. Itaq; cum mortem appropinquare sentiret, in Algarbij oppido, quod Aluor appellant, & multi porrum Hannibalis esse putant, testamentum fecit, quo Emmanuel, qui illi frater patruelis erat, heredem instituit: ad quem regnum, quamuis Ioannes intestatus obiisset, erat iure peruenturum. Erat enim Emmanuel Fernandi filius. Fernandus verò erat germanus frater Regis Alfonso, cuius Alfonso Ioannes filius extitit. Cum igitur Ioannes nullum filium ex vxore legitima susceptum haberet (Alfonfus namque vnicus illius ex vxore Leonora filius in adolescentiæ flore Scalabi, quæ ciuitas nunc appellatur Sanctarena, ex equo incitato proiectus, mortem obierat) necesse erat, vt Emmanuel regni hæreditatē cerneret. Georgius namq; Ioanis filius, propterea quòd nothus esset, quâuis illius mater fuisset valdè nobilis, legibus & institutis regni hæres esse non poterat. Hoc tamen, quod erat Emmanueli iure debitum, fuit summa Ioannis ipsius voluntate comprobatum. Emmanuel enim nō tam propter sanguinis propinquitatem, quàm propter Regiæ virtutis indolem, quam in illo cernebat, egregiè carum habebat, & quibuscunq; poterat ornamenti, illius dignitatem amplificabat. Accedebat, quòd vxor illius Leonora, singulari virtute, pietate, atque religione fœmina, Emmanuelis soror erat, fratremq; amore singulari prosequeretur. Testamento factò, & sacris omnibus, quæ ad animum expiandum pertinebant, ritè procuratis, ita excessitè corpore Ioannes, vt in illa extrema vitæ perfuntione, in sitæ virtutis & pietatis insignem significationem daret. Fuit enim vir ille clarus & excel-

Ex testamento regni heres Emmanuel.

Scalabis ciuitas n. Sanctarena.

Ioannis Regis ciuitas.

agraret, multaq; animo frequenter agitaret, eaq; moli-
retur, quæ, si non fuisset immatura morte sublatus, no-
men illius clarissimum reddere poruissent. Fortes viros
amabat, vsq; ad eò, vt quidam reliquas vitæ maculas no-
mine virtutis militaris eluerent. Ignauos autem atque
desides ita contemnebat, vt homines non duceret. Per-
fecit autem, vt qui magnis opibus insolentius effere-
bantur, illius in vindicando seueritatem pertimesce-
rent: & qui propter humilitatē obnoxij erant iniuriæ,
præsidio illius vitam securè traducerent. Attulit ille
quidem multis viris nobilibus necem, & Principes et-
iam sibi conuictos interfecit, quos anima duerebat aut
parum obsequentes esse, aut perniciem in illum machi-
nari: sed id nisi fecisset, neq; Regiam dignitatem tueri,
neq; vitam conseruare potuisset. Valebat multum in-
genio, plurimaq; ab illo argutissimè dicta referuntur,
ex quibus intelligitur, quantum illius acumen extite-
rit. In Regum consilijs, de quorū fide dubitabat, explo-
randis, erat mira quadam sagacitate præditus: multos-
que viros primarios multis in locis beneficijs sibi arctif-
simè deuinctos habebat, per quos omnia, quæ Reges in
illum moliebantur, multò antè, quàm ei nocere pos-
sent, cognoscebat, vt eorum consilijs obstitere. Populi
non tam illum vt Regem verebantur, quàm vt paren-
tem amabant. Eorum enim commodis animo patrio
consulebat. Hæc autem illius sententia meritò laudari
solet, cum diceret, sibi non tam propositum esse, vt ope-
ris hominum ad aurum quærendum abuteretur, quàm
vt aurum quæreret, vt opibus suis hominum inopiam
subleuaret. Cum accepisset, esse volucrem, quæ rostro
pectus dilacerat, vt pullos serpentum morsibus exani-
matis sanguine suo profuso in vitam reuocet, eiusdem
volucris imaginem suis insignibus adiungendam cu-
rauit, vt ostenderet, se esse paratum pro suorum salute
sanguinem suum profundere. Ex omnibus tamen vir-
tutibus, quibus illum præditum fuisse commemorant,
nulla fuit admirabilior singulari quodā pietatis & re-
ligionis studio, quo mirificè flagrabat. Nunquā enim
cum

eum neq; turbulenta negotia, neq; coniurationes con-
tra illum factæ, neq; malorum omnium tempestates à
rebus diuinis summa cum religione procurandis abstra-
xerunt. Is denique Princeps fuit, vt meritò videatur il-
lius nomen sempiterna memoria celebrandum. I L-
LO mortuo, fuit summa cum celeritate ad Emmanue-
lem nuncius allatus: quem cum tam multis lachrymis *Emmanue-*
accepit, vt satis appareret, eum non tam regni hæredita-
te lætari, quàm ex morte Principis optimi, & sibi con-
iunctissimi dolorem excipere. Erat autem Emmanuel
eo tempore annos natus viginti & sex, & Salatia se con-
tinebat, in quo tunc oppido Regina Leonora soror il-
lius, atq; Ioannis vxor, morabatur. Ibi igitur more &
instituto maiorum fuit Emmanuel, rex solenni ritu
omnium consensione declaratus. Quod quidem mu-
nus sibi non segniter obediendum existinauit. Erat enim
& ingenio, & studio, & disciplina vigilantissimus. Ita-
que cum multa confestim regno salutaria instituisset,
tū nihil sibi maiore cura faciendum arbitratus est,
quàm vt omnium ordinum cōuentum ageret. Salatia
igitur discedens, Montem maiorem profectus est, quæ *Montis ma-*
ciuitas est in colle edito sita trans Tagum, & Ehora cir-
citer viginti millia passuum distat. Eo igitur regni Pro-
ceres, & Antistites, & ciuitatum Legatos per literas e-
uocauit. Eò fuit ad illum deductus Georgius, Ioannis *ioris ciuita-*
Regis filius, cuius paulò antè fecimus mentionem, qui *is situs.*
tunc decimum & quartum annum agebat: quem Rex
tam amanter atq; cum tanto fletu complexus est, vt sa-
cillimè, quanta fide & amore Ioannem fuisset in vita
prosecutus, cerni posset. In illo autem comitatu, qui Ge-
orgium stipabat, facillè reliquis & militari gloria, & vr-
banitate Iacobus Almeida, qui in Portugalia pro Ma-
gistro Hospitalensis ordinis eidē religioni præerat, ex-
cellebat, multumq; apud Ioannē gratia & auctoritate
potuerat. Eum verò Ioannes morib. eiusdē filij regēdis
præfecerat, vt is sub tali pedagogo artes illo loco dignas
perdisceret. Hic igitur cū Georgio, quem dextera tene-
bat, flexis de more genibus, cū esset vterq; habitu lugu-
bri defor-

Iacobi Al- bri deformatus, hæc orationem habuit. REX Ioannes,
meide, pro qui tibi patruelis frater natura fuit, amore autem ger-
Georgio manus, mihi significauit moriens, se, cum animo equi-
Ioannis Re simo è vita discederet, vna tantum cura sollicitari, quod
gis nobis, hunc filium in solitudine & orbitate relinqueret. Eam
ad Emma- tamen solitudinem eo solatio, quo utebatur, alleuari,
nuelem o- quod veniret illi in mentem, quam singularis esset be-
ratio. nignitas tua, quam gratus animus, & quam ad omnes
 regie virtutis laudes studio & voluntate propensus. Pre-
 cepit deinde mihi, vt suo nomine te rogarem, & obse-
 crarem, si is te in filij loco dilexisset. si muneribus omni-
 bus, quibus potuit, affecisset, si nullum tui ornandi lo-
 cum prætermisisset, vt tam egregie in te voluntatis me-
 moriam retineres, & parem voluntatem huic suo vni-
 co filio, quem omni reliquæ vitæ præsidio destitutum
 relinquebat, redderes, & cogitares, quid ille, si tibi fuisset
 nati filij, eis facturus fuisset, si ita accidisset, vt tu ante
 illius obitum è vita migrares. Præterea hoc etiam mihi
 in mandatis dedit, vt hunc illius filium frequenter
 admonerem, vt te semper vnicè coleret, & obseruaret,
 tibi que in omnibus rebus obtemperaret, in eo que pu-
 gnaret, vt à nemine fide, amore, studio erga te superari
 posset. Quod enim te propius sanguine attingebat,
 eò magis conuenire, vt obseruantia & pietate erga te
 omnibus antecelleret, nec in vllò in amplitudinem
 tuæ dignitatis officio se vinci pateretur. Hæc quidem
 ille mihi, vt facerem, imperauit. Ego, vt officio meo
 fungar, illius filium in hac tam tenera, vt vides, ætate,
 tali parente orbatum, sibi nomine illius trado, natura
 & genere propinquum, casus acerbitate pupil-
 lum, voluntate supplicem, conditione famulum, vt
 eum in fidem tuam recipias, & ornes, & augeas: vt sic
 tandem cognosci ab omnibus possit Regius iste ani-
 mus, in referenda gratia, & beneficiorum memoria
 conseruanda diligentissimus. Quod si, vt confidimus,
 feceris; ab omnibus laudem admodum grati atque ma-
 gnifici Principis consequeris: multoque artius tibi
 tuorum omnium voluntates hac tam insigni probi-
 tatis

tatis significatione deuincies. Hac Almeida oratione
 adeò fuit Emmanuelis mœror excitatus, vt cum dare
 responsum vellet, la chrymis & singultu spiritus illius
 impediatur. Itaque breuissima oratione declarauit, se
 Georgium in loco filij habiturum, tantisque illum be-
 neficijs ornaturum, vt intelligi posset, quantum Ioan-
 nis nomen & memoriam conseruari atque propagari
 cuperet. Hac Regis oratione omnes proceres, qui aderant,
 non mediocriter lætati, ad illum ad euntes: gratias
 egerunt, illiusque manus osculati sunt. Hæc autem non
 indigna commemoratione arbitrati sumus, vt posset &
 Ioannis probitas cognosci, que tanta fuit, vt neque im-
 perij magnitudine potuerit hæres illius adduci, vt facili
 se desiderium illius leniret: & simul Emmanuelis na-
 turam perspiceretur, quæ tam excellens extitit, vt neque
 tantis opibus improuiso oblati offerri, aut humanita-
 tis obliuisci potuerit. Facit enim insita in plerisque cupi-
 ditas, vt etiam in minimè dubia hæreditatis possessio-
 ne, quam mortuis parentibus assequuntur, a nimi lætiti-
 am, mœrore ad tempus simulato, tegere vix possint.
 Quod eò in temperatius in regni hæreditate fit, quòd re-
 gie opes maiores & ampliores sunt, & ad animum de
 statu mentis deiciendum, si virtutis præsidium non
 adsit, magis efficaçe. Cum verò regie dignitatis ampli-
 tudo præter opinionem alicui deferatur, tanta vi plerum-
 que iactatur animus, vt à mente & ratione deseratur.
 At Emmanuel se regni hæredem fore minimè suspicari
 poterat, cum & fratres illius viuerent, qui eum ætate
 antecedeabant, & Alfonso Ioannis Regis filius in vita
 maneret, & ipse Ioannes filios gignere per gratiam pos-
 sederat enim annos natus quadraginta, cum mortuus
 est. Qui tamen omnes diuino consilio, vt multi iudicabant,
 morte sublato sunt, vt Emmanuel regnaret. *Decreta
 Emmanuelis regia.*
 POST QVAM verò omnes regni Ordines conuen-
 re, instituit Rex quædam de sententia omnium, qui
 aderant, ad regni stabilimentum necessaria. Inde etiam
 misit, qui Regi Fernando & Isabelæ Reginae, qui tunc
 in Castellæ & Aragoniæ regnis cum summa dignitate
 & existi-

& ex estimatione regnabant, de sua successione nunciarent. Per id tempus Aluarus, Fernandi Ducis Brigantini, qui propter perfidie suspicionem fuerat capitali supplicio affectus, frater, in Castellæ regno versabatur, & summum apud Reges locum obtinebat. Aluarus autem is erat, ad quem nulla facinoris suspicio pertineret: Sed cum fratrem supplicio mactatum animaduerteret, integris rebus à Lusitaniæ finibus excessit. Rex autem Ioannes illi præscripserat, nè in Castella sedem vlllo pacto collocaret. At is Fernandi & Isabelæ vxoris probitate & magnificentia deuinctus, qui multum illius virtutis atque prudentiæ tribuebant, in eorum Regnis locum exilio voluntario delegit. Et nè Regis Ioannis præscripto parere cogeretur, omnes res suas, quas in Lusitania possederat, voluntati illius permisit. Hunc verò Aluarum, & filios Ducis, qui post patris necem in exilium se voluntate sua contulerant, Rex Emmanuel per eundem Legatum benignè inuitauit, vt in patriam redirent. Fore, si id facerent, vt eos quibuscumque rebus commode posset, ornaret. Alterum deinde legatum Romanam misit, qui Alexandro Pontifici Maximo, qui tunc fuerat ad illud summum fastigium dignitatis euectus, nomine illius fidem obligaret, totumque Portugaliæ regnum, vt Christianum Principem facere oportebat, voluntati Pontificis ipsius addiceret. Quod vt cum maiore dignitate fieret, Georgium Costam Lusitanum Cardinalem, hominem auctoritate summa præditi, per literas rogauit, vt nomine illius hoc officium exqueretur. Cardinalis igitur Emmanuelis nomine maiorem fidem publicè dedit, Emmanuelem semper in Pontificis obsequio futurum, & fidem per omne vitæ spatium erga sanctam Romanam Ecclesiam summo studio retenturum, & pro illius sanctitate, quoties opus ita fuisset, pugnaturum. Fuit hæc fidei testificatio Pontifici valde grata, literasque Regi satis amantissime scriptas dedit, eique de regni successione gratulatus est. At Emmanuel interim in regni negotijs expedendis vigilabat. In primis autem donationes omnium re-

*Aluarus a
lijque ex-
ales reuo-
antur.*

*Legatio Lu-
sitana ad
Pontificem
Maximū.*

rum, quas Ioannes moriens multis donauerat, benigne confirmauit: quamuis multi ex illis, qui tunc ab illo fuerant affecti beneficijs, magis digni supplicio, quam beneficio viderentur. Satis enim apparere, eos, qui, dum Princeps extremum spiritum edit, ab eo summo studio contendunt, vt sibi aliquid largiatur, quod dum ille sanus atque valens erat, impetrare non poterant, nunquam se quidquam de fide Principi debita, sed de sua ipsorum vtilitate cogitasse. Quid autem præterea tam insidiosum, quam eo tempore, quo propter mortis acerbitatem mens Principis oppressa est, captare tunc illius imbecillitatis occasionem, vt ab eo, à quo iam fuerant multis cumulati beneficijs, id extorqueant, quod non est auaritiæ, sed fidelitati debitum? Quid verò tam inhumanum, quam in ipsius Regis morientis aspectu, nec ipsius iustissimi doloris sentu, nec vlla humanitatis ratione ab immanis cupiditatis studio reuocari? Accedit præterea, quod eo tempore Rex, qui hominum postulata, quamuis iniusta sint, minimè repudiat, non de suo quidquam, sed de alieno videtur extorgeri. Ea namque donat, quibus iam vti non potest. Reddit deinde successor multò difficiliorum administrationem. Regiam enim Gastrandi Regij muneris rationem. Regiam enim Gastrandam, quæ est fons Regiæ benignitatis, exhaurit. Ea potestatem concedit, cum neque hominum merita, neque vllam iuris vilitati rationem expendere potest. Quotus enim quisque est, qui in oculorum tetra caligine, in crebro anheliu atque singultu, in totius corporis sudore, in interclusi spiritus angustijs possit cuiusque dignitatem exactè perpendere? Illi igitur, qui eo tempore, quo Principis animus est oratione confirmatus, ei tam grauem molestiam exhibent, & instant, & vrgent, & quodam modo vim adhibent, vt interruptis atque morientibus vocibus regni opes effundat, odio certè digni sunt, & non eiusmodi beneficijs. Emmanuel tamen, nè videtur optimi Principis acta rescindere, non modò relictam Ioannis beneficia, quæ fuerant iudicio tributa, etiam fraudulenter crepta, confirmauit. Totū deinde ani-

*In anlicanā
quorundā
auaritiā.*

*Instituta
regni Em-
manuelis.*

de animum ad ius administrandum applicuit. In eos magistratus, quod perperam corrupti pecunia iudicabant, acriter animaduertit. Ijs, qui leuioribus criminibus erant alligati, leuiore etiam pœnas imposuit. Illos verò, qui bene & incorruptè iudicia faciebant, pro dignitate cuiusque remunerauit. Iudicium deinde numerum auxit, vt omnes controuersie facilius diiudicari possent. Ipsosque maioribus stipendijs affectit, ne inopia cogentur ab æquitate discedere. Tum in omni regni partes, viros iustitiæ opinione præstantes cum summa auctoritate misit, qui scelera vindicarent, flagitiorum omnium, quoad fieri posset, stirpes euellerent. Vectigalium deinde rationem diligenter habuit. Videbat enim, vbi regni opes ministrorum negligenti dilabantur, aut quaestorum auaritia diripiuntur, aut sumptibus minimè necessarijs exhauriuntur; ibi regnum statum constitui non posse. Nec enim bellum geri, neque pacem constitui, neque ius administrari commo- licet, vbi Regis pecunia, quæ debet esse publicæ salutis instrumentum, aut à priuatis auertitur, aut ab ipso Rege sine vilo fructu consumitur. Vt autem humanitas illius in omnes constaret, Iudæos in libertatem asservit. Quod vt intelligi possit, qua ratione illi seruituti oppressi fuissent, non erit alienum, rem, quæ eadem modis gesta fuerit, explicare. Fernandus & Isabela Castellæ Reges cum exploratum habuissent, per Iudæos, qui illorum ditioe erant, scelera nefaria contra religionem nostræ sanctitatem consari; omnes illos in exilium eiecerunt. Hoc autem factum fuit Anno à Christo nato, M. cccc. lxxij. quidam verò ex illis numine diuini Spiritus illustrati, ad Christi se cultum & fidem conuertuerunt. alij autem, nè fundos, & eades, & reliqua bona relinquere, vel tempore alieno vendere cogentur, Christi religionem profiteri simulârunt. Reliqui omnes in exilium pulsi sunt. Cum verò alij in alias partes disiecti fuissent, maximam eorum pars à Ioanne Rege sub certis conditionibus impetrauit, vt in Portugalia tempore aliquo desisteret. Conditiones autem quibus

*Iudæorum
per Hispaniam
seruitutis oc-
casio.*

tem potissimæ fuerunt, vt octonos aureos singuli Regi persoluerent, & intra certum tempus à Portugaliensibus emigrarent: quod si post tempus illud assignatū visi in Portugalia fuissent, libertatē amitterent: Rex autem tutam nauigandi facultatem volētibus abire præberet. Hac autem ratione Ioannes grandem sibi pecuniam comparauit, quam asseruari diligentissimè faciebat, vt posset in Africam transire. Cupiebat enim bellum acerrimum Mauris inferre: nec id tam gloriæ studio, quam vt Christi religionem & gloriam propagaret. Quod nè faceret, primùm quidem casus acerbi, quibus diu conflictatus est, impedimento fuere: postremò autem mors omnes illius huiusmodi conatus compressit. Quandiu tamen vixit, sedulo curauit, vt Iudæis fidem præstaret, quam dederat. Itaque eis, qui in portibus illi operas nauabant, imperauit, vt agerent cum nauicularijs, vt tolerabili quadam vectura Iudæos in regiones quas sibi vellent, transportarent. Sanxit præterea, nè quisquam iniuriam illis inferret. Quod longè secus factum est. Mercatores enim, & nauicularij, qui Iudæos in naues suas recipiebant, eos in mari multis iniurijs modum acerbè diuexabant. Vecturæ enim pretio, quo depacti fuerant, minimè contenti, quacunquæ ratione poterant, multò maiorem pecuniam ab inuitis exigebant: & de industria diutius, quam opus erat, agabantur, multisque erroribus homines miseros lacerabant, vt consumpto omni comæatu, cogentur ab eis victum emere. Pretium verò, quod rebus suis continebant, erat eiusmodi, vt eo persoluto, Iudæi nudi & inanes relinquerentur. Accedebat, quod nuptis mulieribus atque virginibus vitium per vim interebant, & viros intolerandis contumelijs afficiebant: Christianique nominis, quod vsurpabant, obliti, in omni genere immanitatis atque perfidiæ versabantur. Iudæi, qui in Portugalia remanserant, partim tam atrocis iniuriæ metu perturbati (nec enim id tam obscurum esse sperauerat, vt nō aliqua ex parte fama tantarum cladum aures eorum perueniret) partim quod inopia impediti,

*Christia-
norum in
proscriptos
Iudæos ini-
urie.*

dit, minimè potuissent ea, quæ erant ad nauigandum necessaria, intra tempus illud emere, cum tempus interrim illis constitutum elaberetur, libertatem amisere. Qui igitur seruum Iudeum habere cupiebat, eum à Rege postulabat. Rex autem eorum precib. cedebat, quos animaduvertebat esse miti clementiq; natura præditos. Iudæi duriore, quàm par esset, dominatu premerentur. Hoc autem accidit paulò ante Ioannis mortem. Ea tamen apud omnes, qui sensus illius nouerant, suscipio consistebat, vt crederetur, si ille diutius vixisset, omnes eos fuisse benignitate illius sub aliqua conditione liberandos. Hæc erat Iudæorum, qui in Portugalia morabantur, cõditio, cum Emmanuel regnare cepit. Qui videns illos non sponte sua contra fœdus in Portugalia post tempus à Ioanne præstitum remansisse, omnibus liberose iussit. Hoc illi beneficio permoti, ei magni argenti pondus obtulere: quod accipere noluit. Statuerat enim gentem illam beneficijs paulatim ad studium Christianæ pietatis allicere. HIS, & alijs multis negotijs commodè atq; sapienter expeditis, mentem contempsit ad bellum Africanum contulit. Ex quo enim tempore Ioannes, hoc nomine primus, Septima urbem Mauritaniæ munijtilimam, in ora maritima freti Gaditansitam, virtute & opibus oppugnauit, nunquam Regem qui deinceps succelsere, passi sunt, bellum contra Mauros susceptum diu intermitteri. Rex Alfonso, Ioannis primi nepos, atq; Ioannis secundi pater, Tingi ciuitatem cum Arzila, quæ non procul Tingi aberat, similiter bello cepit. Ioannes autem post patris obitum, qui uis fuisset duriore fortuna conflictatus, & multis & rursus curis implicitus, semper tamen in uictò animo illius belli administratione permansit. Emmanuel huiusmodi vestigijs ingressus, eodem animo belli curam suscepit. Itaq; vrbes Mauritaniæ, quæ erant nostris prædijs munitæ, maioribus opibus firmavit, firmioribus prædijs cinxit, maximum cõmeatum & plurima instrumenta bellica in eas inportari præcepit. Auxit præterea militibus stipendium, & duces item muneribus

ampli

amplioribus ornauit, vt his beneficijs excitati, confidētius & acrius dimicarent. Quia verò cernebat, caput belli feliciter administrandi in vera religione consistere (Deus enim est, qui robur & mentem, qua victoria paratur, donat, & qui mentem & vires eripit illis, quos peruertere statuit) præter alia præmia, quibus sacerdotibus, qui sacra militibus in Africa ministrabant, affecerat, statuit, vt decumam omnium tributorum, quæ Mauri vestigiales ei ex fœdere persoluebant, quotannis acciperent. Dum hæc ab illo geruntur, Fernandus & Isabella Reges Legatos ad illum mittunt, qui illorum nomine gratulationem de regni hæreditate significarent: Et postularēt præterea, vellet cum eorum filia, nomine Maria, matrimonio copulari. Postremò ab illo enixè contenderent, vt filios Fernandi Ducis Brigantini, qui adhuc in exilio uiuebāt, in patriam, & in omnes amissas opes restitueret. Hanc legationem Emmanuel sibi admodum iucundam accidisse demonstrauit, Legatis que dixit, sibi nihil gratius esse posse, Regum clarissimorum in se tam propensa voluntate. Quod verò ad matrimonium attinebat, non esse sibi in animo prius uxorem ducere, quàm regni statum constitueret. Hoc autem dicebat, non quòd illorum Regum affinitatem sibi parum cõmodam arbitraretur, sed quòd Isabelam eorum filiam natu maiorem, quæ fuerat Alfonso Ioannis filio nupta, uxorem habere mallet: quamuis mentem suam tunc minimè aperiret. De Fernandi verò filijs sibi curæ futurum affirmavit, vt Regibus satisfaceret. Hoc eodem tempore fuit certior factus, Ioannem Menesim, qui Arzilę præerat, fuisse de Mauris insignem victoriam consequutū. Res autem adhuc modū gesta fuit. VASCVS Continus Dynasta Borbenfis, Arzilę præfectus erat, cuius nomen cum ad Ioannem delatum fuisset, coactus fuit in Portugalam redire, vt Regi se purgaret. Præposuit interim Arzilę Rodericū Continum, qui, dū ille abesset, ducis officio fungeretur. Accerata autē Rex Ioannes inducias cum Rege Fessensi, Arraxa verò & Almandarinus, qui multū inter Mau-

ros po-

Iudei serui
tue ab Em
manuele li
berati.

RES A-
FRICA-
NÆ.

RES EF
ROPEAE.
Castellana
ad Emma-
nuelem La
gatio.

RES A-
FRICA-
NÆ.

Emmanuel
lis in Sacer
dotes mun
ficentia.

Lusitanorum
Strages.

ros potentia & opibus excellere, hoc induciarum fecere minime astricti fuerant, eò quòd nondum essent sub Felsenis Regis imperio. Itaque maxima manu comparata, in Arzila fines inuadunt, neque medioerem vastitatem efficiunt. Rodericus Coutinus cum ijs copijs, quas habebat, illis occurrit. Fuit acriter utrinque dimicatum. Prælium tamen hunc exitum habuit, ut Coutinus hostium multitudine oppressus, cum multis occumberet. Hac strage nunciata, Ioannes Rex misit continuo Arzilam Ioannem Menesium, virum singulari virtute præditum, cum imperio, ut nostrorum animos aduentu suo confirmaret. Cùm autem quidam Mauri stipendiarij propter hoc incommodum nostris illatum rebellarent, neque tributum, quod ex fœdere Ioanni Regi debebant, soluere vellent, nihil sibi Menesius prius faciendum ratus est, quàm ut illorum ferociam armis atque virtute comprimeret. Quòd ut commodius faceret, postulauit per literas à Lupo Azeuedio, qui tunc Tingitanæ ciuitati præerat, ut sibi aliquot equites in auxiliũ mitteret. Misit ille equites quinquaginta, quibus præfecit Petrum Leitanum, qui Tingiductor antesignanis erat, qui nocte in locum, quem Menesius dixerat, ire maturauit. Menesius Arzila centum & quinquaginta equites eduxit. Coniunctis in eodem loco cum Leitano copijs, in pagum, qui præcipue fidem fregerat, iter suscepit. Nè autem presentium illius aduentus posset, sic equites instruxit, ut agmine tenuissimo, eaque de causa longissimo, progredierentur. Vno namque silo (sic enim appellant) vnus alium ex interuallo sequebatur, ita tamen, ut ordo incuria hominum interrupti non posset. Magno autem silentio, cùm dilucesceret, pago appropinquauit, ut improviso hostes adoriretur. Sed accidit, ut eodem tempore, Barraxa & Almandarinus cum Muzza & Acobo, qui multum etiam viribus pollebant, eos Maurorum pagos, qui nostrarum partium erant, armis aggredi constituerunt. Habebat autem sub signis duo millia equitum, & pedites octingentos. Cùm autem hoc Menesius accepisset,

cepisset, ut certior esse de hostium consilio posset, dedit hoc negotium Mauris quibusdam, quibus in bello ad has artes vti consueuerat, ut ex insidijs aliquem ex exercitu hostium interciperent, ex quo verum exploratè cognosceret. Illi satis impigre imperata conficiunt, atque tres Mauros ad Menesium pertrahunt, ex quibus cognoscit, omnia vera esse, quæ audierat. Quamuis autem quidam valde illius consilio repugnarent, in hostes tamen incurere statuit. Eo namque loci res illius erant, ut nostri non sine magno salutis discrimine, & dignitatis imminutione, regredi possent. Ita multò præclariùs esse iudicauit, hostes nihil tale suspicantes inuadere, quàm ferociter insequeres arcere. Illud enim hostium animos perterret hoc autem acriores & infestiores efficit. Triplicem igitur aciem confestim intruxit. Primæ Leitanum præfecit, cui quinquaginta illos equites, quos adduxerat, assignauit. Secundæ Ioannem Menesium, Petri Menesij fratris sui, & Cantagnediensis Dynastæ filium. Huic triginta tantum equites attribuit, reliquos omnes sibi intacte tertia referuauit. Postquam verò illos cohortatus est, & quid ab illis fieri vellet, admonuit, in hostes ire perexit. Hostes nostrorum audaciam admirabantur, & paucitatem contemnebant. Atque primùm triplicem aciem ordinare constituunt. Deinde consilio mutato, ut nostros obruerent, vna tantum acie facta, propius accedunt. Prima nostrorum acies vbi tantum agri spatium interiectum vidit, quæ tum ad concurrendum satis esset, in hostes infestis hastis incitatur. Idem Mauri faciunt. Nostri in principio acriter pugnant: multitudine tamè oppressi, cedere paulatim incipiunt, cùm Menesius iunior ex vno latere in Mauros incurrit: quo facto, animus nostris additus est, summaque vi resistere contendunt. Hic Ioannes Menesius diutius minime cunctandum ratus, signa inferre iubet, & cùm omnibus copijs, quas secum habebat, impetum in Mauros fecit: quem illi primùm ægrè sustinent, deinde pedem referunt, atque tandem se præcipiti fuga proripiunt. Nostri eos insequuntur, octoque millia passuum progressi, magnam eedem faciunt.

Lusitanorum
de Mauris
victoria
videtur.

deinde

Deinde ad hostium castra diripienda reuertuntur. Fugerunt in eo pralio multi ex hostibus capti, multo plures occisi, magna que præda parata: ex nostris nemo desideratus. Deinde Menesius in rebelles pagos exercitum duxit, qui suppliciter abiecti, veniam postularunt, & omnia, quæ debebant ex fœdere, persoluerunt. Itaque re bene gesta, Arzilam redijt, Leitanumq; cum parte prædæ remisit. Cùm hoc prælium commissum fuit, iam Emmanuel regnabat: & accidit, vt quo tempore ille decumam sacerdotibus Africæ donare constituit, eo susceperet Menesius hanc victoriam consecutus, ad eò, vt multum suspicarentur, eam magis Emmanuelis religione, quam militum viribus partam fuisse. Non dum Emmanuel consilium dimiserat, cùm grauis pestilètia urbem illam, in qua commorabatur, inuasit, qua coactus fuit inde discedere, & multa, quæ ad regni stabilimentum pertinebant, in aliud tempus reseruare. ANNO insequenti, qui fuit à Christo nato. M. CCCC. XCVI. cùm appropinquaret tempus solenni ieiunio consecratum, Setualem se contulit. Ibi cum sorores illius, nempe Leonora Ioannis vxor, & Isabela, quæ matronium Fernandi Ducis tenuerat, opperiebatur. Rebus aut sacris illo tempore de more procuratis, & diei illius memoria, quo Christus se à mortuis excitauit, ritè celebrata, ad regni negotia conficienda se rursus accinxit. In primis tamen Iacobum Fernandi filium, qui post illatâ patri necem, se in exiliũ, vt dictum est, sponte sua contulerat, & fratrem illius Dionysium similiter & Aluarum, eiusdem Fernandi fratrem, & Sancium Iacobi fratrem patrualem, Alfonsi Faronensis Dynastæ filium, in patriam & honores amissos restituit. Fuerat autem Alfonsus Sancij pater, frater Fernandi. Hinc autem Sancium voluit Rex, vt pro Faronensis Comitatus titulo, Comes Demirensis appellaretur. Alios præterea, qui fuerant, Ioannis tempore, proditiõnis insimulati, ab exilio reuocauit: præcipuè tamen in eos, quos memorauimus, illius liberalitas illustrius admodum fuit. Et quia Ioannes quædam illorum bona certis hominibus

*RES EV-
ROPEAE.
Pestis in
Monte ma-
iore Lusit-
anie ciui-
tate.
Annus à
nato Chri-
sto. 1496.*

*Proceres
aliquot Lu-
sitani ab
exilio reuo-
cati.*

bene de Rep. meritis donauerat, Emmanuel, ne, qui ea possidebant, de illata sibi iniuria conqueri possent, tantis donis & muneribus eos affecit, vt æquo animo patèrentur, se bonorum illorum possessione depelli. Quæ quidem magnificentia à multis variè reprobata fuit. Non deerant enim, qui dicerent, indignum esse, filios eorum, qui fuerant proditiõnis infamia maculati, tantis beneficijs ornari, & in integrũ incõsideratè restitui. Alij verò non Regis liberalitatem vituperabant, sed in liberalitate modum requirebant. Non enim esse Reip. commodum dicebant, regium patrimonium, quod est Reip. firmamentũ, immodica largitione vno momento temporis exhauriri. Hæc tamen, quæ vulgò iactabantur, nullo modo potuere Regem ab instituta beneficentia reuocare. Cogitabat enim, aliquos eorũ, qui fuerant damnati, non fuisse ita multis criminibus euictos, vt ea de causa nomen eorũ in hominũ odio sempiterno versari deberet. Præterea verũ non esse, vt filij parentum scelera luerent. Deinde sororis Isabelæ moeror assiduus eum magis ad benignitatè inuitabat. Videbat enim, nihil optimæ atq; præstantissimæ fœminæ, post viri necem, & filiorum exilium accidisse, quo mœsticia & angore leuaretur. Instabat præterea Beatrix illius mater, quæ precibus vt Regem obsecrabat, & auctoritate vt filium admonerat, vt homines sibi coniunctissimos saluos & ornatos esse vellet: quod fieri nõ poterat, nisi eò, vnde deciderant, reducerentur. Non tibi, inquit illa, solùm regni hæreditas obuēnit, sed etiã matri, & sororibus, & propinquis, & omnibus deniq; qui in te spem rerum suarum collocatam habent. Quæ spes, si nos frustrata fuerit, ad quem ibimus? Cuius opè flagitabimus? Si nos non, vt speramus, respexeris, necesse erit, vt moleste feramus, te in tam excelsò gradu locatum cerneere. Cùm enim priuatus eras, de aduerso tantũ casu nobis lamentari licebat. Nũc verò ad illius acerbitatis querimoniam, & etiam de graui iniuria illata matri, omnibusq; tuis propinquis accedet. Quare si vlla tibi pietatis cura est, illius, quæ te peperit, & enutrit, maximoq; semper

*Beatricis
matri ad
Emmanuel
lem pro ex-
ulibus ora-
tio.*

fuit amore prosequuta, memoriam conferuas, consule nobis omnibus: redde matri filiam, forori liberos, auia nepotes, & memet denique mihi totam restitue. Sic enim auaritiæ suspicionem fugies, & pietatis atque magnificentiæ fructum singularem percipies. Hæc quidem, & alia multa mater in eandem sententiam dicebat: hæc eadem foror cum lachrymis assidue flagitabat: hæc Castellæ Reges per literas atque nuncios enixè precabantur. Itaque non potuit Rex natura benignus matris voluntatem negligere, aut fororis postulata contemnere, aut optimorum Regum preces aspernari. Multos deinde homines nobiles, muneribus & ornamentis auxiliis, in quibus fuit Iacobus Syluius, vir singulari prudentia, qui pædagogus illius extiterat. Misit deinde Petrum Corream, hominem prudentiæ opinione præstantem, ad Alexandrum Pontificem, ut apud illum quædam negotia, ad regni statum pertinentia, procuraret, & simul Georgium Cardinalem in Portugaliam reduceret. Erat autem is Georgius humili quidem genere natus, sed ingenio præclaro, & magno animo præditus. Valuit autem multum apud Caterinam Odoatæ Regis filiam, summa virtute foeminam, quæ nemini vnquam nubere voluit. Fuit autem casu in eiusdem Caterinæ familiam ascitus: illa capta hominis probitate & sapientia, eum sacerdotijs valde opulenti augendum curauit: in quibus omnibus, ille egregium specimè virtutis exhibuit. Pontifex deinde creatus est, & gradibus deinde ad alios honores ascendit, donec tandem à Pontifice Maximo, summo Cardinalium consensu, in eorum collegiū cooperatus fuit. Quam dignitatem singulari sapientia tuebatur, plurimumque apud Pontificem Max. autoritate & gratia poterat. Fuit illi in regni principio Ioannes infestus, propter aliquot illius acta, quæ suis rationibus aduersari suspicabatur: nihilo minus tamen Georgius, inuito etiam Rege, dignitatem summam autoritate retinuit. Ioanne autem mortuo, petijt ab illo Rex Emmanuel per literas, ut in Lusitania remigraret. Sibi namque valde opus esse ad regnum feliciter administran-

Petrus Correa ad Pontificem Maximum legitus. Georgius Cardinalis

administrandum illius consilio, quem sapientia præstantem iudicabat. Quod Georgius ostendit se facturum. At postquam Correa urbem attingit, mutauit consilium, & ætatem & imbecillitatem excusauit. Dixitque præterea, sibi itineris illius faciendi à Pontifice Maximo minime potestatem fieri. Regis tamen negotia summa diligentia atque fide confecit. Interea regnum graui pestilentia laborabat, quæ Regem domicilium mutare compellebat. Cum autem in oppido, quod Turres veteres appellant, consideret, venit ad eum Legatus Venetus, qui illi Rei. suæ nomine de regno, quod illi obuenerat, gratulatus, Senatū Populūque Venetum dixit, omnia, quæ is ab illo postulare, libentissimè facturum. Fuit Legatus admodum liberaliter acceptus, & insignibus equestris ordinis manu ipsius Regis ornatus, & cum tantis muneribus dimissus, ut Venetorum ciuitas partim Legati prædicatione, partim Regis literis valde amanter scriptis, multò magis in studium illius incitaretur. Aliam deinde actionem suscepit Emmanuel, quam Reges nonnulli ante illum frustra sæpè tentauerunt. Eo tempore, quo Hispania, maxima ex parte, erat sub Arabum potestate & imperio constituta, cum esset perpetuum inter illos & Christianos bellum sine vlllo firmo & stabili iudicium foedere concitatum, fuere quidam viri nobiles, non magis virtute, quam religione præcellentes, qui vouebant, se pro Christi gloria, quandiu vires supererent, summa contentione pugnatos. Quod ut multò alacrius facerent, & ut commodius ad cælum viam munirent, à nuptijs abstinebant. Horum viros partim in religionis studio, partim in armorum exercitatione consumebatur. Tantusque erat in illis ardor animorum, ut eos beatissimos iudicarent, qui in bellis pro defensione Reipub. & Christi sanctissima religione susceptus occumberent. Horum exemplum cum multi sequerentur, fuerunt varij militarium religionum ordines instituti à Regibus multis beneficijs ornati, & à Pontificibus Maximis approbati: ex quibus multi viri prodire, quorum virtute Mauri sapientissimè cum magna Christiani nomi-

Veneta ad Emmanuelem Legatio

Ordinum sacrorum militarium per Hispaniam & Lusitaniam occasio & successus

*Sacrerum
militum
institutum.*

*Ordinis mi-
litum Chri-
stiani origo &
institutum.*

*Milites sa-
cra per Lu-
sitaniam ca-
stitatis reli-
gione solu-
ti.*

nis gloria fusi fugatiq; sunt. Erant aut omnes imaginis Crucis ex panno partim rubro, partim viridi facta, & vestibus assuta, secundum pectus insigniti. Florebat etiam in Hispania ordo Templariorum, & Hospitalensium, qui Ierosolymis eadem fundameta, post captam à Christianis ciuitatem illam habuerant. Quamuis aut varia essent horum ordinum instituta, & insignia, quibus distingui alij ab alijs possent; in hoc tamen conueniebant, quod omnes votis solenni ritu emissis, fidem Christo publicè dabant, fore, vt nulla vnquam libidine se commacularent, nec magistri militiae imperium detrectarent, nec se vllis auaritiæ sordibus illini paterentur. In Portugalia verò, præter reliquos militum religiosorum ordines, alius à Dionysio Rege constitutus est, postquam opera Philippi Francorum regis, qui pulcher appellatus est, Templariorum ordo euerfus fuit. Iniuit enim Dionysius rationem, quemadmodum Templarij Lusitani (ex omnibus enim Christianæ Reip. partibus aditus fortibus & spectatis hominibus ad illum ordinem patebat) neque bona, neque dignitatem amitterent. Itaq; statuit, vt vestigalia, quæ erant in Portugalia, Templariorum ordini dicata, ijdem ipsi Templarij, qui ea possederant, noue cuiusdam militiae nomine retinerent. Hanc autem Christi militiam appellauit, & huius religionis milites statuit, vt imaginem Crucis colore candido, inclusam in aliam Crucis imaginem, colore rubram gestarent, vt à reliquis religiosis militibus internosci possent. Postulauit deinde à Pont. Maximo, vt eam autoritate sua confirmaret. Creuit hic ordo, multusque bonis auctus & amplificatus est. Emmanuel autem cum videret, quod discrimen impenderet tam militibus huius ordinis, quam reliquorum omnium (si enim contra fidem Christo obligatâ libidinem minime refrænarent, necesse erat, vt scelus nefarium susciperent, & simul nè illis, qui ex religiosis militibus nascerentur, esset illa macula generis iniusta, quæ nobis omnibus, quamuis sint nobilissimis parentibus, procreati, subeunda est) postulauit ab Alexandro Pontifice Max. vt solue-

ret solueret ea perpetuæ castitatis religione omnes equites Lusitanos, qui deinceps alicuius religiosæ militiae sacramento tenerentur. Illi namque, qui iam erant solennis voti religione constricti, fieri non poterat, vt salua ipsius religionis fide eandem licentiam impetrarēt. Concessit id Regi Pontifex, atque deinceps licuit omnibus, qui in aliquam religiosam militiam ascriberentur, vxores ducere, exceptis solum Hospitalensium ordinis equitibus; qui in quibuscunq; partibus sint, eadem perpetuæ castitatis religione constringuntur. Hæc autem Regis prouidentia, qua, vt videbatur, sceleribus occurrebat, & suos magno incontinentiæ periculo liberabat, à multis laudari solet. Ego verò statuere non possum, verum sic multò maiorem peccandi materiã suis attulerit illa ipsa, quam subtrahere summo studio concupiuit. Primum enim nunquã vllius disciplinae laxamentum potuit esse salutare. Quocirca ea, quæ fluunt, seuerè deuincienda sunt, & eò, vnde deciderant, reducenda, si volumus, vt quæ laudabiliter instituta sunt, eundem semper fructum & vtilitatem retineant. Deinde propter nuptiarum curas, cernimus, illum antiquum ardorem, qui erat in religiosis militibus ad dimicandum, esse iam magna ex parte restinctum. Minus enim expediti, & minus alacres sunt, & cum breue aliquod tempus bellicis in rebus insumpserint, citius & libentius, quam decet, otium amplectuntur. Deinde tunc, cum erat illis matrimonium interdictum, credibile est multos fuisse, qui non tam vtilitatis & emolumentis cupiditate, quã pietatis studio religionem aliquam susciperent. Nunc verò postquã de religione detractum est, quod nimis asperum multis esse videbatur: suspicari non absq; ratione possumus, omnes, qui, vt in aliquam eius modi militiam ascribantur, elaborant, cupiditate tantum & ambitione ad studiũ militiae illius impelli. Postremo hoc cupiditatis introitu multò latius, quam antea, patefacto, paulatim eò deuentum est, vt quæ erant optime fundata, laberentur & ruerent. Cernimus enim hanc datam Christo contemni, res sacrosanctas violari,

*Laxata sa-
crorum mi-
litum conti-
nentiæ re-
prehensio.*

facra vestigalia ab hominibus audacibus & flagitiosis occupari: eos, qui nunquam hostis vultum aspexerunt, opibus ad sanctos vsus destinatis affluere, illisque ad luxum & vitæ lasciuiam intemperanter abuti. Sed hæc, quæ curare non possumus, lamentari desinamus.

*De Iudæis
Lusitania
eiciendis
consultatio*

*Sententia
pro Iudæis*

SVSCEPIT deinde Emmanuel rei, quæ tunc in omnium ore versabatur, deliberationē, de qua fuit à multis in consilio in contrarias partes disputatum. Veniebat enim in consultationem, vtrum Iudæi, qui fuerant à Castellæ Regibus expulsi, & in Portugalia morabantur, essent expellendi continuò, vt fuerat Ioannis tempore constitutum: an potius, vt in sedibus, in quibus in regno confidebant, habitarent, benignitate Regia permittendi. Castellæ Reges Emmanuelem per literas admonebant, ne gentem sceleratam, & Deo, & hominibus iniuriam, cõsisteret in Portugalia sineret. Emmanuel rem maxima consideratione dignam esse statuit. Fuere qui dicerent in consilio, non esse gentem illam eiciendam, quam Pont. Max. in Romanæ Ecclesiæ ciuitatibus habitare permitteret. Quo exemplo etiam dicebant à multis Italiæ ciuitatibus, à multis præterea Christianis Principibus, non solum in Italia, sed in Germania, & in Pannonijs, & quibusdam alijs Europæ regionibus, esse Iudæis habitandi & negotiandi facultatem tributam. Præterea illis expulsis, non continuò perfidiam ex eorum animis expelli: vbicunq; enim impia gens pedem poneret, eadem sceleris vestigia relinqui. Non esse autem hominis sapientis, magis scelere vno in loco, quam in alio confato permoueri. Deinde, si Iudæi in Africam (quod futurum nemo dubitabat, si fuissent à nostris finibus eieci) traicerent: omnem spem, quæ de eorum salute haberi potuisset, incidi. Inter Christianos enim, multi ex illis, Christianorum familiaritate & exemplo, atque disciplina allecti, sese ad Christi nomen adiungebant: quod inter homines Mahumetana superstitione contaminatos fieri haudquaquam poterat. Nō esse præterea vtile Reip. vt hæc gens pecuniam, qua multi ex illis abundabant, ad Mauros asportaret: & artibus, quas à nostris

acceperat,

acceperat, hostes nostros instrueret, quibus possent nostris non mediocriter damnum inferre. Alij contrà disse-
*Sententia
contra Iudæos.*
rebant, non sine causa fuisse gentem illam expulsam à Gallia, & à multis Germaniæ locis, & ex Aragoniæ & Castellæ regnis: sed quia fuisset à Principibus, qui non pluris vestigalium amplificationem, quam religionis integritatem faciebant, exploratè cognitum, tentari ab ea simplicium hominum fidem, Christiq; nomen sanctissimum indignissimo conuitio maculari, multorumque animos ex eorum consuetudine pestiferis erroribus contaminari, luemq; ad rusticorum hominum perniciem serpere. Præterea non esse sapientis, quidquā illis credere, qui hostes Christiani nominis sunt, nullaque religione impediri queunt, quò minus omnia arcana, quæ inuestigare possent, hostibus nostris indicent, salutemque nostram pecunia prodant. Quod si de commodis agendum esset, multò certè commodius esse gentem ad fraudem natam, antequam manus vestigalium visceribus afferret, cum illis tantum bonis, quæ tunc habebat, expelli, quam postquam omnes regni opes in potestatem suam redigeret, tanta præda locupletatam dimitti. Tunc enim ea tantum asportaturos, quæ aliundè conuexerant. At si diutius in regno manerent, fore, vt multos mortales bonis omnibus, fraudibus & dolis, quibus multum valebāt, euerterent. Hanc
*Emmanuelle
lis de Iudæis
expellendis
decret.*
sententiam sequutus Emmanuel, statuit, vt omnes Iudæi atque Mauui, qui Christi religionem profiteri nolent, è regni finibus excederent: diemque dixit, intra quem omnes, qui in illius regno fuissent inuenti, libertatem amitterent. IN ITIO sequentis anni, qui fuit à Christo nato, M. cccc. xxvij. Rex Fernandus & Isabel, cum esset inter illos & Carolus Galliæ Regem bel-
*ANNVS
1497.
Castillanæ
ad Emmanuelem
Lælium.
gatio.*
lum acerrimum, legatos in Portugalam mittunt, qui foedera cum Ioanne facta, cum Emmanuele confirmant, & amicè postulent ab illo contra Carolum auxilium. Foedera quidem summa Regis & omnium, qui in consilio aderant, voluntate confirmata fuerunt. Quod verò ad postulatam attinebat, respondit Emma-
Responsio
nucl,

*Iudæorum
liberi per
vim ad
Christianis
mum per-
tracti, &
quid inde
secutum.*

*Vis & do-
lus Iudæis
inhata.*

uel, sibi esse cum Carolo pacem, foreque sibi turpissi-
mum, cum nullam à Gallis iniuriam accepisset, fœdus
istum violare, maximè cum bellum esset ad eò longin-
quum, nec Hispania Gallorum armis peteretur. Quod
si Gallus in Hispaniam signa conuerteret, tunc se pro
coniunctione, quæ sibi cum illis erat, auxilio futurum,
& pro parte sua Gallorum impetum omni contentio.
ne repressurum. Fuit ab illo Castellæ Regibus, ut præ se
tulerunt, egregiè hac responsione satisfactum. Instabat
interim dies, quo Iudæi, qui Christiani fieri nollent, e-
rant in exilium ituri. Omnes igitur se ad nauigandum
summa ope comparabant, cum Rex Emmanuel indi-
gnissimè ferens, tot hominum millia in sempiternum
exiitum detrudi, ut saltem filiorum salutem prospiceret, re
excogitat, factò quidem iniquam & iniustam, animo ta-
riten & proposito sine laudabilè. Iussit enim, ut Iudæo-
rum filij, qui nondum decimum & quartum annum
ætatis excederent, à parentibus abstracti, & ab illorum
conspetu remoti, in religionis Christianæ disciplinâ
traderentur. Quod non sine magnis animorum moti-
bus fieri potuit. Erat enim res visu mirabilis, à comple-
xu matrum filios auelli: patres liberis affixos raptari,
& fustibus etiam contundi clamores ingētes ubiq; tol-
li, omniaq; mulierum plangore & ciulatu compleri. Fūdē-
re, qui rei indignitate perturbati, filios in puteos abijce-
rent. Multi etiā eo progressi sunt a mentia, ut sibi mor-
tem propria manu consciscerent. Accedebat ad grauio-
rem gentis miseræ calamitatem, quod illis, qui tantis
iniurijs affecti in Africam transmittere cupiebant, fa-
cultas minimè præbeatur. Rex enim ad eò flagrabat
cupiditate gentis illius ad Christi religionem perducē-
dæ, ut partim præmijs allicien dam, partim malo cogē-
dam esse iudicaret. Quamuis igitur nauigandi potestas
esset Iudæis ex pacto faciendâ: id tamen de die in diē
differebat, ut mutandi consilij spacium intercederet. I-
taque cum in principio fuissent illis tres in Portugalia
portus assignati, vnde cōscenderent; interdixit, ne quis
quam ex illis aliunde, quàm ex Olyssipponensi portu
solueret.

solueret. Quo factum est, ut innumerabilis Iudæorum
multitudo Olyssipponem conflueret. Interim verò dies
dieta præterfluxit, ita, ut esset illis necesse, qui nondum
emigrare potuerant, libertate spoliari. His tandem ma-
lis pleriq; victi, Christianam religionem aut ex animo
profiteri, aut saltem callidè simulare maluerunt, quàm
vitam in tanta acerbitate traducere. Cum fidei igitur
Christianæ confessione, fontibus sacris abluti, & filios,
& libertatem recuperârunt, multisq; à Rege præmijs
clementer inuitati, in Portugalia regnis satis commo-
dè vitam exegerunt. Fuit quidem hoc nec ex lege, nec
ex religione factum. Quid enim? Tu rebelles animos,
nullaq; ad id suscepta religione constrictos, adigas ad
credendum ea, quæ summa contentione aspernantur
& respuunt? Idque tibi assumas, ut libertatem volunta-
tis impediās, & vincula mentibus effrenatis iniicias?
At id neq; fieri potest, neque Christi sanctissimum nu-
men approbat. Voluntarium enim sacrificium, non vi
mala coactum ab hominibus expetit: neq; vim menti-
bus inferri, sed voluntates ad studium veræ religionis
allici & inuitari iubet. Porro autem quis sibi id arro-
gare potest, quod solus diuinus spiritus efficit in eorū
animis, qui non ad extremum vitæ spiritum illius be-
nignitati repugnare contendunt? Ille namq; solus est,
qui mentes illustrat, & allicit, & inuitat: & eos, qui tan-
tum in unum non animo pertinaci & ingrato repudiāt,
ad Christi confessionem & societatem perducit. Postre-
mò quis non vider, quàm indignum sit, hominibus in
religionis studio suspectis, tot mysteria, tot res sacro-
sanctas, tantam rerum diuinarum rationem committe-
re? Et sceleris occasionem ijs, qui Christi disciplinam
ludibrio habent, inconsideratè præbere? Et ita religio-
nem per religionis simulationem indignissimè viola-
ri? Regis tamen animus multis meritò laudandus
esse videtur, quod id religionis studio, ut ea ratio-
ne gentis Hebrææ salus constitui aliquando posset, ef-
ficeret, maximè cū viri religionis & doctrinæ opinione
præstantes id licere dicerent, & fuisse iam à principibus
Christia.

*Regij in Tu-
daos facti-
noris repre-
henso.*

*Excusatur
Rex.*

Christianis olim factitatum. Nunquam enim defuere, nec vnquam deerunt, qui ad Principum gratiam aucupandam orationes accommodent. Fructus tamen eximios ex hac Regis actione, quamuis parum iusta, effertur quotidie videmus. Eorum namque filij, qui, vt suspicio erat multis iniecta, fidem nefarie simulabant, vsu, consuetudine, & disciplina, paternique sceleris obliuione, Christi religionem sanctè colunt, & vitam ad disciplinam illius instituunt. Hac ratione Iudæi partim in exilium migrarunt, partim Iudæorum nomen amiserunt, Mauri verò omnes, qui noluerunt à Mahumetis pestifera secta discedere, in Africam se contulerunt. Neque fuit eis aliquod incommodum illatum, quemadmodum Iudæis: nè Christiani, qui in Africa, vel Asia sub Saracenorum ditione viuabant, aliquod ob eam causam malum pateretur. HOC eodem anno Rex de nuptijs, quas appetebat, agere cœpit. Cupiebat enim, vt dictum est, Isabelæ, quæ fuerat Alfonso Ioannis filio nupta, matrimonio coniungi, eò, quòd mores illius atque prudentiam adamaret. Id autem cum Aluaro Fernandi Ducis fratre, qui plurimum apud Castellæ Reges poterat, communicauit. Qui cum operam suam esset Emmanueli ad eam rem pollicitus, in Castellam redijt, & inde literas ad Emmanuelem dedit, quibus significauit, Regum voluntatem minimè ab eo matrimonij scedere, quod ipse appetebat, alienam. His literis excitatus Rex, Ioannem Emmanuelem Regio cubiculo præfectum, virum singulari prudentia, ad Reges Castellæ legauit. Fuit hæc legatio Regibus admodum grata, matrimoniumque pactioibus ritè confirmatum. Isabelæ iunior solum summa vi matrimonio resistebat. Partim namque ex dolore, quem ex obitu Alfonso perceperat, in ea ægritudine versabatur, vt sanari vix posset: partim quòd bis nubere, parum honestum iudicabat, adduci non poterat, vt in hoc matrimonio parentibus morem gereret. Sed tandem parentum monitis & precibus victa, & hominum religiosorum orationibus inducta, qui illam admonebant, eo coniugio p-

*Emmanue-
lis Regis
cum Castellæ
Ianoꝝ Regis
filia pa-
træ nuptia.*

gio pacem & otium totius Hispaniæ confirmari, parentibus obsecuta est. Interim dum ea, quæ ad Isabelæ in Portugaliæ aduentum erant necessaria, parabantur, Emmanuel negotium magnitudine clarum, semper iternaque gloria dignum suscepit. Quod vt rectius explicari possit, est totius rei initium altius repetendum. IOANNES hoc nomine primus, Portugaliæ Rex, RES AFRICA-berauit, & clarissimas victorias consequutus est, nè in NAETIA senectute quidem quidquam de studio gloriæ remittit. INDI-Itaque maximam classem instruxit, quæ Septem urbem, CAE. Mauritaniæ maximam, & opulentissimam, atque munificentissimam, in ora maritima Gaditani freti sitam expugnauit. In defuit oblata occasio Lusitanis, qui in illius urbis præsidio constituti fuerant, armis latius euagandi. Henricus deinde Ioannis filius, cuius in expugnatione Septem virtus admodum clara fuerat, hoc institutum longius persequi voluit. Classes igitur ædificauit, quibus Africæ littora, & eas Mauritaniæ regiones, quæ extra fretum ad Austrum pertinent, infestas redderet. Deinde, cupiditate incensus terras ignotas explorandi, dedit operam, vt ij, quos classibus præficebat, multò longius progredirentur. Quo studio factum est, vt partim hominum fortium industria, partim variæ tempestatis euentu, non solum bona pars Africæ, quæ ad Aethiopiæ pertinebat, verum & insulæ permultæ in Oceano sub Imperium Lusitanæ subiungerentur. Quod autem terræ, ad quas nostræ naues appellebant, erant magis longinquæ, maioraque in illis monstra versari dicebantur, eò magis animus Principis optimi flagrabat studio remotiora peruestigandi. Fuit enim Henricus, vir animi maximi, & religionis sanctitate clarissimi. Neque tantum elaborabat, vt nomen suum clarum redderet, quàm vt Christi religionem propagaret: ad quod nihil magis vtile putabat hæc nauigatione, vt posset Christi nomen apud Barbaras nationes à situ nostro disiunctissimas, ad omnium salutem prodi. Vt autem id commodius efficeret, in ea Lusitanæ parte, quæ

*Henricus
Ioannis Por-
tugaliæ re-
gis filius
peregrina-
rum nauigati-
onum
author.*

*Nauigatio-
nes ad Au-
strum sus-
ceptæ.*

Algar-

*Sagres
oppidi situs*

Algarbium appellant, in oppido Sagres nomine, quod abest à promontorio sacro passuum quatuor milia, cōfedit, vt indè classes mitteret, quæ viam in oras ad Solē orientem sitas aperirent. Nè autem, quò intendebat animus, omninò perueniret, fuit morte prohibitus. Obijt autem anno à Christo nato, M. cccc. lx. cūm esset natus annos septem & sexaginta. Nullum autem filium reliquit. Nec enim vxorem habuit, indè per omne vitę spatium totius libidinis expers fuit. Illo mortuo, Rex Alfonso, Odoardi Regis, qui fuerat Henrici frater, filius, non potuit propter bella grauissima, quibus fuit exercitus, vltra id, quod fuerat Henrici opera lustrati, classibus explorare. Peruenit tandem regnum ad Ioannem Alfonso filium, qui tanto studio, tantisque sumptibus huic negotio institit, vt nostrę classes illius auspicio maximam partē Aethiopię perlustrarent, eoq; perueniret, quò viri doctissimi olim suspicati sunt, fieri nō posse, vt quisquam penetraret. Neq; fuit contentus illius regionis cognitione, quæ æquinoctiali circulo subiecta est (sic enim appellant Astrologi illū cælestis plagę terminum, qui signiferum orbem in partes æquales diuidit: cō, quòd vbi Sol eam cæli partem attingit, æquinoctium fiat) sed effecit, vt nostri longius prouecti, vltra illam regionem, in qua ab extremo ex Australi parte Solis conuersio fit, incognitas terras latissimè perlustrarent. Itaque fuit illis necesse, cū essent à conspectu Septentrionis remotissimi, vt alia sydera in cælo notarēt Septentrioni contraria, ad quæ cursum dirigerent. Sic autem cū illud certamen fuisset institutum, vt quilibet alium nauigationis longitudine superaret, vt vltra terminum, quem reliqui attigerant, perueniret; factum est, vt inciderent in promontorium, quo nullū vnquam maius in terris apparuit. A parte namque, quę spectat ad occasum Solis, latus illius incipiens, in Austrum aded longo tractu procurrit, vt vltimus illius terminus ab æquinoctiali plaga gradus circiter triginta quinque distet. Gradum appellat Astrologi Latini vrecentesimam & sexagesimam quamque partem earum, in quas

*Aethiopia
lustrata.*

*Circulus
æquinoctialis.*

*Promontorium bonę
spei inuentum, eiusque latus.
Gradus
quid.*

in quas omnes cæli atque terrarum plagas tribuunt. Ab æquinoctiali verò regione ad sinum, ex quo promontorium inchoatur, Septentrionem versus, quatuor circiter gradus interfuncti. Hi triginta & nouem gradus efficiunt supra duo millia & septingenta miliaria. Hęc est illius terrę, quæ promontorium efficit, longitudo. Ab Ortū verò latus illius multò longius est. In eo verò stectendo, nostri eiusmodi tempestatibus iactati & afflictati sunt, vt sæpenumerò omnem spem salutis abijcerent. Quo factum est, vt Tormentorum illud promontorium appellarent. Tormenta enim apud nos, est idem, quod tempestas aduersa. Flexu promontorij huius explorato, reuersi sunt. Cū autem Ioanni huius promontorij situm & longitudinem demonstrarent, tanta læritia affectus est, vt exilimaret esse sibi iam aditum in Indiam patefactum: & quasi felicitis euentus augurio cōmorus, promontorium illud, Bonę spei, nominare iussit. Homines interim partim Hebręos, partim Christianos, quos industrios & sagaces esse cognouerat, Alexandria misit, qui indè in Aethiopiã, quæ supra Aegyptū est, se conferrent, indè in Indiam nauigarent, vt qua ratione commodius ille cursus, post illum promontorij flexum, in Indiam confici posset, ab hominibus peritis intelligerent. Classē præterea parare iussit, qua posset iter illud, quod tanto opere explorare cupiebat, haberi. Hos interim tantos Ioannis conatus, mors oppressit: qui tamen cum Regni patrimonio, hanc etiam nauigationis explorandę, imperijque propagandi curam Emmanueli quasi hæreditariam reliquit. Multi fuere ex illis, quos Emmanuel in consiliū adhibere consueuerat, qui cum ab ea cogitatione conarentur abducere. Dicebant enim, spem incertam esse, pericula certa & ingentia: nauigationem fore difficillimã, Indiamque esse à nostris sedibus maxima regionum longinquitate distantem: fierique non posse, vt tam immensi laboris fructus damna, quę erant in tam periculoso itinere faciendã, compensaret. Cogitaret præterea, sibi cū Aegypti Imperatore, quem

Exploratores in Aethiopiã, Aegyptū et Indiam emisit.

Nauigationis Indicę diffusio.

Sulta.

Sultānum appellabant, qui plurimum in Oriente poterat, esse dimicandum. Deinde si res ex animi sententia procederet, esse illi grauem inuidiam apud Christianos principes cum magno discrimine subeundam. Si gloriam quæreretur: satis magnam gloriam ex Africano bello, si in id totis viribus incumbere vellet, paratam esse. Si vtilitatem sequeretur: vtilitates innumerabiles ex illis Aethiopiae partibus, quas partim imperio subiectas, partim foedere deuinctas habebat, percipi posse. Haec & alia multa dicebantur à Consiliarijs, quae tamē Regem ab insituto auertere minimè poterunt. Videbat enim eiusmodi consilijs nunquam Henrici aut Ioannis mentem prohiberi potuisse, quod minus iter illud in fluctibus aperirent, ex quo tam multae Lusitaniae rebus vtilitates illatae fuerant. Intelligebat praeterea, diffidentiam esse comitem animi pusilli & angusti: spem verò maximam perpetuè cum animi ingentis altitudine atque singulari virtute coniunctam. Itaque maluit fortium Principum exempla, quibus erat coniuuentissimus, imitari, quam hominibus nimis cautis, omniaque pericula metuentibus assentiri. Mouebatur praeterea a uurgio quodam à Ioannis mente & consilio ducto, quo illum iuuenem admonuerat, ut pro virtutis insigni, quod regijs insignibus adiungeret, sphaeram, in qua sunt caelestis regionis circuli descripti, gestaret. In quo quidem portendebat futurum, ut Emmanuelis, quem iam ut haeredem intuebatur, operam incognita sidera, vltimaeque Solis orientis & occidentis regiones ad nostrorum hominum cognitionem cum maximo fructu, & nominis sempiterni gloria peruenirent. Postremo ardens studium, quo tenebatur, Christianae religionis amplificandae, cum hominibus timidis auscultare nullo modo sinebat. Fernandum igitur Laurentium, virum impigrum, & auctoritate non mediocri praeditum, accersit, ei que, ut classem, quam celerrimè possit, oraret, & omnibus rebus instruat, praescribit. Vasculum praeterea Gamam, hominem nobilem, & singulari animi robore praeditum, cui multum fidebat, cuocari iubet

Indicatio ab Emmanuele probata, & quare.

Vasculi Gama, primus Indicis classis Praefectus.

bet, ei que classis imperium tradit; & quid ab illo fieri vellet, demonstrat, multisque verbis illum ad rem strenuè atque prudenter agendam adhortatur. Suscipit Gama prouinciam, summasque Regi gratias agit, atque postulat, ut illius frater Paulus Gama, quem propter insitam virtutem vnicè diligebat, illi socius ascribatur: quod Rex facillimè concessit. Fuit classis intra breue tempus ornata, & instructa rebus omnibus, ad tam longam navigationem necessarijs. Erat illa quidem exiguo numero hominum, propterea quòd magis Orientis explorandam, quam expugnandi gratia tunc adornaretur. Quatuor enim naues fuerunt, è quibus vna comaeatui tantum erat onusta. Naui praetoriae Vasculi Gama praefectus erat; alteri verò Paulus Gama, tertiae Nicolaus Coelius; quartae verò, quae comaeatus supplementum conuehebat, Gundissaluum Nonium praeficiunt. Aberat Olyssipone prope litus quatuor passuum millia tantum, sed sanè religiosum, & sanctum, ab Henrico in honorem sanctissimae virginis aedificatum: quod postea altitudine & magnificentia, quod Emmanuel illi coniunctum, in honorem eiusdem diuinae virginis à fundamentis extruxit, nomen amisit. In id Gama pridè illius dici, quo erat nauem conscensurus, se recepit, ut noctem cum religiosis hominibus, qui in aedibus templo coniunctis habitabant, in precibus & votis confunderet. Sequenti die cum multi, non illius tantum gratia, sed aliorum etiam, qui illi comites erant, conuissent, fuit ab omnibus in scaphas deductus. Neque solum homines religiosi: sed reliqui omnes voce maxima cum lacrymis à Deo precabatur, ut benè & prosperè illa tam periculosa nauigatio omnibus eueniret, & vniuersi rebenè gesta incolumes in patriam redirent. A multis tamen interim is sletus atque lamentatio fiebat, ut funus esse ferè viderentur. Sic enim dicebant: En quòd miseros mortales prouexit cupiditas & ambitio? Potuitne grauius supplicium hominibus istis constitui, si in se sceleratum aliquid facinus admisissent? Est enim illis immensi maris longitudo peragrandae, fluctus immanes difficillima nauigatio.

classis Indica.

praefectores classis Indicam conueniunt.

igatione superandi, vitæ discrimen in locis infinitis obendum. Non fuit multò tolerabilius, in terra quouis genere mortis absumi, quàm tam procul à patria marinis fluctibus sepeliri? Hæc & alia multa in hanc sententiam dicebant, cum omnia multò tristiora fingere præ metu cogerentur. Gama tamen, quamuis lachrymas suorum desiderio funderet, rei tamen benè gerendæ fiducia confirmatus, alacriter in nauem faustis omnibus conscendit, vij. Id. Iulij, anno à Christo nato M. CCCC. XCVII. Qui in littore consistebant, non prius abscedere voluerunt, quàm naues vento secundo plenissimis velis ab omnium conspectu remotæ sunt.

RES EUROPEÆ.
Emmanuel Regis cū Isabela nuptia.
Sintra oppidi situs.

DVM HAEC geruntur, affertur Emmanueli nūcius, omnia, quæ ad Isabele matrimonium pertinebant, esse iam à Regibus Castellæ pro dignitate comparata. Itaq; Sintra, quod oppidum est ad radices Montis Lunæ situm, vbi tunc se continebat, Eboram proficisci contendit, eoq; multos homines primarios conuenire iubet. Isabela maior cū Isabela iuniore illius filia Valentiam Alcantaræ, quæ est prope Portugaliam confinia, similiter venit. Fernandus Rex adesse non potuit, inualitudinè filij Ioannis impeditus, à quo tunc abesse, inhumanum reputabat. Sic enim erant inter virum & vxorem officia dispersita, vt illa filiam deduceret, ille verò cunx ægrotò filio Salmanticæ remaneret. Sic tamen erat inter eos constitutum, vt cū primùm Ioanni meliusculè fuisset, Fernandus ad filiam cohonestandam se Valentiam conferret. Cùm tamen nuptiarum dilatio maior esset, quàm Emmanuelis desiderium pati facilè posset, scripsit ad Isabelam Reginam, se libentissimè, si ei commodum videretur, Valentiam profecturum, vt ibi vxorem acciperet. Consuluit regina virum per literas. Qui respondit, se eo tēpore non posse à filio diuelli, eò, quòd vita illius esset propter morbi grauitatē ad extremum discrimen adducta. Quòd si vellet Emmanuel Valentiam ire, illius voluntati minimè repugnaret. Illum tamen admoneret, vt magnum comitatum vitaret, omniaq; maioris lætitiæ signa in aliud tempus differere.

Regina

Regina continuò Emmanueli scripsit, vt, cum illi videretur, eò contenderet. Is nullam moram interposuit, quin Valentiam peteret. Hic fuit Regine de morte filij nuncius allatus, quem illa taciturnitate compressum tenuit, nè generum moestitiæ suæ participem efficeret. Id tamen diu Emmanuelē late se non potuit. Itaq; postulauit à focru, vt antè, quàm eā fama ad aures Isabele vxoris suæ perueniret, liceret sibi illam in Portugalia in secum ducere. Sic igitur Eboram se contulit: vbi tandem vxori mortem Ioannis indicauit. Quòd illa tulit molestissimè. Ob huius Principis mortem omnis Hispania in luctu & squalore versata est, Castellæ præsertim & Aragoniæ populi, eò, quòd viderent, omnem masculinæ prolis spem Regibus esse sublatam. Non enim alium filium marem habebant præter Ioannem. Is autem vxorem duxerat Margaritam, Maximiliani Imper. filiam, qui superiorem Pannoniam, quam nunc Austriam appellant, imperio continebat. Ea verò quò tempore Ioannes obiit, vxorem ferebat. Illa tamen re nua spes, quam homines habere poterāt de Margaritæ partu, nè regnū ad Principes externos pertineret, fuit intra paucos dies abortu illius incisa. Sic factum est, vt ius hereditatis, quod Ioannes habebat, ad Isabelā sortorem perueniret. Omnes enim illa sorores ætate anteedebat. Emmanuel interim nullo modo regni vigilanter administrandi studium intermittebat. Operam igitur eò tempore dedit, vt iura possessionum, & immunitates populis sub certis conditionibus attributæ, & prouinciarum, & vrbiū, & oppidorū confinia percriberentur, vt lites dirimi, & ciuitatum iura constitui, & terminorum ratio cōstare posset. Huius anni sine, cum Regina iam grauida esset facta, Reges Olyssipponem se contulere: ibi à Castellæ Regibus literas accepere, quibus nurus abortionem significabant, & admonebant, vt in Castellam iter haberent, vt tanquam legitimi regnorum hæredes à populis fidem acciperent. His literis Rex cū videret illud iter sibi necessariò suscipiendum, concilium rursus indixit, in quò multas le-

Fernandus
Catholici
filius mortuus.

Margaritæ
Ioannis
Principis
vxoris abortus.

*Annua-
ri Christi,
1498.
Emmanue-
lis iter in
Castellam.*

ges, quæ videbantur esse salutares, instituit. Anno au-
tem sequenti, qui fuit à Christo nato. M. CCCC. xxviij.
Kalen. Aprilis, Olysi pponē proficiscuntur, trecentis tan-
tūm equitibus comitari. Id enim Reges Castellæ ab eis
postulārant, ne secum maximam turbam ducerent, vt
vitarentur dissidia, quæ inter Castellanos & Portuga-
lenses in huiusmodi Regum congressibus, leuissimis de
causis excitari plerumque solent. In hoc tamen comita-
tu erant viri nobilissimi, inter quos fuit Georgius Ioan-
nis Regis filius, in quem tunc, quamuis puer esset, ocu-
los omnes vbique conieiebant, & specie filij commoni-
ti, patris nomen grata prædicatione celebrabant. Ibant
autem omnes atrati, vt mœstitiam, quæ animos om-
nium propter obitum Principis Ioannis occupārat, ha-
bitu lugubri demonstrarent. Regibus Castellæ fines in-
gressis obuiam prodijt Metimnæ Sidoniæ dux, atra ve-
ste similiter indutus: qui, vbi primū illis appropinqua-
uit, ex equo desiliuit, eorumque manus osculatus est.
Idem faciēbant reliqui Principes, & omnes, qui erant
vel nobilitate, vel dignitate præclari. In omnibus au-
tem ciuitatibus & oppidis, admirabilis hominum fre-
quentia, & celebritas illis occurrebat, & faustis acclama-
tionibus instam, ex eorum aduentu lætitiā signifi-
cabant, magnique sumptus ab hominibus, qui opibus
& potentia præstabant, vbique eorum gratia fiebant.
Cūm Toletum appropinquaret, Fernandus vrbe egres-
sus, illis obuiam processit, & vtrumque valdè amanter, vt
tantæ necessitudinis ratio postulabat, amplexus est. Ad
portam Principes ciuitatis illos expectabant, vt se illo-
rum subditos, & verbis, & demisso corporis habitu, &
reliquis signis in Hispania vsitatis indicarent. Indè, cū
iam aduersa sceret, sub aurea umbella in tēplum de-
ducuntur: facta que precatione, discedunt, & in Regiam
intendunt, in qua tanta lætitia fuerunt ab Isabela ex-
cepti, vt videretur omnem ex animo dolorem, quem ex
morte filij acceperat, eorum aduentu depulisse. Deinde
cū Rex omnes nostros satis benignè alloqueretur, Ge-
orgium tamen multò honorificentius accepit. Non au-
tem

tempassi sunt Castellæ Reges, multos dies intermitti:
operamque dederunt, vt id sine cunctatione fieret, cuius
gratia concilium Regni totius indixerant, & generum
atque filiam euocārant. Die dominica, quæ secuta est, Em-
manuel & Isabela in templum deducti sunt. Dux Me-
timnensis, cuius paulò antè mentio facta est, pedibus
ad Emmanuels latus incedēs, habenam equi illius ma-
nu tenebat: à læua verò Frientis Dynasta simile offi-
cium Isabele iuniori præstabat. Hoc etiam modo ma-
gnus equitum Magister à dextera, Dux Albanus à læ-
ua, Fernandus & maiorem Isabelam deducebant. Ar-
chiepiscopus Toletanus rem diuinam singulari cære-
monia atque sanctitate peregit. Religione ritè procura-
rata, Fernandus & vxor assurgunt, ille generum, illa ve-
rò filiam manu apprehendit, & vtrumque in sellis in-
sublimi positis, & pulcherrimè in stratis collocant, ip-
sique in alijs sellis ad eorum latera confidunt. Ciuita-
tum procuratores in subsellijs ordine iam à multis æta-
tibus in Hispania recepto disponuntur. Principes, vt
fortè cuique locus obuenerat, ita eum sine offensione
cuiusquam occupant. Amicè namque Fernandus illos
admonuerat, ne inter se de locorum dignitate conten-
derent. Se enim molestissimè laturum, si id, quod sum-
ma animorum consensione geri cupiebat, in tempesti-
ua dissensione turbaretur. Silentio deinde factō, vir
quidam Iuris ciuili eruditione præstans, qui dicendi
peritus habebatur, assurgit, orationemque luculentā
habuit, qua pacis commoda, Hispaniæ totius orium &
tranquillitatem, incrementum imperij, & reliquas vti-
litates, quæ ex ea Regnorum coniunctione sequi vi-
debantur, exposuit. Hortatus est deinde Principes &
ciuitates, vt Emmanuelem & Isabelam, quos Regum
suorum hæredes esse videbant, certatim amarent, & co-
lerent, summaque illis fide rebus in omnibus inserui-
rent, sperarentque, eos, quos iam sciebant esse regijs virtu-
tibus ornatissimos, similes futuros eorum Regum,
quibus erant tempore à Deo constituto successuri.

Deinde ad Emmanuelem & Isabelam conuersus, eos
admonuit,

*Pompa ve-
gia Tolēti.*

*Oratio Tu-
risconsulti
ad Reges
& Proce-
res Hispani-
æ, in
Principum
inaugura-
tione.*

Emmanuel & Isabela Castellæ regno inaugurantur.

admonuit, vt cernerent animo, quod eis munus impo-
neretur. Eorum namque officium esse, consulere po-
pulis, tueri innocentiam, coercere improbitatem, dare
salutem, propulsare pericula, conseruare, & bonis om-
nibus amplificare Rempu. Hæc vbi perorauit, quidam
sacrorum Antistes assurrexit, & librum, qui Euangelia
& sacrorum rationem continebat, explicuit, & in me-
dio illius Crucem auream imposuit, deinde cum libro
ad Principes hæredes accessit, eisque dixit, vt manibus
Crucem tangerent. Cum deinde is verbis præiret, ipsi
se se sanctissimo iureiurando constrinxerunt. fore, vt iu-
ra populis administrarent, libertatem Reipub. conser-
uarent, omniumque saluti summa contentione pro-
spicerent. Hoc facto, magnus equitum Magister li-
brum à Patriarchæ manibus assumit, illumque tenens
iurat, se Emmanuelem & Isabelam pro veris & legiti-
mis suorum Regum heredibus habiturum, eorumque
imperio semper obedientem futurum, summaque fide
pro eorum amplitudine & dignitate pugnaturum. Dein
de reliquos principes & ciuitatum legatos eodem iure-
iurando constrinxit. Tum omnes ordine ad Principes,
quibus fidem dederant, accedunt, eorumque manus oscu-
lantur. Quod tamē Toletani ciues eo in loco facere no-
luerunt. Non erit autē abs re, explicare rationē, quam-
obrem Toletani officium illud tunc obire noluerint, vt
intelligi possit, quàm leuibus de causis plerumque sole-
ant in populis, nisi malo nascenti prudenter fuerit oc-
cursum, turbulenta dissidia concitari. **FVITOLIM**
in Hispania inter Burgensem & Toletanā ciuitatem,
quæ reliquis antea videbantur, de dignitate summa
contentio, cum Burgenses ciuitatem suam esse Ca-
stellæ metropolim constanter assererent; Toletani
verò Hispaniæ principatum ad ciuitatem suam reuo-
carent. Neque his vnquam dirimi potuit, nec vlla con-
ditiō fieri, vt vna ciuitas alteri quidquā de iure suo
remitteret. Itaque periculum erat, nè, quoties Reges
concilium euocarent, ij, qui ciuitatis vtriusque nomi-
ne conuenerant, ad manus venirent. **Alfonfus igitur**
hoc

Toletanorum & Burgensium verus dissidium vnde ortum, & quomodo sopitum,

hoc nomine vndecimus, cum Compluti indictum con-
cilium haberet, vt hanc controuersiam aliqua ratione
solleret, in omnium conuatu, antequam litis vlla
mentio fieret, inquit: Toletanos scio imperata liben-
tissimè facturos, loquantur Burgenses. Hac Regis o-
ratione conquieuerè, cum vtrique se prælatos existi-
marent. Tolerani quidem, quod Rex ante omnes eor-
um nomine locutus esset: Burgenses verò, quod pri-
mi omnium per se sententiam dixissent. Hanc deinde
consuetudinem Reges omnes Castellæ sequuti sunt,
quoties concilium est ab illis indictum. Alicuius ta-
men contentiōnis vitandæ gratia, noluerè Toletani in
illo conuentu illud officium facere: sed postquam à
templo discessum est, antequam Reges in ædes Archi-
episcopi, vbi paratum & instructum erat conuiuium,
peruenirent, in ipsa via, ad Emmanuelem & Isabelam
suppliciter aduenientes, eorum manus osculati sunt. Di-
missa concilio. Fernandus Aragoniam cum vxore &
genero atque filia petere contendit, vt similiter, atque in
regno Castellæ fecerat, illius regni fidem Principibus
obligaret. Iter autem ita fecerunt, vt quacunque perge-
rent, effusa multitudo illis obuiam cum incredibili vo-
luptatis significatione prodiret, multiq; Dynastæ, & ci-
uitates etiam permultæ, omnia, quæ ad victum & re-
gium luxum erant necessaria, abundè subministrarēt.
Cæsaream tandem Augustam peruenère Kalend. Iu-
nij. Fuerunt autem ab ea ciuitate cum admodum so-
lenni pompa, immodicisque caeremonijs de more gen-
tis illius excepti. Paucis deinde diebus ad quietem sunt
pris, statuit Fernandus, vt Cæsaraugustani, perinde at-
que fecerant Castellani, sine vlla mora fidem Emma-
nueli & Isabelæ verbis conceptus obligarent. Negarunt
Cæsaraugustani, id sibi licere, antequam ciues Valen-
tini, & Barchinonenses, qui suarum ciuitatum iura
tuerentur, eò conuenerent. Institi nihilo secius Fernan-
dus, non esse cur illos expectarent, quos sciebant idem
officium suo tempore atque loco præstituros. Neque
esse illis in re opinimè dubia cunctandum. Respon-
dent, non

*Castellano-
rum Regis
in Arago-
niam iter-*

*Cæsaraugustani
Emmanueli
fidem dare
recusant, &
quæra-*

dent, non esse rem adeò facilem, vt non magnam con-
sultationem requireret. Sed de fide danda minime du-
bitare, sed de modo & conditione, qua erant fidem da-
turi. Ad eam autem deliberationem commodius ha-
bendam, opus esse sociorum aduentu, vt communis
causa communi etiam consilio sustineri posset. Quod
si vellet, vt ipsi statim fidem suam astringerent, se id li-
benter facturos, ea tamen conditione, vt prius Emma-
nuel & Isabela iurarent, fore, cum primum venirent
in regni possessionem, vt iura & immunitates, quæ
Fernandus ipse Aragoniæ populis abstulerat, sine vl-
la cunctatione restituerent. Respondet Fernandus, se
nulla conditione passurum, vt ea, quæ propter sum-
mam iniquitatem sublata fuerant, populis, qui illis
abutebantur ad innumerabiles iniurias, redderentur.
In his altercationibus, fuere tres menses cum nõ medio-
cri Regum offensione consumpti. Cùm verò multæ
causæ dissensionis intercederent, illa tamen potissi-
mum Regum animos perculit, quòd dicerent Cæsar-
augustani, hoc iure semper Aragoniæ regnum fuisse,
vt nunquam imperium fœminæ vllius acciperet.
Quòd si Rex sine prole virili decederet, esse populis li-
berum, euocato concilio eum Regem eligere, quem re-
gno propter virtutem dignum iudicaret. Interim
verò Cæsar Augustani de libertate solliciti, clancu-
lum arma in certas domos comportare, vndique præ-
sidia comparare, colloquia inter se de communibus re-
bus habere: nihilquæ omninò prætermittere, quo ius
suum modis omnibus retinerent. Sed omnes hos mo-
tus sedauit Isabelæ iunioris partus. Octauo enim Ka-
lend. Septembris peperit filium, cui fuit inditum no-
men Michael. Huius nepotis exortu tanta fuit affectus
læticia Fernandus, vt contineri non posset, quin voce
maxima omnibus de nato Principe, Hispaniæ totius
hærede, gratularetur. Sed, vt sunt res humanæ fluxæ
& instabiles, summæque lætitiæ exitu tristissimo sæ-
penumerò concluduntur, illa summa Regum volu-
ptas, illæ Principum gratulationes, & ciuium plausus
in accr-

*Isabelæ iu-
nioris filius
Michael.*

in acerbissimum mœrorem subitò conuersi sunt. Isa-
bela namque, antequam pareret, ægorabat, & quòd ma-
gis appropinquabat partus, eò maiora signa imbecilli-
tatis ostendebat. Cùm verò filium enixa fuisset, tanta
vis sanguinis ex illa profluxit, vt vires eam omninò
desicerent, vsque eò, dum extremum spiritum in com-
plexu patris ederet. Eluxit autem in illa singulare pu-
doris, & probitatis, & prudentiæ, & religionis specimē,
quarum etiam virtutum in illo vltimo vitæ actui cla-
ram significationem dedit, cùm ea diceret & testifica-
retur, quibus posset intelligi, eam parùm de hac misera
vita, multum verò de illa sempiterna cogitare. Funus
fuit cum multis omnium lachrymis inductum. Em-
manuel vbi funeri iusta persoluit, & ea, quæ fuerant
testamento legata, distribuit, à Fernando & Isabela ma-
gno cum dolore, vt in Portugaliam rediret, diuulsus
est. Non potuit enim discessus ille absque fletus acerbi
renouatione fieri, cùm veniret illis in mentem, quali si-
lia fuissent orbat, & Emmanuel in memoriam reuo-
caret, se vxorem omnibus virtutibus ornatissimam a-
misisse. Fuit autem à multis principibus in Portugaliã
vsque deductus. SED CVM esset in itinere, in oppi-
do nomine Aranda, quod Durius alluit, misit ad Ale-
xandrum Legatos, qui eum admonerent, vt rebus Ecce-
lesiæ prospiceret. Nam mores esse profligatos, pietatis
studium restinctum, flagitiorum licentiam solutam,
res sanctissimas pretio indignissimis addici. In vrbe,
quæ fuerat pietatis & sanctimoniæ domicilium, offi-
cinam impudentiæ atque sceleris institui, Ecclesiamquæ;
Romanam insigni infamia flagrare, remque esse in ex-
tremum penè discrimen adductam. Proinde se illum
orare & obsecrare, & per Christi sanguinem obtestari,
vt iret obuiam sceleri, resecaret libidinem, coerceret a-
uaritiam, moresque laxos disciplina seueriore deuin-
ciret, tantumque munus pro dignitate tueretur, & Rē-
publicam Christianam, quæ tantis vitiorum exemplis
erat à studio pietatis auersa, pietatis exemplis ad offi-
cium reduceret, Legati fuere Rodericus Castrensis, Em-
manuel

*Isabelæ iu-
nioris mors*

*Emmanuel
lis in Portu-
galiam re-
ditus.*

*Emmanuel
lis ad Pon-
tifiæ Max.
legatio pro
reforma-
da Ecclesia*

*Emmanuel
lis filius
Michael Hi
spaniæ Por
tugaliæque
regni inau
guratur.*

*ANNVS
à Christo
M^o 1499*

*Legationis
Lusitanæ
apud Pon
tificem suc
cessus.*

ricus Continus, & Fernandus Continus, viri claris natalibus orti, & prudentia non vulgari præditi. His autem mandauit, vt hanc legationem cum Fernandi Regis legato communicarent, quem Fernandus, vt cum Emmanuele Cæsar augustæ constituerat, ea etiam de causa erat Romam missurus. Vbi legatos misit, iustitineribus in Portugalam redijt, & Olyssipponem peruenit, tertio idus Octobris. Ibi per literas Fernandi & Isabelæ certior factus est, Michaellem filium suum summa Castellæ & Aragoniæ consensione fuisse legitimum Principem, & regnorum illorum hæredem declaratum, fidemque illi ab omnibus publicè datam. Rogabant autem, vt idem in Portugalia fieret: id enim valdè ad regnorum tranquillitatem pertinere. Emmanuel igitur anno sequenti, qui fuit à Christo nato, M. cccc. xcix. ad eam rem sine vlla mora peragendam, concilium indixit. Omnes sine vlla recusatione conueniunt. Is ab omnibus postulat, vt fidem dent, se Michaeli ipsius vnico filio, tanquam successori legitimo fore semper; postquam ille ad regnum perueniret, obsequentes. Illi priusquam fidem darent, ab eo postulauerunt, vt nomine filij promitteret, idque iuramento confirmaret, vt nunquam neque iurisdictiones, neque vectigalium administrationes, neque arcium præfecturæ ad Portugaliæ ditionem pertinentes, siue citra, siue vltra mare, alicui, qui non esset naturâ Portugalensis, vlllo tempore, aut conditione mandarentur. Quod Emmanuel facile concessit. Illi igitur fidem publicè absenti Michaeli dederunt: & Emmanuel promissionis suæ scædus propria ipsius manu consignatum iussit, vt publico testimonio ad memoriam sempiternam confirmaretur. Et hæc quidem eo anno in Lusitania gesta sunt. At legati, qui ab Emmanuele Romam missi fuerant, cum primum Romam peruenire, omnem legationis rationem cum Garzia Lasso, Fernandi Regis legato, vti fuerant iussi, communicant. Re itaque deliberata, omnes ad Pontificem adeunt, eumque Regum nomine suppliciter orant, obsecrant, & obtestantur, vt velit flagitiorum incendium

pendium pietatis studio & iudiciorum seueritate resingueret. Neque semel hoc ab illo libera voce contendunt, sed sapius instant & virgent, & publico etiam testimonio postulata consignant, vt esset omnibus testatum, nihil ab Hispaniæ regibus omissum fuisse, quod ad labentis Ecclesiæ instaurationem pertineret. Quæ quidem admonitio hunc fructum habuit, vt Pontifex deinceps non ita dissolutè Rempub. gerere videretur. Præ se autem tulit, admonitionem illam sibi non ingratham accidisse. Non post multos dies nuncium ad Emmanuelem misit, eum donis ab illo solenni precatione consecratis. Dona autem fuerunt ensis & pileus. Ea dona Emma nuel grata voluntate prosequutus fuit nunciumque muneribus ornatum dimisit, Pontifici que per literas declarauit, se fore semper, vt cum religio facere admo nebat, studio illius incensum. Hoc eodem anno, quinto Idus Iulij, Emmanuel primum nunciū de rebus Indicis auspicio suo exploratis accepit. Quod quemadmodum gestum fuit, est ab initio repetendum. **G A M A** vbi primum soluit Olyssipponem, cursum ad Fortunatas insulas direxit: deinde Insulam, quam appellant Sancti Iacobi, quæ respicit Aethiopiæ, lustrauit. Inde verò, vt in mandatis habebat, navigationem Solis ortum versus instituit, donec terram conspiciatus est, & ad eam continuò naues appellere iussit: in magnamque sinum ingressus, vela contrahere, anchorasque dimittere præcepit. Nicolaum deinde Coelium misit, vt ad oram illam propius accedens, exploraret, an esset aliquis fluuius, ad quem se aquandi gratia efferrent. Tres enim menses aduersis tempestatibus agitati, in illius oræ navigatione consumpserant, & aquæ inopia laborabant. Coelius vt fuerat iussus, littora illa perlustrans, in fauces fluminis incidit, cuius aquæ erant dulces, & riparum vestitus viridissimi. Quod cum Coelius Gamæ nunciasset, is ad eam partem vela continuò fieri iussit, vt omnes aquari atque lignari possent. Ibi Phocas ingentes, quarum magna copia erat, ceperunt, & earum carnibus refecti sunt.

*Pontificis
Max. ad
Emmanuel
le nunciū
& dona.*

RES

*INDI-
CÆ.
Primus de
India ex-
plorata nu-
cius.
Indicæ na-
uigationis
descriptio.
Insula S.
Iacobi.*

Hoc

Hoc autem erat Gamæ institutum, ut quibuscunq; terris inisteret, mores gentis & instituta perdisceret. Itaque dedit negotium certis hominibus, ut aliquem ex illis, qui regionem eam colebant, vel astu, vel vi caperent, ex quo posset id, quod volebat, cognoscere. Fuerunt autem ad illum perducti homines colorati, breui & crispo capillo, quorum tamen linguam nemo ex illius comitatu, qui multas Aethiopiæ linguas nouerant, intellexit. Fuere tamen à Gama benignè accepti, atque vestiti, & muneribus, quibus capiebantur, allecti, ut alios ad nostros perducerent. Munera fuere tintinabula, & vitrei globuli, & alia eiusmodi. Fuit deinde nostris cum illa gente familiaritas instituta, cum Aethiopes illi multa supportarent ex illis fructibus, & carnibus, quas tellus suppeditabat, quæ ad victum erant valdè necessaria: & illos nostri vestibus minimi pretij, & rebus leuissimis, quas illi tamen plurimi faciebant, ornarēt. Signis autem & nutibus, quid alterutri ab alteris fieri vellent, signis autem diremit. Qui cum in eorum familiaritatem se penitus immerisset, petijt à Gama, ut liceret sibi in illorum intimas sedes penetrare. Deductus igitur ab eis, cum illi in via phocam ingentem interfecissent, fuit illius carnibus satis opiparè & apparatè, ut illi quidè suspicabatur, acceptus. Is cum dapes appositas, quod non essent sui stomachi, fastidiret, se continuò in naues recipere voluit. Illi eum humanissimè prosequuntur. At eis certus esse non poterat, an truderetur ad supplicium, an potius honoris gratia tanto comitatu septus duceretur. Metus tamen omnia tristiora fingere cogebat. Itaque vbi littori appropinquarunt, quasi vincetus traheretur, opem magnis vocibus implorauit; nostri subsidio occurrerunt. Illi fugæ se repente mandarunt. Gama cum reliquis ducibus in terram descendit, ut facilius posset solis ab æqui noctiali plaga discrimen in Astrolabio contemplari. At illi, qui fugerant, in sylua, vbi arma reposituerant, ignorabant enim quali animo nostri ad eas oras accederent, se occultabant. Arma verò, quibus plurimum

Familiaritas cum Aethiopibus in portu diem tempia.

Aethiopum arma.

rimum utebantur, erant cornua quædam acutissima hastis præfixa, quibus summa vi contortis, non leuius vulnus infligebant, quam si præcuta iacula coniecissent. Ibi igitur cum nostri in littore sine vlla periculi suspitione versarentur, illi ex latebris emerſi prouolat, & in nostros impetum faciunt, & multos conuulerāt, inter quos Gama in pede vulnus accepit. Nostri se multò celerius, quam fuerant opinati, recipiunt. Ita factum est, ut vnus hominis vesani temeritas aquationem illā infestam redderet. Sinum illum nostri sanctæ Helenæ sinum nominant: fluuium verò eadem ratione Sancti Jacobi nomine notandum existimant. Ut enim solennes dies cadebant, qui erant Diuorum memoriæ consecrati, ita nostri nomina terris, & insulis, & fluminibus incognitis, quæ diebus illis primùm viderant, imponebant. Anchoris inde solutis, iter Austrum versus instituunt, promontoriumque Bonæ Spei superare contendunt. In illo autem cursu valdè Gamæ virtus enituit. Fluctus erant immanissimi, tempestates perfrigidæ & aduersæ: tenebræ verò assiduæq; procellæ, cum semper in illa regione staretis temporibus, quibus Sol Septentrionalem plagam lustrat, valdè horribiles sint, atque pertimescendæ; tum illis, qui nondum fuerant eos fluctus experti, tantum terroris iniiciebant, ut omnem spem salutis abijcerent. Naues enim ita iactabantur, ut modò nubes contingere, rursus in imas profundum vagines detrudi viderentur. Ad hoc malum accedebat, quod vltra progredi nequibant. Demissis igitur velis, ventis obsequi cogebantur, ita tamen, ut varios flexus atque reflexus inirent, ne retrò cederent, sed tempestatis aduersæ finem in fluctibus expectarent. Quoties verò aliquid laxa mēti dabatur, homines exanimati metu Gamam circumstitebant, illumque orabant & obsecrabant, ne vellet se hominesque illius fidei commissos tam horrendo genere mortis extingui. Fluctibus diu repugnari non posse: cederet tempestati, & classem, antequam fluctibus mergeretur, in patriam reduci permitteret. Cum is constanti animo postulata reijceret, multa

Pugna inter Lusitanos & Aethiopes.

Sinus S. Helenæ. S. Jacobi fluuius.

Gama vir tuus.

*Infidiae Gamae stru-
ctae.*

multi de nece illius coniurationem habuerunt. Idem Gama Pauli fratris indicio cognouisset, infidias summa vigilantia declinauit, & vincula magistris iniecit, ipseque per se summi magistri munus obiuit. Tandem cum multis diebus hanc tempestatis atque perfidiae molem inuiso animo pertulisset, tempestas commutata est, & ipse cum reliquis ducibus ad finem promontorii peruenit, quod omnes, xx. die Nouembris cum incredibili letitia flectere inceperunt. Arbitrabantur enim eo superato, nihil sibi impedimento futurum, quo minus eoque tendebant, felicissime peruenirent. Ita vero nauigabant, ut nunquam a terra procul abscederent, & illius litum & fertilitatem cum iucunditate perciperent. Videbant enim ingentes sylvas, & densa nemora, & pecudum & armentorum greges innumerabiles, & hominum etiam multitudinem, qui passim vagabantur. Sunt autem homines, colore & specie illis inillimis, qui in Sinu S. Helenae visi fuerant. Cui loquuntur, singuliter videntur: nudi ambulant, pudenda signeis vaginis includunt: fistulis vtuntur, quas non admodum absurde modulantur. Tuguria sibi ex lateribus sole adustis, aut e terra faciunt, quae culmis deinde atque congestis glebis contegunt. In promontorii illius latitudine superanda nostri quinque dies posuerunt. xxv. die Nouembris promontorium superant, atque ad Septentriones cursum inflectunt. Ab ultimo promontorii flexu, qui ad orientem spectat, abest sinus, quem nostri Sancti Blasii aquationem appellant. cc. & xx. passuum milia. Tellus est fertilis: nutrit elephantos ingentes, & quam plurimos boues valde opimos, quibus incolae chitellas imponunt, eisque pro iumentis vtuntur. In intimo sinu est parua quaedam insula, ad quam nostri aquandi gratia naues appulerunt. Ibi phocarum armenica conspexere admiranda quadam multitudine. In quibus inerat tanta feritas & truculentia, ut in homines iruerent. Aues etiam eo in loco visae sunt, quas incolae appellant Sotilicarios, pares anseribus, magnitudine: plumis minimè vestiuntur, alas habent similes alis vesperilionum.

*Extremorum
Africae litto-
rii descriptio.*

*Mores incolarum.
sinus
S. Helenae.*

S. Blasii aquatio.

Phocarum armenicarum feritas.

Sotilicarios arces.

tilionum: volare nequeunt, sed explicatis alarum membranis, cursu celeritate summa efficiunt. Inde, carnis emptis, & aquatione facta, nostri profecti sunt. Octavo die Decembris subita quaedam tempestas illos vehementer exterruit, & a terrae conspectu procul abstraxit. Sedata vero tempestate, rursus ad terram propius accedunt. Cum enim nondum esset nostris in illis regionibus nauigandi ratio penitus explorata, minimè tutum videbatur, a terra longius abduci. Vident autem paruas insulas, quae paulò longius, cc. xxx. passuum milibus aberant ab eo loco, ubi ultimam aquationem fecerant. Erant autem amoenissimae, arbores altissimae, prae viridissima, pecora innumerabilia, quae passim vagabantur. Erat summa tranquillitas, pelagus profundum, ita, ut sine periculo possent ad terram accedere, & qualis esset, cum iucunditate perspicere. Sic omnem illam oram legentes. x. Ianuarij die insequentis anni, magnam hominum & mulierum multitudinem in terra inambulare conspiciunt. Erant omnes colore subnigro, ut reliqui, quos in oris illis viderant, corpore proceri, & specie liberali. Hic Gama proras ad terram flectere iubet. Misit deinde virum linguarum peritissimum, qui nomine illius gentis Rectorem honorifice salutalet, ei que munera deferret. Fuit nuncius liberaliter acceptus, & cum muneribus illis, quae tellus ferebat, dimissus. Haec gens erat reliquis humanior, & laetius vitam instituebat: brachia armillis aeneis ornabat, & capita similiter quo cultu amiciebat. Viri pugiones gestabant cum manubrijs stannicis non admodum incitè fabricatis: vaginae autem erant ex ebore. Hic reliquit Gama duos exules, qui mores & cultum gentis exactè perdiscerent. Erant enim in ea classe decem homines capite damnati, quibus fuerat ex lege vita concessa, ut quibuscumque in locis à Gama relicti fuissent, regiones lustrarent, hominumque mores & instituta cognoscerent. Inde profecti, decima quinta die Ianuarij ad fauces ingentis fluij peruenere, cuius ripas undique arbores fructibus onustae diffusis late frondibus opacabant: tellus erat herbida,

Insulae quaedam paruae, sed amoenissimae.

Gama nuncius ad ignorantiam Africae gentem.

Flumen bonorum signorum.

Et amon

*Barbarorum
ad Gamā
legatio.*

*Columna
lapidea ad
ripam flu-
minis bo-
norū signo-
rum erigi-
tur.*

*Terra S. Ra-
phaelis.*

*Insula 4.
inter quas
Mozambique*

& amœna. Hic iactis anchoris consistere, vt sequenti die (Sol enim iam præcipitabat) terræ cultum diligenter inspicerent. Manè verò conspiciunt, multos homines eiusdem propè coloris & cultus, lintribus inuestos ad naues tendere. Qui simul atque ad eas accesserunt, sine vlla fraudis suspitione conscenderunt, fueruntque à nostris cibo atq; potu liberaliter accepti. Linguam tamen eorum nemo ex nostris quiuit intelligere. Nutibus tantum, quidquid exprimerent volebant, significabāt. Post tres dies venere quatuor viri regionis illius principes, vt Gamam salutarent, & classem nostram viderent. Erant autem hi paulò elegantius culti: quos Gamā appositis epulis inuitauit, & vestibus sericis ornavit: quibus illi non mediocri lætitia se affectos esse demonstrarunt. Sed nec ab illis intelligi quidquā poruit, per quod nostri possent, quàm longè ab India, aut quā prope essent, aliqua ratione suspicari. Vnus tamen male Arabicè dixit, ad regionem, vnde paucis illis diebus venerat, naues eiusmodi formæ atque magnitudinis, quæ nostras esse conspiciat, frequenter appellari, quæ quidem non erat ita magno interuallo ab eo portu disiuncta. Nostri cum id audirent, in spem venerunt, fore, vt intra breue temporis spacium Indiam aspicerent. Id monuit Gamam, vt illi fluuiio, bonorum signorum nomen imponeret. Hic autem columnam lapideam in ipsius fluminis ripa collocavit, in qua erat Crux cum Emmanuelis insignibus incisa. Hoc autem faciebat in portibus, quos ad Christiani nominis gloriā, & ad Regis clarissimi monumenta diutius conservanda, magis opportunos iudicabat, & ad eam rem multe columnæ eiusmodi fuerant nauibus illis impositæ. Terra verò illa, statuit, vt nomine Sancti Raphaelis insignis esset. Hic duos reliquit ex illis, quos diximus vitam exilio redemisse. Hic postquam naues refecit, & infirmos curavit, sexto kalend. Martij anchoras moliri, antennam erigi, velaq; fieri iubet. Kalendis autem Martij conspiciuntur à nostris quatuor insulæ, non ita lato mari à se invicem distantes. Ex vna illarum Coelius septem nauigia

plena velis inuecta, ad nostros accedere conspiciuntur. Qui illis vehebantur, cum prætoriam nauem ex vexillo, quod erat in summo malo alligatum, cognoscere, ad eam proras detorquebant, propiusque iacti, magno clamore sublato nostros Arabicè salutant. Ibi Gama Coelium, quod nauis illius esset aliarum minima, præcedere iubet, & ad eam insulam cursum dirigere, vnde nauigia soluisse conspexerat. Præter sensum Coelius, & fundò prius diligenter explorato, reliqua paulatim subsequuntur. Nauigia interim nostras naues circum sistunt, & tibiarum concentu & alijs musicis instrumentis nostros oblectant, eisque de aduentu in illas oras maxima voce gratulantur. Homines autem erant colorati, specie liberali præditi, vestibus bombycinis ornati: longissimis linteis auro intertextis & arte compressis, vt spiris multifariam circumductis caput obtegerent, ornabantur. Erant præterea ad uncis gladijs accincti, parmasque brachijs insertas gestabant. Nostras naues ingressi, nostros Arabicè salutant. Qui linguam probe retinebant, benignè respondēt. Gama dapes apponi iubet. Illi conuiuium non aspernantur. Dum comedunt & bibunt, sciscitantur de illis Gama, quod esset illius insulæ nomē, quæ gentis ratio & cultus, & quod iter inde in Indiā esset habendum. Respondent, insulæ nomē esse Mozambique: gentē esse simulachris deditā, magnam tamē insulæ partem à mercatoribus. Satacenis habitari, esse verò illam sub imperio Regis Quiloæ, qui illi rectorem præfecerat hominē auctoritate insigni præditum:emporium vix aliud celebrius in regionibus illis reperiri. Inde enim naues in Arabiam, in Indiā, in multas præterea orbis terrarum partes nauigare, & ex omnibus illis merces innumerabiles in eam contuehi. Præterea dicunt esse quædam in ea ora regionem, quam nostri fuerant præteruecti, quæ Zofala nominabatur, & auro plurimum abundaret. Postremò quantum ab ea insula Calecutium distaret, exponit. Hoc audito, nostri manus in cælum tendere, summas Deo gratias agere, sequè maxima ex parte

Rex Quiloæ.

*Zofala auro
referat regio*

*Infula
Mozzambi-
quensis si-
uus.*

parte laboribus perfunctos arbitrari. Infula est illa in regione, quam appellabant olim Aegesimbam. Distat enim ab æquinoctiali plaga decem & sex gradib. Austrum versus. Incolæ sunt nigri: tellus propter paludes est parum salubris. Domos extruunt è terra, quas congeffis paleis integunt. Propter tamen opportunitatem commercij, naues vndiq; ad illam rei gerendæ gratia commebant. Arabes tunc plurimū in ea opibus & potentia florebant. Hi myoparonibus paruis utebantur, eisq; ferreis clauis minimè reuinctis, sed palis teretibus per foramina vice clauorum adactis. Compages verò nauium funibus è palmarum folijs factis obturabant.

*Palmarum
arborum
descriptio.*

Palmas aut appellat arbores altissimas, folijs longissimis & acutissimis hirsutas, patulis frondibus circumquaq; diffusis vmbra gratissimam efficientes. nuces ferunt ingentis magnitudinis, quas nostri Cocos nominant. Vtebantur in nauigando normis nauicularijs, quas nauæ Acus appellant. Quarū formā propter eos, qui à maritimis regionib. semoti sunt, haud alienum arbitror explicare. VASCVLVM est è ligno factū, planum atq; rotundum, altitudine duorū aut triū digitorum. In medio habet stylum præfixū, in summo præacutum, aliquantò breuiorē, quàm sit vasculi ipsius altitudo. Regula deinde è ferro solertissimè facta, tenuis & angusta ad vasculi modū dimensa; ita tamen, vt diametri ipsius vasculi longitudinē non exæquet, inducitur. Styli verò cuspis per medium huius regulæ, quod est inferius excauatum, & fastigia tū superius immissa, ita eam suspensam, paribusq; momentis librata continet, vt vtrinq; angulos pares efficit. Operculo deinde vitreo enea virgula circumdata firmato, nè possit regula excuti, & aliqua ex parte labare, cōtegitur. Cū verò magnetis ea natura sit, vt non modò ferrum ad se trahat, verum etiam vna illius pars ad Septentriones aspiret, altera in Austrū propendeat, naturamq; suam cum ferro communicet: efficitur, vt cū regulæ huius caput ad eam magnetis partem, quæ spectat ad Septentriones, applicatum, attrituque illius extersum fuerit, eandem

eandem in se vim concipiat: & cū ita suspensa extiterit, vt mobiliter in varias partes impelli possit, semper in Septentriones insita propensione referatur. Sic autem fiebat, vt nauæ hoc instrumēto moniti, quamuis in profundo pelago versarentur, & cælum esset nubilum, & caliginosum, possent tamen ad Septentrionis rationem cursum dirigere. Hanc autem regulam quia ad acus similitudinem proximè accedebat, acum nauiculariam appellabant. Deinde cū facillimum sit, humanis ingenijs addere semper aliquid ad ea, quæ sunt solerter inuenta, aliam normæ rationem excogitarunt, qua possent exactius, quæ cursum in nauigando tenerent, ratione perspicere. E virgulis enim ferreis figuram efficiunt lateribus paribus, angulis imparibus, in rhombi speciem deformatam. Huic vnam ex parte superiore, alteram ex inferiore chartam orbiculatam adglucinant. Magnetis autem adiuncta vi, sic figuram hanc temperant, vt vnus ex acutis angulis Septentrionem, alter Austrum respiciat: ex obtusis verò vnus ad ortum Solis, alter ad Occasum spectet. Diametri autem orbis huius longitudo figuræ longitudinem non excedit. Habet autem orbis hic in medio aneum vmbilicum affixum ad eam formam factum, qua diximus regulæ medium fabricatū fuisse. Per vmbilicum illud igitur styli cuspis immissa, orbē hunc suspensum continet, qui non modò regulæ illius, de qua diximus, vice fungitur, sed omnes ventorum regiones, quorum flatibus nauis impellitur, in conspectu proponit. In charta namq; superiore Septentrio, & Auster, & Oriēs, & Occidens, & interiectæ inter hos terminos regiones exactissimè describuntur. Norma ad hunc modū constituta, hoc restabat incommodi, quod opus erat, quoties nauis fluctibus agitata, vt fieri necesse est, in puppim, aut proram, aut in alterutrum latus inclinaret, vt illa in profundo subsidens adhæresceret, neq; motu libero in Septentriones dirigi posset. Nè autē hoc eueniret, fuit solertissimè excogitatum. Nam vas ipsum paulò infra labrū circulo æneo arte constringitur, Vtrin-

*Instrumēti
alterius
nautici de-
scriptio.*

que autem ab eo circulo virgula calybea ducta, in forma alterius circuli maioris & exterioris, modico interuallo ab interiore distans, immittitur. Virgulæ verò binæ ita sunt æquales & oppositæ, vt si ex vtraque vna & perpetua fieret, circularis illius spatij diametrum contineret. Exterior autem circulus circa duas illas virgulas quasi circum axem versatur. Rursus ab exteriori circulo aliæ binæ virgulæ pari interuallo ad ambitum aluoli cuiusdam orbiculati, intra quem hæc machinatio continetur, simili ratione perducuntur. Ita sunt autem hæc virgulæ exteriores interioribus, ex a duerso constitutæ, vt si duæ tantum ex illis quatuor directæ fierent, sese ad angulos rectos interfecissent. Cum verò machinatio ex inferiore parte ænea & ponderosa sit, neque fundum attingat vllum, ita vndique pellitur, vt medium locum teneat. Et cum pensilis & mobilis existat, pondere suo nixa ea ratione consistit, vt quamuis maximi fluctus nauem iactent, ipsa semper ad libellam directam permaneat. Sic autem fit, vt nihil interueniat, quod normam ab eo motu, quo in Septentriones fertur, impedire queat. His normis solebant vti iam illo tempore Arabes illi, & chartis præterea, quibus maritimarum regionum situs, secundum descriptas in illis lineas, exploratè cognoscerent. Quadrantibus etiam, Solis varias conuersiones, & quantum quæque regio ab æquinoctiali circulo distaret, obseruabant. Tam multis denique erant ad nauigandum artibus instructi, vt non multum Lusitanis nautis de rerum maritimarum scientia & vsu concederent. Cum nostris autem idem iucundè fabulabatur, quod crederent eos esse Mahumetanos, ex illis, qui Mauritaniam tenebant. Illos autem Gama muneribus affectos, cum donis, quæ ad insulæ rectorem, illius nomine ferrent, dimisit. Nomen autem rectoris erat Zacocia. Hic cum a suis intellexisset, qua humanitate fuerant à nostris accepti, muneraque sibi missa conspexit, ad officium suum pertinere existimauit, nostros inuisere. Itaque se continuè vestibus ornauit, quæ erant aurcis distinctæ sordibus, gladiumque

accinxit

accinxit gemmis fulgentem, & eodem etiam gemmarum splendore cultum pugionem. Armatorum præterea hominum caterua cinctus, in naues ire perrexit. Interim verò tibiarum & tympanorum concentibus omnia perstrepebant. Gama antequam ille nauibus appropinquaret, egrotos ab omnium conspectu remoueri, & sanos atque valentes armari more nostro iubet, & in summo nauis tabulato consistere. Is enim erat, qui nullam fidem Saracenis habendam censeret, sed dissimulanter omnes insidias, quæ fieri ab illis possent, præcauendas existimaret. Ad larus deinde nauis accessit, vt Zacociam venientem exciperet. Conscendit ille cum suis Gamam salutem. Ille vicissim eum per benignè complectitur. Assidunt omnes, & iucundissime sermocinantur. Gama dapes apponi, & vinum infundi iubet. Illi verò satis hilari fronte comedunt, nec vlla Mahumetis superstitione impediuntur, quod minus pocula libenter exhauriant. Quærit deinde Zacocia de nostris, an essent Mauri, an Turcæ: non enim dubitabat, quin Mahumetis sectam sequerentur. Deinde quibus armis in prelijs vti solerent. Postremò, an haberent aliquot legis Mahumetanae libros. Se namque illos libenter esse visurum. Gama respondit, se ex vltima Solis occidentis regione ad eas oras accessisse: nostros armis illis vti, quibus homines, qui eum sepeliebant, rectoris animaduertebat. Vti præterea tormentis illis, quæ videbat, quibus non hominum tantum acies profligari, verum & arces munitissima disturbari atque diuisi possent. Libros autem legis, quam obseruabant, se libenter ostensurum, postquam aliquot dies à labore conquiesceret. Sibi esse iter in Indiam. Proinde illum orare, vt sibi daret aliquot homines nauigandi peritos, quorum ductu posset Calecutium peruenire. Quod si faceret, operam se daturum, nè vnquam illum collati beneficii poeniteret. Id Zacocia se facturum pollicetur. Postridiè verò Gamam inuisit, duosque magistros adduxit, cum quibus Gama certo auri pondere depactus est, vt eum Calecutium perduceret.

D 3 Hocin-

Arabum in nauigando soleriss.

Zacocia Mozambiquensis rectoris humanitas.

Gamae cum Zacocia colloquuntur

Hoc interim tempore donis vltro citroque missis, se videbatur esse familiaritas constituta, vt nihil interuenire posse crederetur, quod eam turbaret. Sed accidit, vt Zacoeia perciperet, Gamam & comites illius Christianos esse. Quo audito, omnis illa amicitia fuit in acerbum odium conuersa. Cœpit igitur continuo insidias machinari, exitiumque moliri, omnibusque modis excogitare, qua ratione posset naues aut capere, aut incendere. Nostros interim omnia malignè prebere, pretium augeri, seditiones præterea ab incolis contra nostros temerè concitari. Postremò vnus ex magistris, quos Zacoeia adduxerat, Gamæ insidias à Zacoeia comparatas indicauit. Alter enim in terram reuersus, nunquam se rursus in nostrorum conspectum dare voluerat. Accessit, quòd cum aliqui ex nostris aquatum atque lignatum abfuissent, septem nauigia in illos inuecta sunt, quibus vt subsidio occurrerent nostri, impetum in illa faciunt, eaque frequentibus pilis disijciunt. Quo facto nostri se confestim in Insulam, quæ indè aberat quatuor passuum millia, conferunt. Indè aliam Insulam nomine Quiloam petunt. Sed cum vento deficiente progredi non possent, aduersa quædam tempesta eos retrocedere compulit. Eandemque igitur Insulam rursus petunt, in quam se insidiarum metu contulerant. Illuc accurrit Arabs quidam cum paruo filio, Gamamque obsecrauit, vt illos in nauem reciperet, vt possent in aliquem locum descendere, vnde facilius Mecham, quæ erat illius patria, reuerteretur. Quæsiuit ab illo Gama, quâ artè cōleret. Nauticam respondit. Hoc audito, illum libentissimè recepit, duobusque illis magistris se cursum posse cōficere putauit. Abduxerat præterea per vim in seditione quadam, quæ fuerat à Mozambiquensibus, contra nostros excitata, Paulus Gama hominem, vt videbatur, minimè nauticæ artis imperitum. Eo verò tempore nostris non erant nisi tantum tres naues. Quarta enim, consumpto iam omni comœatu, fuerat iussu Gamæ multis antè dieb. incensa. Indè igitur cum primum se

*Insidie
Christianis
à Zacoeia
præsta.*

*Quiloa In-
sula.*

mutum secundus vêtus flare cœpit, anchoris solutis vela faciunt, & Quiloam contendunt: eò tamen naues appellere non potuerunt, vel ventis ab Insula repulsi, vel cursu errore decepti, vel Mozambiquensis magistri, qui de eorum interitu cogitare cœpit, fraudibus in alium cursum deducti. Ab eodem autem magistro moniti sunt, vt Mombazam se conferrent. Quòd vt facilius persuaderet, fingebat magnam illius ciuitatis partem à Christianis habitari, nec vllum locum magis opportunum curandis atque reficiendis ægrotis posse reperiri. Iam eo tempore bona pars eorum, qui cum Gama confenderant, varijs morbis consumpta fuerat, & qui euaserant, erant graui in ualitudine debilitati. Est autem vrbis illa sita intra sinum quandam in Mombazæ rupre præcelsa, & edita. Fluctus cum se ab introitu sinus incitant, in aduersam frontem vrbis incurrunt. Indè deducti, introitus penetrant, & vtrumque latus vrbis alluunt, ita, vt peninsulam efficiant. Habebat autem in portu vrbis arcem munitissimam, armis & telis, varijsque tormentis refertam, firmissimisque præfidijs, atque singulari vigilantia defensam. Tellus abundat fructibus, & oleribus, & frugibus, & pecorum & armentorū gregibus, & aquis dulcibus. Vtitur præterea mira cæli temperie. Homines viuunt admodum lautè, & domos more nostro ædificant, tectoriaque varijs coloribus depicta parietibus inducunt. Huc igitur Gama se ea mente contulit, vt aliquot diebus in portu consisteret, vsque eò, dum ægrotos recentibus terræ fructibus recrearet. Vix anchoras nauatæ demiserant, cum cernunt actuariam ad prætoriana nauem accedere. In ea vehebantur centum homines Turcarum more vestiti, & gladijs & scutis armati, inter quos, quatuor specie dignitatis, & cultu corporis excellere videbantur. Cū omnes vellent in nauē ascendere, Gama omnes ascensu prohibuit, præter illos quatuor, quos tantum arma prius deponere iussit. Illi nauē ingressi, Ducis prudentiā laudant, quòd non sineret homines ignotos ad se cum armis venire. Cū eos Gama liberaliter

*Mozambi-
quensis na-
uarchi do-
lus.*

*Mombazæ
ciuitatis
sinus.*

*Mombazæ
sis ad Ga-
mam le-
gatio.*

*Gamæ prin-
denia.*

inuitaret, epulati sunt, multisque amoris signis nos-
 tros ad se allicere contendunt. Aiunt postremo, Mombazæ
 Regem factum fuisse illis proximis diebus de il-
 lorum aduentu certiore, esseque amicitia cum illis
 iungendæ cupidissimum. Gama similiter responsum
 dedit egregiæ voluntatis & officij plenissimum. Postri-
 diè milit Rex nuncios, qui Gamam nomine illius sa-
 lutarent, munerâq; deferrent, ad reficiendos ex iacta-
 tione milites accommodata. Aiunt deinde regionem
 illam esse opulentissimam, earumq; rerum omnium ple-
 nissimam, quarum gratia multi in Indiam nauigabant.
 Regem aded esse in illos voluntate propensum, ut ni-
 hil esset tam difficile, quod non se eorum gratia factu-
 rum polliceretur. Proinde Gamam orare, ut propius
 urbem accederet, & in intimum portus sinum penetra-
 ret, ut posset à Rege, qui eum inuisere cupiebat, facilius
 conueniri. Quod se Gama facturum ostendit, & quasi
 voluntatis suæ obsides, duos ex illis exulibus, de quibus
 supra dictum est, ad Regem misit. Rex læta & hilari
 fronte exules accepit, imperauitq; domesticis suis, ut il-
 lis urbis situm & pulchritudinem demonstrarent. Vbi
 verò reuersi sunt, Rex multa aromatum genera, quæ ex
 India deportari solent, illis ostentat, & quantum vi-
 sum est donat, ut Gamæ monstrare possent, & admo-
 nere, quanto esset utilius apud Regem amicum rem-
 gerere, quam vitam tam periculosa nauigationi com-
 mittere. Cum his mandatis redeunt exules in clas-
 sem. Gama mirifice lætatus est, & postridiè ancho-
 ras tolli iubet, & naues propè urbem constitui. Cum
 verò illius naus æstus incitati vi celerius, quam com-
 modum esset, inueheretur, timens ille, ne in vadum in-
 cideret, in quo posset afflictiari, vela contrahere, & an-
 choras demittere confestim iussit, idemque ut in reli-
 quis nauibus sine vlla mora fieret, imperauit. Quo facto
 Mozambiquenses gubernatores metu repentino percul-
 si, se precipites in mare deiciunt, & ad lictres quasdam,
 quæ non procul aberant, nando confugiunt. Cum e-
 nim viderent tam præter eorum opinionem ancho-
 ras iaci,

ras iaci, suspicari sunt, esse iam factum proditionis in-
 dicium. Ut enim statim compertum est, Mombazæ
 Rex per eos, quos tanquam nuncios frequenter in na-
 ues mittebat, cum illis pactus fuerat, ut nostros in lo-
 cum inducerent, ubi naues vel allidi, vel capi facilli-
 mè possent. At Gama magnis vocibus ad eos, qui in
 lictribus erant, inclamauit, ut sibi suos gubernatores
 redderent: at illi clamores illius aspernati, gubernato-
 res in terram exposuerunt. Hic Gama cum & conie-
 ctura, & aliquo etiam Arabis gubernatoris indicio,
 & multis præterea signis perspexisset, de quanto peri-
 culo fuisset auxilio diuino liberatus, manus in cælum
 sustulit. Rex deinde homines magno cum silentio
 scaphis & lictribus submittebat, qui securibus ancho-
 ras nocte præciderent. Quod nisi fuisset à nostris sin-
 gulari Gamæ industria vigilatum, & insidijs scelerati
 illius Regis occursum, nostri in summum vitæ discrimen
 incidissent. Inde post duos dies (citius enim se
 expedire non potuerunt) vela faciunt, & cursum Me-
 lindem versus instituunt. In via nauem Saracenorum
 capiunt, ex quibus Gama quatuordecim tantum vin-
 ctos habere voluit, reliquos autem missos fecit. Cum
 verò intellexisset, vnum ex illis esse illorum patronum,
 qui præ se hominis auctoritate grauis speciem fere-
 bat, multa de illo quaesuit: ad quæ omnia, ut vir pru-
 dens, verè & consideratè respondit, & de instituta na-
 uigationis ratione sapienter admonuit. N A V E S
 ad hunc modum nauigantes, die, qua exsurrectio Christi
 in omni Christiana Repub. cum ingenti lætitiâ ce-
 lebratur, Melindem appulsa sunt. Vrbs est in planitie
 sita. Cingitur autem vndique multiplici hortorum
 viriditate. Abundat multis arboribus, in primis autè
 citreis malis, de quarum floribus odores suauissimi ad-
 modum longè diffunduntur. Regio est fertilis & opi-
 ma, neque gregibus tantum, sed omni genere animan-
 tium, quæ venatu & aucupio ad cibum capi solent,
 abundat. Aedes sunt de quadro lapide constructæ, te-
 storijs, & cœnaculis, & laquearibus elegantè ornatæ.

*Infidie Mo-
 bazensis re-
 ges in Chri-
 stianos de-
 tectæ.*

*Nauis Sa-
 racenorum
 captæ.*

*Melindæ
 vrbs sita
 & regionis
 mores.*

Gens colit simulachra deorum, quos peculiari super-
 stitione sanctos habet, homines sunt atro colore, capil-
 lo crispo, habitu tamen corporis non deformi. Capita
 gestant spiris lintearum vestium multiplicibus inuo-
 luta. Reliquum corpus umbilico tenus nudum relin-
 quunt. Inde verò vestes quasdam fericas, aut bomby-
 cinas ad media crura demittunt. Vtuntur in bello gla-
 dijs aduncis, & parmis, & hastis, & arcibus, & sagittis.
 Opinione virtutis militaris incredibiliter efferuntur.
 Statio naualis non est vrbi propinqua, est enim ora ru-
 pibus cincta, & procellis atque tempestatibus frequen-
 ter obnoxia. Id coegit Gamam in anchoris paulò lon-
 gius ab vrbe consilere. Cùm verò Saracenus, què Ga-
 ma ceperat, intellexisset illum propter Mombazæ pe-
 riculum Regi Melindensi diffidere, vt se ad Regem
 mitteret, animumque illius exploraret, hortatus est.
 Dixit præterea esse in illo portu quatuor naues ex In-
 dia, vectores autem Christianos esse ex illis, qui Indiã
 incolunt, qui fortasse, rebus iam ex animi sententia
 gestis, domum redire properarent. Horum autem co-
 mitatu nauigationem fore multò faciliorem. Gama
 etsi fidem illi non habebat, animaduertens tamen
 quàm paruo periculo illa salutis via tentaretur, ho-
 minem in paruula quadam insula vrbi opposita con-
 stitui iubet, qui inde in tre sibi ex vrbe missa transue-
 ctus, ad regem deducitur, eiq; mores nostrè gentis lau-
 dat, humanitatem atq; fidem extollit: duce cum re-
 liquis omnibus amicitiam illius vehementer expete-
 re: valdeque ad dignitatem suam pertinere confirmat
 hominibus nostris amicitiaè foedere coniungi. Rex e-
 rat grandis admodum natu, & miti clementique na-
 tura præditus. Misit igitur ex suis domesticis, qui Ga-
 mam nomine illius salutarerent, muneraque deferrent
 ex ijs, quæ ad victu erant necessaria, arietes nempe, &
 fructuũ varia genera. Gama vicissim cum donis alijs
 remunerauit, & in eo pugnavit, nè villo humanitatis
 officio ab eo vinceretur. Deinde naues propius terram
 constitui iubet, & Christianos Indos appellat, qui ex
 nostra.

*Gama ad
 Melinden-
 sem Regē
 nuncijs.*

*Melinden-
 sis ad Ga-
 mam cum
 muneribus
 nuncijs.*

nostrorum aspectu voluptatem incredibile percepe-
 runt, eosq; de multis rebus admonuerunt, quæ valde
 ad salutis custodiam & nauigationis securitatem per-
 tinebant. Rex cùm valde cuperet naues nostras aspi-
 cere, id morbo atq; senio præpeditus assequi nõ potuit.
 Filius, qui iam vice illius imperium administrabat,
 ad naues magna hominum nobilium caterua stipa-
 tus accessit. Erat autem regio cultu satis eleganter in-
 dutus. Omnia verò in illius comitatu tibiarum con-
 centu, & tympanorum vocibus personabant. Gama vt
 illum honorificentius exciperet, in scapham descen-
 dit. At is vix ad scapham peruenerat, cùm saltu se in
 illam coniecit, & arctissimè Gamam, quasi hominem
 vetusta consuetudine, & familiaritate coniunctum,
 amplexatus est. Sedentes deinde iucundissimè fabula-
 tur. In omni autem sermone Princeps ille non homi-
 nis barbari specimen dabat, sed ingenium & prudentiam
 eo loco dignam præ se ferebat. Gamam autem cum
 admiratione quadam intuebatur, & nauium formã
 considerabat. & multis signis, quàm benè esset in no-
 stros animatus, ostendebat. Tum Gama Saracenos om-
 nes, quos ceperat, illi donauit: quod quidem ille in
 loco beneficij ingentis accepit. A Gama deinde postu-
 lauit, vt patrem illius inuisere dignaretur, se interim
 filios suos obsides in nauibus relicturum. Negauit Ga-
 ma id sibi licere. Flagitauit deinde, vt saltem duos ex
 suo comitatu secum abire permitteret. Quod facile
 impetrauit. Postridie Gama propius urbem, scapha
 inuectus, accessit, vt urbis pulchritudinè perspiceret.
 Vbi rursus illum Princeps inuisit, nullumq; officium
 prætermisit, quo posset voluntatem in nostros egre-
 giam significare. Postremò optimum gubernatorem
 illi concessit, qui erat ex ea Indiæ parte, quam fluiuius
 Indus interfluit, oriundus. Accepit deinde à Gama fi-
 dem, vt cùm rediret in Portugaliã, eò transiret. Velle
 namq; se legatum in Portugaliã mittere, vt ami-
 citiam cum Rege clarissimo foedere sanctissimo con-
 firmaret. SOLVIT indè Gama. x. kalend. Maij.
 Quan.

*Indi Chri-
 stiani Melin-
 de reperit.*

*Melinden-
 sis Regis
 filius Ga-
 mam inui-
 sit.*

Gamereliqua in Indiam usque navigatio. Quanquam autem nostri Orientem versus navigarent, cursum tamen ad Septentrionem insecutebant. Intra paucos autem dies, regionem circulo æquinoctiali subiectam peragrunt, atque rursus sydera, quæ tam multos menses latuerant, cum voluptate conspiciunt. Vrsam maiorem & minorem, & Orionem, & reliqua, quæ circa polum Arcticum exiguum orbem cõficiunt, oculis vsurpant Pelagus deinde maximum, cuius intimo recessu Septentrionem versus multæ Aethiopiæ, & Arabiæ, & Caramaniæ partes alluuntur, tempestate admodum secunda transmittunt. Tandem xiiij. kalend. Iunij terram editam & excelsum contuentur, quam gubernator propter offusam caliginem nõ agnouit. Post duos autem dies, montes Calecutio vicinos aspexit. Itaque ad Gamam accurrens, tam fausti nunciij præstitit, verum Deo summas gratias egit, & vincitose vinculis expeditos in gratiam recepit: tantaq; lætitia affectus est, vt videretur iam fructus laborum omnium, quos in tam longa & difficili navigatione pertulerat, excepisse. Eodem die nostri in loco, qui aberat Calecutio duo passuum milia, consistere. Eos multi continuò lembi circumstunt. Multa quærunt, multa etiam respondere coguntur. In primis percontatur ab illis Gama per interpretes, ubi Rex eo se tempore contineret. Deinde vnica exulem in urbem misit. Vix exul terram attigerat, cum innumerabilis turba confluit, vt hominem habitu & cultu prorsus ignoto conspiciat, & interroget, vnde venerit, quæ illi patria sit, quid quærat, aut qua tempestate delatus ad eas oras accesserit. Sed nec is eos intelligebat, nec illi linguam illius nouerant. Is autem circumfusa multitudine oppressus, quasi in salo fluctuabat, & modò in hanc, modò in illam partem iactabatur, donec casu in duos mercatores Tunete oriundos impulsus fuit. Hi cum ex habitu Hispanum esse cognouissent, admirati sunt. Vnus ex illis, Monzaida nomine, cum Hispanis verbis interrogat, ex qua Hispaniæ regione esset. E

Portu.

Portugalia respondit. Quo audito, Monzaida domum illum inuitat, & cibo potuque reficit: docetque sibi fuisse magnum cum Portugalensibus vsu eo tempore, quo Ioannes Rex Tunete suos mittebat, vt inde asportaret multa, quæ erant ad armamentaria illius valde necessaria: in quibus rebus comparandis se egregiã illis operam dedisse. Postulatq; vt se ad Nauarchum deducat. Itaque pergunt ambo continuò in nauim. Monzaida Gamam Hispanicè salutat: Gama vicissim illum benigne accipit. Multis inde verbis vtrò citroque habitis, Gamam de multis rebus admonuit, & ad omnia, quæ ille quærebat, ita respondit, vt facile posset intelligi, illum & prudentem & curiosum esse. Postremò dixit, si quid esset, in quo opera sua vti Gama vellet, se officio probi viri minimè defaturum. Ostendit præterea fore, vt aduentus nostrorum esset Calecutij Regi gratissimus. Illum namq; valde gentium externarum commercio delectari. Nam quamuis imperium illius esset latum, & multi Reges illi parerent, opes tamen illius magis portorij, quam fructuum vestigalibus continere. Postridie Gama duos ex suo comitatu cum Monzaida ad Regem misit, qui quidem eo tempore in oppido nomine Pandarane, quod inde aberat duo passuum milia, confedebat. Illi postquam admissi fuere, dicunt Portugaliæ Regem fama dignitatis & amplitudinis illius, quæ per orbem terrarum late vagabatur, commotum, eò vnum ex suis ducibus misisse, qui cum illo sempiternum amicitiaæ foedus nomine illius percuteret, fidemque daret, se gratia illius omnia, quæ is vellet, libentissimè facturum. Ipsumque ducem à Rege petere, vt faciat sibi potestatem ad illum adeundi. Respondit Rex, sibi valde gratum esse Lusitani ducis aduentum, neque se villo modo commissurum, vt voluntatem in se clarissimi Regis asperneretur. Sequæ operam daturum, vt breui à Duce nostro conueniri posset. interim verò illum admonebat, vt Pandaranem versus classem deduci iuberet. Portum enim illum, in quo consistebat, esse eo anni tempore valde

*Monzaida
Tunecensis
mercator
ad Gamam
proficiscitur.*

*Gama ad
Regem Calcutensem
legatio.
Pandarane oppo-*

Regis ad legatos respõsio.

*Catualis.**Gama ad
Calecutij
Regē profi-
citur.**Pōpa, qua
Gama de-
ductus est.**Naires, In-
dorum no-
biles.**Templum
magnificū.*

valdè periculosum & infestum. Vt autem id commo-
dius fieri posset, ad illum gubernatorem maris illius
valdè peritum misit. Deinde post aliquot dies venit
ad Gamam vir quidam primarius, qui ius illi genti di-
cebat. Appellant illi hunc magistratum, Catualem.
Hunc autem miserat Rex, vt ad se Gamam honorifi-
centissimè deduceret. Gama classi Paulum Gamā fra-
trem suum interim præfecit, eidemq; & Nicolao Cō-
lio imperauit, vt si quid sibi secūs eueniret, quàm com-
modum esset, de illo curam abijcerent, & in patriam
continuò cum nauigationis exploratæ nūcio remea-
rent. nec enim conuenire, vt dum ei frustra opem ad-
ferre contenderent, omnes occumberent, & tanti labo-
ris fructus in teriret: se non posse Regis illius congreg-
sum vitare, si facere vellet id, quod sibi ab Emmanue-
le præscriptum fuerat. Nec se periculum vitæ defuge-
re, dum modò morte sua posset eam, quam debebat, o-
peram & Regi, & Reip. nauare. Nè autem naues sine
præsidio necessario remanerent, duodecim tantū ho-
mines sibi comites adiunxit. Cùm verò primū terrā
attigit, fuit Catualis iussu lætica sublati: Catualis
alia lætica ferebatur, reliqui pedibus iter faciebant.
Magna turba nobilium hominum, quos illi Naires
appellant, eos vndique sepiebant. Deinde peruentum
est ad oppidum, vnde, postquam cōmodè pransi sunt,
lembos ad eam rem paratos ingrediuntur, secundoq;
flumine nauigantes, ad locum perueniunt, in quo
magna hominum multitudo eos cum alijs læticis ex-
pectabat. Indè fuerunt nostri à Catuale in templum
apud illos sanctissimum deducti: quod quidem Ga-
ma, cō quòd audierat, bonam partem regionis illius
ab hominibus Christianis habitari, esse Christianorū
arbitratus est. Confirmauit autem magis illam opi-
nionem, & templi magnificentia, & ædium amplitu-
do, multaq; signa rerum, quæ non multum à nostro-
rum templorum religione abhorre in principio vi-
debantur. Per templi ostium ingressis occurrunt qua-
tuor viri à capite adymbilicū nudi, deinde ad genua
vestibus,

vestibus bombycinis accincti. Quilibet eorum terna
fila à dextro humero ad sinistrum latus demissa, &
sub brachio sinistro complicata gestabat. Hi nostros
aquis lustralibus aspergunt: porrigunt deinde cuili-
bet pulueres è ligno optimi odoris contuso, quibus
frontes consignarent. Templi parietes erant multis
imaginibus depictis ornati. In medio templi erat sac-
cellum editum, forma rotundum, ad quod per mul-
tos gradus ascendebatur. Ostium erat ex ære factum,
& valdè augustum. Intra sacellum erat signum in ad-
uerso pariete locatū, cuius formā nostri propter loci
obscuritatem aspicere nequiverūt. Erat enim locus ita
ab omni solis radio seclusus, vt vix aliquis maligne
lucis splendor in eum penetraret. Nostri autē aditus
in illud minimè concessus fuit: solis enim æditus at-
que sacerdotibus patebat. At illi quatuor æditui pro-
pius accedentes, digito in imaginem intento, bis Ma-
riam inclamant. Catualis cum reliquis, qui eum se-
quebantur, se repenti in terram proni manibus exten-
sis abijciunt. Deinde surgunt, & more suo precationē
peragunt. Nostri suspicati sunt, opē sanctissimæ Vir-
ginis implorari, genibusq; flexis, pacem à Deo expo-
scunt, Virginemq; Dei matrem more nostris v̄sitato
venerantur. Indè profecti, aliud eadem magnificentia
templum ad eunt, atq; tandem in Regias ædes tendūt.
Tanta porrò hominum multitudo conueniebat, vt
nisi Naires, qui nostros armati & instructi præcede-
bant, & sequebantur, viā districtis gladijs aperuissent,
nostris aditus ad Regē patere minimè potuisset. Inter-
rim omnia tiliarū sonitu, & tubarū clangore perstre-
pebant. Postquā ad regiæ vestibulū peruentū est, Dy-
naсте, quos illi Caimæ appellāt, Gamæ obuiā prodie-
re. At vbi domui, in qua rex eū expectabat, appropin-
qua uit, homo grādis natu, bōbycina veste ab humeris
ad talos vsq; demissa cultus, ex ea domo egressus, Gamā
cōplexus est. Is erat Brachmanarū magister, plurimū-
que apud Regē auctoritate poterat. Reliquis autē pri-
mū intromissis, ipse postremo cū Gama, quem dextera
tenebat,

*Maria ab
Indis sacrè
fiscis incla-
mata.**Caimæ,
Regis Ca-
lecutij Dy-
naste.*

tenebat, subsequutus fuit. Domus erat satis ampla, cellas complures è ligno singulari opere factas, parietibus. confectas habebat, ita tamen, vt alia super alias ad theatri similitudinem extarent & eminenterent. Pannimentum erat sericis vestibus instratum: similiter et parietes aulaeis sericis auro intertextis obducti. Rex in lecto pulcherrimè ornato & instrato decumbebat, & pileum bombycinum auro atq; gemmis distinctum capite gestabat: vestesq; bombycina, multis aureis fibulis secundum pectus stricta, tegebatur. Ex auribus ingentis pretij monilia pendeabant. Ex annulis manuum atque pedum eximius gemmarum fulgor emicabat. Rex erat procero corpore, & facie liberali, & qui facile maiestatem Regiam specie repræsenteret. Garba illi more nostro vt Regem salutauit. Ille Gamam ad se propius accedere iussit, atque vt in sella proxima sederet præcepit. Reliquis deinde Lusitanis, vt sederent, imperauit. Aquam deinde ad lauandas & refrigerandas manus afferri, variosque fructus importari iussit, vt nostri possent à labore atq; lassitudine recreari. Postmodò Gamam de legatione, quam ad illum nomine Regis Emmanuelis afferrebat, diligenter inquiri. Negavit Gama moris esse Lusitanorum, Regis sui mandata, quæ erant solis Regibus exponenda, in hominum turba proferre. Proinde si vellet, vt is officio suo fungeretur, conuentum illum vitaret, & cum paucis, quibus arcana sua credere solet, eum audiret. Rex vt postulato satisfaceret, illum in aliud cubiculum multò pulchrius ornatum secedere iussit, & eum continuo cum magistro Brachmanarum, & paucis admodum præterea sequutus est. Tunc Gama orationem habuit, cuius hæc summa fuit. Emmanuel Portugalia Regem esse principem virtute & dignitate præcellentem rerumque maximarum cupidum, & studio multa cognoscendi flagrantem. Sic autem esse animatum, vt arbitraretur, esse se cum Regibus, qui dignitate & amplitudine multum excellere, foedere coniunctum. Nihil enim esse ad voluntates conglutinandas similitudine

Regis Calecutiensis orationis, & staturo

Gama ad Calecutiensium Regem oratio

liudine virtutis efficacius: maximè verò id in Regibus apparere, quorum dignitas proximè ad diuinam accederet. Proinde cum sapiens accepisset de Indiarum magnitudine, & simul ex fama, quæ per orbem terrarum summa cum admiratione hominum volitaret, intellexisset, imperium Calecutij esse latissimum, Regemque illius non magis opibus & imperio, quam Regiarum dignitatis amplitudine florentem; desiderio amicitiarum illius flagrare coepisse. Ea verò cupiditate ductum mississe, qui nomine illius à Calecutij Rege postulare, vt foedus & amicitiam illius tanti faceret, quanti ille voluntatem ipsius esset facturum, si cum illo amicitiam firmare vellet. Præterea se non dubitare, præter dignitatem foederis illius, fore, vt multiplex utilitas ex ea coniunctione vtriusque regno & imperio proueniret. Habere autem se literas Emmanuelis, quibus certus esse posset, ea, quæ ab illo dicebantur, esse verissima. Ad hæc Rex paucis respondit, sibi tam excellentis Principis coniunctionem fore gratissimam, omniaque se libenter esse facturum, quibus posset intelligi, se Regem Emmanuelem in loco fratris habiturum. Hæc ubi dixit, Catuali negotium dedit, vt Gamam domum, in qua erat diuersaturus, statim deduceret, & reliquos etiam apud hospites collocaret. Gama triuo se domi continuit. Sed antequam ea, quæ sequuta deinde sunt, exponam, non erit alienum, de regionis illius situ, & generum moribus & institutis pauca dicere.

Regis ad Gamam responsio

E H I E



HIERONYMI
OSORII SILVENSIS
ALGARBIORVM IN LV-
SITANIA EPI-
SCOPI,

DE REBVS EMMA-
NVELIS, LVSITANORVM
REGIS INVICTISSIMI,
*virtute & aushi-
cio gestis,*

LIBER SECVNDVS.

*India de-
scriptio.*



NDIA EST omnis regio,
quæ ab Occasu, Paropamiis,
Sadarum, & Arachosia, &
Gedrosia finibus termina-
tur: ab Ortum verò cum Sina-
rum extremis limitibus con-
iungitur. A Septentrione au-
tem Imao mōte, qui est pars
Caucasi, definitur: ab Au-
stro, Oceano Indico allui-

*India du-
plex.*

tur. Ea tamen in duas partes diuiditur. Vna est intra
Gangem, que ijs ex occasu finibus, qui dicti sunt, inci-
piens, ad Gangem vsque protenditur. Altera, quæ vl-
tra Gangem ad Sinarum fines excurrit. Nostri tamen
angustius interdum India nomen vsurpant. Appel-
lant enim Indiam, omnem regionem, quæ duob. ma-
ximis

rimis fluuijs, Indo atque Gange, continetur. Hæcau-
tem vniuersa regio, Indostam ab accolis appellatur. *Indostam.*
Indus ab Occasu, Ganges ab Ortum fluit: vterque pari
propemodum à Septentrione intervallo ab Imao exo-
ritur. Indè autem præcipites magno impetu feruntur,
varijsque flexibus multas regiones interfluunt, mul-
tisque fluminibus vndique in illos influentibus au-
gentur, vsque ad eò, vt cum prope Oceanum sunt, na-
ues valde magnas aluei profunditate sustineant. Vter-
que autem cum in Oceanum inluit, ingentem sinum
efficit. Indè terra in Austrum magna spacijs longinqu-
tate procurrit, ita tamen, vt aliquando finibus arctius
angustetur, aliquando rursus laxata liberius dilate-
tur. In promontorium tandem, quem Indi appellant
Comorim, definit: in cuius sine angulus acutus effi- *Comorim
promontorium.*
citur. Patet autem hæc regio ab ostio Indi fluminis
vsque ad dicti promontorii finem in longitudinem
circiter. D. CCCC. passuum millia. Latitudo intero. *India mag-
nitudine.*
stia horum fluminum duorum, est circiter. D. CC. mil-
lia passuum, quæ deinde paulatim angustatur. Promon-
torij angulus extremus, qui, vt dictum est, ad Austrum
spectat, ex Septentrionali parte ab æquinoctiali regio-
ne circiter septem distat: quod spatium quadraginta
& nonaginta passuum millia conficit. Oras autem ma-
ritimas huius regionis, siue quæ ad Occasum, siue quæ
ad Ortum pertinent, quas Oceanus alluit, multæ & va-
riæ nationes incolunt. Illam tamen regionem, quæ
ad Occasum Solis spectat, eo tempore, quo nostri in il-
las oras appulsi sunt, maxima ex parte gens, quam Ma-
labares appellant, occupabat. Eam verò multi Regu-
li possidebant: quibus tamen omnibus fermè Cale-
cutij Rex imperitabat, & tributa ab omnibus exige-
bat. Neq; tamen tantum regionis amplitudine, quan-
tum portorij opes suas auxerat. Erat enim tunc il-
lud emporium Indiae celeberrimum, ad quod merca-
tores vndique confluerebant. Abundabat regio multis *Indorum
religio.*
importatis. Gens est falsorum deorum superstitione

*Brachma-
na, & eo-
rum fides
ac studia.* miserrimè confictata. Tempa habent quampluri-
ma. Maximo in honore habent sacerdotes, quos appel-
lant Brachmanas, penes quos arbitrantur esse rerum
diuinarum & humanarum scientiam. Reges nulli
fiunt, qui non sint prius eorum disciplinis imbuti.
Tempore belli securè possunt Brachmanæ vtrò citro,
quæ commeari. Inexpiable namque scelus existima-
tur, illos fecus, quàm postulat opinio sanctitatis, attingere.
Terna fila ab humero dextero in latus sinistrum
gerunt, vt designent trinam in natura diuina ratio-
nem. Credunt Deum in specie humana latentem
terras lustrauisse, vt humanum genus à peste sempiterna
redimeret. Hæc quidem, vt verisimile est, à
Christianis antiquissimis acceperunt. Artes Mathe-
maticas & Philosophiam colunt. Religionem sin-
gulari artificio simulant, & in specie fictæ pietatis
fraudes insignes in omni vita suscipiunt. Reliqui
Malabares eorum doctrinis instituti, portenta venerantur.
*Sacrum so-
lenne Indo-
rum.* Vndecimo Kalend. Septembris sacrum solenne fit, in quo pueri arcubus armati, in sodales per ludum sagittas leuissimas emittunt. Deinde ij, qui ætate magis prouecti sunt, similiter tela conijciunt, quibus multi grauissimè fauciati moriuntur. Cum ijs, qui ad hunc modum è vita discedunt, præclarè ætæ putant. Hos enim censent in cælum, vt cum dijs æuū exigant, immigrare. Multa sunt apud illos anniuersaria sacra, in quibus quidam varijs sibi modis in maximo hominum conuentu & celebritate vitam exhibent. Annum à Septembri mense inchoant, sed diem certum, vnde mensem incipiant, non habent.
Initium anni apud Indos. Astrologos & augures primùm consulunt, & ab hora, quam illi faustam atque felicem fore prænunciant, anni principium auspiciunt. Qui iam decimum quintum annum excessere, faciem eò die inuoluunt, & oculos obtegunt, nè quidquam aspiciant. Deinde à pueris in fana deducuntur, in quibus varia deorum signa sunt. Ibi detractis oculorum inuolucris, aspectum in res oppositas repente conijciunt. Quod si simula-

simulachrum Dei illius, quem præcipuè colunt, ante res alias contuentur, illum annum sibi faustum fore confidunt. Nobilibus sunt interdicta matrimonia, nè quidquam sit illis impedimento, quò minus perpetuò se in armis exercent. Habet autem quilibet eorum amicos ordinis eiusdem complures. Nefas enim est illis, mulieri, quæ non fuerit nobilis, commiseri. Similiter & illæ tot amatores habent, quot habere volunt, dummodò nobiles sint. Nulla est inter illos æmulatio: sed alij alijs per vices sine vilo dissidio aut obreſtatione succedunt. Si verò aliquis mulieri coniungitur, quæ nobilis non sit, aliorum nobilium gladijs conciditur. Similiter & mulieres, quæ eam legem transiliunt, idem supplicium subeunt. Testamento filios heredes non instituunt, eò, quòd ignorant, an sint ab illis progeniti. Eorum autem loco sororum filios sibi heredes asciscunt. Regum stipendio nutriuntur, & pro eorum statu intrepidè sese in quoduis vitæ discrimen iniiciunt. Umbilico tenus nudi ambulant. In dè vsque ad tibias demissis vestibus integuntur. Armis in bello vti non possunt, antequam Reges, apud quos sacramento dicunt, eos militaribus ornamentis afficiant. A pueris arma tractare condiscunt: magistros, à quibus militarem disciplinam accepere, summa obseruantia colunt atq; venerantur. Sunt in armis strenui, plurimumque celeritate valent. Si vir ignobilis eos attingit, nobilitatem contaminari, genusque pollui censent, & tam insignem iniuriam illata cæde miseris hominibus, qui in eos inciderunt, vlciscuntur. Idcirco qui nobiles non sunt, quoties iter faciunt, voces edere coguntur. Nobiles verò cum eos aduentare ex vocibus illorum præsentunt, eos desistere de via iubent: & sic fit, vt ignobiles mortis, nobiles maculæ sempiternæ periculum depellant. Illic neque nobilitatem obscurari flagitijs, neque generis obscuritatem illustrari virtutibus concessum est: sed omnibus est illa conditio necessariò subeunda, in qua maiores illorum versati sunt. Artificum genera ita sunt

*Nobilium
mores.*

*Artificum
distinctio.*

sunt distincta, vt non sit inter dissimiles vllū ius con-
nubij. Nec enim licet sartoris filijs futoris filias duce-
re; neq; aliam artem, nisi eam, qua pater illius victum
comparauit, addiscere: & sicia reliquis artibus sum-
mo studio retinendis, eadem à maioribus tradita dis-
ciplina conseruatur. Est genus deuotionis, quo se ex-
ecratione deuinciunt, si vno per iniuriam ceciso, reli-
qui omnes non in illo vindicando mortem oppetie-
rint. Hac ratione fit, vt non modò cum Reges interi-
muntur, sed cum socij vita priuantur, ijs, qui supersti-
tes sunt, humanitatis obliti, in gladios irruant, per om-
nes flammās currant, nullisque armatorum præsidijs
exterreri possint, quò minus necem ijs, qui socios inter
fecerunt, afferre conentur, vsque eò, dum ipsi varijs ca-
dibus absumantur. In scribendo neque charta vtun-
tur, neque papyro, sed stylo in folijs arborum sylue-
strium, quas propter nonnullam similitudinem pal-
mas appellant, literas exarant. Multorum verò seculo-
rum memoriam libris ad hunc modum factis diuissi-
mè conseruant. Multa eiusmodi folia ita præcidunt,
vt omnia longitudine paria sint: in quibus annales &
res historia dignas literis mandant. Foliorum verò ex-
tremitates perforant: ijs autè compingendis duo ligna
complanata, & ad eum modū perforata coniungunt.
Tum folijs ordine compositis, & lignis intrinsecus ad-
iectis, vtrinq; per foramina funiculos immittunt, & om-
nia complicant, & arde deuinciunt: & quod, post ita
compactum volumē, funiculorum vtrinq; superfluit,
circa illud inuoluunt, & illud nodis astringunt. Quo-
ties autem legere volunt, nodos laxant, & folia rursum
explicant. Multa dici præterea possunt de eorum mo-
ribus, quæ tamen ad alia necessariò properantibus om-
mittenda sunt. Calecutium est in medio fermè illius
oræ, quam paulò antè descripsimus, non procul à ma-
risitum. Porius, vbi naues tutò possint consistere, non
est vrbi cõiunctus. Vrbs ipsa ingens est. Aedes non sunt
continuae, sed discretæ, magnisq; hortis & viridarijs
latissimum

latissimum spatium occupant. Aedes Regiæ solùm ex
lapide structæ sunt; reliquis per leges minimè licet æ-
dificare magnificè, quamuis ditissimi sunt. Tellus est
fertilis & abundans rebus omnibus, quæ ad victum re-
quiruntur. Rex eo tempore omnibus illius regionis re-
gibus & potentia & opibus antecellebat. Hic erat Ca-
lecutij status eo tempore, quo nostri eò peruenerunt.
Gama post triduum ad Regē deductus à Catuale fuit:
literasque dedit, quas afferebat cum muneribus. Rex
munera contemnere visus est. Gama dixit, non esse mi-
randum, illa munera non esse maiestate illius dignif-
sima, propterea quòd Emmanueli exploratū esse mi-
nimè potuisset, nauigationem illam ad eò felicem fo-
re. Præterea nullum se munus ad illum clarius & am-
plius deferre potuisse ranti Regis amicitia. Si verò v-
tilitatem spectaret, reputaret animo, quanta posset v-
tilitas ab eo percipi, si singulis annis ingentes è Portu-
galia naues in regnum illius mercibus valdè preciosis
onustæ peruenirent. Petijt deindè, nè literas, quas à re-
ge Emmanuele deferebat, cum Saracenis communi-
caret, sed alijs interpretib; vteretur. Iam enim indicio
Monzaidæ compertum habebat, eos illi pestem atque
perniciem machinari. Lectis & explicatis à Monzaida
literis, Rex Gamam dimisit, illumq; admonuit, vt con-
tra Saracenorum fraudes se summa vigilantia muni-
ret. Gama summas illi gratias ob consiliū dedit: ab
eoque digressus domum redijt eo animo, vt, cum pri-
mum posset, se in naues reciperet. Saraceni interim col-
loqui inter se: de nostrorum pernicie coniurare: dome-
sticos & familiares Regis adire, fatigare precibus, cor-
rumpere donis, & obtestari, nè fidem maleficis homi-
nibus adhiberent. Gamam esse piratam immanem &
truculentum, & in omnibus oris, in quas hospitaliter
admissus fuisset, impressa latrocinij sui vestigia reli-
quisset. Per mercaturæ speciem, regionem exploratum
venisse, vt postea eam posset damnis quam plurimis af-
ficere. Paruum illū ignem esse, qui si non statim extin-
gueretur, fieri posse, vt illius incendio regnū illud con-
flagra-

*Diva sode-
litia.*

*Scripura
endorum
& charta.*

Historia

*Calecutij
fius.*

*Aterum
Gama cū
Calecutien
si Rege col-
loquitur.*

*Saracenorū
in Christiā
nos coniu-
ratio.*

flagraret. Hæc & alia eiusmodi Regis auribus inculcabant. Partim enim Christiani nominis odio, partim metu, nè nostrorum in illas regiones aduentu illi perlerentur, vel saltem non ita magnos quæstus facerent, omnia tentabant, quibus illis exitium compararent, Cataleam verò donis ad se pelliciebant, vt per calumniam & malitiam nostros, quibuscunq; rebus posset, euerteter. Rex cum esset ingenio vario atq; mutabili, æstuebat, & modò in hanc, modò in illam sententiam trahebatur. Si enim nostros de medio tolleret, vel saltem vt Saracenis aliquo modo satisfaceret, in custodiam tradi iuberet, perfidiæ maculam formidabat: si eos abire permitteret, nè Arabes illos, quorum opera vestigalia sua amplificata cernebat, ab se abalienaret, metuebat. Illi postremò vt nihil omninò prætermittent, ad Regem frequentes adeunt: è quibus vnum, qui inter eos & audacia, & dicendi artificio præcellerat, ad hunc modum loquutum fuisse, multi perhibent. **I**TA sumus de te, Rex inuictissime, meriti, vt humanitatem tuam iure atq; merito obtinere debeam. **Q**uantus enim cumulus ad vestigalia tua nostris mercibus & operis allatus sit, ad eò perspicuè est, vt nullius commemoratione indigeat. **P**ublicanos consule: scripturæ magistròs interroga: rationes puta, & exploratè cognosces, nos huic regno tuo nunquã inutiles extitisse. Adde, quòd hoc studium à maioribus nostris ingenitum habemus, qui multis ab hinc seculis hanc terram, vt patriam atque natale solum, coluère, & Calcutij Reges summa semper fide & pietate venerati sunt. Hanc animorum concordiam cum tuis antiqua officiorum consuetudine conglutinatam, & has tantas utilitates vt dissoluant, & funditus euertant homines isti proffigati atque perditii, qui modò huc appulsi sunt, nisi tu eorum consilij occurreris, summa contentione perficient. **Q**uod si tu id nondum suspicione consequeris, mirandū non est. **A**nimus enim verè regius, cū ex fide & animi sui candore de alijs coniecturam faciat, non faciliè adduci potest, vt credat, quem-

*Saraceno-
rum ad Re-
gem Cale-
cutiensem
in Christia-
nos, oratio.*

piam

in se pestem machinari. Præterea non sunt tibi mores istorum hominum cogniti, quos nos multis nostrorum experimentis exploratos & cognitos habemus. Multis enim nationibus, à quibus nunquam læsi sunt, ambitione tantum atque multa possidendi libidine stimulati, vastitatem & exitium intulerunt. **A**n tu credis, illos, vt commercium cum tuis habeant, è tam longinquis regionibus, cum tantis vitæ periculis huc peruenisse? **C**redibile non est. **S**ed aut piratæ sunt, clementiaque tua abuti volunt ad multorum perniciem, & ea de causa fictas tibi literas attulerunt: aut Rex, qui eos huc misit, nimis ambitiosus est: nec eos misit, vt tecum foedus ferirent, sed vt vrbes huius situm diligenter explorarent. **A**n non hac eadem arte Lusitani Reges in vrbes Africa cõplures inuaserunt? **A**n non bonam Aethiopiæ partem his fraudibus occupauerunt? **A**n parum liquet, quam multis gentibus isti latrones in hoc cursu graues iniurias intulerint? **M**ozambiquem armis aggressi sunt: **M**ombazæ portum sanguine repleuerunt: naues cum multis hominibus in via ceperunt. **Q**ui modò cum tam tenues opes illis sint, contineri non possunt, quin immanem importunamque naturam factis indicent: quid facient, cum multò maiores vires collegerint? **Q**uare si regni opes tueri vis, homines sceleratos extingue: si piratæ sunt, tanti sceleris meritas poenas luant: si à Rege potentissimo missi, vt horum interitu reliquis Lusitanis spem huius tentandæ nauigationis incidas, hos, quos in potestate nunc habes, interime. **F**aciliè malum nascens refecatur: at robustum & inueteratum, non nisi cum maximo labore comprimitur. **N**unc igitur, dum tempus est, occurre sceleri, refeca dominandi libidinem, statumque tuum præsidio confirma. **V**t autem nihil est credulitate regnis infestius: ita nullum propugnaculum poterit esse ad depellenda pericula sagacitate & diffidentia salutari munitius. **A**t quas merces aduexere? **A**d eò tenues, vt rumor est, vt ex illis possit intelligi, eos valdè egentes esse. **Q**uomodo igitur spera-

E 51 dum

dum est, vt qui rei familiaris angustia laborant, regnū tuum mercib. ingentis precij locupletent. Quid dicā de munerib. tibi nomine sui Regis oblati? Iudicare profectō non possum, vtrum nobis maiorem risum an grauiorem offensionem attulerint. putabātne Rex ille, cuius potentiam isti in cælum fictis laudibus effulerunt, se dona Aethiopiæ regulo cuidam mittere, qui erat propter inopiam et stultitiam leuissimis rebus in fraudem alliciendus? Itāne verò? ludibrio habitam fuisse potentissimi Regis amplitudinem? Tentari māfuetudinem? Contemni sapientiam? Sed dicet fortasse, hanc à nobis criminationem, propter odium, quod nobis cum gente Christiana est, cōfictam fuisse. Fateor esse nobis perpetuum cum gente nostris rebus infesta dissidium. Sed in hoc rerum discrimine, arbitramur non esse tam nobis de nostro statu, quā de tuo laborandum. Nobis enim, si Christianos ad tuam amicitiam aggregaueris, erit hinc necessariò semigrandum, vt alias sedes quæramus, in quibus non incommodè negotiari possumus. Illa interim vt querimonia poterimus apud Reges alios, quibus non erit ingratus noster aduentus, quod ignotos homines notis, alienos domesticis, suspectos spectatis, antetuleris. Quod tamē ad rem augendam attinet, vbi cunque fuerimus, non cum minore fortasse lucro & compendio negotium geremus. Tibi verò, nisi mature opem rebus tuis attuleris, valde vereor (quod DEVS omen auertas) ne sit intra paucos annos non modo de statu regni et imperio, sed etiam de salute cum gente nimis auara et ambitiosa, & bellicis in rebus acerrima, maximo cum periculo dimicandum. HIS & alijs eiusmodi orationibus Arabes illi pugnabant & à Rege contendebant, vt nostros perderet, & naues si posset, interciperet. At Gama interim, cum hæc & alia multa contra vitam suam scelera patrari animaduertisset, & Catualis fraudes et calliditates, quibus eum circumueniebat, perspexisset, diutius minimè cunctandum ratus est, & ante lucem Pandaranen ver-

Gama de fuga consilium.

fus iter suscepit, & tantum quantum potuit, accelerauit, nè à Catuale posset iter illius impediri. Præceperat autem, antequam in terram descenderet, vt quotidie sibi præsto scaphæ ad littus essent, vt posset sibi aliquod periculū à Saracenis intentū subterfugere. Illi interim nihil secius instare, & arma etiam cōparare, & omnes apud quos aliquid gratia poterāt, in nostros incēdere. Tantoq; odio flagrabant, vt cogitarent nostros armis adoriri. Cū verò intellexissent, Gamā abesse, id molestissimè tulerunt, & cum Rege egerunt, vt eum ab illa fuga retrahendum curaret. Rex igitur eorum sermonibus inductus, Catualē misit, qui Gamam remoraretur. Catualis igitur vt imperata cōficeret, Pandaranen summa celeritate contendit, Gamamq; summa vi retinere cœpit, & per simulationem officij, vt illum omni præsidio spoliaret, laborabat. Dicebat enim sibi summe curæ esse, vt is omnia à Rege, quæ vellet, impetraret. Id autem fieri non posse, nisi is Regis animum sinistris opinionibus exulceratū sanaret, vt intelligeret, quo animo nostri in eas oras accessissent. Proinde iuberet classem propius terram constituere, sibiq; & vela & gubernacula traderet, vt illis pignorb. posset Rex certus esse, illum in fide mansurum. Quod quidem Gama nulla se conditione facturum ostendit, quamuis esset sibi ob id acerrimū supplicium cum interitu vitæ subeundū. Inde porro ad fratrem literas misit, quib. vt antè præceperat, eū admonebat, vt si videret, eum diutius à gente perfida detineri, vela faceret, & in Lusitaniā reuerneretur, atq; Regi, quomodo via in Indiā aperta fuisset, indicaret. Se de vita minimè sollicitum esse: nè aut fructus tanti laboris interiret, anxie formidare. Interim verò summa cōtentione Catuali repugnabat, omnesq; illius fraudes cōstanter eludebat. Varijs altercationib. duo dies fuere sine vllō fructu cōsumpti. Tandē fit pactio inter eos, vt merces, quæ erant i nauib. in terrā exponerētur cū hominib. qui eas viderēt. Mercib. traditis, Gama dimissus à Catuale se in nauē contulit. Inde nunciū Regi misit, qui

Gama à Rege in cōtinente detentus.

Gama ad classem reuersus.

Catua-

*Exploratur
à Gama
Calecutiū*

*2. Lusitani
vni cum
mercibus à
Rege capti.*

*Belli Cale-
cutiensis
initium.*

Catualis in se perfidiam criminaretur, & doceret, se fraudibus illius coactum fuisse ita discedere. Ad hæc Rex se de causa cogniturum promisit, & si Catualem aliquo eiusmodi crimine alligatum depræhenderet, eum ita puniturum, vt deinceps fidem seruare disce- ret. Quod verò ad merces attineret, se eum admonere, vt Calecutium conuenendas curaret, vbi pluris veni- re possent. Assensit Gama, mercesq; Regis ipsius sum- ptu Calecutium importatæ sunt. Interim Gama na- uibus propius urbem deductis, singulis propè diebus binos aut ternos homines in urbem mittebat, vt sic tandem posset ab omnibus situs animaduerti. Nostri nullam iniuriam ab incolis interim accipiebant. Ga- ma verò se, quoad fieri poterat, pacis & amicitiaæ cu- pidissimum esse demonstrabat. Postulauit deinde Rege per nuncios, vt liceret sibi ad maius fœderis vinculum, relinquere hominẽ Lusitanum Calecutij, qui Regis Emmanuelis negotia procuraret. Rex siue quid nõ intelligebat, quorsum illa procuratoris in vr- be permãtio pertineret, siue q̃ suspicaretur, Gamã sine portorij solutiõe discedere velle, nõ mediocriter offen- sus est: respõsumq; dedit stomachi plenum. Gama cũ cerneret, respõsum longe secũs, quã postulatũ flagi- tabat, datũ esse, ne verbũ quidem illũ, quod in rem ef- fet, cum Rege leuissimo commutandum existimauit. Rex hoc Gamæ silentio multò acrius irritatus, duos homines Lusitanos, quos Gama cum mercibus Cale- cutium miserat, in custodiam dedit, mercesq; diligen- ter asseruari iussit. Gama à Rege flagitabat, vt sibi ho- mines cum mercibus redderentur. Rex in iniuria ni- hilominus perseuerabat. Hoc animaduerso Gama, vt ius suum obtineret, viribus vtẽdum putauit. Primam igitur nauem, quam in portum intrare perspexit, ar- mis expugnat: inde sex viros primarios, cum famulis vnde uiginti, vinctos abduxit, reliquam autem turbã dimisit. Deinde vela fieri iubet, ita tamen, vt à con- spectu terræ non procul abscederet. Sperabat enim, Regem, vt suos reciperet, Lusitanos cum mercibus

conti-

continuo redditurum. At Rex misit ad illum nun- cium, qui diceret, se factum illius vehementer admi- rari, quòd homines nobiles ex suis domesticis sine vl- la causa in vinculis detineret, cum ab illis nullam in- iuriam accepisset. Lusitanos enim, quos secum ha- bebat, se non prius dimittere voluisse, quàm ad Re- gem fratrem suum literas daret: seque illos confestim cum bonis atque literis dimissurum. Hoc promisso inductus Gama, rursus ad urbem propius accessit. Po- stridie veniunt Lusitani cum literis ad Emmanuelem scriptis. Misit præterea, qui Gamæ diceret, si vellet ali- quem in ea vrbe relinquere, qui Emmanuelis negotia procuraret, se operam daturum, vt id cum magno il- lius commodo fieret. Merces verò se ideo non remit- tere, quòd speraret fore, vt per manum illius, quem Gama ei negotio præficeret, venundari cum maio- re lucro possent. Respondit Gama, se mutãsse consi- lium, neque velle quemquam in ea vrbe relinquere. Proinde si vellet, vt is illius domesticos missos fa- ceret, merces cõfestim restitueret. Sequenti die venit in nauem Monzaïda animo perturbato, narratq; Sara- cenos tumultuari, insidias comparare, varijs calum- nijs animum Regis in nostros incendere, seque fuisse propter illorum dierum vsum, qui sibi cum nostris fuerat, in maximum vitæ discrimen adductum, vixq; eorum manus effugisse. Se nullo modo posse, quan- diu Calecutij maneret, vitam ab hominum perditio- rum insidijs defendere. Proinde illum orare & ob- testari, vt se in Portugaliã ducat. De rebus suis, quas Calecutij relinquebat, parũ esse sollicitum: vitam so- lum conseruare velle. Recepit illum in fidem Gama libentissimè, in Portugaliãq; perduxit: vbi ad Chri- sti nomen adiunctus, in omni vitæ ratione boni viri atque verè Christiani officio perfunctus est. Eadem die Rex septem lembos misit, in quibus merces, quas Gama requirebat, erant impositæ. Gama cum mallet vinctos in Portugaliã ducere, quàm in merces recupe- rare, ait se cũ tot mendacijs ad illum diem illusus fuis- set

*Regis ad
Gamam
nuncius.*

*Monzaïda
in cliente-
lam à Ga-
ma susce-
ptus.*

set, nemini iam fidem habere. Sibi exploratum esse, non omnia, quæ fuerant Calecutium inuenta, reportari. Orium verò, sibi non esse, ad ea, quæ deerant, inquirenda. idcirco se Malabares illos minimè dimissurum, sed in Portugaliã ducturum, vt illorum testimonijs apud Emmanuelẽ yteretur, vt posset intelligere Rex clarissimus, quibus iniurijs illius duræ atque legatus fuisset à Calecutij Rege, propter Arabes, homines scelestissimos, affectus. Hæc vbi dixit, ignem tormentis applicari iussit, vt eo terrore omnes sese in fugam darent. Rex hanc contumeliam indignissimè tulit, sed eam vlcisci non potuit, eò quod omnis illius classis esset propter anni tempus in terra subducta: veruntamen cum venti Gamam desicerent, neq; posset ea celeritate, qua volebat, ex illis regionibus abduci, Rex sexaginta naues actuarias instruxit, et armatis hominib. compleuit, vt in nostras naues incurreret. Sed excitata subito tēpestas classem hostiũ disiecit, & vento minimè nostris aduerso naues nostras à Calecutiũsũ conspectu celeriter abstraxit. Gama tamen ex eo portu, quẽ primũ subire potuit, litteras ad Calecutij Regẽ dedit, in quibus, quot indijs appetitus à Mahumetanis, quot dolis proditus à Catuale fuerat, enarrabat. Eamq; rationẽ fuisse dicebat, cur eũ minimè ante suũ discessum salutasset. At tamen se fore semper illius studiosissimũ, operamq; daturũ, vt Rex Emmanuel omnia, quæ ad dignitatẽ illius pertinere videret, studiose atq; libẽter efficeret. De viris autẽ illius domesticis, quos ceperat, nõ esse cur sollicita retur: fidẽ namq; dabat, se curaturũ, vt salui & ornati in patriã redirent. Has litteras per vnũ ex captiuorum famulis, quẽ in littore constitui iussit, perferẽdas misit. INDE verò digressus, ad paruas quãsdã insulas dilatus est, Sed antequã ad eas accederet, octo naues longẽ in illius naues inuehuntur: quarum septem fugauit, & vnã cepit multiplici comeatu, varijsq; fructibus onustam. Erat autem classis illa piratũ cuiusdã, cui nomen erat Timoia, hominis acris, quomodo

*Calecutiana
classis ad-
uersus Lus-
itanos.*

*Gama ad
Calecutij
Regem li-
tera.*

*Gama à
Calecutio
discessit, et
victoria na-
ualis.*

*Timoia Pi-
rata.*

omnes, qui mare illud nauigabant, valdè metuebant. Ex insulis illis in insulã, Anchediuam nomine, quẽ aberat à continente circiter quatuor passuum millia, eursum direxit, vt in ea quomodocunq; posset, naues diuturna iactatione quassatas reficeret. Ibi cum vndique multi illius videndi gratia confluere, venit inter alios vir familiaris atq; domesticus Dynastæ cuiusdam, qui insulam non longè ab ea regione sitã, dominatu premebat. Insulam appellant Goam, Dynastam Zabaium nominabant. Erat autem Zabaius vir animo magno præditus, militaribus & imperatorijs artibus instructus, multosq; milites alebat, & omnes, quos acres in armis cognouerat, ad se magnis stipendijs inuitatos aggregabat. Illius verò familiaris, quem diximus ad Gamam adijt, eumq; Italo sermone nomine Zabaij honorificè admodum salutauit. Dixitq; præterea, Zabaium illius fama commotum, omnia curaturum, quibus illum indigere perspiceret. Proinde siue illi comætu, siue armis, siue pecunijs opus esset, omnia sine vlla dubitatione postularet. Illum namque minimè boni principis & amici officio defuturũ. Admiratur Gama & viri speciẽ, & orationis Itale vcnustatem, & ingeniũ, quo ad omnia, de quibus illũ percunctabatur, acutissimè respondebat. Quæsiuit ynde esset oriũdus. Narrat se in Italia natũ. Cum tamẽ Græciã versus cũ parentib. nauigasset, in piratas incidisse, & varijs casib. in tantã miserã deuenisse, vt sine vlla spe reditũ principi Mahumetano seruire cogeretur. Cũ deinde multa solerter inquireret, & curiosus, quã par erat, indagaret, & quasi res alias agere videretur, à proposito sæpè deflecteret, & rursus ad institutũ sermonẽ rediret, Gama suspicatus est esse proditorẽ, neq; salutãdũ, sed speculãdũ gratia eò se cõtulisse. Itaq; ea suspiciõẽ tactus, hominẽ corripit, & vehementissimè torqueri iubet. Is doloris magnitudine coactus, se natione Sarmatã, religiõẽ verò Iudẽũ esse cõfiteretur in Zabaij; famulatu versari, ab eoq; missũ vt nostras naues specularetur: & quot milites in illis esset, & quibus armis

*Proditio
detecta.*

*Gama in
Aethiopiâ
reditum.*

*Magadaxû
Aethiopiæ
ciuitas.*

*Pugna cû
Saracenis
naualis.*

*Melindensis
Regis ad
Emmanue-
lem legatio*

*Zamziba-
ris insule
descriptio.*

armis vterentur, inspiceret. Illum namq; in animo habere, comparata classe, nostras naues opprimere. Hac re intellecta, Gama cum primû potuit, inde profectus est. Iudæum tamen missum facere noluit. Hic postea Christianus, effectus, Gasparis nomē obtinuit, Regique Emanueli egregiam operam multis in rebus nauauit. Ex ea insula digressus Gama, institutum cursum tenuit, ita tamen, vt propter ventorum nimiam lenitatem tardè & incommodè nauigaret. Pelago illo ingente transmissio, in Aethiopiæ, quæ supra Aegyptum est, oras ad Austrum pertinentes delatus, ad ciuitatem nomine Magadaxum peruenit: quam cum accepisset à Saracenis possideri, tormentis acerrimè verberauit, maximamque moenium partem disturbauit, & naues, quæ erant in portu, aut depressit, aut crebris ictibus, quò minus citò nauigare possent, impediuit. Inde profectus, in octo Saracenorum nauigia incidit, quæ in illum impetum tulerunt. In ea Gama cõfestum inuectus est, paruoque certamine omnem illam classem fugere compulit: quam tamen insequi nõ potuit, eò quòd ventus deficeret. Tandem in Melindensem portum ingressus, fuit ab amico principe satis amanter exceptus, multisque rebus ad milites ex labore & morbo grauissimo reficiendos adiutus. ibi quinque tantum dies commoratus (verebatur enim, nè tempus flectendi promontorij propter hyemem, quæ adueniabat, efflueret) vela pandere statim iussit. In naues tamen prius legatum Melindensis principis accepit, quem is ad Emmanuelem mittebat. Et quia nauis Pauli Gamæ ex vetustate nimia laborabat, & dissolutis aliquot in locis compagibus, aquam immodicam accipiebat, & nauis atque milites ad tres naues dirigendas atque tuendas deficiebant, incendere eam iussit, fratremque in nauem suam recepit. Milites verò atque nauas cum Nicolao Coelio ita diuisit, vt illi partem attribueret, partem ipse retineret. Tertio kalè Martij peruenit in insulam nomine Zamzibarim, fertilem & opimam, fontibus crebris, & densis nemoribus

amcenam

amcenam, multisque gregibus abundantem, à continente circiter passuum viginti quatuor milibus distinctam: in qua, præter alias arbores, altissimæ Mali medicæ in syluis sponte nascuntur, è quarum floribus cum ventus leniter spirat, in loca etiã longinqua suavissimi odores afflari dicuntur. Insulæ Princeps quauis sectam Mahumeti sequeretur, Gamam tamen benignè complexus est, illumque comeatu & fructibus onerauit. Mozambiquen deinde præteruectus, ad aquationem S. Blasij naues appulit, quo in loco aquationi, & lignationi, & venationi operam dedit. Ventis exclusus, eos portus, in quibus exules remanebāt, subire non potuit. Promontorium Bong spei sexto kalè Maij superauit. Inde ad insulam S. Iacobi ventis secūdis naues appulit. Inde verò duces aduersa tempestate dispulsi sunt. Nicolaus Coelius Olyssipponem recta contendit. Gama in insulam, quam appellant Tertiã, nauigauit. Erat enim frater illius Paulus Gama diuturno morbo oppressus, atque tunc propemodum cõsumptus, ita, vt maris iactationem ferre nullo modo posset. Itaque vbi vita functus est, Vascus Gama exequijs ritè per solutis, vt quod reliquum erat itineris conficeret, inde proficisci maturauit, Olyssipponisque portum subiit Anno à Christo nato, M. cccc. xcix. QVO quidem tempore iam Rex omnia, quæ eis in nauigatione, & in India, & reliquis partibus acciderant, è Coelio cognouerat. Homines interim admiratione quadam defixi, eos, qui ex India redierant, quasi ab inferis excitatos intuebantur. Multi tamen desiderati sunt morbis grauissimis absumpti, Centum & quadraginta & octo profecti cum Gama fuerant: quinque & quinquaginta tantum reuersi sunt, & hi maxima ex parte labore & inualetudine debilitati. Gama fuit à Rege cum multis laudibus acceptus, & titulis, & ornamentis, & muneribus ob tam præclarum facinus perinde atque merito erat, illustratus. Et Coelius itè que socios cuiusque meritis & dignitate remunerati. Hoc autem

F

tempo-

*Gama
Portugaliâ
versus nauigatio.*

Tertia insula.

*Pauli Gamæ mors.
Vasici Gamæ in Lusitaniam optatus reditus.*

Emmanuelis in Gamam & Coelium atque socios munificentiæ.

RES EP- tēpore Emmanuēli visum est, ossa Ioā. Regis, quæ erāt
ROPEAE. Syluis Algarbij ciuitate, in tēplo maximo eiusdem ci-
Bataglia uitatis condita, in oppidū, quod Bataglia nominatur,
Lusitanie transferre. Obtinuit autē oppidū id nomē, propter pre-
oppidum. lium illud acerrimū, quo Ioann. Portugaliæ Rex, hoc
 nomine primus, Ioannem Castellę Regē, Henrici Re-
 gis filium, nō longē ab eo loco superauit. Perspicuū est
 enim, Batagliæ nomine prælium significari. Extruxit
 autē Ioannes primus eo in loco templum in honorem
 Sanctissimæ Virginis amplissimum: statuitq; vt in æ-
 dibus, quas in eum finem ædificauit, templo coniun-
 ctis, religiosi viri, qui Diui Dominici institutum se-
 querentur, habitarent, vt sacra conficerent, & vicinos
 populos sanctis disciplinis instruerent. Eum autem lo-
 cum sepulturæ suæ delegit. Nec ille solum, sed illius fi-
 lij, & Rex Alfonso, & Alfonso Ioānis secundi filius,
 multiq; præterea Lusitani principes eodem in templo
 sepulti sunt. Emmanuel igitur vt eodem etiam in loco
 Ioannis reliquæ conderentur, in Algarbium cum Ge-
 orgio Ioannis filio, & multis præterea viris nobilitate
 & virtute præstantib. profectus est. Aperto autē sepul-
 chro, Ioannis corpus in tegrum inuentum est, ex quo
 sua uisissimum odorem diffusum fuisse memorāt, cum
 ingenti omnium admiratione. Nam supra quatuor
 annos in eo sepulchro constitutum iacuerat. Addebāt
 permulti, fuisse illi, editis in eo loco miraculis, egregiē
 sanctitatis testimonium à Deo tributum. Fuit autem
 ram solenni pompa delatum, & tanta hominum fre-
 quentia & celebritate, quæ illud prosequeretur, orna-
 tum vsque eò, dum in sepulchro conderetur, vt nihil
 omnino fuerit ab Emmanuele prætermisum, quo pos-
 set, quanta fide Ioannis memoriā coleret, apertē si-
 gnificari. Qui tamē interim Indiæ studium nō inter-
 mittebat, & classē, quam rursus in orientis Solis re-
 giones immitteret, ædificabat. Sed cum esset ea men-
 te, vt nihil vnquam ageretur animo, quod non castissi-
 mæ religionis auspicio instituendum arbitraretur, in
 eo loco, vbi Henricus templū in honorem sanctissimę
 Virginis

*Lusitanorū
Regū Mau-
solum.*

*Ioannis Re-
gis corpus
quarto post
mortē an-
no trans-
latum inte-
grum.*

*Templi D.
Virginis ab
Emmanue-
le conditū.*

Virginis edificarat, vt dictum est, aliud templum mul-
 to amplius, & magnificentius ædificare instituit: cuius
 statim fundamenta iecit, eiusdemque diuine Vir-
 ginis, quam singulari pietate colebat, memoriæ conse-
 crauit. Locū illum Betblehem appellari voluit, nomi-
 ne ab ea ciuitate sumpto, in qua CHR ISTVS ad hu-
 mani generis salutem natus est. A sciuit autem homi-
 nes singulari religione, qui se Diui HIERONYMI
 institutum sequi profitebantur: quos in illius templi
 custodia poneret, qui sacra conficerent, & nūmen di-
 uinum religione placarent: & omnes nauitas atque ve-
 ctōres, qui ex varijs partibus eò commeare solent, sancti-
 tas disciplinis erudirent. Eum verò locum sepulturæ
 suæ delegit. Arcem deinde in rupe, quam marini flu-
 ctus circumfluunt, non longē à templo Occasum So-
 lis versus, instituit munitissimam, quæ prohiberet por-
 tus Olyssipponensis aditu naues omnes, quæ non se pa-
 cificas esse, signo nauitis visitato significarent. Classis
 autem, quam misit, erat tredecim nauium. Mille &
 quingentos milites habebat, erat præterea bellicis mu-
 nitionibus egregiē instructa & armata. Illi verò Pe-
 trum Aluarum Capralem, cuius virtuti plurimum
 fidebat, præfecit. Caprali autem præcepit, vt quoad
 fieri posset, amicitiam cum Calcutij Rege firmaret,
 ab eoque peteret facultatem arcis prope urbem ædifi-
 candæ, qua Lusitani possent vitam ab hostium im-
 manitate tueri, & sine vllō periculō negotiari. Quod
 si videret Regis animum ad eò à nostris alienatum, vt
 omnem fœderis rationem aspernaretur, illi bellum in-
 ferre minimè dubitaret. Iussit præterea, vt, si posset
 Melinden accedere, Regi significaret, sibi gratissi-
 mam illius legationem fuisse, eiusque causa omnia,
 quæ postularēt, libentissimè facturum. Misit autē in
 hac classe quinque monachos religionis opinione præ-
 stantes, ex his, qui FRANCISCI viri sanctissimi mo-
 res & instituta sequuntur, qui Calcutij, si fœdus ritè
 fieret, remanerēt, vt Lusitanis, qui erant in ea vrbe ne-
 gotiandi causa mansuri, sacra ministrarēt: & si qui ex
 alienis

*Locus se-
pulture ab
Emmanue-
le detectus*

*RES INDI-
CAE.*

*Noua Clas-
sis in Indi-
am destinā-
ta.*

*Petrus Al-
uarus Ca-
pralis Clas-
sis præfe-
ctus.*

*s. Monachi
ordinis D.
Francisci
in Indiā
missi.*

L I B E R

alienis gentibus ad CHRISTI nomen adiungi vel. lent, eos sanctis disciplinis instituerent. His autem erat præfectus Henricus vir singulari religione & pietate, qui postea ob vitæ sanctimoniam Septensis Pontifex effectus est. Soluit autem Capralis cum omni classe viij. Idus Martij, Anno à CHRISTO nato, M. D. POST hæc Emmanuel Georgium Ioannis Regis filium nouis titulis honestauit, vxoremq; illi dedit Beatricem, Aluari, cuius sæpè mentio facta est, Brigantini Ducis fratris filiam, singulari probitate foeminam. Alfonso verò, filium Iacobi fratris ipsius Emmanuels, cui Ioannes propria manu necem intulerat, magistrum equitū effecit. Erat autem Alfonso notus: mater tamen illius fuit mulier summa nobilitate, quæ Iacobi eximia pulchritudine, tēpore, quo is in Castella versabatur, accēsa, operā summo studio dedit, vt illius complexu potiretur. Hoc eodē anno, qui fuit à CHRISTO nato, M. D. princeps Michael, Emmanuelis & Isabellæ filius, cū iam duos ferme annos natus esset, morbo sublatus est. Fernāndus verò & Isabela rursus, vt noua affinitate sibi Emmanuelem deuiarent, elaborarunt. Mirè enim cupiebant filiā suam Mariam illi collocare. Emmanuel vbi id intellexit, summa voluntate eorū desiderijs assensus est. Nec enim aliud poterat esse matrimonij vel generis amplitudine, vel dotis magnitudine, vel virtutis egregiæ significatione clarius, & eorum vtriq; conuenientius. Eluxit enim in Maria summū modestiæ, & mansuetudinis, & probitatis exemplum. Sed quia matrimonij propter affinitatem in matrimonio Isabellæ contractam, per Pontificij iuris sanctiones iungi minimè licebat, à Pont. Maxi. postularūt, vt eos solueret legib. nē religione aliqua posset impediri coniunctio, quæ tam multas vtilitates erat omnib. Hispaniæ regnis allatura. Hac impetrata à Rom. Pont. facultate, nuptiæ celebratæ sunt. Quāuis aut noua nupta illi propter insignem virtutē maximè cordi esset, nō illius tamen amor eū poterat ab ea cupiditate deducere, qua tenebatur. Cupiebat enim, vt maiorum

Annus
Christi
1500.
RES EP-
ROPEAE.

Michaelis
Hispaniæ
Principis
mors.
Emmanue-
lis secundæ
nuptiæ.

iorum suorū vestigijs insisteret, in Africam transire, vt Mauros bello premeret. Multi fuerunt in consilio, qui eum ab ea cogitatione conarentur auertere. Dicebat enim, non esse regium munus, exercitum ducere: sed ijs, qui exercitum ducerent, imperare. Præterea ad Mauritaniā omnem debellandam, copias minimè suppetere: ad bellum commodè ducendum eas sufficere, quæ erant strenuis Ducibus assignatæ. Minimè autem pertinere ad illius dignitatem in Africam trajicere, nisi cum illis copijs, quibus posset omnem illam regionem sub imperium subiungere. Accedebat, quod nondum filium habebat, quem posset, si illum casus aduersus belli sustulisset, heredem relinquere. Nē vellet igitur gloriæ causa Regnum in tantum discrimen iniicere. Regis enim gloriā sempiternam patriæ caritate contineri, non in bello sine vlla publica vtilitate suscepto consistere. Ad hæc vxor cum lachrymis illum obsecrabat, nē vellet tam subito discessu dare sermonem multis, qui interpretarentur, illud consilium non tam bellandi studio, quàm illius deferendæ cupiditate susceptum. Multò sibi tolerabilius fuisse, nunquam dōmum ab illo ductam esse, quàm ductam repentē relinquere. Illud enim consilij, hocæbitatis argumentum continere. Ad hæc per literas cum parentibus agebat, vt Emmanuelem ab eo consilio reuocarent. Neque se, quod minus bellum à viro fieret, recusare, sed nē eo tempore fieret, enixè contendere. His quidem argumentis & consiliarijs, & vxor eum ab instituto nitebatur abducere. Ille tamen nihilò secius in eo perūtebat, & bellum summo studio comparabat. Exercitum summa celeritate conseribi, & classē instruere iussit. Exercitus viginti sex millia peditum continebat, & sex millia equitum, & equites præterea cataphractos octingentos. Cum his copijs se, quod animo designabat, confecturum facillè confidebat. SED in hoc suscepti atq; propemodū instituti belli apparatu, crebri ad eum rumores allati sunt, Baiazetum Turcarum Imperat. ingentem classē in-

Expeditiō
in Africam
Emmanue-
li dissuasæ

Exercitus
Emmanue-
lis.

Turcarum
in Græcos
& Venetos
expeditio.

*Veneri sub
fidium con-
tra Turcas
ab Emma-
nuuele pe-
tunt.*

*Pontificis
ad Emma-
nuuelem lite-
re pro Ve-
netis.*

struxisse, qua omnes insulas & ciuitates Græciæ, quæ ad Venetorum Imperium & ditionem pertinebant, euerteret. Veneti cum id exploratum habuissent, & quantus contra illos scriberetur exercitus, acceperunt, neque tantam belli molem se solos sustinere posse cõfident, cum ab alijs Regibus Christianis, tum ab Emmanuele auxilium per Legatos petierunt. A Pontifice Maximo præterea flagitarunt, vt ab Emmanuele postularer, vt ea classe, quæ iam erat rebus omnibus instructa, Rempu, illam iuuare vellet. Itaque Pontifex Legatis Venetis, qui cum his postulatæ ad Emmanuelem Reipub. suæ nomine mittebantur, literas ad eum dedit, quibus admonebat, nè Venetorum postulatæ negligeret. Commune namq; Reipub. Christianæ discrimen coniunctis omnium Christianorum viribus esse depellendum. Cogitaret enim, si sempiternus Christiani nominis hostis, quod animo designabat, efficeret, quanta cum superbia esset in Italiam, deinde in Galliam, & Hispaniam inuasurus. Bellum Africanum intermitteri commodè posse: at occasionem tantæ calamitatis arcendæ prætermittam reuocari nõ posse. Multo deinde esse ad laudem illustrius, ab amicis propulsari, quàm inimicis inferre periculum. Multos Italiæ Principes esse ad auxilium Venetis afferendum incitatos. Sed eos non tam citò posse opem afferre, quàm periculi magnitudo postulabat. At Emmanueli, cum iam classem omnibus rebus ornatâ haberet, nihil impedimento fore, quò minus, si vellet, ad se omnem gloriam illius Reip. conseruata reuocaret. Celeritate opus esse, quam reliqui propter rerum suarum difficultatem adhibere nõ poterant. Videret autem quanta gloria illius esset futura, si Resp. Veneta à vicinis deserta, ab eo, cuius regnum tanto locorum intervallo diffidebat, in tanto discrimine sustentaretur. Postremo in illius belli societate non solum humanitatis atque virtutis, sed etiam Christianæ pietatis specimen clarissimum, sempiterna memoria consecrandum, dari ab illo posse. His rationibus inductus Emmanuel, & Pontifi.

& Pontificis etiam literis ad misericordiam inflexus, Legatis benignè respondet, seque officio suo minimè defuturum pollicetur. Statuit igitur, vt ex tota classe triginta naues, quanta maxima celeritate fieri posset, re frumentaria & omni comæatu ad tam longinquam nauigationem necessario instrueretur. Et quia classe diminuta, nõ poterat ille pro dignitate bellum per se Mauris, vt cogitauerat, inferre, illud in aliud tẽpus distulit, & toto animo in opem, quam erat Venetis allaturus, incubuit. INTER IM dum hæc summo studio geruntur, in Mauritania hæc euenerunt. Ioannes Menesius post illam victoriam, quam de Baraxa & Almandarino consequutus est, iussu Regis in Portugalia redijt. Deinde anno. M. D. I. fuit Arzilam remissus cum supplemento centum & quinquaginta equitum. Sic enim bellum à nostris gerebatur in Africa, vt rarò pedites depugnarent: & idem omnes ferè copiarum, quas Reges summittebant, erant ex equitibus. Eo tempore Rodericus Castrensis Tingitanæ ciuitati præerat. Menesius cum primùm Arzilam attingit, contineri diu non potuit, quin Mauros aliqua clade afficeret. Quia verò tantas copias non habebat, quantis erat opus ad rẽ, quam cogitabat, comodè gerendam, Castrensem per literas ad facti societatem inuitauit. Cõiunctis hac ratione copijs, in maximos pagos intendunt, inopinatoq; Mauros aggrediuntur. Maxima eorũ pars formidine perterrita, se in fugam dedit. Multi tamẽ vt in extremo vitæ casu dignitatẽ retinerent, acerrimè dimicârũ. E quib. multi occisi, centum verò & octoginta capti fuere. Cũ verò ex nostris equites quinq; septem Mauros cõspicati fuissent, qui cum quinq; mulierib. latenter fugiebant, eos insequuntur. Mauri quãuis equos nõ habebant, eos enim amiserat. pedib. tamen, vt summa contentione resisterẽt, se parabant. Fuit atrox inter illos atq; nostros pugna commissa, & diutius vtrinq; quã pro numero dimicatũ. Mauri tres equos confodiunt, & omnes nostros conuulserant. Nostri verò omnes eos concidunt. Vnus ex Mauris cum

*Emmanue-
lis ad Vene-
tos Legatos
responsum.*

*Classis Li-
stiana Ve-
netis mis-
sa subsidio*

RES AFRICANAE.

*Annus à
Christo na-
to. 1501.
Belligeran-
di in Afri-
ca ratio.*

*Victoria de
Mauris re-
lata.*

*Acriis veli-
tatio.*

*Maurus
quidam*

ab amafia in præliū excitatus, ris cum in extremo iam vitæ discrimine fortiffimè pugnaret, sponsæ, quæ erat in illo mulierum comitatu, tantum dolorem attulit, vt maxima voce exclamans, diceret: Itane verò, animè mi, videbo te crudeliffimè necari, neque tibi opem vllam afferam? lachrymisque tantum mortem tuam prosequar, & non me sociam tibi mortis adiungam? Te extincto, quam ex vita iucunditatem percipiam? Hæc vbi dixit, in nostrorum gladios ruit, & equitem vnum, qui pedibus (iam enim equus illius erat occisus) cum mulieris sponfo dimicabat, summa vi corripit, & ad eum arctè cōplectitur, vt is se expedire non posset. Parumque abfuit, quin abilius sponfo vita priuaretur, propterea quòd gladio vt non poterat, sed aliquum interuentu, qui iam reliquos occiderant, pugna fuit cum omnium hostium interitu finita. Ita tamen hi septem Mauri conciderunt, vt in extremo etiam spiritu virtutis egregiæ significationem darèt. Fuit præda ingens capta, multi pecorum & armentorum & equorum greges abacti. Cum verò duces exercitum in ciuitates, vnde fuerant profecti, subducerent, & à pagis quatuor passuum millia abessent, dux oppidi munitiffimi, quod appellant Mauri Alcaffarel quibir oppidum, Alcaffarel quibir, cum equitibus mille & ducentis, in nostros inuadit, & agimè postremum, quod Menesius ducebat, aggreditur. Nostri ordine instructi, progrediebantur cum præda, & vt se à Maurorum incurfione defenderent, non autem vt illos offenderent, laborabant: & ita paulatim excedebant, quamuis à Mauris leuibus prælijs certaretur. Genus autem pugnæ hoc erat. MAURI hastis infestis in nostros incurfabant, & continuo se cursu recipiebant: vnde rursus alijs cursibus in itis, in nostros impetum dabant. Nostri reiectis parmis eorum ictus excipiebant, & respectantes, equorum terga tegebant, & equos, quoties acrius premebantur, in hostes concitabant. Cùm verò Mauri ferocius instarent, Menesius in illos cum parte copiarum inuectus, impressionem fecit, qua quinquaginta ex illis hastis transfixi conciderunt Mauri cū cernerent

cernerent nostros cum præda paulatim abire, consilium inierunt, vt cum nostris acie instructa dimicarent. A cursibus igitur abstinentes, in ordinem à Ducibus coguntur. Menesius prælium minimè detrectabat Constitit igitur, & misit ad Rodericum Castrensem, qui diceret, se in animo habere prælij casum experiri. Proinde si ei videretur, suos in nouissimum agmen reduceret, vt vno agmine facto in hostes irruerent. Respondit Castrensis, non esse boni Imperatoris, fortunæ varios euentus in rebus ex animi sententia gestis absq; vlla necessitate periclitari. Multa namque accidere, quibus id, quod feliciter inceptum fuerat, Ducum insolentia teterrimè caderet. Hostes esse numero plures: nostros verò posse, si vellent, cū tam facilem receptum haberent, prælij periculosi conditionem recusare. Strenui verò Ducis esse, commodo suo, non ex hostium voluntate prælium inire. Prædam esse satis magnam: ex nostris neminem desiderari: nè vellet igitur quod egregiè factum erat, consilio audaci corrumpere. Menesius non improbauit consilium. Mauri verò, dum nostri tempus in hac consultatione consumunt, anima duertentes nostros commorari, existimârunt eo consilio cōsistere, vt signa in illos inferrent. Cùm verò multis in locis experti fuissent, quàm acriter nostri, post rem obstinato animo constitutam, ferro decernerent, abierunt. Nostri verò Duces præda diuisa domum incolumes reuersi sunt. NON post multos dies Menesius certior factus est Mauri cuiusdam speculatoris indicio, Fessensem Regem egressum esse, vt excursionses faceret, & Tingitanam ciuitatem vel expugnaret, si posset, vel agrum saltem popularetur, & quàm maximam posset vastitatem nostrorū reb⁹ inferret. Habere autem sub signis equitum duodecim millia. Tingi verò tanta celeritate contendere, vt non posset nuncius ad Castrensem, antequàm ille accederet, peruenire, maximè verò cū nulla esset via, vbi hostes eo tempore nō insiderent. Hac re percussus Menesius, igne tormentis æneis applicare iussit, vt globorū strepitu posset

*Menesij cū
Castrense
de prælio
inuenido
consultatio*

*Alcaffarel-
quibir oppi-
dum.*

*Maurorum
cum Lusitanis
voluntatio.*

*Fessenfis
Regis in
Tingitanos
expeditio.*

*Fallida lite
rarū mi. ē.
darū ratio.*

*Parū felix
Lulitanorū
in Mauros
eruptio.*

*Rara Lupi
Martini for
tuito.*

posset Castrensi significare, quo in periculo versan-
tur. Præterea ciuis quidam Tingitanus proximis illi
diebus Arzilam venerat, & catellam ibi per obliuionē
reliquerat. Menesius catellam ligari, literasq; cæra
circumlitatis, quibus ea, quæ acceperat de Regis aduen-
tu, nuciabat, collo illius appendi iubet, eamq; sub no-
ctem a cerrimè verberatam in littore constitui. At ca-
tella dolore verberum grauius affecta, tanta celestia-
te domum properat, vt ante lucem ad Tingi portas af-
fisteret. Ibi lectis literis, Castrensis, vt omnes in armis
parati essent, imperat. Vix hæc facta fuerant, cum rex
ciuitati appropinquauit, maioremq; partem exercitus
præmisit, quæ populationem agris inferret, & omnes
greges abigeret, & homines, quos in agris inueniret,
ferro trucidaret. Castrensis vt illis resisteret, egressus
vrbe, in eos inuectus est. Sed multitudine oppressus, in
vallum, quod est à nostris circum vrbein munitionis
gratia constitutum, se magno cū labore recepit. Ante-
quam enim id efficere posset, fuit vtrinq; plus duabus
horis acerrimè dimicatum. Cecidit in ea pugna Castren-
sis quidam filius, & octo equites viri fortissimi, & ipse
Castrensis hastæ coniectu fuit in facie grauissimè vul-
neratus. Nostris intra vallū receptis, Mauri nihilo se-
cius instant, & intra vallum irrumpunt. Cū verò no-
stri in vrbe se recipere conarentur, Mauri nostros acri-
ter insequentes, vt simul in vrbe irruerent, summa co-
tentione pugnabant. Hac re animaduersa, Castrensis
cum equitū turma in Mauros conuersus, tanto impe-
tu in eos incurrit, vt facilè receptum omnib. præberet.
Postremus omnium quidā eques egregiè fortis, Lupus
Martinus nomine, vrbe ingressus, vectè ad medias
portas induxit. Cū autē multi illum magnis clamo-
ribus admonerent, vt totam portam clauderet: respon-
dit, nunquam se tantum facinus admitturum, vt eam
Portugalen sibus maculam significatione timoris in-
ureret. Se paratum esse, pro illius mediæ portæ defen-
sione ad extremum vitæ spiritum dimicare. Neque
solum hoc dixit, sed factis etiam ostendit. Nam cū
Mauri

Mauri in illum ferociter inuaderent, primum impe-
tum animo magno sustinuit, donec multi opem illi
afferrent, quorum virtute exclusi mœnibus Mauri, se
in castra contulerunt. AT Rex post dies quatuor, *Tingi oppi-
dū obsidio-
ne soluit.* castris inde motis, Arzilam exercitum traducere ma-
turauit. Menesius per speculatores de aduentu illius
certior factus, præsidij in vrbe dispositis, copias suas
in locum, quod appellant oppidum vetustum, edu-
xit, aciemque equitum & peditum instruxit: quibus
imperauit, vt se continerent vsque eò, dum is signū
daret, quo animaduerso erant omnes exituri. Interim *Christiano-
rū in Mau-
ros insidia* verò, vt hostium exercitum specularetur, cum vigin-
ti tantum equitibus ad flumen, quod dulce nomina-
tur, progressus est. Ibi cum multitudinem hostium
conspiceret, se in oppidum sensim atque leniter reci-
piebat. At illum abeuntem antesignani Maurorum
equites adoriuntur tanto impetu, vt cogere illum,
cū iam non longè ab eo loco, in quo suos relique-
rat, abesset, in illos equum iacitare. Sed eo tempo-
re non habebat secum nisi quatuor tantum equites,
reliqui enim multò celerius, quàm dicebat, in oppi-
dum regressi fuerant. Equites tamen quinquaginta
cū illum in hostes incurrere perspicerent, quanta ce-
leritate possunt accurrunt, tantoque impetu in hostes
feruntur, vt eos funderent, magnamque cædem ede-
rent. At qui in oppido vetusto relictī fuerant, cū
animaduertent, Menesium longius hostes fugien-
tes insequi, non esse signum diutius expectandum
rati, vt illi suppetias afferrent, accelerant. Sed iam
Mauri eo tempore per alias campi partes immissi, vias
omnes obsederant. Menesius interim animadu-
rens à Rege recentes & integros equites, qui fessis &
vulneratis succederent, frequenter mitti, seque, cū
paucis hominibus stipatus esset, non posse villo mo-
do hostium impetum sustinere, vt se ad suos recipe-
ret, omni contentione pugnabat. Quod non sine
maximo labore fieri potuit. In hoc tantovite discrimi-
ne aliquot illius equites ceciderunt, & multi vulnerati
sunt,

funt, & Menesius vulnus secundum femur accepit, & tamen aciem, qui obsessis vijs eum intercipere cōtenderant, tam acri animo perrupit, vt ad suos tandem accederet. Indè igitur cum suis copijs omnib. in Mauros, qui iam intra vallum pugnabant, impetum dedit: è quibus multi occisi, multi vulnerati, aliquot etiam capti, omnesq; tandem extra vallum eiecti sunt. Ad hunc modum confecto praelio, Menesius urbem ingressus est. Accidit tunc ridiculum quiddam nostris: sed illi, qui risus materiam præbuit, non valde letum. Nam cum quidam Maurus è campo in oppidum adquiret, quod existimabat iam à suis captum esse, lætus & ouans per portam ingressus est: iniectis que statim illi à nostris vinculis, præproperæ lætitiæ poemam tulit. DVM hæc in Africa gerūtur, Emmanuel summo studio laborabat, vt classis, quam in Venetorum auxilium mittebat, intra breuissimum spatium rebus omnibus instructa & ornata esset. Illique præesse iubet Ioannem Menesium, Odoardi Menesij Viennensis Dynastæ filium, virum singulari virtute & consilio præditum. Aliam deinde classem eidem Menesio commisit, in qua erant præsidia militum, quæ erant in castello nomine Mazalquibiri disponenda, si posset obiter expugnari. Est id castellum in regione maritima Mauritaniæ Cæsariæ, in litore Orannensi ciuitati oppositum. Præscripserat enim secreto Rex Emmanuel ipsi Menesio, vt in eo expugnando belli fortunâ experiri minimè dubitaret, dum modo non multum tempus in ea pugna consumeret. Classis. xvj. kalen. Iunij anno, M. D. I. Olyssipone soluit, secundisque ventis vtens Menesius, breui in fretum Gaditanum peruenit: indè, vt Regis imperata conficeret, Mazalquibiri petijt: aduersis tamen ventis exclusus, ante diem tertium portum subire non potuit. Mauri hoc spatiosæ poris in teriecto, cum animaduertent, quo animo nostri ad portum appellere conarentur, vt summa vi resisterent, se comparabant & animos hominum confirmabant, castellumque firmis præsidijs munebant.

Nostris

Nostris tandem terra potiti, castellum oppugnant, scelas admouent, in muros certatim ascendunt: neminem repugnare vident: existimant, hostes metu perterritos latebris occultari. Hac opinione decepti, tanquam victores quacunq; liber inambulant. At Mauri, qui insidijs collocatis hanc expectabant occasionem, eos dissipatos, & nihil iam hostile suspicantes aggrediuntur, & præcipientes eijciunt. In hoc conflictu viginti ex nostris desiderati sunt. Menesius vt in mandatis habebat, non diutius in oppidi oppugnatione tempus conterendum statuens, reliqua classe dimissa, cum triginta nauibus ad auxilium, quod Venetis mittebatur, assignatis, institutum cursum tenuit. In Sardiniam tandem delatus fuit, & ab illius insulæ Prætoris admodum honorificè receptus. Indè, cibarijs comparatis, & auatione facta, profectus, cum non à Tunetenli portu procul abesset, nauem onerariam ingentem cum duabus rostratis nauibus cōspicatus est. In eas igitur inuectus omnes cepit, & in Sardiniam reuersus, merces exponere in terram iussit. Erant autem hæc naues è Genua, multos autem Turcas, & Mauros, & Iudæos, & Christianos cum multis mercibus Tunetem conuehebant. Genuensibus autem nauem onerariam, & omnia bona restituit: Christianos & Iudæos liberos abire permisit: Turcas & Mauros in custodiam tradidit, eorumque bona vniuersæ classi distribuit: duas rostratas naues tantisper retinere voluit, dum bellum illud, ad quod properabat, cōfectum cerneret. Indè Italiam versus, Calabriam & Apuliam præteruectus, in Epirum transiit, & indè Coryram petijt. Veneta classis nostris obuiam prodijt, tormentorumque sonitu, & tubarum clangore, quanta lætitia essent omnes affecti ex nostræ classis aduentu, significauit. Lusitana classis ne officio illo vinceretur, operâ vicissim dedit. Naues nostræ, quia remis nõ agebantur, & malacia atq; tranquillitas erat, fuere in portum opera triremium Venetarum remulco deductæ. Menesius à classis custodia nullis Venetorū precibus abduci potuit; reliquos duces

Lusitanorū
victoria
Mauricis
insidijs correpta.

RES EP
ROPEAS.

Lusitanorū
classis iter
et successus
aduersus
Turcas.

Casus ridiculus.

RES EP
ROPEAE.
Classis Veneticis subsidio mittende apparatus.

RES AFRICANAE.
Mazalquibiri castel-
disitis.

duces in terram descendere permisit: qui omnes satis hospitaliter accepti sunt. Vt tamen intelligi possit quam periculosa sit militaris licentia, quandiu non fuerit seueriore disciplina coercita, nõ erit abs re, quarunc à militibus nostris commissa fuerunt, paucis exponere. Tam nauarum, quam milites Lusitani, cum essent natura elati & insolentes, paulò confidentius & petulantius in insula versabantur. Quod grauem offensionem hominibus Græcis, & ad rixam similiter natura concitis afferebat, illi vicissim Lusitanos verborum conuitijs, & multis iniurijs onerabant. Eò tandem res deducta fuit, vt concitato dissidio, armis, quæ repentinus ille casus cuilibet offerebat, congrederentur. Accurrunt Duces Veneti, vt sedent illam discordiam. Similiter & Menesius, vt suos à furore contineat, in terram accelerat. Vix ducum imperio & cõminatione tam funesta contentio dirimi potuit. Ex nostris ad septuaginta in ea pugna temeritatis & insolentiarum pœnas cæde luerunt. Ex Venetorum autem exercitu, & ex Corcyrensi. magnus etiam numerus nostrorum armis confectus occubuit. Ita factum est, vt illis ipsis, quibus nostri opem afferebant, non medio cre detrimentum temeritate multitudinis importarent. Pugna verò cum Turcis nulla fuit. Turcarum enim imperator cum accepisset, Hispaniarum Reges, aliosque Christianos Principes classes maximas, vt auxiliũ Venetis afferrent, summo studio comparare, vrbesque Venetorum firmissimas, & ea ratione se classem sine villo fructu maximis sumptibus ædificasse, classem in portum subducere, & suos à bello abstinere iussit. Itaque Venetus Prætor Menesio dicit, Senatũ, populũque Venetũ Regi clarissimo summas gratias agere, quòd tanto studio illius saluti prospexerit, quo quidem beneficio ita Rempub. Venetam obstrinxerit, vt nullo vnquam tempore esset illius memoriam depositura, breuique fore, vt Senatus populusque Venetus ad Emmanuelem legatos mitteret, quibus quanto studio dignitatis & amplitudinis illius teneretur, clarius

demon-

demonstraret. Menesius igitur refecta classe, & imposto comætu, in Lusitaniam redijt, variisque tempestatibus vsus, Olyssipponem tandem peruenit, omnesque naues, quas duxerat, in portu constituit. I NTERIM verò Capralis, qui in Indiam nauigabat, eundem cursum, quem Gama tenuit, sequutus est, donec ad insulam S. Iacobi peruenit. Cum verò ulterius progrediretur, coorta tempestate sæuissimam classem dissipata fuit, & nauis vna, fractis armamentis, Olyssipponem redijt. Capralis, sedata tempestate, naues omnes rursus collegit præter illam, quam duobus diebus, demissis infra medium malum velis, expectauit. Cùm verò ea minimè compareret, Occasum versus nauigauit. Octauo kalend. Maij, nauarum terram conspiciunt. Quæ res omnibus incredibilem voluptatem attulit. In ea enim regione nemo ex nostris terram extare aliquam ab hominibus cultam, fuerat vnquam suspicatus. Capralis igitur proras in terram flectere iubet. Nauis autem prætoriarum magistro imperauit, vt scapha yectus ad terram propius accederet, illiusque situm & naturam diligenter inspiceret. Redijt magister, & nunciauit, tellurem esse fertilem & amœnam, herbis lætissimis, & arboribus altissimis vestitam, & aquarum etiam copia redundantem. Se præterea homines vidisse coloratos, molli atque demisso capillo, nudis corporibus, cum arcibus & sagittis propè littus ambulantes. Capralis magistri testimonio minimè contentus, aliquot Duces armatos iussit in scaphas desilire, vt terram diligentius perlustrarent. Illi confestim imperata conficiunt, & ad Capralem redeuntes, ea, quæ magister nunciauerat, verà esse confirmant. Ibi cùm in anchoris nocte consisterent, summa quædam tempestas excitata classem iactauit, & secundum oram illius longitudinem vagari, & fluctibus exagitari, & in varias partes contorqueri compulsi, donec tandem in portum optimum penetrauit, quem, portum rutum Capralis nominare præcepit. Ibi classe constituta Capralis curam dedit ducibus, vt scaphis inuecti, ter-

ram

RES IN
DICAÆ.Brasilia
quando &
quomodo
inuenta.

Portus rutus

ram spectarent. Redeunt illi cum duobus piscatoribus, quos in lintre ceperant. Cum verò nemo ex nostris linguam posset intelligere, nutibus & signis cum illis agere cœperunt. Sed tanta erat in hominibus ingenij tarditas, tantusq; stupor in animo, ut nullis signis de re aliqua admoneri potuerint. Tum Capralis eos vestibus ornatos, tintinabulis & æneis armillis, & speculis donatos in terram exponi iubet. Illi muneribus elati, cum ingenti lætitia suis opes illas ostentant. Eorum prædicatione commota multitudes vndique confluit cum frugibus minutis, & cum magna farinae copia, & cum varijs fructibus, eaq; omnia cum nostris facillimè permutat. Admirantur specula, oblectantur tintinabulis, efferruntur armillis, inuentur nostros, & expleri, singula spectando nequeunt. Tum Capralis simplicitate gentis inuitatus, in terram descendit. Ibi que sub umbra arboris ingentis altare construi iubet, & statuit, ut res diuina maxima cum cæremonia fieret, & concio etiam de rebus diuinis haberetur. Ab huius sacrificij spectaculo non fuerit terræ illius cultores exclusi. taciti verò & stupore defixi, cæremoniarum sanctitatem, & symphoniarum concentum intimis sensibus vsurpabant: & demisso corpore se moueri plurimum religione significabant. Cum verò, peractis rebus sacris, Capralis se in classem reciperet, ad scaphas cum maximo gaudio profecti sunt. Quanta verò lætitia affecti essent, cantibus crebris, & buccinarum & cornuum concentibus, & corporum gestibus, & sagittis in aerem missis, & manibus in cælum intentis indicabant. Videbantur enim Deo summas agere gratias, quod gentem illam ad eas oras detulisset. Ita verò erant admiratione oppressi, ut minime mentis compotes esse viderentur. Multi enim dum Capralis in naues tendit, eum mare ingressi pedibus vsque eò sequuti sunt, dum aqua pectora eorum pertingeret. Alij verò illum nando sequebantur, alij lintribus inuecti, ad naues vsque perueniebant, nec ab ijs auelli aliquo modo poterant. Hic dum Capralis in anchora,

*Brasilien-
sium sim-
plicitas.*

*Primum S.
Nisse sacri-
ficium in
Basilia ce-
lebratum.*

*Brasilien-
sium de Lu-
sitianorum
aduertu
gaudium.*

anchoris consisteret, ut a quationi operam daret, & rei frumentariæ prouideret, & reliqua cibaria in naues imponi præciperet, eiectus est in litus piscis, qui nostris admirationem non mediocre commouit. Crassitudo namque illius erat ingentis dolij, longitudo crassitudinem duplo superabat. Capite & oculis porci similitudinem referebat. Aures erant auribus elephantis similes. Carebat dentibus. Pellis erat fetis hirsuta. Cauda circiter pedes quinque in longitudine tendebatur. Pellis crassitudo erat vnius digiti. In hac terra, quæ Capralis sanctæ Crucis nomine celebrari voluit (quam nunc Brasiliam appellant) columnam marmoream illis similem, quas multis in locis Gama statui præcepit, collocari iussit, & inde vnum ex Ducibus nomine Gasparem Lemium, in Portugalam remisit, qui Emmanueli de huius terræ situ nunciaret: quam aliqua ex parte describere, minime arbitror alienum. SITVS de Brasilia illius ad Austrum pertinet: & fines, qui quidem sunt latissimi, cum ea regione, quæ Castellanorum Regum Imperio continetur, quam appellant Perù, coniuncti sunt. Tellus est fertilis & amœna, & tanta salubritate prædita, ut vix sit opus vlla medicina. Omnes enim ferè, qui moriuntur, non aliquo morbo, sed senio consumpti moriuntur. Multis & ingentibus fluuijs alluitur: fontes habet aquæ dulcis atque perennis innumerabiles. Campi sunt latissimi, lætissimaque pabula profundunt. Portus habet optimos, aditus facillimos, in quibus naues non facile tempestate iactari, aut vadis afflicari possunt. Maxima regionis illius pars est montibus & vallibus distincta: syluæ sunt densæ & opacæ: arbores varix antea nostris incognitæ, inter quas est illa, de cuius summis frondibus ferro præcisissimum quoddam genus in stilatur. Arbores, de quibus ruber color, quo lanæ inficiuntur, confici solet, sunt valde frequentes & altissimæ. Fundit præterea tellus herbas admodum salutaris, qualis illa est, quam multi Sanctam appellant. Medetur enim vlceribus, & anhelitus frequentis angustijs, & cancris præterea, &

*Piscis mon-
strosum.*

*Terra S.
Crucis, nunc
Basilia.
Nuncius
Emmanuel
de Brasilia
li missus
de Brasilia
inuenta.
Basilia si-
tus ac de-
scriptio.*

*Arbor incog-
nita.*

*Herba San-
cta.*

ea, & gangrenæ ex vulnere putrido ad corporis totius pestem repentino contagio permanenti: multos præterea morbos, in quibus ars medicorum frustra conseruitur, facillimè depellit. Homines sunt colore subnigro. Capillum habent mollem, nigrum, atque promissum. Sunt omnes imberbes, propterea quòd volfellis omnes corporis pilos euellunt. Nullas literas norunt: nullam religionem colunt: nullis legibus alligantur: nullis ponderibus aut mensuris vtuntur: nullius Regis imperio subiiciuntur. Cùm tamè bellum inter eos exoritur, eum ducem eligunt, quem omnium fortissimum, & in bellis gerendis acerrimū fore credunt. Nullis vestibus, vulgò teguntur. Qui tamen inter eos nobilitate præstant, vestes induunt è pstitacorum & aliarum auium variorum colorum plumis confectas. Et hi pileis ex eisdem plumis contextis caput ornant, & brachijs armillas ex plumis similiter factas inducunt. Vestes autem ab umbilico ad genua tantùm demissas gerunt. Mulieres capillos nutriunt. Viri à fronte ad medium verticem caput abradunt. Qui verò elegantius ornari volunt, aures, & nares, & labia, & facies etiam perforant, & in locis illis lapillos varijs distinctos coloribus infigunt. Mulieres autem pro lapillis, minutis conchilijs, quæ apud illas in magno pretio sunt, similiter excoluntur. In bellis arcubus vtuntur, & tanto artificio sagittas emittunt, vt in quemcunque corporis vilius locum sagittam collinere velint, eum conficiant. Loco ferri, ossibus piscium sagittas armant: quibus tamen tam altum vulnus imprimunt, vt tabulam quamuis ictu perfodiant. Venationibus aluntur: vescuntur simijs atque lacertis, & anguib, & muribus, nullasque eiusmodi dapes aspernantur. Lintribus vtuntur è corticibus arborum ingentium factis: quæ tamen tanta sunt interdum capacitate, vt homines triginta sustineant. Cùm piscari volunt, alij remis lintrem agunt, alij verò mare sustibus verberant, & pisces exterrant. Pisces attoniti ad summam aquam enatant. Tum qui ad eam rem parati sunt, cucurbitas aridas & exinanitas

*Brafilien-
sium natu-
ra & mo-
res.*

*Brafilien-
sium arma
& bellige-
randi ac sa-
gittandi ra-
tio.*

*Vitus.
Naves.*

Piscatio.

exinanitas ingentis magnitudinis sub fluctibus oppositas habent, in quas pisces spontè subeunt. Frumentum minimè serunt. Panem è radice vnius herbæ conficiunt portulacæ magnitudine. Hæc autem tam lethiferum venenum continet, vt qui illam crudam comederit, repentiè moriatur. Illi verò radicem contundunt, confusam exprimunt, nè quidquam in illa succi illius venenati remaneat. Tum ad Solem exsiccant. Molis deinde conterunt, atque farinam efficiunt. Panes ex eiusmodi farina facti non modò salubres sunt, sed etiam sciti admodum saporis. Ex ea & milio genus potitionis faciunt ceruisiæ persimile, quo quidem vbi se ingurgitant, quod frequenter illis euenit, tum omnes fraudes & insidias plus solito machinantur. Obseruant auguria, veneficijs dediti sunt. Est in magno apud illos honore quoddam genus hominum maleficum, quos de rebus incertis consulunt. Appellatur ab illis Pages. Hi gestant in summa sagitta cucurbitam in faciem hominis figuratam. Quoties autem illis libet, intra cucurbitam ignem subiiciunt, & fumum ex herbis congestis faciunt. Tum fumum illum naribus accipiunt, vsq; eò, dū ebrijs vacillent, & corruant, & extramentè rapiantur. Habent enim herbæ illæ eam vim, vt fumo, quasi vino supra modum sumpto, mentè eripiant. Tum verò stridere dentibus, in ore spumas agere, oculos torquere, necem multis comminari, turbulentis motibus & gestibus eos, qui circumstant, exterrere. Nemo enim suspicatur, illos absque diuini spiritus instinctu tam horredas voces iacere. Quod si quis ex illis, quibus homo ad eum modum lymphaticus quidquam durum prænucciauit, aliquem grauem casum subierit, non dubitant, quin illud supplicium ad eam diuinationem referendum sit. Hi quocunq; veniunt, summo omnium plausu recipiuntur, viæ mununtur, carmina ad tibias gentis more concinnantur, choræ agitantur: scemine formosæ, vel virgines illæ sint, vel cuiusvis matrimonij teneant, ad illos introducuntur. Opinatur enim miser, si illos placatos habuerint,

Panificium

Potus.

*Artes diu-
inationis &
veneficia.*

*Pages, ba-
rioli Brafil-
iensium.*

LIBER

Coniugia omnia sibi feliciter euentura. Illic neque filias parantibus, neque forores fratribus collocari licet: reliquas mulieres sine vilo discrimine sibi matrimonio cōiungunt: quas offensione interposita deferunt. In adultério autem depræhensas vel occidunt, vel tanquam seruas vendunt. Parentes nō habent in filias potestatem, sed fratres: quas quidem, quoties eis libet, venales proponunt. Venditio autem, est pro rebus alijs, quas ipsi concupierint, permutatio. Pecunia enim carent. Sunt ad laborem pigri, ad luxum & otium propensi: quoties à bellis conuiescunt, totum tempus in conuiujs & cantibus, & saltationibus sine vilo modo consumunt. Choros in eodem loco semper insistentes circum orbem versant. In cantibus non distinctis sonorum interuallis, sed simplici vocum ratione carminum modulantur. Illic autem que fecerint in bello commemorant, facinoraque sua summis laudibus extollunt, & interim sibilis & pedum strepitu eandem symphoniam profequuntur. Alij verò saltantibus pocula ministrant, donec tandem omnes temulentia oppressi sternantur. Domos è lignis ædificant, & culmis congestis obtegunt, & muris binis aut ternis circumuallant, propter frequentia bella, quib⁹ exerceri solent. In vnicuique domo (sunt enim longissimæ) multi simul habitant. Et ij inter se fraternè amant, libenterq; alij pro aliorum qui cum illis viuunt, salute vitam in quoduis discrimen iniiciunt. Bella non pro tuendis aut propagandis finibus, sed pro dignitate suscipiunt, quoties opinantur, se fuisse à vicinis, aut ab aliqua longinqua natione contemptos. Tum verò homines senes, qui magnum in rebus bellicis nomē, cum essent iuuenes, habuerint, in consilium adhibent. Ante deliberationē quantum quisq; vult, tantum potionis exhaurit. Quidquid senes de bello aut pace deernunt, sine vlla recusatione pro virib. exequantur. Ducem eligunt, vt superius dictum est, quem acerrimum esse iudicant. Hunc verò, si timiditatis significationē aliqua in re dederit, ho-

nore confestim spoliant, & alium in eius locum substituant. Hic domos circumiens, magnis vocibus omnes ad bellum adhortatur: quibus rebus instrui debeant, admonet, & quanta virtute sit opus, edisserit. Neque solum arcibus & sagittis, sed gladijs etiam è ligno durissimo fabricatis vtrantur, quibus hostium membra frangunt & dissecant. In sidijs vti frequenter solēt, & in eo pugnant, vt hostes inopinatò aggrediantur. Quos in bello capiunt, senes præsertim, statim comedunt: reliquos vinciunt. Eos, qui ex suis in bello ceciderunt, funere efferunt cum multis lachrymis, eorumque virtutem prædicatione celebrant. Captiuis ciuilia largissimè præbent, eisq; mulieres, cum quibus cubent, elargiuntur. Cum verò festos dies agere volūt, vnum ex captiuis, quem iam satis fartum & opimum esse conspiciunt, funibus alligant. Primum illius amica in amoris signum in collum funem iniicit, & delicias suas ad supplicium trudit. Homines deir dè circumstant, & ventrē, & brachia, & tibias illius astringunt: tum colūnx affixum colorib. depingunt, & plumis varijs exornant. Ne verò parum humani videantur, laxant illum vinculis interdum, & cibo atque potu sanè lautè atque liberaliter accipiunt. Interim verò omnes comedūt, & plurimum illius, quam diximus, potionis absumunt. Saltant præterea, & canunt, atque tripudiant, & tres dies in hoc apparatusimo ludo consumunt. Tandem post triduum, illum pedibus atque manibus, iam vinculis expeditis in caueam deducunt. Mulieres atque pueri vinctum secundum ventrem funibus trahunt. Homines verò & mulieres reliquæ mala citrea, & fructus varios in eum iaciunt. Ille verò quæ potest ex coniectis pomis colligere, rursum in illos, à quibus fuit impeditus, intorquet. Bibit interim, vt apparet, iucundissimè, nec enim ei cibus aut potus denegatur. Præ se fert autem non mediocrem letitiam. Illi forticulum hominem, vt se existimari cupit, conuiujs onerant, & multis contumelijs insequuntur. Dabis, inquit, homo perditissime atq; profligatissime,

Arma.
Stratagemata.

tissime, poenas scelerum: & sanguine tuo manes eorum, qui in bello ceciderunt, vlciscemur. Te enim contucidabimus, & dilaniabimus, & assum comedemus. Ille verò, nihil moror, inquit: Non enim ignavi, neque timidi poenam sustinebo. Semper enim viri fortis officio functus sum. Si me occisuri estis, multos ipse multis in locis occidi. Si carnibus meis saturandi estis, & ipse multorum carnibus saturatus sæpè fui. Præterea sine mihi fratres atq; cognati, quos scio meam necem haud impunitam relicturos. Ad hunc modum in caueam tandem includitur. Tum ille, cui fuerat captiuus in custodiam traditus, in caueam simul ingreditur. Corpus autem habet depictum, & collum plumbeis ornamentis excultum: manibus verò ingentem gladiū vibrat. Tum saltat, & sibilat, & gladium intentat. Atque is, vt gladium illi è manibus extorqueat, summo studio contendit. Sed dum in vnam partem impetū datur, mulieres atq; pueri eum fune, quo est alligatus, quem manibus tenent, ad se trahunt. Dum rursus in contrariam partem se cōtorquere nititur, ex illa parte similiter mulierum manibus impeditur. Vtrinq; enim ita distinetur, vt se eodem loco cōmouere non possit. At strenuus ille gladiator eum gladio contendit & debilitat, atq; tandem medium illius caput ingenti vulnere diffundit, cerebrumq; dispergit. Manus deinde præcidit. Tum mulieres accedunt, & corpus exanimum in pyram conijciunt, vt omnibus pilis adustis illud facilius abluere queant. Dissecto autem ventre, ilia cum extis euellunt: reliqui corpus in frustra decerpunt: & nè plura persequar, illius carnibus omnes cum magna voluptate vescuntur. Sunt & alij syluestres atq; montani homines, qui cū his, qui in domibus habitant, continenter bella gerunt, eisdemq; se sceleribus & eadem immunitate contaminant. Nullum apud eos delictum plebitur, præter homicidium. Coguntur enim hi, qui sanguine cōiuncti homicidæ sunt, eum tradere illis, qui cæsi necem propter sanguinis communionē & propinquitatem iure persequuntur. Hi verò eum strangulant, atque

Immunitas planè serua.

Scelerum impunitas, excepto homicidio.

atque sepeliunt, & cum multis omnium propinquorum lachrymis atq; lamentis vtriusq; mortui funus instaurant, epulasq; dant, in quibus omnes depositis inimicitijs accumbunt. Quod si casu aliquo homicida subterfugiat, tum eorum filia, vel sorores, vel cognatae occisi propinquis in seruitutem traduntur, & sic demum omnis vtrinq; discordia obliuione sepelitur. Operæpretium mihi visum est, tam barbaros & immanes mores oratione describere, vt intelligi possit, in quantam errorum colluisionem incurrat humanum genus, literis & humanitate destitutum, & quod multo funestius est, præsidio sanctissimæ religionis orbatur: & simul cognoscatur, quanta benignitate clementissimus rerum omnium Dominator huic miserimæ genti, Portugalensium in eas oras aduentu, prospexerit. Christianorum enim consuetudine & familiaritate, & hominum sanctorum ex societate, quam IESV nominant, quos Portugalie Reges in eas partes miserè, disciplinis factum est, vt multi, dispulsis tenebris, errores, in quibus versabantur, clarè perspiciant, & ad CHRISTI Optimi Maximi studium ardentibus animis excitentur, & ingentes DEO gratias ob tam diuinum beneficium grata atque memori voluntate persoluant. CAPRALIS è Brasiliæ regione profectus est tertio nonas Maij. Nono autem kal. Iunij nauem nebulam aduentare, cælumq; atra caligine circumfundi conspiciunt. Cùm verò mare cernerent commoueri, & fluctus excitari, trepidare & antennas demittere cū festinatione cœperunt. Sed tam subita tempestas eos oppressit, vt antequam multi se comparare potuissent ad tantum periculum fugiendum, quatuor naues incitatis turbinibus impulsæ atque depressæ sint, & fluctibus ita demersæ, vt nemo ex ijs, qui illis vehabantur, euaderet. Fuit quidem reliquis hoc spectaculum, supra, quàm dici potest, acerbum atq; luctuosum, cernere in medio mari homines laborū socios, atq; natura coniunctos, & multos etiam propinquitatis necessitudinibus implicatos, voragine ingentis illius gurgitis

Literarum & Christianæ religionis commendatia.

Capralis in Indiam nauigatio consinuata.

4. Naues Lusitanae submersæ.

*Tempestate
classis Lu-
sitana disse-
ta.*

absorberi, neq; esse potuisse sese in tãta calamitate ho-
minibus miserrimo genere lethi consumptis auxilio,
Indè cum multis lachrymis reliquæ septem naues di-
gressæ, rursus alia coorta tempestate dispersæ sunt. Tã-
dem vj. kal. Augusti sex tantùm naues iunctæ cursum
tenuerunt. Vna namq; ex illis septem aduersa tempe-
state iactata, in sinum Arabicum penetrauit, atq; indè
in Portugalia[m] redijt cum sex tantùm hominib. Reli-
qui namq; morbis & fame atq; siti cruciati, multisq;
periculis atq; tormentis afflictati perierant. At sex na-
ues post flexum promontorij Bonæ spei, conspiciunt
tellurem amœnissimam, arborib. refertam, & gregib;
abundantem, quã multi pellucidi amnes irrigabant.
Ad eam igitur Capralis naues conuerti iussit. Sed ne-
mo ex incolis cum Lusitanis commercium habere vo-
luit. Itaque quamuis comeatus inopia nostri labora-
rent, cum nihil tamen possent ab hominib. illis obtine-
re, profecti sunt, & totam illam orã lustra uere, donec
ad duas insulas contra terram continentem oppositas
peruenirent. Ibi duæ naues in anchoris consistebant:
qui in illis erant, vbi Portugaleses naues conspicati
sunt, fugæ se mandârũt. Eas naues Capralis infecutus
cepit. Cũ verò intellexisset, eas esse principis cuiusdã,
nomine Fonteimæ, qui erat Regi Melindio coniũctis-
simus, liberas cũ ingenti auri pondere, quod è Zofala
exportabant, & cum mercibus maximi pretij dimisit,
xij. Kalend. Augusti ad Mozambiquem appulsus, a
quationem sine vllius impedimento fecit, emptisq; ci-
barijs, & magistro, qui eum Quiloam deduceret, cõdu-
cto, iter conficere maturauit. Cũ verò à terra non pro-
cul abscederet, cerachbat multas insulas egregiè cultas
atq; nitidas, quarum omnũ imperium summũ penes
Quiloæ Regem erat. Illius namq; regnũ supra non-
genta millia passuum in longitudinem oræ illius pa-
tebat. Rex & omnes Quiloæses Mahumeti placitis ad-
dicti sunt. Homines partim sũt nigri, partim colorati.
Arabicè loquũtur, & multas præterea linguas nõrũt,
propter multarũ nationũ, quæ ad oras illas veniũt, cõ-
mercium.

*Capralis
in Melin-
dium Re-
gem fides.*

*Quiloæ Re-
gis poten-
tia, & im-
perij ampli-
tudo.
Quiloensũ
mores.*

mercium. Arabum aut Turcarum more vèstiuntur.
Viunt admodum lautè. Abest Quiloa à Mozambi-
quensi tellure circiter quadringenta passuum millia.
Angusto mari à continèti diuiditur. Insula consita est
plantis & arboribus: fontes habet gelidos atque percu-
nes: armentis & pecorum gregibus abundat: animan-
tia multa in syluis atque nemoribus nutrit, ex ijs, quæ
venatorum opera capiuntur. Tellus est fertilis, & ad-
hibita mediocri hominum cultura varias fruges effun-
dit. Mare continet pisces varios & optimos. Vrbs est
magna, habitatorumq;e multitudine referta. A Edes
sunt amplæ & extructæ magnificè, cœnaculis. & la-
quearibus, & tectorijs pulcherrimè edificatæ, & orna-
tæ multa & varia supellestile. Naues non sunt absi-
miles Mozambiquensium: thure tamè notho propter
penuriam picis oblinuntur. In huius vrbs portu cum
Capralis anchoris iactis confirisset, misit ad Regem,
cui nomen erat Abrahamus, qui diceret, se iussu Re-
gis Portugaliæ ad eas partes peruenisse, cum ipsius Re-
gis mandatis atque literis ad illum scriptis, è quibus
intelligi posset studium, quo Rex Emmanuel teneba-
tur, foederis & amicitia cum illo iungendæ. Se verò
non posse vllò modo in terram descendere, nè Regis
sui imperium aspernare videatur, qui vetuerat, nè vn-
quam rei illius obtentu è classe discederet. Proinde vi-
deret, quem locum magis opportunum statueret ad
vtriusque colloquium. Rex nuncios perbenignè ex-
cepit: Capraliq; per eisdem responsum dedit, sibi gra-
tissimum esse illius aduentum. De Regis Emmanue-
lis amplitudine, & de virtutibus regijs, quibus erat or-
natissimus, multa se percepisse, quamuis illius regnũ
tantis locorum interuallis esset ab ea terra disijctũ:
quibus admonitus, libenter sese ad quamuis amoris
mutui pactiõnem deuenturum. Et quando fieri non
poterat, vt legationem illam in terra audiret, se postri-
die daturum operam, vt in mari cum Caprali loque-
retur. Hæc vbi dixit, vnum è suis domesticis ad Capra-
lem cum muneribus misit. Postridie igitur parua na-
uigia

*Quiloæ si-
tas & de-
scriptio.*

*Capralis
ad Quiloæ-
sem Regẽ
legatio.*

*Responsum
Regis Qui-
loæ.*

uigia ad eam rem instructa & ornata cum suis ingreditur. Erant omnes vestibus aut aureis aut purpureis, aut sericis & bombycinis exculti, gladijs & pugionibus accincti, in quorum manubria erant gemmae miro splendore fulgentes inclusæ. Buccinarum præterea & tibiærum concentu summa lætitiæ significatio dabatur. Lusitani contra tubis atq; tormentis, quo gaudio tenerentur, indicabant. Capralis iubet omnes duces, qua vestium elegantia possent, ornatos in scaphas descendere. Quod ipse similiter fecit. Itaque omnes ad nauigia Regis accedunt. Capralis verò vbi ad Regem peruenit, eum vt Regem salutat: Rex honorifice respondet: deinde de Capralis manu literas Arabicè scriptas accipit, legationem audit, & vt apparebat, frõte & vultu beillissimis. Ostendit postremò, se Regem Emmanuelem in loco fratris semper habiturum, operamque daturum, nè studio erga illius maiestatem ab aliquo vinci posset. Fuit deinde ab vtroque statutum, vt sequenti die Capralis mitteret ad Regem, qui amicitiam institutam confirmaret. His ita constitutis, mercatores Arabes interueniunt: nostros sceleris & immanitatis insimulant, simplicitatẽ Regis admirantur, quòd statum atq; dignitatem suam piratis erederet, qui, nisi eorũ in sedijs esset occursum, intra paucos erant illum per simulationem pacis omnibus bonis euersuri. His sermonibus animum Regis immutant, ita, vt non solum pacem turbarent, sed etiam odium illius satis acerbum in Lusitanos incenderent. Rex igitur urbem munire, milites euocare, vigilias disponere, omniaq; moliri, quæ fieri à maritimis ciuitatibus solent, cum hostes in portu sunt. Hæc omnia vbi Capralis Homeris, qui regis Melindij frater erat, & tunc se Quiloæ tenebat, indicio cognouisset, noluit ibi tempus sine vilo fructu conterere, & Melindẽ versus cursum tenuit. Quod cum Rex Melindius intellexisset, fuit incredibili gaudio cumulat. Confestim autem curauit, vt clausis omni comœtu & fratribus, quos tellus illa suppeditabat, reficeretur. Capralis

Capralis cū
Quiloæ Re-
ge collo-
quium.

Nova Qui-
loensis cum
Lusitano
amicitia
per Arabes
turbata.

Melindij
Regis erga
Lusitanos
hospitali-
tatis.

pralis ducebat secum Melindij Regis legatum, muneribus ab Emmanuele ornatum, & dona præterea, quæ Emmanuelis nomine ad Regem deferenda curaret. Nostri igitur postridie iussu Capralis munera Regis Emmanuelis ferunt. Melindius, vt omnis populus tantum honorem sibi à potentissimo Rege habitum fuisse cerneret (sunt enim Reges illi in huiusmodi rebus nimis ambitiosi, nihilque honorificentius arbitrantur, quàm à Regibus magnis aliquo munere decorari) equum ingentem ephippio & bullis aureis, & phaleris pulcherrimè factis, quæ inter alia dona ab Emmanuele missa fuerant, ornari continuo præcepit, in quo insidens ad mare contendit, vbi Capralis cum reliquis ducibus in scaphis cum expectabat. Ibi se mutuo complexi sunt, multisque verborum officijs inter eos certatum est, cum neuter alteri quidquam de humanitate concedere vellet. Quamuis autem à Rege detineretur, noluit tamẽ Capralis ibi diutius immorari: duos tamen exules eo in loco reliquit, vt viderent, an pedibus iter in Aethiopiam, quæ supra Aegyptum est, vbi Christianum Imperatorem dominari Emmanuel acceperat, facere aliquo modo possent, & ritum, & mores, & instituta gentis exploratè cognoscere. Septimo Augusti die Melinde profectus, & secundum ventum nactus, pelagus transiit, & vicesimo secundo die ad Anchediuanam insulam naues appulit, vbi, vt nauatas atque milites ex labore resciret, aliquot diebus immoratus est. Indè Calecuti nauigauit, & quando tertio decimo tandem die classẽ in Calecutiensi lectuortu constituit. Quod vbi Regi nunciatum est, adpulerit. uos ex Nairibus suis cum mercatore summæ auid illum authoritatis ex ea Regione, per quam Cambaia adus in mari influit (regio Cambaia, homines regionis siuzarates appellantur) in Classẽ misit, qui præfectum nomine illius salutarent. Capralis remissit illos ad Regem cum Ioanne Sala, equestris ordinis viro, qui Vasca Gamæ, cum ille viam in Indiam fecit, comites extiterat. Misit præterea cū illis Gasparem Gamæ: hoc

Emmanuel
lis ad Me-
lindiu Re-
gem mune-
ra.

Capralis cū
Melindio
congressus.

Aethiopia
supra Ae-
gyptum.

Capralis
quando Ca-
lecuti
adpulerit.

Cambaia
regionis si-
uzarates.

Capralis
ad Calecuti-
ensem Re-
gem legatus.

hoc enim cognomen Iudæus ille, qui Zabaio operam dabat, cum Christianus effectus est, ut Gamę, quem patrum adoptarat, nomen sequeretur, assumpserat. Cum his autem quatuor ex illis Nairibus, quos Gama in Lusitaniam abduxerat (reliquos enim obsidū loco retinere voluit) cultu & ornatu Lusitano vestitos ad Regem misit, quorum aspectu Rex mirum in modum lætatus est. Nuncijs deinde vtrōq; missis fuit à Rege constitutū, ut in ædibus quibusdam regijs, quæ sitæ erant in littore, Capralis illum conueneret, & quæ vellet, nomine Emmanuelis exponeret. Erant ædes ornate & instructe magnificè. Rex stipatus vndiq; magna nobilitatis multitudine, & Dynastis quam plurimis circumseptus, in eas ædes se cōtulit. Tubicines antecedeabant cum tubis partim aureis, partim argenteis, singulari opere factis, qui earū modulatione & concentu lætitiā, qua Rex affectus erat, ut videbatur, demonstrabant. Venit Capralis cum aliquot ducibus, vnum porò ducem Sancium Thoarem nomine, ut interim præferti munere fungeretur, in classe reliquit. Vbi primū terram attigit, multi viri nobiles atque Dynastæ obuiam illi prodierunt. Is quidem læticia sublatu est, illi verò omnes pedibus in ædes Regias eum prosequuti sunt. Domus erat aureis & sericis peripetasmatis ornata. Regis cultus miro gemmarū splendore collucebat. Postquam Capralis Regem salutauit, fuit in argentea sella propè illum collocatus. Tum Gaspare interprete accersito, quæsiuit de illi. Rex ea, quæ solent amici in familiari congressu percontarie num bene valeret: num ex animi sententia nauigasset: num Emmanuel frater suus eo tempore quo classis Olyssipone soluerat, fuisset optima salutudine. Tum Emmanuelis literis per interpretem explicatis, agi de fœdere cœptum est. Rex admodū proxiè omnia de sua voluntate promittebat, plusq; dabat, quam erat à Caprale postulatum. Omnibus Portugalesibus potestatem fecit liberè in ciuitate negotiandi: se enim curaturum, ut sine vilo periculo commode

Capralis cum Rege Calicutiensi colloquium.

rem

rem gereret. Aedes præterea satis magnas nostris proprie litrus assignauit, in quibus habitare, & merces asseruare possent. Et quia Saracenus, cuius ædes erant, continuò fraudes in nostros machinari cœpit, alias maiores, & littori viciniore Regi Emmanueli donauit, in quibus omnes, qui illius negotia procurarent, habitare laxius, & negotia gerere commodius possent. Hanc verò donationem literis in aurea tabula incisiss ad sempiternam memoriam consignauit. Saraceno autem ditissimo, nomine Coiebio, qui erat studio Lusitani nominis incensus, & ob id fuit postea omnibus bonis euersus, cuius ædes erant, cumulatè satis fecit. Sanxit præterea, ut in earum fastigio vexillum insignibus Regis Emmanuelis illustratum figeretur, ut esset omnibus testatum, eas ad Emmanuelem pertinere, sedq; ut monumentum Regis sibi charissimi in ea ciuitate perpetuò conseruaretur, effecturū. DV M hæc geruntur, fuit Regi nuncius allatus, soluisse Cochimo nauem ingentem onerariam, quæ elephantum, ad beligerenda præferocem conuehebat, & in regnū Cambaiæ nauigabat. Hac re comperta, misit ad Capralem, qui nomine illius peteret per amicitiam institutā; ut eam caperet. Esse namq; hominum, in quos odio iustissimo erat incensus. Vt autem scire posset, quo animo nostri nauem aggredierentur, aliquot Saracenos ex suis domesticis, ut prælium spectarent, immisit. Capralis vnam tantū parua nauem ad eam rem gerendam expediuit, cuius Nauarchus appellabatur Petrus Ataideus. Huic autem tres comites adiunxit: vni nomen erat Odoardus Paciecus, alteri Vascus Sylueria, tertius fuit Ioannes Sala. Rex vbi vidit vnam tantū nauem, & eam non magnam, à reliqua classe, ut nauem maximam, magno militum præsidio, & telis, & tormentis, & multis præterea armis egregiè munitam inuaderet, segregari, vehementer admiratus est. Itaq; exitum rei animo suspensus expectabat. Nostri vix arma sumperant, cum nauis hostium in conspectum se dedit. Nostri expansis subito velis in eam feruntur

Aedes Calicutiæ Regi Emmanueli donate.

De magna nauē à Lusitanis in gratiā Calicuti Regis expugnata.

runtur

*Cananoris
portus.*

*Regis Cale
cutiensis er
ga Lusita
nos munifi
centia.*

runtur, non ita tamen, ut cominus eam oppugnare contenderent, ne telis hostium ex superiori loco missis opprimerentur: sed mediocri intervallo distanti, in eam pilas partim lapideas, partim ferreas iaciunt, & glandibus etiam plumbeis acerrime pugnant. Multos interimunt, multos conuulnerant, nauem multis in locis perforant, & nunc à dextera parte, nunc à laeva eos impetu facto perterrent. Hostes in principio nostros contemnere visi sunt, et sublatis clamoribus, probra iacere, arma corripere, tela vibrare, tormētis nostros impetere ceperunt. Sed postquam se tantis danis affectos animaduertunt, omnem salutis spem in fuga collocarunt. Nostra naus eam insequuta, Cananoris portum, qui abest Calecutio Septentriones versus passum circiter quadraginta millia sub noctem subire compulit, ubi quatuor Arabum naues in anchoris consistebant. Nostri vigilabant, ne de nocte naus elaberetur. Vbi diluxit, in eam passis velis incurrunt, tantaque formidine perterrent, ut à nauibus, ad quas se receperant, diuisa altum petcret. Sed Portugalensis naus cum eam cursu longe superaret, ita se illi semper infestis tormentis opponebat, ut non quod vellent hostes, sed quo nostros eam flectere proram cogere, nauigaret, donec tandem victam & superatam præ se agentes, in Calecutij portum intrare compulerunt. Obstupuit Rex, & ab ijs, qui se iussu illius prælij spectatores præbuerant, exquisiuit, quo pacto res gesta fuerat: Respondeant, nunquam se parem in hominibus vllis industriam, neque fortiozem animum, neque maiorem in periculis adeundis alacritatem perspexisse. Rex misit ad Capralem, qui nomine illius ab eo contenderet, ut homines eos, qui se in eo prælio excellentius gesserant, ad illum venire præciperet. cupere namque homines videre, dignos, qui ab omnibus Regibus summis ornamentis afficerentur. Satis fecit postulat Capralis. Rex omnes laudibus & muneribus ornauit, in primis tamen Paciecum, cuius, ut Arabes, qui interfuerant prælio, referebant, clarior virtus extite-

rat.

rat. Sed quod magis hoc facto Lusitanos efferebat, eod grauius eis periculum odio & inuidia mercatorum Arabum intentum fuit. Nam cum eos extinctos propter religionis dissidium cuperent, tum ne apud Regem tantam gratiam inirent, ut ipsi excluderentur, anxie formidabant. Itaque modis omnibus nostris erant impedimento, quod minus eum numerum piperis, & aromatum reliquorum, quem emere cupiebant, ab incolis acciperent. Ob id igitur omnes fraudes excogitabant, calumnijs animum Regis exulcerabant, & latrocinij crimen omnibus Lusitanis intendebant. Ad hæc multo maiora pretia aromatum dominis polliceri, omnia clam coemere, & compressa tenere, ne quidquam ad Lusitanos perueniret. Rex in eorum dolis conuiuere, fidemque datam fallere. Iam antea Caprali in perfidiae suspicionem venerat, antequam domus esset nostris assignata, eod quod obfides, quos habebat in nauis, se in mare deiecerant, ut ad suos nando confugerent: à quibus aliqui capti sunt, alij enaferunt, neque tamen Rex eos restituit, aut Caprali, ut deuberat, satisfecit. His rebus offensus Capralis, ad Regem misit, qui de iniurijs sibi factis quereretur. Illum dedisse fidem, se curaturum, ut naues Portugalenses intra viginti dies onus acciperent: tres menses esse consumptos, nullamque nauem oneratam esse, cum ante suos oculos Arabum naues onerari conspiceret: quod etiam contra percussum foedus esset. In foedere namque cautum fuisse, ne vllis nationibus aliquod piperis aut zingiberis pondus vlllo pretio tribueretur, antequam Portugalensibus nauibus iustum pondus esset impositum. Illum igitur orare, ut fidei suæ atque dignitati consuleret. Iter enim instare, neque se posse diutius in eo portu consistere. Rex cum hoc accepisset, se ea iniuria grauius commoueri simulauit: dixitque se imprudente flagitia illa ab hominibus fraudulentis admissa fuisse. Et quando Saraceni tam scelerati & audaces extitissent, ut contra illius imperium naues onerare, se facere potestatem Lusitanis Arabum naues, perso-

*Arabum
Lusitanos
calumnias
& fraudes*

*Regis Cale
cutiensis
perfidia.*

*Capralis
de Rege Ca
lecutij quo
rela.*

*Ficta Regis
excusatio.*

luto

luto mercatoribus aromatum pretio, exonerandi, ut citius inde nauibus onustis soluere possent. Hoc auditio Capralis veritus est, ne Regis indulgentia ad fraudem pertineret, ut videlicet Arabum animos irritaret & aliqua turba commoueretur, qua nostri possent ab illis, qui erant multo plures, & potentiores, opprimi & scelus culpa vel in nostros, qui materiam turbulenti dissidij dedissent, vel in Arabes, qui Regis iniussu se vindicare ausi fuissent, deriuari. Itaque se continebant, neque quid optimum factu esset, satis explicabat. Arius interim Correa, qui in ædibus relictus erat, ut Emmauelis Regis negotia procuraret, à Caprali summo opere contendebat, ut ea indulgentia Regis vteretur, & à Saracenis viribus eriperet, quod illi fraudibus auerrebant. Aliter enim futurum, ut naues in Portugalia inanes redirent, & nullo lucro tantæ impensæ factæ compensarentur. Cum Capralis hæreret, & cunctaretur, Correa instabat, & obtestabatur eum, ne pateretur nomen suum nomine timiditatis & inertiae maculari, neue Regem Emmauelem eo commodo priuari quod ostendebatur. Ad hæc testes, & à scribis testimonia publicis literis consignata postulabat, ut esset testatum omnibus, non per se stetit, quod minus Regis negotia commodè fierent, sed ducis ipsius culpa. Capralis igitur Corree querimonijs & obtestationibus impulsus, aliquid sibi gerendum arbitratus est, ut crimen, quod intendi facile poterat, aliquo modo dilueret. Erat autem iam paululum extra portum nauis mercibus onusta, quæ anchoras soluere, & vela facere instituebat, cum Capralis per vnum ex suis domesticis Nauarcho atque magistro denunciauit, ne inde abiret. Sibi namque factam fuisse à Rege potestatem naues omnes, quæ in illo mari consistebant, retinendi. Nauis autem dominus erat Saracenus quidam ditissimus, qui multum gratia & autoritate Calecutij apud Regios poterat. Dux atque magister, & reliqui omnes Capralis imperium irrident, Capralis scaphas expedire & armari iubet, & nautas atque milites confestim mi-

Volue sex diebus, etc.

fit, qui nauem funibus alligatam in portum remulco traherent: quod illi sine vlla mora conficiunt. Sarace-
nus, cum id factum esse cognouisset, graui iracundia commotus, omnes suos propinquos atque necessarios ac-
cessit: rem exponit: de nostrorum iniuria & iniquitate conqueritur: contumeliæ indignitatem verbis exag-
gerat. Pro se quisque quantum potest illius animum, iam satis sua sponte incensum, verbis inflammat, mori-
que satius esse dicit, quam tam in signem contumeliam pati. Itaque omnes continuo ad Regem adeunt,
facinus esse indignum clamitant, tantum animum
Christianos homines assumpsisse, ut in Calecutij reg-
no homines in ipsius Regis patrocinio latentes inua-
derent, & quasi iam regnum possiderent, ita cogere im-
perijs, minitari liberis, vincetas naues abducere, & in ip-
sius Regis oculis, vim hominibus, qui illius imperio
continebantur, inferre. Eam verò iniuriam non tam
ad illos, quam ad ipsius Regis contumeliã pertinere.
Quam si non statim vindicaret, fore, ut maiora facinora
molirentur, & in ipsum arma conuerterent. Clementia
illius factum esse dicunt, quod homines externi, &
à moribus Indicis abhorrentes, omniumque præsidio
destituti, Regem præpotentem despicerent, tantumque
sibi in ipsius Regis imperio, atque tam insolenter arro-
garent. Rex ita respondit, ut facile intelligerent, eum
non grauius esse laturum, si quidquam sceleris fuisset
ab illis in nostrorum perniciem comparatum. Omnes
igitur confestim in aedes, ubi nostri nihil hostile suspi-
cantes, iussu Regis habitabant, irruunt, Nairesque, mul-
tos sibi socios adiungunt. Correa sublato signo discrimen, in quo versabatur, classi denunciauit. Erant autem
Lusitani, qui cum illo erant, ad septuaginta. Sarace-
norum verò cum Nairibus ad quatuor millia conue-
nere. Capralis quartana laborabat. Itaque præcepit Sancio Tobaris, ut cum omnibus scaphis in littus
properaret, ut subsidio nostris occurreret, & fugientes
exciperet. At Saraceni cedere ianuam securibus, con-
uellere parietes trabibus, tela conijcere, & summa con-
tentione

H

tentione

ventione pugnare, vt prius quàm auxilium venire posset, omnes interficerent. At nostri acri animo restiterunt, & quia videbant sibi moriendum esse, nè inultu caderent, fortissimè dimicabant. Paries interim ex vna parte machinis admotis dissectus fuit. Hostes ferociter inuunt, Lusitanosq; cædunt. At qui ex illis euadere potuerunt, globo facto ad mare se conferunt, vbi iam multi ex Lusitanis, qui subsidio veniebant, impetum in hostes fecerunt, vt illis parumper repressis, suos in scaphas recipere facilius possent. Ceciderunt ex nostris ad quinquaginta, in quibus Arius Correa fuit. Vnginti tantum euasere, faucij tamen, eorumque bona pars ex eisdem vulneribus interijt. Henricus monarchorum præfectus aliquot vulnera accepit. Arius Correa duxerat secum in Indiam filium, nomine Antonium Corream, annos natum decem: quem eques quidam, cui nomen erat Nonius Leitanus, in hoc tanto discrimine summa contentione protexit, & in columæ ad litus vsque perduxit. Hic cum hæsitaret, neq; posset puerum in scapham perferre, nauta quidam puenit orbitatem miseratus, occurrit, illumque cum magno vitæ periculo humeris sublatum in scapham imposuit. Fuit hic Antonius postea vir admodum strenuus, multasque res memorabiles in bellis effecit. Fuit hoc tantum scelus à gente perditissima cõstatum. xvij. die Decembris, anno à CHRISTO nato M. D. Capralis tulit admodum dolenter hunc casum, & febris multò vehementius astringari cepit, & Corree mortem lacrymis prosequutus est: non tamè quidquam hostile moliri voluit, expectans, an Rex se aliqua tolerabili excusatione defenderet, & in authores sceleris animaduerteteret. Cum autem ex Regis silentio & taciturnitate intelligeret, illum tam scelesti facinoris esse non modo cõscium, sed etiam fautorem, postridè ex ducum consilio, decem Arabum magnas naues, quæ erant in portu, aggressus est. Fuit vtrinque summa virium cõtentione dimicatum. Lusitani tamen magno impetu in naues irrumpunt, multorumq; necesse suorum mortem

vlciscun-

vlciscuntur, & supra sexcentos ferro concidunt: deinde naues exonerant, & paucos, qui se metu occultaerant, capiunt, & per omnes naues distribuunt, vt ministrorum nauticis in rebus penuriam supplerent. Tres elephanti fuerunt inuenti, quibus occisis & salitis, nostris (erat enim magna commeatus inopia) vlciscerentur. Postremò sub noctem naues omnes incensæ sunt, inter quas fuit nauis Arabis illius, qui tantam discordiam concitauerat. Appellabatur autem Cogecemus Micidius. Exterruit hoc incendium omnes, tam ciues, quàm peregrinos, qui Calecutij morabantur. Conueniunt vndique: clamores ingentes tollunt: natiuium iacturam plangoribus atque lamentis prosequuntur: manus in cælum tendunt, & diras imprecantur: nemo tamen ad resistendum se comparat. Incensus in Regis conspectu nauibus, cum primum diluxit, naues ordine constitutæ sunt, vt urbem tormentis, quam acerrimè fieri posset, concuterent. Multas ades disturbauerunt: multos mortales occiderunt: magnamque multis in locis stragem ediderunt. Rex ipse, cum ad illius pedes vnus ex suis familiaribus ictu ingentis pilæ dilaceratus concidisset, metu perterritus omnem salutis spem in præcipiti fuga collocauit. His rebus gestis, Capralis Cochimum versus nauigare instituit. Acceperat enim, Cochimi Regem amicitiam Lusitanorum expetere. Adest autem vrbs hæc Calecutio Austrum versus circiter passuum septuaginta milia. Vndique verò flexibus fluij, qui non longè ab illa in mare influit, alluitur. Portum habet optimum, & stationem nauium tutissimam. Solum est macrum & sterile, arborum tamen viriditate ad aspectum iucundum. Abundat pipere. Regis opes erant tenues, & Calecutij regi tributa pendebat. Mores gentis sunt Calecutiensium moribus & institutis vitæ persimiles. Capralis Cochimi portum ingressus, ad Regem misit Indum Michacelè nomine, qui de suo in regnum illius aduentu eum cõuentorem faceret, & simul peteret, vt pipere, & aliquot aromatum pondus iusto pretio venderet, vt posset a-

H 2

liquor

Lusitano-
rum cades

Arij Cor-
ree mors.

Antonij
Corree pe-
niculum.

Initium
belli aduer-
sus Regem
Calecutium
gesti.

Victoria
Lusitanorum
navalis.

Calecutij
oppugnatio

Cochimum
vrbs.

Capralis ad
Cochimi
Regem nū-
cius.

L I B E R

*Loguim
mores &
religio.*

liquot naues onerare. Fuerat hic Michael vir abstinentia mirabili, addictus religioni, quam sequuntur illi, qui logues ab Indis appellantur. Præ se ferunt hi singularem rerum humanarum contemptionem. Nullas opes possident: emendicatis cibus visitant: per omnia fora cursant, vt suæ sectæ disciplinam omnium auribus inculcent. Maxima eorum pars præstigijs illudit hominibus imperitis, eorumque demerita ad suum quæstum abutitur. At Michael cum simplicianimo in religionis fallacissimæ rationem fuisset ingressus, eam fraudibus illius compertis improbauit, auresque dedit hominibus Lusitanis, qui religionem reliquis purius obseruabant, eorumque cohortationibus inductus, CHRISTI religionem suscepit. Is cum Cochimi Regem Capralis nomine saluaret, ad eumque illius postulata deferret, responsum humanitatis & officij plenissimum tulit. Regem dixit nõ modo de illius aduentu plurimum gaudere, sed omnia illi admodum munificè atque largè polliceri. Itaque foedere facili negotio constituto, Capralis misit in ciuitatem, qui Regi aliquot argentea vasa deferrent, & aromata, quæ possent in ea reperiri, visitato pretio compararent. Rex Lusitanos ad id negotium missos in domo satis ampla, & non vsquequaque immunita collocari precepit, eisque Naires, qui eos armis, vbi opus esset, tuerentur, assignauit. Dum omnia summa Regis fide, quæ in rem erant, ad Capralis voluntatem administrantur, veniunt legati à Rege Cananoris, & Rege Coulam, quorum vterque Regis sui nomine & stabilem amicitiam, & fidele commercium nostris hominibus ostendebat: ad onerandas in suo regno naues eos inuitabat. Vtrique Capralis, vt par erat, gratias egit. Se verò, quò minus eorum beneficijs vteretur, humanitate Principis illius, apud quem iam negotium gerebat, impediri. Ita tamè se obligatum profiteri, atque si beneficium illud, quod offerrebat, accepisset. Quòd si ei aliquid ex eo pondere, quod emere statuebat, defuisset, tunc se eorum voluntatem minime aspernaturum. Dum naues

summo

*Fædus Lu-
sitano-
rum
cum Rege
Cochimi.*

*Cananoris
et Coulam
Regum ad
Capralem
legatio.*

summo labore & industria onerantur, aduenere duo fratres Christiani, ex illis, qui Thomæ disciplinis imbuti, summa per tot annos constantia Christi religionem eadem perpetuò fide colunt: & à Caprali positum, vt vellet eos secum in Portugalam ducere, vt inde Romam atque Ierosolymam petere possent: vt ea loca inuiserent, vbi Christus, discipulique illius institissent. Quod Capralis eis summa voluntate concessit. Erant autem è ciuitate, quam Cranganorem appellant, quæ Cochimo viginti passuum millibus aberat. Cranganor
vrbs.
Cum verò onus fuisset nauibus impositum, fuit Rex factus certior, Calecutij Regem classem viginti magnarum nauium, & nauigiorum præterea minorum magnum numerum comparasse, quòd suorum eadem vindicaret. Exercitum verò, qui classe vehebatur, esse quindecim hominum millia. Id Cochimi Rex Caprali per suos domesticos confestim nunciauit. Capralis vbi id accepit, omnes ad prælium parari iubet. Sibi namque in animo esse, cum Calecutiensi classe dimicare. Antennis igitur sublatis, in eos inuehitur. Ventis tamen expulsus, non potuit ad illos accedere. Illi verò cum cernerent, quàm præsentis animo nostri in eos inuadere conarentur, & simul tormentorum vim & impetum formidarent, quamuis secundus ventus eorum naues in nostras impelleret, neque eas petere, nec villo pacto prælium inire voluerunt. Capralis igitur sine vllius impedimento in Portugalam iter facere instituit. Cochimi autem reliquit duos Lusitanos honesto loco natos, vnum nomine Gündissaluū Barbosam, alterum verò Laurentium Morenum, cum certo Lusitanorum numero, qui negotia Regis Emanuelis administrarent. Cum autem Cananoris oram legeret, fuit à Rege inuitatus, vt ibi, quod deerat adiutum pondus, acciperet. Capralis inuitantis liberalitatem minime repudiauit, portumque vrbs illius subiit anno à CHRISTO nato, M. D. I. Erat vrbs ingens, multisque habitatoribus frequētari solita. Magnus Cananoris
descriptio.
linus in vrbe influens, portum optimum efficit. Re-

*Duo Indi
Christiani
D. Thomæ
discipulis
imbuti.*

*Cranganor
vrbs.*

*Calecutia
classis in
Lusitanos.*

*Cananoris
Regis et
Lusita-
nos libera-
litas.*

*Cananoris
descriptio.*

H 3 gio est

gio est omnibus rebus, quæ ad victum pertinent, abundans. Rex erat opulentus, & immunis, & à moribus & institutis aliorum Regum, qui Mala baribus imperat, minimè abhorrens. Hic emittit Capralis certum pondus zingiberis atq; cinnamomi. Rex ubi vidit illum non tantum onus, quantum illi offerebatur, accipere, arbitratus est, id pecuniæ inopia fieri. Misit igitur ad illum, qui diceret, se compertum habere, illum Calecutij pecunia & bonis omnibus fuisse spoliatum. Proinde sibi fore gratissimum, si vellet uti suis pecunijs, perinde atq; si Regis Emmanuelis essent. Egit illi gratias Capralis, & ostendit nuncijs, magnum numerum aureorum numorum, ut posset Rex intelligere, se non rei numerariæ difficultate impeditum, sed quod naues essent iam satis oneratae, emere plura noluisse. Rex ut cum Emmanuele pacem firmaret, Legatum cum Caprale in Portugalam misit. Inde profecti sunt. xvj. die Ianuarij. Cum verò Capralis non longè à Melindensi portu abesset, nauem satis magnam mercibus onustam cepit. Quam cum intellexisset esse Saraceni cuiusdam viri valde potētis, nomine Milicupij, qui in Cambaia regno domicilium habebat, & oppidum nomine Barochium possidebat, eam liberam dimisit: præfectoque dixit, Regi Emmanueli nullum bellum in India nisi cum Calecutij Rege, & cum Arabibus illis, qui erant à Meca, futurum, à quibus grauiissimas iniurias acceptarat. Hic seuua tempestas excitata classem iactauit, & nauem, cui præerat Sancius Thoarius, in vadis allisit. Nauem fractam Capralis, cum primùm fieri potuit, incendere iussit, ne quidquam ad hostium manus perueniret. Mombazæ tamen Rex postea multis vrinatoribus, multisque machinis vsus, tormenta ex aquis extraxit. Inde Capralis cum Melindè petere, ventis exclusus, minimè posset, Mozambiquem versus cursum tenuit: ubi relictis nauibus Sancium Thoarium in alia naui misit, qui situm Zofalæ diligenter exploraret, atq; inde se in patriam cōferret. Ipse verò a quatione facta, sine vlla cunctatione domum redire constituit, varijs

Cananorensis Regis ad Emmanuelem legatio. Saracenicæ nauis capta & dimissa.

que

que tempestatibus vsus, Olyssipponem tandem peruenit pridè Kal. Augusti. Cuius aduentu Rex variè affectus est. Ex eorum namq; qui euaserant, incolumitate voluptatem magnam cepit: eorum verò casum, qui partim fluctibus obruti, partim insidijs oppressi perierant, admodum dolèter tulit. Miserat autem eodem anno Rex Emmanuel in Indiam aliam classem perexiguam, cui præerat vir acer, nomine Ioannes Nouius. Erant autem tres naues tantum. Cum enim confideret, in ea classe, cum qua Capralis anno proximo missus fuerat, satis præsidij fore vel ad pacem cum Calecutij Rege constituendam, vel ad spiritus Regis insolentis & elati cōprimendos: tunc illud trium nauium supplementum sufficere arbitratus est. Sed cum è Caprali cognouisset insidias, quibus circumuentus fuerat, vidit tantum scelus maioribus opibus vindicandum. Itaq; anno sequente, qui fuit à Christo nato, M. D. II. misit rursus Vascom Gamam in Indiam cum classe decem nauium. Omnes præter nauem prætoriam, in qua Gamama vehabatur, fuere hominibus fortibus attributa, qui illis præessent. Aliam præterea classem instrui præcepit, cui vir egregie fortis, Vincentius Soderus nomine præerat. Fuit autem hoc illi munus assignatum, ut teneret Indicum mare, acerrimumq; bellum Saracenis, qui in Indiam nauigabant, inferret. Hæ quindecim naues instructæ rebus omnibus, è Bethlehemitico portu soluerunt quarto Idus Februarij. Neq; ijs classibus contentus Emmanuel, aliam classem quinque nauium comparari iussit, cui Stephanum Gamam Vascomi fratrem patrualem, præfecit, qui Kalendis Aprilis eiusdem anni Olyssipponem profectus, eundem cursum tenuit. Animus enim Regis acer, & maximarum rerum cupidus, & quod caput est, ad spem, quam diuino numine collocauerat, excitatus, nihil magis ad officium suum pertinere arbitrabatur, quam ut regionem illam armis expugnaret, Christianique nominis hostes opprimeret, & orientis Solis plagas Christi nomine compleret. Eodem anno Olyssipponem

Capralis in Lusitaniam rediit.

Tertia Lusitana classis in Indiam missa.

Annis à nato Christi. 502. Duce noue classes in Indiam missæ.

Alia classis Emmanuelis in Indiam.

Pium Emmanuelis studium.

RES EUROPEÆ

*Natus Em
manueli fi-
lius.
Prodigiosa
tempestas.*

pererit Regina Maria primum filium, in cuius ortu tam saeva tempestas excitata fuit, quantum nunquam homines summa senectute præditi in vita meminerant. Cælum enim tenebris densissimis obductum crebrò ronabat, atque fulgurabat, ut eos etiam, qui fortes existimabantur, ingenti formidine perterreret. Ad hæc, multa loca de caelo tacta fuere: excitati turbines arbores euellerunt: imbres effusi non vias tantum, sed ædes etiam quamplurimas aquis impleuerunt. Reddita verò tranquillitate, non solum Emmanuel, sed omnis ciuitas ex Principis ortu summo gaudio cumulata fuit. Octauo die fuit infans sacro fonte ablutus, & Ioannis nomen obtinuit. Inter reliquos autem, quos Emmanuel diuinæ cognitionis filio affines esse voluit, fuit Petrus Pascalius Venetus legatus, qui fuerat ad eum missus, ut ei Reipub. nomine summas gratias ageret pro classe, quam in auxilium illius, ut dictum est, miserat: & ostenderet, S. P. Q. Venetum fore semper ei hoc tam singulari beneficio deuinctum. Hunc Legatum Rex manu propria equestris dignitatis insignibus ornauit, multisque muneribus affecit. Quibus beneficijs allectus, multa de singulari illius virtute, cum esset Venetis, commemorauit, & effecit, ut instituta cum Venetis amicitia, sanctiore quodam foedere firmaretur. Hoc autè die, quo Princeps Ioannes aquis salutaribus expiatus est, ædes regiae subito incendio inflammari cœperunt. Sed fuit multorum hominum opera continuò restinctum. Eodem anno aliam classem Rex Emmanuel comparauit, quæ Gaditanum fretum peruagaretur, ut Maurorum ferociam comprimeret. Sed nihil, quod dignum sit memoria, per illum gestum fuisse constat. IOANNES interim Nouius fecundis ventis vsus, postquam regionem æquinoctiali circulo subiectam transiisset, in insulam nostris incognitam delatus est, cui Conceptionis nomen indidit. Indè Mozambiquem petijt. Sed antequam eò perueniret, naues ad terram aquandi gratia conuertit, ad eum locum, quem S. Blasij aquationem nominant.

Ibi cal.

Ibi calcem vetustam è frondibus cuiusdam arboris alligatum cernit. Non temerè visum est iraque calcem solui, & ad se deferri iubet. Erant in illo literæ *Petri Atai- dai literæ* teræ. Petri Ataidai manu scriptæ, quibus admonebat *casu inuē-* omnes duces Lusitanos, qui eò desisterent, ut Calecutij portum vitarent. Regem esse sceleratum & immanem, in nostrosque gentem primò insidijs, deinde *ta de fron-* summis viribus fuisse machinatum. Cùm verò Qui- *diu. Calecu-* loam perueniret, offendit vnum ex illis exulibus, qui *tij Regis.* varijs in locis relictis fuerant. Is Capralis litteras in eandem sententiam scriptas Nouio dedit. Ad Melindem verò cùm naues appelleret, fuit à Rege de omnibus fraudibus & insidijs quas Rex Calecutij Caprali fecerat admonitus. Indè in Anchediuam seaquandi gratia cõtulit: & inde Cananorè versus iter instituit. Rex ita illum exceperit, ut nullum officium hominis amantissimi præteriret. Ibi Lusitanus nomine Gundissaluns Peixotus, qui eo tempore, quo Arius Correa fuit interfectus, opera Coiebequij occulta tus fuerat, nè eandem calamitatem incideret, venit Calecutio ad Nouium, Regis Calecutiensis iussu, qui diceret illum tumultum, in quo Arius Correa ceciderat, fuisse, Rege imprudente, multitudinis furore & amentia concitatum, animumque illius nunquam fuisse à studio Regis Emmanuelis alienum: eique gratissimum fore, si Nouius vellet Calecutium petere. Futurum namque, ut omnia, quæ vellet ab illo facillimè impetraret, & onus acciperet, ex quo posset maximum lucrum ad regias opes accedere. Hæc vbi regis nomine dixit tum Coiebequij monita diligenter exposuit. Admonēbat enim, nè Regi omnium scelestissimo fidem adiungeret. Illum namq; eò neruos omnes intendere, ut per amicitia simulationē omnes Lusitanos, quos posset, crudelissimè necaret. Eum verò qui fidē haberet ei, qui nunquā fidē coluisset, meritas stultitiæ pœnas daturū. Nouius nullū responsum dare, neq; Peixotus Calecutium redire voluit. Nouius cùm Cochimum verus cursum teneret, in Calecutiensem nauem incidit:

*Calecutij
Regis ad
lo. Nouiū
simulatus
nuncius, et
delectæ
fraudes.*

H 5

quam

quam armis expugnatam, & spoliatā incendere iussit, & ad Cochimeusem portū tandem peruenit. Cuius conspectu nostri tanta lætitia affecti sunt, ut exultarent, se tunc in mortis ipsius faucibus ereptos. Quibus enim Rex eos humanissimè tractaret, & certis Nauribus tuendos committeret, perfidiam tamen Arabum eorum, qui satis frequenter eam urbem incolebant, valde formidabant. Omnia Regis officia in Nouium consistere, quæ ab homine singulari probitate atque fide prædico postulari, & expectari potuissent. Itaque Nouius negotijs ex animi sententia gestis, & maxima ex parte nauibus oneratis, Cananorem rursus se contulit, ut aromatum aliorum onus acciperet: quod ei fuit largè atq; munificè concessum. Cum vellet inde discedere, fuit à Cananoris Rege certior factus, Regem Calcutiensem octoginta parones instruxisse, qui portus aditus obsiderent, ut illum interclusum armis opprimerent. Proinde illum Rex admonebat, ut ad terram propius accederet, ut ille posset ei cum suis auxilium afferre. Nec enim fieri posse, ut is eum quatuor tantum nauibus tantam hostium classem iustineret. Agit gratias, quas debet Nouius, Regemq; monet, ut de nostrorum salute minimè sollicitus sit. Senamque omnem victorie spem in summo Deo repositam habere, cuius presidio se cum multò maiore classe facillimè congressurum. Postero die conspiciatus est Nouius portus aditum ab hostibus teneri. Nauium numerus erat supra ceterum. Nouius ita naues instruxit, ut possent tormentis omnibus vri. Deinde duces singulos admonuit, omnem salutis spem in eo positam esse, ut non cogèrentur vllomodo cominus cum tanta multitudine pugnare. Proinde eo ordine curarent tormenta disponi, ut continenter pile in hostes iacerentur. Si enim vlla fieret intermissio, magnum periculum vitari non posse. Illi summa vigilatia, quod fuerat imperatum, consociunt. Fuit hac ratione vsq; ad occasum Solis magna nostrorum a lacritate & contentione dimicatum. Fuisse ex hostibus, ut postea compertum fuit, quadringenti atque septem

Pugna naualis cum Calcutienfibus. Lusitanorum victoria

septem & decem homines occisi, & complures plurimè glandibus vulnerati, aliquot naues depressæ: cum interim Lusitani nullum incommodum accepissent. Hostes vexillum in pacis signum sustulerunt. Nouius fraudem aliquam ab illis comparari suspicatus, belli signum contra sustulit, & prælium redintegrare præcepit. Illi nihilominus in eadem pacis significatione perseverant. Tum Nouius pacis etiam signum tolli iussit. Illi vero per Arabem ad eam rem missum illius noctis inducias petunt: posse namq; pacem postero die sub aliqua iusta conditione, quæ esset in rem vtriusq; partis constitui. Respondet Nouius, eas inducias se minime daturum, nisi prius illi ab aditu portus secederent, siq; liberum mare permitterent. Faciunt illi contumaciam, quod Nouius postulabat. Nouius è sinu cum nauibus egressus est, & vtraq; classis non longè à portus introitu in anchoris constitit, ita tamen, ut non magnum inter vtranq; spatium interesset. Illi tamen contra fidem homines submittebant, qui nando ad naues accederent, anchora liaq; præciderent: lintres deinde cum facibus instruebant, ut succisissimis facibus continuo iacerentur. Quod scelus, nisi fuisset à nostris summo studio vigilatum, exitum habere potuisset. Itaq; nostri fulis ferreis, & neisq; tormentis eos, quos accedere sentiebant, facillimè propellebant. Ad hunc modum integra nox fuit in laboris huius continuatione consumpta. Hostes verò cum cernerent, nec apertam vim, nec occultas insidias illis, ut sperarant, processisse, anchoris solitis, idoneumq; ventum natum, se Calcutium recepere. Nostri tanto periculo liberati, gratias summas Deo egerunt, & sine vlla mora in Portugalam velis pleniter ite facere instituerunt. Nouius cum non multum in nauigando progressus, vnam nauem Calcutiensem conspiceret, in eam confestim incurrit, & captam spoliat, & coniectis facibus incendit. Deinde admodum commodè nauigando, Bonæ spei promontorium flexit, & inde in paruam quandam insulam cursu delatus est, cui Sanctæ Helenæ nomen imposuit. Est autem

Calcutienfium perfidia.

Calcutienfium fuga.

Calcutienfis nauis capta & incensa.

Insula S. Helenæ.

autem insula ita in medio mari sita, ut diuino consilio constituta videatur, ut Lusitanos homines ex India redeuntes, iactatione, multarumque rerum penuria quod fieri in tam larga nauigatione opus est, afflictos reficeret. Fluuios namque habet gelidos atque perennes, & syluas atque nemora densissima, caelumque saluberrimum. Postea vero, quam hominis cuiusdam, cuius proprio loco mentionem faciemus, cultus accessit, multis porcorum & pecudum gregibus, variisque fructibus & oleribus abundauit. Itaque nostri in ea aquationem & lignationem commodissime faciunt, & piscationem & venationem, & aucupio non oblectantur solum, sed naues commeatu reficiunt. Ex ea insula Nouius eadem felicitate nauigandi usus, Olyssipponem peruenit, xij die mensis Septemb. anno à Christo nato. M. D. II. neque solum Regi, sed vniuersae ciuitati tam felici aduentu summam iucunditatem attulit. Hoc anno Emmanuel Compostellam profectus est, ut ad D. Iacobi sepulchrum nuncupata vota persolueret. Conimbricam cum peruenisset, & sepulchrum Alfonsi Regis sanctissimi & inuictissimi, cuius virtute Mauri fuerunt à Lusitania finibus expulsi, parum magnifice extructum cerneret, id demoliri, & aliud satis amplum & magnificum aedificare iussit. Similiter in Portugalesi ciuitate sepulchrum martyris Panthaleonis, viri summa sanctitate praediti, magnis sumptibus extrui iubet, ut fuerat testamentum Regis Ioannis institutum. Porro autem quaecumque iter faciebat, pupillis & viduis benignè conuolebat, templa donis & muneribus cumulabat, scelus potentium hominum, quae fuerant ad illum diem impunita, acerrimo supplicio vindicabat. Compostellam mansit triduo, sepulchrumque D. Iacobi singulari significatione religionis inuisit, templumque donis atque lignum argenteum singulari opere perfectum, qui perpetuo in eo luceret, appendi praecipit. Hospites apud quos diuertebat, multis muneribus affectiua denique iter illud habuit, ut vbi cumque pedem poneret, & pietatis, & liberalitatis, & regiae munificentiae vestigia

*Nouij felix
in Lusitaniam redi-
tus.*

*RES EY
ROPEAE.
Emmanuel
lis pia quae
dam libera-
litas in-
staurata.*

gia impressa relinqueret. Reuersus Olyssipponem, incredibilem laetitiam cunctis attulit, qui illius desiderium minime ferendum existimabant. Principio in sequentis anni rursus eadem consilia de transmissione in Africam, ut bellum per se Mauris inferret, suscepit. Itaque milites conscribi, classem comparari, rei frumentariae prouideri iussit. Sed hunc illius conatum agrorum vastitas impediuit. Primo enim vere imbres immodici, & tempestates affluentes segetes corruerunt. Primum igitur caritas annonae, deinde fames, non modo homines tenues & egentes, sed etiam diuites afflixit. Multi herbarum radices euellebant, & res alias, quas nunquam gustari posse cogitarent, sibi comparabant, ut illis sustentarentur. Inde propter ciborum noxiam vim, & corrupti & infecti aeris intemperiem grauissimi morbi consequuti sunt. Quod cum cerneret Emmanuel, omnem bellicae rei apparatus necessitate compulsus omisit, & totam industriam in refrumentaria comparanda ponendam arbitratus est. Ex Gallia igitur & à Britania magnam vim frumenti importanda curauit, qua Regni inopiam subleuaret. Hoc anno sex naues in Indiam misit, tribus quidem Alfonsum Albuquerquecum, alijs vero tribus Franciscum Albuquerquecum illius fratrem patrualem praefecit. Aliam deinde classem Gundissaluo Coelio commisit, qua regionem à Caprale exploratam, quam Brasiliam vocant, perlustraret. Sed nauigandi in regionem parum cognitam imperitia factum est, ut Coelius ex sex nauibus quatuor vadis allisas amiserit, atque duas tantum plenas illis rubris lignis, quae tellus passim fert, & pistracis, atque simijs in patriam reduxerit. Hoc eodem anno Galper Corteregalis cum esset egregie fortis, & gloriae cupiditate vehementer incensus, ad sui nominis memoriam posteris aliquo facto memorabili prodendam

*ANNVS
à Christo
nato, 1503.*

*Fames in
Lusitania.*

*RES IN
DICA E.
Elassis in
Indiam &
Brasiliam
missa.*

*RES EY
ROPEAE.*

Corteregalis nauigatio ad Septentrionem prima.

dam

eam pertinere arbitratus est, aliquas terras incognitas peruestigare. Et quia videbat, omnia ferme littora, quæ ad Austrum spectabant, esse iam nostrorum navigationibus exploratè cognita, animum ad ea perlistrandam, quæ ad Septentriones pertinebant, applicuit. Itaq; suis sumptibus nauem instruxit, & commeatus, & armis, & nautis, & militibus egregiè munitam. Anno autem M. D. Olyssipone profectus, cursum in Septentrionalem plagam direxit. Ad terram que eandem peruenit, quam propter singularem amœnitatem, viridem appellauit. Homines, vt ipse postea referebat, sunt barbari & inculti, colore candido: qui tamen color ætate propter magnitudinem frigoris infuscatur. Valent plurimùm celeritate, sunt iaculandi peritissimi: miraculis vtuntur in summo perustis, quibus coniectis hostes ita traiciunt, atque si ferro armata fuissent. Pellibus animantium vestiuntur, antra colunt, aut humiles casas stramentis tectas excitant, in quibus habitent. Nulla religione astricti sunt: auguria tamen sequuntur. Vxores legitimo sibi matrimonio copulant. De fide & pudicitia vxorum valdè solliciti sunt, cum sint natura suspiciosi. Corteregalis in Portugaliã reuersus, cum ad spem multè plura cognoscendi reperetur, rursus anno, M. D. I. se in eandem regionem contulit, vt latius littora illius omnia peruagaretur, & gentis mores & instituta perdisceret. Sed quid illi acciderit, aut quo fato absumptus fuerit, nunquam sciri potuit. At frater illius Michael Corteregalis, qui magnùm apud Regem locum tenebat, amore fraterno ductus, vt fratrem inquireret, anno, M. D. II. duas naues instruxit, quibus in easdem oras nauigaret. Sed necis vltra comparuit. Emmanuel autem cum homines nobiles, quos plurimi ob egregiam vtriusq; indolem faciebat, ita absumptos animaduertisset, id ægrè admodum tulit: & quod erat boni Principis officium nihil omittendum ratus est, ex quo posset intelligi, quo genere mortis obijissent, vel quibus custodij arerentur. Sed cum naues omnia illa maria peragrarent, nihil

Terra viridis eiusque inculte.

Corteregalis secunda ad Septentriones nauigatio.

nihil de illorum exitu cognoscere potuerunt. Itaque & illi fratres perièrè, & tellus simul nomen amisit, & pro tellure viridi, tellus Corteregalium appellari cœpit. Cum verò alius eorum frater natu maior, nomine Valens Ioannes Corteregalis, Regiæ præfectus, aliqua tenui spe de fratrum vita teneretur, eandem nauigationem suscipere instituit: sed fuit à Rege prohibitus, nè sine vllò fructu se in eundem casum demitteret. Hoc anno postquam Albuquerque in Indiam iter nauibus sibi, vt dictum est, attributis susceperunt, Emmanuel concilium regni totius indixit, vt populorum fidem sacramento Ioanni suo legitimo heredi, vt fieri in Hispania solet, obligaret. Quod summa omnium voluntate factum est. Fuerunt præterea in hoc concilio multa populis salutaria, quæ concilium flagitauerat, instituta. Fuit præterea à populis Rex adiutus certo pecuniæ numero in sumptus, quos in Africano bello faciebat. Gama verò postquam promontorium Bonæ spei flexit, classem diuisit. Vincentio Soderio vndecim naues attribuit, vt Mozambiquè contenderet, ibiq; illum præstolaretur: quatuor aut sibi reseruauit, vt cum illis Zofalam peteret, regionisq; situm & naturam cognosceret. Ibi fuit à gentis illius Principe liberaliter acceptus, & amicitia inter vtrunq; constituta. Cum tamen è sinu egrederetur, nauem vnã ad vada allisam in ipsius æstuarij faucibus amisit. Homines verò, & omnia, quæ erant in illa, suè in alias naues imposita. Inde Mozambiquem profectus, cum vrbis Principe atque rectore collocutus est. Iam enim ille, qui nostris necem comparabat, abscesserat, & alter in locum illius fuerat substitutus, à quo Gama fuit benigne acceptus. Dederat autem Gama Soderio curam, vt interim dum ille Zofalam diuertebat, nauem in portu Mozambiquensi edificaret, ex his, quas Portugaleses Carauellas appellant, ad quæ efficiendâ fuerat nauis Lusitania in ea classe materia cõportata. Quarum forma hæc est. Carthæsijs carerè: antennis non habet transuersas ad pares angulos, sed obliquè paulùm infra summum

Comitia regni Lusitanie, eorūq; decreta.

RES IN DICAÆ.

Zofale Principis sedes cum Lusitanis.

Nauis quas Carauellas vocant, descriptio.

summum malis alligatas. Vela sunt in speciem trian-
guli facta, cuius basis non multum ab infimis arma-
mentis eminet. Antennæ sunt in infima parte, qua se-
cundum latera naui obuerfantur, in star mali, cras-
siores: inde paulatim attenuantur ad summum. Ho-
autem nauium genere Portugaleses propter nimiam
celeritatem in rebus bellicis vtuntur. Antennarum
namq; partem in infimam facillimè vel ad proram, vel
ad puppim versant, vel in medio latere nauis alligant,
& nunc à dextera ad læuam, modò à læua ad dexteram
celerimè detorquent: & vela, quæ quidem sunt ex im-
mis angulis, qui sunt Antennis oppositi, colligata, fa-
cillimè vel laxant, vel contrahunt, prout nauigationem
expediri vident: & quocunq; ventus se dat, eò veloci-
simus sine vlla mora conficiunt, omnesq; ventos exci-
piunt, ita, vt sæpenumerò à lateribus impulsæ rectum
cursum commodissimè teneant, eodemq; vento, mu-
tata subitò velsificatione, in contrarias partes incredi-
bili celeritate deferantur. Ad hanc igitur formam cu-
rauit Gama, vt nauis edificaretur, quæ per oram illam
discurreret, & quanta maxima posset, incommoda ha-
bitibus Christiani nominis importaret. Cum hac etiam
nauem adiuucta Quiloam contendit. Eò cum per-
uenisset, Stephanus Gama cum illis quinque nauibus
quibus præerat, ad portum similiter accessit. Erat autem
hanc rationem classis decem & nouem nauium. Nam
nauis vna, cuius præfectus erat Antonius Camperensis
ventis aduersis in longinquas partes iactata, minimè
comparebat. Rex maxima formidine perterritus, ad
Gamam suppliciter accedit. Gama illum vinculis pro-
pter iniurias nostris illatas alligauit. Is cū veniam flagi-
taret, eo fœdere emissus fuit, vt certum pondus auri
tributi nomine, Regi Emmanueli quorannis pende-
ret. Huius autem fœderis' obsidem dedit Mahumet
Anconium, virū singulari auctoritate præditū, & qui
post Habrahemum regē, secundū dignitatis gradū in
locis illis obtinebat. At Habrahemus cū se liberatū
cerneret, aurū, quod erat pactus, minimè dissoluit: vi-

*Classis 10.
nauium Lu-
sitanoꝝ.*

*Quiloæ Rex
à Gama cō-
spectus in
vincula.*

*Habrahe-
mi Quiloæ
Regis per-
fidia aliq;
scelera.*

simul

Amulaurum retineret, & Mahumeti necem hac frau-
de moliretur. Putabat enim fore, vt Gama perfidia il-
lius offensus, Mahumetem interficeret. Illum namq;
pessimè oderat, quamuis odium animo conceptum
amicitiæ simulatione tegeret. Erat enim Habrahe-
mus homo maleficus & iniustus, & Regem, qui ante
illum fuerat, per insidias occiderat, vt ipse regnare pos-
set: & omnes homines, in quibus acris animi vim & in-
dustriam cernebat, suspectos & inuitos habebat: à Ma-
humete verò præcipue sibi malum formidabat. At Ma-
humeres cū Habrahemi perfidiā sentiret, Gamæ frau-
dem, quam sibi ab homine profligatissimo fieri suspi-
cabatur, aperuit, & de suo aurum persoluit. Quo factò
Gama illum missum continuo fecit. Inde Melindem
ire contendit. Eò tamen propter æstus maximis ventis
inciati vehementiam, naues conuertere non potuit.
In sinū verò, quia Melinde circiter triginta millia pas-
suum aberat, delatus est. Eò misit Rex ad illum quen-
dam ex exulibus, nomine Lodouicum Mouram, quē
Capralis reliquerat, vt eum salutaret, & quæreret, an
opera sua aut opibus indigeret. Inde Gama, postquam
aurationi & rei cibaria prouidit, in Indiam transmi-
sit. Cū verò non longè esset à continenti, ingentem
nauem, rebus omnibus ad dimicandū instruatissimam,
cōspicitur est. Erat autem nauis illa Sultani Aegyptio-
rum Imperatoris & Calecurio zingibere, pipere, cinna-
mo, & alijs ingentis pretij mercibus onerata veniebat,
& Mecam cursu petebat, vt ibi multos, qui religionis
gratia Mahumetis sepulchrum inuisere cupiebāt, ex-
poneret. In eam Gama confestum inuectus est. Ara-
bes & Aegyptij multò acrius, quàm credi poterat, re-
sistēte. Tanta verò contentione dimicatum est, vt præ-
lium fuerit ad principium diei sequentis perductum,
cū vniuersa classis vnā tantū nauem oppugna-
ret. Nec enim nostri eam deprimere, antè quàm spolia-
rent, volebant: & illi cū sibi moriendum esse puta-
rent, vt non inulti caderent, laborabant. Irrupunt tan-
dem Lusitani; supra trecentos homines ferro concū-
dunt;

*Melindæ
Regis ad
Gamam
nunciū.*

*Ingens Aeg-
yptia na-
uis à tota
Lusitana
classe egrè
capta.*

dunt, pueris tantum parcut: prædam ingentem capiunt, & nauem coniectis facibus inflammant. Inde Gama Cananorem vehitur, vbi Regi legatum, quem ad Emmanuelem miserat, tradidit, & simul munera, quibus Emmanuel illum donabat, deferenda curauit: quibus ille supra modum lætatus est. Inde Calecutium petere instituit. In eo cursu parones aliquot Calecutienses cepit, in quibus inerant ad quinquaginta ex Calecutiensibus ciuibus, quibus omnibus catenas iniicit. In portu tandem classem constitui iussit. Venit autem ad illum Arabs quidam, vestitus eorum habitu & cultu, qui disciplinam Diui Francisci se tenere profitentur. Cum verò fuisset ad Gamam perductus, se Mahumetanum esse fassus est: illamque vestem induisse, eò quòd vereretur, nè sibi aditus alia ratione ad classem minimè pateret. Vestis autem erat vnus ex illis monachis, qui cum Ario Correa ceciderant. Arabi denunciatur Gamæ, Calecutij Regem esse pacis & amicitie cum Lusitano Rege cupidissimum, molestissimèq; tulisse facinus illud, quòd homines Arabes, quos imperio minimè continebat, in Lusitanos admiserat. Gama respondet, neq; se à fœdere pacis abhorre. Et idcirco iussu Regis Emmanuelis eò se cõtulisse, vt pacem, si fieri posset, cum illo certo fœdere confirmaret. Si igitur pacem habere vellet, voluntatis suæ signum aliquod daret, atq; in principio omnia, quæ fuerant Lusitanis crepta, cum Correa fuit interfectus, statim restitueret. Multis autem nuncijs vtrò citroq; missis, nihil, quòd in rem esset, à Rege fiebat. Intellexit Gama, omnem Regis animum in fraudibus versari, nec ad vllam stabilem & firmam concordiam adduci posse. Quòd cum videret, dixit, si non omnia sibi continuo redderentur, se Malabares illos, quos vincitos habebat, in Arij Corree vltiorem crudelissimè necaturus. Rex nullum ad hanc comminationem respõsum dare voluit. Gama omnes vincitos suspendi iussit, præcisq; manibus atque pedibus, cadauera vni ex paronibus, quos ceperat, imponi cum literis, quibus Regi bellum indi-

Parones aliquot Calecutienses capti. Subdola Calecutiensis Regis ad Lusitanos de pace legatio.

Bellum Calecutio Regis, necatis prius captiuis, à Gamam indicit.

lam indicibat, & tam ei, quàm omnibus, quibus ille imperabat, ferro flammaq; minabatur. Paronem dein de propè terram remulco subduci suis imperauit. Rex vbi literas nimis asperè & ferociter scriptas accepit, suosque crudelem in modum necatos & dilaceratos animaduertit, maximo animi motu perturbatus est, omnissq; ciuitas lamentis se dedidit. At Gama propius terram naues statui iussit, & postridiè, vbi primum diluxit, tormentis urbem acerrimè cõquassari præcepit. Multæ domus disturbata, & ades regia, quæ erant propè litus, euersæ: multiq; mortales occisi sunt. HAC regesta, Cochimum recta contendit, & Vincentium Soderium cum sex nauibus, qui totam illam oram inuestam redderet, ibi reliquit. Vbi Cochimū peruenit, Lusitani, qui apud Regem māsferant, ad eū continuo venere, & quanta humanitate fuerant habiti, & quàm singulari vigilantia contra Saracenorum insidias defensi, exposuere. Rex eum continuo per vnū de suis domesticis, qui magnum apud eum locum tenebat, honorificè admodum salutauit. Cum eo Gama conuinit, vt postero die Rex locum deligeret, quem magis opportunum ad colloquium vtriusq; iudicaret. Velle namque se illi mandata Regis Emmanuelis explicare. Et interim misit Emmanuelis nomine munera ad illum partim aurea, partim argentea, & auream præretea coronam. Rex contra, vt cum Emmanuele magnificentia certaret, enixè contendit. Et cum alia multa, tum duas aureas armillas gemmis distinctas, & vnam pergrandem gemmam ad Gamam ferri iussit, quam illius nomine Regi Emmanueli deferret. Fuit postridiè colloquium cum non mediocribus amoris nutui signis inter eos institutum. Non multis post diebus veniunt ad Gamam legati ex Christianis illis, qui Cranganorensem urbem incolebant. Legationis autem hæc summa erat. Se gratias dignas Christo Optimo Maximo pro tam singulari beneficio non posse vltimo modo persoluere. Id enim adepti fuerant, quòd nullo modo pacto fieri posse crediderat, vt ex tam longinquam pacto fieri posse crediderat, vt ex tam longin-

Calecuti oppugnatur.

Emmanuelis ad Cochimi Regem munera.

Gama cum Rege Cochimicolloquium.

Cranganorensem ad Gamam legationem.

in quibus regionibus Christiani tantis virtutibus ornati, ad eas terras peruenirēt. Se velle deinde Emmaque li seruire, nullumque alium dominum in terris agnoscere. Idcirco Gamam orare & obsecrare, vt nomine regis optimi & inuidiosissimi eos omnes in fidem reciperet. Gama manus in cælum sustulit, eosq; ad spem multo felicitioris conditionis excitauit: fidemq; dedit, se pugnaturum, vt omnes Lusitani Duces, qui deinceps in Indiam à Rege mitterentur, eos à tyrannide perditorum hominum, & Saracenorum iniurijs tuerentur. Legatis dimissis, Gama, vt naues iustum onus acciperent, operam strenuè nauabat. Interim verò vnus ex Brachmanis, quibus Calecutij Rex multum vtēbatur, venit ad Gamam cum duobus adolescentibus, ex quibus vnus erat eius filius, alter sanguine ei valdè cōiunctus. A Gama autem postulabat, vt illos adolescentem in Portugalam duceret, vt literas Latinas discerēt, & religionem Christianorum, & disciplinam, & instituta cognoscerent. Gama illius postulatis satisfacere volens est. Sed postquam is se penitus in Gamæ familiaritatem insinuauit, tunc apertè significauit, quod in principio confiteri minimè ausus fuerat: nempe se legatum Calecutiensis Regis esse: ab eoque missum, vt ostenderet, nihil ardentius illum optare, quàm vt pariter eos sanctissimo fœdere conciliaretur. Paratum esse Regem non modò ad bona Lusitanorum reddenda, sed ad omnia hominis amantissimi officia cumularè præstanda: Gamamq; orare, vt inimicitarum memoriam deponeret, & satisfactionem acciperet. Quod verò ad aromatum onus attinebat, nec alibi pluram, minore pretio reperiri posse. Proinde si vellet nauem Calecutium ducere, futurum, vt ex animi sententia quod in re esset, feliciter administraret. Gama volens an Regem admissorum flagitiorum aliqua ex parte poeniteret, experiri. Itaque classe Stephano Gamam interim commissa, & Brachmana pro obside relicta Calecutium cum duabus tantum nauibus profectus maturauit. Vbi Calecutium peruenit, duos illos adolescentem

*Subdola
Brachmani
ad Gamam
pro Calecu-
tio Rege le-
gatio.*

lescentes ad Regem misit, qui vtrò citroque commebant, & pacis conditiones à Rege ad Gamam, & ab illo rursus ad Regem deferebant. Rex tamen insidias comparabat. Arabes enim cum eo magis vocibus extululare, animumq; illius in nostros incendere minime desistebant. Is cum neque fidem coleret, neq; constantiam vllam retineret, & copias, quas Gama eo tempore habebat, valdè contemneret, Arabum vocibus inductus, quàm maximo silentio fieri potuit. xxxiiij, parones instruxit, qui Gamam improviso adorirentur. Quod summa quadam celeritate factum est. Itaq; in Gamam festinanter incurrunt. Gama re adè repentina percussus, anchoras præcidi, velaq; fieri confestim iussit. In hoc discrimine res erat, cum subito Euruspaulò vehementior nauem à terræ conspectu beneficio caelestis numinis abstraxit. Parones tamen nihilofecius Gamam & remis & velis insequēbantur. Sed accidit, cum iam appropinquare viderentur, vt Vincentius Soderius cum classe, cui præfectus erat, occurreret. Gama namque cum aliquid suspitione de fraudè illa assequeretur, quamuis non ita subito id scelus constari posse existimaret, vnā ex nauibus ad illum miserat, vt Calecutium properaret. Gama adiuncta sibi Soderij classe, naues in hostes conuertit, & in eorum classem nimis acriter inuadit. Aliquot autem parones depressis, & multis ex hostibus occisis, reliqua classis disiecta atque dilacerata, fuga salutem petere constituit. Gama deinde Cochimum reuersus, Brachmanam suspendi iussit. Adolescentes euaserunt, propterea quod in terram descenderant, antequam vllum fieri posset tam sceleratæ coniurationis indicium. Calecutij Rex cum cerneret, nec insidias illi, neque vim, vt cogitaret, processisse, alia ratione perniciem comparare Lusitanis instituit. Literas enim ad Cochimi Regem misit, quibus illum rogabat, vt sibi Lusitanos traderet. Ad hoc autem scelus, eum ingentibus promissis impellere contendebat: contra, si id facere recusaret, quæ pericula illi intenderentur, exponēbat, & minas etiam

*Calecutij
Regis do-
lus & in-
constancia.*

*Lusitanū
diuinitus
ab hoste liberati.*

*Calecutien-
sis classis
fuga.*

*Nona Cale-
cutij Regis
in Lusitanos techna.*

Regis Cochimi ad Calecutiensis Regis literas responsum.

Cochimensis Regis in fide constantia.

Pandaranæ

Classis Calecutiensis 29. nauium

ia stabat. At Rex Cochimi se vehementer admirari respondit, quomodo tam illustri Regi in mentem veniret, Reges alios in fraudem impellere. Minimè namque ad Regis officium pertinere, fidem violare, & eos, qui se illi commiserant, prodere. Vt enim nihil erat magis regium fidei stabilitate & constantia: ita nihil esse perfidia magis à regijs moribus & institutis alienum. Fide namque gloriam cõparari: perfidia verò maculam decoris semperiterni omnibus, qui eam frangerent, maxime verò si Reges essent, inuri. Et idcirco se minimè regem arbitrari eum, qui fidem sanctam non haberet. Non enim imperium summum, sed virtutem imperio dignam, reges efficerent. Se verò id minimè facturum, quamuis certò sciret, esse sibi de regni statu propter fidei constantiam demigrandum, & maximum periculum vitæ subeundum. Nullam enim vnquam potentiam, nec vllam vitæ iucunditatem se officio antiquiorum duxisse. Institit nihilominus Calecutiensis, & ter in eandem sententiam literas, partim præmissis alliciendo, partim minis exterrendo, ad Cochimenses dedit. Is tamen in eadem perpetuò sententia permansit. Hoc autem Gamæ Cochimensis, quamdiu nuncijs hæc cum illo agebant, indicare noluit, nè illius animi aliqua sinistra suspicione conturbaret. At postquam Calecutiensis spes illius corrumpendi omninò præcisã fuit, tum demum quantis fuerat machinis oppugnat, Gamæ significauit. Gama gratias egit, quas debuit, & vt omitteret timorem, admonuit. Se namque eam classẽ in India relicturũ, quæ facillè posset perfidi Regis immanitati resistere. Indè profectus est Cananorem cum tredecim nauibus oneratis, vt alias tres quæ in Cananoris portu erant ad anchoras deligatæ, vt vnus similiter acciperent, cum ea classe cõiungeret. Sed cum nõ amplius duodecim passuum millib. Pandarane abesset, viginti nouè naues, quas Calecutijs ad illius perniciem armis, & telis, & militibus instruxerat, offendit. De consilio reliquorum ducum, cum ea classe pugnare constituit. Vincetium verò Soderium, & Petrum

& Petrum Raphaelẽ, & Iacobũ Petreium, eò quòd illorum naues essent minus oneratæ, vt in principio prælium committerent, in prima acie collocauit. Illi impigre imperata conficiunt, & in duas naues Arabũ, quæ reliquas antecedeabant, incurrunt. Qui erant in nauibus, antè quàm Gama appropinquaret, ex animati metu, sese in mare deiciunt, vt nando confugiant. Nostri in scaphas repente desiliunt, & supra trecentos homines in medijs fluctibus interimunt. Reliqua classis cum duas illas naues interceptas, & homines occisos animaduerneret, cõuersis prorsus se in terram trepidè recipiunt. Eas Gama insequutus, propter oneris impedimentum consequi minimè potuit. Nostri cum naues spoliarent, signum ex auro factum, in speciem monstrum cuiusdam similem figuratum, inuenerunt. Pondus erat librarum quadraginta. Pro oculis habebat in fronte duos ingentis pretij smaragdos: similiter Pyropum miræ magnitudinis, instar prunæ incensæ collucentem, in pectus inclusum gestabat, & pallio aureo amiciebatur. Nauibus exinanitis, Gama ignem implicare continuò præcepit, vt in conspectu classis hostilis exustæ terrorem inijcerent. Indè Cananorem petijt, & cum Rege fœdus percussit, quo cautum est, nè vnquam Cananoris Rex bellum cum Rege Cochimẽ si gereret: nè vnquam cum Rege Calecutijs de Cochimi pernicio coniuraret: neque, cum Calecutiensis in Regem Cochimi bellum compararet, illi suppetias vllas mitteret. Illius deinde fidei Lusitanos, qui erant negotia Emmanuelis Regis administraturi, cõmisit. INDE digressus est. xxvij. die mensis Decemb. anno à CHRISO nato. M. D. II. Vincentium verò Soderium reliquit cum sex nauibus: cui hoc munus assignauit, vt à Regibus amicis pericula propulsaret, & continenter cum hostibus bellum gereret: & si cerne-
ret bellum à Calecutijs Rege Cochimensis regni finibus inferri, Calecutijs impetum, quoad posset, à Cochimi rege reprimeret. Si verò vsq; ad Februariũ mensis nihil hostile geri videret, tum in Arabicũ fretum nauigaret.

Pugna naualis, Lusitanorum victoria.

Signum monstrum.

Gama cum Rege Cananorensi fœdus.

Gama discessus ex India.

naugaret, vt Arabes acerrimo bello contunderet. Inde Mozambiquem petijt, vbi a quationi & commea-
tui prouidit. Cùm verò à promontorio Bone spei non
procul abesset, aduersa tempestate iactatus est, & nauis
Stephani Gamæ à reliqua classe segregata, eundem
tunc cursum tenere non potuit. Gama tandem Kalen,
Septembris, anno M. D. C. C. I. in portum Olyssiponis
cum duo decim nauibus onustis feliciter inuectus, nõ
modò Regem, sed omnes regni Procures, & vniuersam
Remp. ingenti gaudio cumulauit. Post sex dies Ste-
phanus Gama vsus eadem felicitate nauigandi, por-
tum similiter ingressus est. IN Africa sub id tempus
hæc acciderunt. Caserquibirium oppidum est in Mau-
ritania Tingitana, non ita longo interuallo à Gadita
no freto disiunctum, quod aquis fluuij Lixi alluitur.
Fluuius quidem non valdè magnus est, sed cum aquis
pluujijs impellitur, ita redundat, vt in oppidum sæpe
impetu concitetur, & influat. Hanc ciuitatem aiunt
ædificatam fuisse à Manzore Marroquiensi Imperato-
re, qui Regis simul & Pontificis, vt reliqui, quos Ara-
bes Mahumetani Caliphas appellabant, munus & of-
ficiũ sustinebat. Ciues fontibus & puteis carent: ci-
sternis tantũ & aqua dicti fluminis vtuntur. Est tamẽ
vrbs illa à multis mercatorib. & viris nobilib. frequen-
tata. Florebat in ea philosophiæ studium, artiumque
bonarum gymnasiũ, ita, vt multi vndiq; in eam exco-
lendi ingenij gratia conuenirent. Erat præterea ingen-
tiss. Aedis hospitalis nomine celebrata, in qua multie-
gentes & peregrini varijs morbis impliciti curabatur.
Regio circum circa multis arboribus & olerib. abun-
dabat, hortosq; habebat egregiè consitos. Tellus est fer-
tilis & opima, ita, vt cum trigesimo frequenter effi-
ciat. Rex Fessensis, postquã Arzila fuit, opera & virtu-
te Alfonsi, hoc nomine quinti, Portugalię Regis expu-
gnata, hanc urbem munierat, multisq; præsidijs cinxe-
rat, illiusque custodiam ducibus assignauerat, qui in-
de crebras excursions in fines Arzilæ faciebant: quod
Emmanuel indignè patiebatur. Itaque scripsit ad
Ioannem

Ioannem Menesium, qui, vt dictum est, Arzilæ præ-
erat, vt continenter cum illa bellũ gereret. Erat eo tem-
pore vrbs Tingitanæ præfectus Ioannes ille Mene-
sius Tarauencsis Comes, qui, vt supra memorauimus,
auxiliũ contra Turcarum Imperatorẽ Venetis ius-
su Regis attulerat. Menesius igitur, vt, quod sibi præ-
scriptum fuerat, com modius efficeret, gentilem suum
Tarauensem Comitẽ ad societatem facti, quod in
animo habebat, per literas inuitabat, & quid ab illo
fieri vellet, exposuit. Comes Tingi profectus cum du-
centis equitibus, Arzilam contendit: Menesius equi-
tes ducentos & quinquaginta satis acres reduxit. Ita
coniunctis copijs, magno silentio Caserquibirium ver-
sus iter suscipiunt: media fermè nocte in pontem per-
ueniunt, qui abest Arzila circiter triginta passuũ mil-
lia. Sed ibi exploratores hostium fallere minimè po-
tuerunt. Vrbs præfectus vbi id rescituit, signum belli
dare, & classicum canere, & milites euocare iubet: &
prima luce cum omnibus copijs, quas habebat, collem
prope urbem insedit, qui collis voluptarius ab illis no-
minatur. Ibi aciem suo more instruxit, & nostris pu-
gnandi potestatem fecit. Comes Menesius de Menesio
per nuncium quæsiuit, quid illi de exercitu hostium
videretur. Bene, inquit. Quod enim inuenire cupieba-
mus, offendimus. Ibi igitur cũ nemo prælium inire
recusaret, vterq; Menesius suos instruxit, & in hostes
signa inferri præcepit. Hostes interea velitari, & leui-
bus pugnis certare, & varijs cursibus nostros laceffere
coeperunt, vt ordinem, quo erant instructi, ardore pu-
gnandi desererent. Sed vbi neminem extra ordinem
velle dimicare vident, & ipsi conferti, vt in nostros im-
petum daturi viderentur, è colle paulatim descendere
incipiunt. Nostri collem subeunt, & hostes aggrediũ-
tur. Illi confestim terga vertunt. Nostri illos insequũ-
tur, & centum & octoginta ad portas occidunt. Ciues
metu perterriti, portas occludunt. Cùm multos ex suis
reciperet, multos tamen excluderunt. Timebãt enim,
nẽ nostri in hostium tergis hærentes, urbem vno im-
petu

*Bellum Ca-
serquibiria
à Lusita-
nis illatũ.*

*Lusitano-
rum cum
Mauris pu-
gna.*

*Barbarorũ
fuga.*

*Praelium à
victis re-
integratiū*

petu caperent. Qui exclusi fuerant, desperatione com-
moti, globum efficiunt, & in nostros impetum faciūt.
Praelium redintegratur, multi ex Lusitanis aut ex e-
quis cadunt, aut vulnerantur. Odoardus Menesius Co-
mitis Taracensis filius in facie vulnus accepit, & Pe-
trus Leitanus eodem etiam in loco vulneratus fuit.
Sed cum à reliquis eis, qui ceciderant, subsidio occur-
sum fuisset, nemo interfectus est. Ducibus autē visum
fuit, exercitum rursus eodem ordine reducere. Cū
autem in pontem paruum, qui ab oppido duo millia
passuum aberat, peruenissent, oppidi praefectus cum
nongentis equitibus eos insequutus est. Nostri pontē
transierunt, & in campi planicie acie instructa hostes
expectabant, vt si pontem transire conarentur, antē
quā omnes copiae traductae fuissent, in earum partē
impetum ferrent. At hostes cū id metuere, pontē
transire noluerunt, nisi postquam nostros à ponte lon-
go interuallo secessisse conspicati sunt. Interim vndi-
que Mauri confluēbant, & quō longius progrediebantur,
eō magis eorum numerus augebatur. Illi igitur
ferocius instare, & nostros audacius insequi, & acriter
oppugnare coeperunt, donec ad pontem alterum per-
uentum est. Iam eo tempore praefectus hostium mille
& trecentos equites sub signis habebat. Cū Mauri
arbitrarentur fore, vt Christiani in pontis transitu tu-
multuari, & trepidare, & in situ ordinem desere-
re cogentur, longē secūs euenit. Neque enim primiti-
um agmen maiore ordine, quā nouissimum, in quod
hostes incurfabant, transijt. Itaque traductis copijs du-
ces, acie rursus instructa & explicata, hostibus pugna-
di facultatem praebuerunt. At illi pontem transire mi-
nime ausi sunt: & retrō se in urbem, & in vicinos pa-
gos contulerunt. Ex nostris autem nemo desideratus
fuit. Non multis post diebus vterque Menesius copias
eduxit, vt in Maurorum multitudinem, quae non pro-
cul Alcaffer quibrio in certis pagis prope flumen ha-
bitabat, improviso irruerent. Sed illi transfugae cuius-
dam indicio, qui erat à Gallia Belgica oriundus, eadē
nocte

*Alia in
Maurorum
causis.*

nocte certiores facti, diffugiunt. Christiani tamen ad
quinquaginta ex his, qui nondum se recipere potue-
rant, occiderunt, & totidem captiuos abduxerunt. De-
indē cū exercitum reducere vellent, magnus hostiū
numerus in eos inuehitur, Christiani ita pedem refe-
rebant, vt identidem agmine facto in hostes incitati,
multos occiderent. Illi vicissim in Christianos incur-
rentes, non mediocriter detrimentum illis inferebant.
Fuit in hac pugna Petrus Soufa vir fortissimus in ma-
gnam discrimen adductus, cū suos ordine reducere,
& ab hostibus tueri contenderet. Quamuis autē pugna
pro numero militum nimis atrox extiterit, quatuor
tantum ē Christianis ab hostibus interfecti sunt. Ita-
que nostri, hostibus inuitis, cum praeda Arzilam per-
uenēre. Hoc eodem anno cū Menesius accepisset, in
monte, qui aberat Arzila passuum viginti millia, mu-
lieres eximia pulchritudine à fortissimis militibus,
qui eas nimis ardentem amabant, asseruari, constituit
eō proficisci, vt illas caperet, Reginae quae Mariae dono
mitteret. Sed erat illi iter per multos pagos maximo
cum periculo faciendum. Sub noctem igitur densis te-
nebris & caligine, propter tempestatem, quae vige-
bat, inuolutam, cum ducentis equitibus eō tanto cum si-
lentio contendit, vt omnes falleret, & de tertia vigilia
in montis illius frequentissimum pagum perueniret.
Ibi antē, quā hostes illius aduentum sentire possent
multas caereas faces, quas in eum vsū cōportari ius-
serat, incendi praecipit, vt earum splendore Christiani
cernere possent, quid esset in hostium trepidatione ge-
rendum. Tum tubarum clangore, & armorum strepi-
tu, tanrus pauor hostes semisomnes occupauit, vt ma-
xima eorum pars se repentē in fugam daret. Quidam
tamen in vltimo illo vitae discrimine, in quocunque
loco institerant, fortissimē dimicabant. Mulierum ve-
rō plangores, & lugubres ciulatus, & hominum
clamores in caelum sublatis, omnes, qui vicinos pa-
gos incolebant, de somno suscitauerunt. Sed ij cū ne-
que quantus esset Christianorum numerus, neque quan-

*Petri Soufa
se periculis
in pugna.*

*Periculosa
de nocte in
Maurorum ca-
usis.*

*Maurorum
trepidatio
& fuga.*

ta repertinæ illius calamitatis magnitudo, cognoscere possent, & omnia multò tristiora animis fingerent, nullumq; ducem, quem sequerentur, haberent, non modò auxilium non tulerunt, verùm cum liberis & mulieribus summam in fugiendo celeritatem suscipientes, se in intimam montis partem, & in densissimas sylvas abdiderunt. Nostri ex ijs, qui erāt in armis, & pertinacissimè repugnabāt, octoginta tantum, aut paulò plus occiderunt: sexaginta viros atq; fœminas ceperunt, & pagum sine ullius impedimento diripuerunt. Inter captiuas fœminas, aliquot ex illis, quarum forma laudibus summus efferebatur, quarum præcipuè gratia nostri tantum periculum adierant, abductæ sunt. Hac re gesta, Menesius exercitum reduxit, & dum nox fuit, nemo illum vestigijs persequi ausus est. At prima luce magnus hostium numerus impetum in illum tulit. Sed tam singulari ordine Menesius exercitum reducebat, vt minimum detrimentū ab illis acciperet. Magnum tamen aliquot in locis periculum nostris intentum fuit, & vtrinq; magna contentione pugnatum, multiq; ex nostris sauciati, & e-

Menesij distentione pugnatum, multiq; ex nostris sauciati, & e-
wimeu.

qui etiam vulneribus concisi, ipseq; Menesius in summum vitæ discrimen iniectus: nemo tamen ex Christianis desideratus fuit, & ita cum omni præda domum redière.

HIERO.



HIERONYMI
OSORII SILVENSIS
ALGARBIORVM IN LV-
SITANIA EPL.
SCOPI,

DE REBVS EMMA-
NVELIS, LVSITANORVM
REGIS INVICTISSIMI,
virtute & auspicio gestis,

LIBER TERTIVS.



VM hæc in Africa geruntur, in India Trimumpara (hoc enim erat Cochimi regi nomen) maximis motibus agitari cœpit. Calecutij namque Rex delectum habere, & maximas copias parare instituit, vt illum propter amicitiaæ fœdus, quod cum Portugalensibus icerat, & regno & opibus euerteret. Multi fuère in Trimumpara consilio, qui illi persuadere conabantur, vt Portugalenses, quos in fidem è Gamæ manu receperat, Regi Calecutij traderet, & paucorum hominum externorum, & ab illius institutis abhorrentium, interitu, salutem suam atque totius regni redimeret.

RES IN
DICAL.

Quod

*Trimumpha
re Cochimi
Regis erga
Lusitanos fi-
des.*

Quod consilium non modò non accepit, sed in eos, qui id suadebant, asperis verbis inuectus est. Dixit præterea, non esse tam hostilem Calacutienfis animum, qui eum regno spoliare, & vita priuare conabatur, quàm eorum qui eum, vt fidem proderet, admonebāt. Vitæ namq; spaciū breue esse, regniq; vsurum exiguō termino definitam, perfidiæ verò maculam sempiternam. Idcirco malle exturbari regno, & vitam in maximum discrimen inducere, quàm fidei parū san- & è cultæ infamia flagrare. In hac rerum perturbatio-
ne, Vincentius Soderius Cochimum cū classe peruenit. Cū verò indè rursus abire constitueret, iacobus Fernandus Correa, qui fuerat Cochimi à Gania relictus vt quod esset in rem Emmanuelis Regis administraret, illum obtestatur, nè vellet eo tempore Regem amicum, propter Lusitanum nomen & gratiam in tanto periculo constitutū, deferere. Ea namq; potissimū de causa in illis partib. cū instructissima classe relicta fuisse, vt ab amicis inimicorum impetum propulsaret. Recogitaret præterea, quāruū esset in se dedecus admissurus, si ciues hostium immanitati proderet. Nec enim proditoris nomen in eos solū conuenire, qui contra fidem suis pestem molirentur, sed in eos etiam, qui eos in rebus afflictis tueri nollent. Respondit, illud sibi negotiū à Rege minimè datū fuisse sed vt cū nauib. quæ ex Arabia in Indiā nauigarent, bellum gereret. Se nolle munus sibi impositū vllō pacto aut conditione negligere. At Correa rursus ait, nō esse semper, quid rex imperauerit, sed potius, quid fieri voluerit, spectandū. Varios esse rerū euentus, & cōsilia pro rerū incidentiū nouitatib. immutanda. Nō fuisse verò eā Regis optimi mentē, vt is regis amici, & suorū salutē negligeret: sed cū esset otium à vicinis hostib. tunc alijs hostib. vltro bellū inferret. Hęc & alia multa in eandem sententiā cū diceret, & diuini numinis fidem imploraret, & huius postulati publicū testimonium peteret, nihil tamen profecit. Valuit. n. plus apud Soderiū siue timor, siue præde ingētis spes, quàm fides

*Soderij &
Correa de
discessu ex
Indiis con-
uentio.*

aut officium. Itaque profectus indè Solis occasum versus, angustias Arabici sinus obsedit. At Naubeadarimus, iuuenis & natura disertus & Buchmanafū discipulus eruditus, sororis Regis Calacutienfis filius, qui erat gentis legibus vnus illius hære. cū bellum ab auūculo susceptum improbaret, huiusmodi apud illum orationem habuisse dicitur. **QVAVIS** etas mea ad consilia accipienda, quàm danda magis oportuna videatur, ex vna tamen parte anoris vis ex alia periculi magnitudo me stimulat, vt quæ sentio de summis reb. aperiā. Es enim tu mihi auūculus natura, amore verò penitūs in sito pater amantissimus. Accedit quòd si sinistris consilijs regni tui opes fuerint comminutæ, maximis ex eo casu incommodis afficiendus sum: si verò regnum salutarib. consilijs tuerit stabilitum, id etiam in meam vtilitatem cedit. Idcirco te suppliciter oro, vt orationem meam, quasi huiusmodi tecum & natura, & a more, & periculi societate coniunctissimi, ad aures admittas. Si aliquid commode dixerō, id velim comprobēs: si secūs euenerit, tunc id facies, quod ex re magis esse iudicaueris. Bellū maximum in Trimumparē exitium comparas. Minimè mirandum est, cū sit admodum vsitatum Regibus, inter se bello contendere. Sed causam belli videamus. Bella enim, quæ si ne legitima causa suscipiuntur, diros plerunque exitus habere solēt. Quid igitur? Num tributum pendere recusauit? Num in fines regni tui armis inuasit? Num de pernicie tua coniurationem fecit? Minimè. Quid ergo dictū saltem speciosum potes obtendere, cur contra illum tantum bellum moueas? Hoc certè dices, quòd homines in fidem receptos tibi, vt imperabas, minimè tradiderit, in quos insitū contra gentem Lusitanam odium adhibitis tormentis expromeres. Hoc igitur doles, quòd is ius gentium violare, & fidem prodere minimè voluerit. Quid igitur facies illis, qui contra diuinū & humanum ius scelerata infinita suscipiunt, si tā infensum te illis præbes, qui nihil fide & officio antiquius arbitratur? Nūquid benefici-

Naubeadarimus ad Calacutij Regem de bello, aduersus Lusitanos oratio.

beneficij eos ornabis, qui supplicij omnibus digni sunt? Minimè verò. Regium enim est, vindicare perniciam supplicio non conferre immaniſſimo ſceleri beneficium. Sed dicis, illum hoſtibus, qui tibi graues iniurias intulerat, fauere. Te quantum poſſum oro, vt in bonam partem, quæ ſum de ea re dicturus, accipias. Nemo enim æquum eſt vt grauius ferat, ſi qua fuerit in maiestatem tuam hominum ſcelere offenſio comitata. Sed quod ad Luſitanos attinet, nihil, mea quidem ſententiâ, gerunt, quod valdè vituperandum ſit. Id enim faciunt, quod fortium hominum officium eſt. Offenſi ſolent, laceſſiri pugnant, illatas iniurias acerrimè perſequentur. Si illi prius aliquod contra tuum ſtatutum facinus ſuſcepiffent, meritò poenas de illorum impudètia te repeteres. Sed nihil geſſerunt, imò vt poſtulat tuo ſatiſfacerent, nauem cum ingenti prædâ capam tibi dederunt. At cum ij, qui erant in terra, in fideaque patrocini tuo conquieſcerent, ſine vlla cauſâ proditi, ſpoliati, & crudelem in modum necati ſunt. Non igitur illi, qui tam immane facinus vlcifeſcunt, ſed qui cauſam tam repentinæ diſſenſionis attulerunt, malorum omnium, quæ ſunt poſtea conſequuta, æquum eſt, vt poenam ſuſtineant. Arabum mores diu pertulimus: eorum fraudes & inſidias exploratè cognouimus: quàm ſingulares mentiendi artiſtes ſunt, non ignoramus. Sed hæc omnia quandiu ſupplices erant, tolerari poterant. At nunc opibus, quas ſibi in regno tuo parauerunt, tantos ſpiritus aſſumunt, vt ferri non poſſint. Iam imperium pati nequeunt, ſed leges etiam tibi Regi potentiffimo dare contendunt. Quæ tetri autem & quam feroces incedunt: Quanta fiducia animorum ſubnixi volitant? Quam impudèter ſe inferunt & intrudunt? Quam minaciter à te, quæ voluit, eſt flagrant? Eò deniq; progreſſi ſunt, vt ſi illos audieris, ſit tibi regnum ex eorum arbitratu gerendū. Quid enim poſtulant? Tolle de medio gentem nobis odioſam & inuiſam, cur ita tandem? nunquid ſi admiſſa fuerit, vos continuo expellendi eſtis? minimè. Sed nõ poſſunt

poſſunt oculi noſtri ſuſtinere Chriſtianæ gentis aspectum. Et præterea veremur, nè quæſtus, quem antè faciebamus, illorū aduentu minuatur. Itaq; iâ non humiliter poſcimus, ſed te pro iure noſtro compellimus, vt tam delicato oculorum noſtrorum ſaſtidio, & auaritiæ tam immani, quæ nullis opibus expleri poteſt, cum tui regni periculo, & cum inſignis turpitudinis infamia ſatiſfacias. Inquiunt tamen, multum ſalutis communis intereſſe, gentem in armis acrem ex Indiarum finibus exterminari. Quid ergo? Si paucos illos homines, qui apud Triumpſaram ſunt, extinxeris, continuo totum Portugalenſium genus interimes? Non certè. Et eos, qui venturi ſunt, in te multò acrius irritabis. Si igitur tam fortes ſunt, quàm homines iſti prædicant, dum, vt ab eis malum metuas, admoneat, & terrorem tibi ex eorum armis incutiunt, multò certè tibi ad ſalutem melius eſt, eos amicos, quàm inimicos & inſenſos habere. Plerumque enim ſit, vt qui hoſtes acerrimi ſunt, iſdem ſint amici firmiſſimi. Vtrumq; enim ab eodem virtutis fonte profluunt. Vereor autem, vt opibus tibi eorum viribus detractis, opes Cochimenſis Regis augeantur, & multi tibi tunc in calamitatibus inſultent. Nec enim dubito, quin maximæ claſſes in has oras venturæ ſint, & vaſtitaſtem in terris eorū, quibus ſunt inſenſi, propter iniurias, quas acceperunt, efficiant. Quare Arabes iſtos odio maximo dignos exiſtimo. Primum quidem, quia te principem clariffimum, & regio iſto imperio digniſſimum, propter inſitum odium & auaritiã, in eam fraudè impellere nituntur, vt fidem & officium deſeras. Deinde, quia tanta ſuperbia tument, vt arbitrentur, eſſe tibi regnum ad eorum libidinem adminiſtrandum. Tum, quia facinoræ, quod in oculis tuis ſuſcepere, indignã nomini tuo notam ſempiterni dedecoris inuſſerunt. Nemo enim credet, eos tam immane ſcelus, niſi te coniuente, ſuſcipere auſos fuiſſe. Poſtremò quia tibi authores ſunt, vt homines egregiè fortes, quorum fideli opera regni tui opes amplificare potuiſſes, cum magno regni periculo ho-

riculo hostes tibi ex aduerso constituas. Quare censeo, vt bellum hoc omittas, & pacem cum Lusitanis hominibus, qui fidem & iustitiam colunt, & amicitiam summa, vt fama est, fide conferuant, & hostibus debitum supplicium irrogare solent, fideli pactioe constituas, eisque pro detrimentis, quæ Arabum sceleribus accipere, satisfacias. Aliter enim vereor, nè quàm plurimamala, quod diu omen auertant, in hanc nostram regionem ex hominum perditorum consilio retundent.

Me quidem, quod fides facere admonet, cuiuscunque fortunæ socium habebis. Neque enim pro tuæ dignitatis amplitudine vitam profundere recusabo. Ad officium tamen meum pertinere arbitratus sum, ea, quæ gerentiebam, explicare. Deos autem precor, vt quæ gerenda esse putaueris, approbent. Hæc cum sæpè dixisset, nulla tamen ratione Regem ab instituta sententia dimouere potuit. At Trimumpara milites euocabat, & omnia summa diligentia comparabat, quæ ad depellendum belli periculum necessaria videbantur. Sed cum tantæ essent opes Calecutiensis, & multi fortuna

Cochimenses ad Calecutiensem transiunt.

Calecutiensis in Cochimensem bellum.

Repelinum Calecutiensis Regis oratio fidei & constantie plena.

Cochimensis inclinatum, vt opinio erat, despicerent, sese ad Calecutiensis nomen adiungebant, & Cochimensis causam deferebant, vsq; adeo, vt non pauci et illis, qui Cochimensis imperio tenebantur, ad Calecutiensem deficerent. Inter quos fuere Dynasta Chirabipilensis, & Dynasta Cambalamentis, & insulæ cuiusdam Princeps, quæ est Cochimo opposita. Calecutiensis igitur cum maximo exercitu in Repelinum peruenit, qui locus Cochimo distat milibus passuum sedecim. At Lusitani ad Cochimensem adeunt, & orant, nè velit propter illos tantam belli molem sustinere. Sed Cananorem iuros, vt ibi classem Lusitanicæ præstolentur. Rex se vehementer admirari dixit, quomodo fortissimis hominibus, & sibi diuturna familiaritate coniunctissimis in mentem venire potuisset, vt vel hostium potentiam timerent, vel de sua fide dubitarent. Mane rent porro, & pro certo haberent, omnibus esse eandem fortunam subeundam. Se pro Emmanuelis Regis amplitudine

placitudine ad extremum vitæ spiritum pugnaturum. Exercitui deinde sororis suæ filium, qui erat in regno successurus, Naramuhimum nomine, Imperat. constituit. Is autem valde strenuus habebatur. Eum vero missum quinq; millibus & quingentis militibus, qui locum tuerentur, quod Calecutiensis transire cogitabat. Regni namq; vtriusque fines æstuario ingenti erant diuisi. Locus autem, quo Calecutiensis Cochimū contendebat, erat eiusmodi, vt æstu decedente, vado transiri posset. Eo cum Calecutiensis exercitum perduxisset, continuo aesignanis vadum tentare præcipit. Sed non modò transitu prohibiti sunt, verum multos suis amiserunt. Postera die Repelinensem Dynastam cum magno delectorum militum numero ad vadum misit, vt Naramuhimum è loco pelleret, vt posset reliquus exercitus sine vlla offensione traduci.

Quod vt facilius fieret, multos parones instructos ad inferiorem æstuarij partem, vbi maior erat profunditas, non longè tamen à vado constitui iubet, vt suis auxilio esse possent, & sagittis hostes configere. Eo tamen die Naramuhimus multò acrius repugnauit, maioremq; numerū hostium interfecit. In his autem prelijs consilio Laurentij Moreni, viri valde strenui, plurimum vtebatur, qui cum paucis Lusitanis, qui in ter-

Naramuhimus, Cochimensis exortus Imperatoris.

Laurentij Moreni Lusitani virtus.

Naramuhimus victoria.

Dolus Calecutiensis Regis.

esse poterant, eum fortiter adiuuabat. Cum hostes sæpius vadum aggredierentur, semper cum eorum, qui antecedebant, strage repulsi sunt. Tandem per eos pagos, qui ad ditionem Trimumparæ Regis pertinebant, distributi, vt vastitatem maximam Cochimensibus inferrent, omni studio contendebant. Sed Naramuhimus omnibus locis occurrebat, & aut per se, aut per alios duces, quos identidem summittebat, eorum imperum arcebat, & semper cum multorum hostium cede victoriam consequebatur. Cum vero Calecutiensis animaduertisset, apertam vim illi minime, vt cogitaret, profectuisse, ad fraudem conuersus est. Itaque Cochimensem quæstorem, qui singulis prope diebus de gētis more militibus stipendia persoluebat, per internuncium ma-

gnis muneribus atque promissis allexit, ut milites stipendio fraudaret. Quæstor pecunia corruptus, morbum simulavit, & in urbem se continuo recepit, editque militibus, ut qui stipendium sibi soluere cuperent, in urbem ad illum tenderet. Quo facto multi se in urbem conferebant, quos Naramuhimus continere non poterat. Quæstor solutionem de die in diem differebat. Hostes interim vadum minime tentabant, ut Cochimenses negligentiores redderent. Postquam Calecutiensis ad hunc modum milites delapsos, & eos, qui remanebant, minus ad defensionem intentos animaduertit, repente parones accedere, tormentis atque telis hostes undique propellere, suas copias vadum cum celeritate transire, Naramuhimique præsidia magna vi perumpere iubet. Milites in Regis sui conspectu, quod erat imperatum, incredibili alacritate conficiunt. Erat adhuc nox, cum hæc gesta sunt, in qua per exploratoris & Quæstoris indicium cognouit Calecutiensis, portum multorum militum discessione, & aliorum securitate minus diligenter asservari. Accurrit Naramuhimus. Sed cum hostium multitudinem & impetum sustinere non posset, fortissime dimicans, sagittis confixus, occiditur. Eundem casum duo adolescentes illius cognati subire. Ita enim mortui sunt, ut antequam caderent, virorum fortium officio fungerentur. Fuit magna cædes, & vtrinque multi gravissimè sauciati cadunt. Prælium cum ante lucem incepisset, ad vespertum protractum est. Cochimenses fugæ se mandant. Calecutienses primo ferociter insequuntur, deinde tenebris impediti, ulterris victos persequi destiterunt. Trimumpara huius cladis nuncio maximo animi motu conturbatus est. Voluit tamen ultimum belli casum experiri. Itaque omnes copias, quas potuit, instruxit, & collatis signis cum hoste dimicavit. Exitus belli is fuit, qui solet esse, cum pauci timore perculsi & debilitati, cum maxima multitudine hostium, quos victoria confidentes atque nimis feroces effecit, re iam desperata con-

grediuntur.

Proditio.

Naramuhimi cædes.

Cochimenses clades.

grediuntur. Ad hunc modum fufus Trimumpara, Cochimenses insulam quandam traiecit, & Lusitanos, quos secum habebat, in eandem insulam transfudi iussit: quos in illa ruina, tanta fide conseruauit, atque si illorum opera, quorum gratia in tantas calamitates incidere, fuisset aliquando ab omni calamitatis acerbitate defensus. Calecutiensis legatos iterum ad illum in insulam misit, qui dicerent, se ei omnia redditurum, si vellet sibi Lusitanos, quos potestate continebat, tradere. Respondit, sibi regnum, atque adeo vitam eripi posse, fidem non posse. Hoc responso Calecutiensis acerbius irritatus, urbem incendi continuo iussit. Deinde insulam oppugnare instituit. Sed in insula erat situ atque natura egregie munita, & illis copijs, quas rex in eam transfuderat, facile defendi poterat. Itaque Rex Calecutiensis cum in eam conaretur inuadere, virtute militum fuit, sepe cum non medioeris dano de conatu depulsus. Cum verò hyems aduentaret, obsidionem soluit, & Cochimum reuersus, locum fossa & vallo muniuit, in quo præsidia disposuit, eoque animo inde digressus est, ut primo vere ad oppugnationem insulæ rediret. Multi cum Trimumparæ fortunam afflictam post mortem Naramuhimi despicerent, à fide non illi solùm, sed nostris debita nefarie descuerunt. Inter quos duo Mediolanenses extiterunt, qui cum Gama in secundo illius in Indiam aduentu, permissu Regis Emmanuelis venerant. Ij religionis immemores, ad Calecutiensem transfugerunt, multaque detrimenta nostris intulerunt. Sed quò illorum perfidia, qui se Christianos ementiebantur, sceleratior extitit, eò fides illius barbari Regis clarius eluxit: quæ tanta fuit, ut pro hominibus parùm notis, cum quibus nullam communionem sanguinis, aut iuris, aut religionis habebat, summo studio conseruandis, extrudi regni finibus, spoliati cunctis opibus, vitæ summum discrimen adire voluerit. Rarissimè profectò fidei atque probitatis specimen, sempiternæ memoriæ commendandum. INTEREA verò Soderius in Arabiam nauigans, cum oram Cambaie

Cochimenses Rex vi. eius ausugit.

Summa fides Regis.

Mediolanenses 2. ad Calecutiensem transfugerunt.

De rebus So derij circa Arabiam gestis.

*Guarda-
sum pro-
montium -
Curia Nau-
tia, infula.*

*Soderij per-
tinacia gra-
uiter puni-
ta.*

*Mio in So-
derium de-
vina.*

baia legeret, incidit in quinque naues Arabum mul-
tis opibus onustas, quas expugnavit, diripuit, & incen-
dit. Inde in insulas delatus est, quae paruo intervallo
dissent a promontorio, quod Guardasum appellant,
neq; procul ab aditu sinus Arabici distant. Appellan-
tur insule Curia Muria. Ibi naues reficere instituit. Sa-
raceni insulas colebant, qui nostros hospitaliter acce-
perunt, & omnia, quae ad victum pertinebant, pretio
tolerabili eis suppeditarunt. Erant enim aratores, & a
bellandi studio nimis abhorrentes. Cum, autem cerne-
rent nauem Petri A taidē in terram, vt per otium com-
pages obstrui, & oblini possent, subdaci (laborabat e-
nim, & aquam nimiam accipiebat) ad nostros aduēnt,
atq; monent, nē diutius in eo loco morerentur. Nam in-
itio mensis Maij omnes naues Septentrione vehemen-
tissimo ad littus iactari & allidi, nullaq; ratione exi-
tium vitari posse, si tempus illud expectarēt. Soderius
monita contempsit: & cum illi multis obtestationibus
vterentur, & reliqui etiam Duces instarent, & dicerēt,
non esse negligendum consilium, quod tam facili ne-
gotio suscipi posset: naues in alia insulae parte, quae
pertinebat ad Austrum, in Aprico loco facillimē posse
constitui: stationis mutationem sine periculo fieri
mansionem, vt homines regionum peritissimi iurein-
rando confirmabant, esse nimis periculosa m: Soderius
tamen in instituta sententia permansit. Qua quidem
pertinacia Petrus Raphael, & Fernāndus Rodericus Ba-
darcensis, & Iacobus Petreius, trium nauium duces, of-
fensi, ab eo discesserunt pridie Kalendas Maij, & se in
aliam insulae partem contulerunt. At Soderius in na-
ui animo cupis vacuo atque soluto consistebat, cum su-
bito coorta Septentrione tempestas naues ad littus eie-
cit, & allisit: tantique fluctus extiterunt, vt omnes fer-
mē, qui in nauibus erant, interirent: inter quos Vin-
centius Soderius, & Blasius Soderius illius frater flu-
ctibus obruti sunt, & illorum cadauera in littus cum
reliquis eiecta. Diuino autem iudicio factum existi-
mabatur, vt non modò Soderius eo genere mortis in-
teriret,

teriret, sed ne particula quidem praedae, quam ceperat,
colligi posset. Fractis enim nauibus, cum funes, arma-
menta, mali, dolia, tabulae, multaeque res eiusmodi flu-
ctibus eijcerentur, non tamen aurum ex praeda, nec ali-
quid quod esset pretio dignum, neque arcae, in quibus
lautissima suppellex asseruabatur, vnquam comparue-
runt. Tres illi Duces, qui vim tempestatis effugerant,
ea sedata, ad locum, vnde fuerant a Soderio digressi, re-
uertuntur. A taidēus eō, quod in terra confederat,
cum suis euasit. Naue illius refecta, fuit is a reliquis
Ducibus in locum Soderij constitutus, qui classi prae-
esset. Duces inter se consultant, quid optimum factu
sit. Omnium sententia haec fuit. Soderios fratres
perfidiae poenas exoluissē. Idcirco nihil a se, nec ad
numinis placationem sanctius, nec ad nominis cla-
ritatem illustrius fieri posse, quam naues in Indiam
reducere, vt auxilium Trimumparae, atque Lusi-
tanis, qui cum eo manserant, afferrent. Itaque quam-
uis hyems esset, quoduis periculum adire minimē
dubitabant, dum illam nominis Lusitani maculam
deherent. Sed tempestatibus aduersis exclusi, ad in-
sulam Anchedinam naues conuertere coacti sunt, vbi,
quod reliquum erat hyemis, quando aliter fieri non
poterat, transierunt, vt primo vere Cochimum in-
tenderent. HOC anno peperit Regina Maria fi-
liam, cui pater Emmanuel Isabelae nomen imposuit, *RES EV-
ROPEAE.* quae postea Carolo Imperatori nupsit. Fuit eximia *Emmanue-
li* pulchritudine, magnisque virtutibus ornata: ad ma- *li* ximi status amplitudinem semper aspirauit, adeo, vt *Isabela* *filia nasci-
tur.* constantissimē affirmaret, se nisi maximo Reipubli-
cae Christianae Principi nulla conditione nupturam.
In huius anni fine Rex in oppido, quod Tomar appel-
latur, vbi sacerdotes militiae Christi amplum & mag-
nificum templum summa religione tuentur, conci-
lium equitum eiusdem Ordinis indixit: & multa, quae
ad eam religionem constituendam pertinebant, sapien-
ter instituit, moreque dilapsos ad seueriorem discipli-
nam reuocauit. Hoc eodem anno Alexander Pötifex *VI. Pontifex* *mors.*

*Ducum So-
derij, de re-
rum sum-
ma consul-
tatio.*

*RES EV-
ROPEAE.*
*Emmanue-
li* *Isabela* *filia nasci-
tur.*

Concilium *ordinis e-
quitum* *Christi.*
VI. Pontifex *mors.*

RES AFRICANAE. sacerdotes in Aethiopia regione Conquimisi. Congi regionis situs & descriptio.

Conuersionis Aethiopum Conquium occasio. Iacobus Canus Aethiopiae lustrator.

Maximus vita sanctus est: & Pius non multò postquam ad illud honoris fastigium euectus fuit, è corpore excessit, & in illius locum Iulius, natione ligur, fuit summo omnium Patrum consensu substitutus. Principio verò insequentis anni, Emmanuel multos homines religionis opinione praestantes, in Aethiopia partem, quae Congo appellatur, misit, vt homines illos multò melius, quam à principio fuerant instituti, ad disciplinam religionis instituerent. Haec regio est vltra plagam æquinoctiali circulo subiectam, ab eaque gradibus septem ad Austrum distat. Est admodum fertilis, varijsque frugibus & gregibus abundat, multisque fluuijs irrigatur. Regnum latissimis finibus continetur. Quemadmodum verò regnum illud fuerit ad Christi fidem conuersum, est altius à principio reperendum, vt melius intelligi possit, quam singulari consilio Rex Emmanuel studium ad gentis illius institutionem applicauerit. CVM Ioannes totam mentem in explorandis Aethiopiae regionibus maritimis collocauisset, vt via, quae ferret in Indiam, aperiri posset, factum est, anno à Christo nato, M. CCCC. lxxxiiij. vt quidam eques, vir acris animi, nomine Iacobus Canus, qui iussu illius oras Aethiopiae perlustrabat, in fluuij altissimi & rapidissimi fauces incideret. Cùm verò magnitudinem fluuij, & aquarum naturam perspiceret, fieri nò posse suspicatus est, quin multae gentes ad illius ripas haberent sedes atque domicilia constituta. In fluuium verò cum penetrare voluisset, paulum progressus, multos homines conspexit, reliquis Aethiopijs, quos saepè viderat, colore & capillo simillimos. In neq. timore vllò, nec ignotae gentis insolentia perturbati, ad nostros accedentes, egregiam lenitatis & mansuetudinis speciem praese ferebāt. Cùm verò Canus eos, qui varias Aethiopiae linguas nouerant, iussisset cū illis loqui, nemo hominū sermonem intelligere quiuit. Signis igitur agi cum illis coeptum est. Illi verò signis demonstrabant, esse Regem in illis partibus, opib. & potentia florentissimū: vrbemq. regiam, in qua

in qua se continebat, inde aliquot itineribus abesse. Hoc cùm Canus intellexisset, eos praemijs atque promissis allexit, vt certos homines ex illius comitatu deducerent. Per illos autem ea dona atque munera Regi misit, quibus gentes illas oblectari compertum habebat. His autem, quos misit, certum tempus praestituit, intra quod erant cum aliqua terrae clariore nouitia reuerfuri. Cùm ij duplo maiorem moram facerent, quam Canus fieri posse crederat, anchoris solutis quatuor ex illis, qui in nauem ventitabant, secum in Lusitaniam duxit. Erant autem illi homines nobiles & acuto ingenio praediti. Quos Canus in via sic diligenter instituit, vt cùm ad Regem deducerentur, iam multa Lusitanica lingua explicare possent. Eorum ingenio Rex mirificè delectatus est, hominesque donis & muneribus affectit. Canosq. praecipit, vt sine cūctatione in eam rursus terram nauigaret, & homines cum muneribus ad regem continuo reduceret, eumq. admoneret, vt CHRISTVM summum Deum vniuersaeque naturae parentem coleret. Rediit ad eundem locum Canus, vnumque ex illis Aethiopijs, quos secum duxerat ad Regem misit, qui nomine illius postularet, vt sibi mitteret eos Lusitanos, qui apud illū versabantur, seque similiter sine mora remissurum eos tres, quos interim retinebat. Esse sibi vltimum progrediendum, quod postquam, vt iussus à Rege suo fuerat, perficeret, se continuo rediturum, vt illum conueniret, & mandata Ioannis Regis exponeret, Rex per vnum è Ducibus Lusitanos statim remisit. Illis receptis, Canus tres illos Aethiopes missos fecit cum muneribus, quae Ioannis nomine ad Regem deferrent, Rex & muneribus suorum praedicatione, qui Ioannis virtutem & magnificentiam in caelum laudibus efferebant, in ipsius Ioannis studij acriter incitari coepit. Cū verò Canus post alias oras diligenter exploratas, ad locum eundem venisset, nullam moram interposuit, quin ad Regem directa quo fuit nimis honorificè acceptus. Deinde cum multa de Ioannis Regis statu, de moribus Lusitanarum

Canis ad Regem Conquimisi munera & legatio.

Ioannis Lusitaniae Regis ad Conquimisi legatio.

Canis ad Regem Congensium legatio.

*Congenſis
ad Luſita-
niæ Regem
legatio pro
obtinendis
Sacerdoti-
bus.*

*Clasſis cũ
legatis ad
Chriſti fidẽ
in Aethio-
piam inue-
bendam
miſſa.*

ranæ nationis, de legibus & inſtitutis percunctaretur, tum de Chriſtiana religione diligenter inquirebat, & paulatim ad illius ſtudium animo propendebat. Canum tamen dimiſit, & cum illo ſtatuit, vt rediret vnus ex illis, quos Canus Olyſſipponem duxerat, nomine Zacutem, cum legatione, cuius hæc erat ſumma, vt à Ioanne contenderet quantum poſſet, & per Deum, quem colebat, obteſtaretur, vt in illius regnum mitteret ſacerdotes, quorum diſciplinis poſſet illa cum toto regno ad veriſſimi Dei notiſſimam peruenire. Canus cum Legato & aliquot pueris nobilibus, quos Rex in eum ſinem in Luſitaniã mitterebat, vt Chriſtiani fierent, & cultum animi caperent, ad Ioannem reuerſus eſt, & magnam eboris vim, cum ſtragulis veſtibus et palmarum folijs contextis, illi nomine Regis Congeſtis obtulit. Rex hoc nuncio incredibilem in modum lætatus eſt, eò quod videret aditum apertum, ad Chriſti diſciplinam in terris illis latiſſimè propagandum. Legatus cum pueris plus duobus annis in Luſitaniã commoratus eſt, vt melius & linguam, & religionis Chriſtianæ diſciplinam perciperent. Cùm verò iam omnes eſſent luſtralibus aquis expiati, Chriſti que nomen Sacramento profeſſi, Ioannes tres naues inſtruxiſſit, quibus Gonzalum Souſam, virum in ſigni nobilitate, præfecit, quibus tam legatus, quàm pueri veherentur. Miſit præterea cùm illis ſacerdotes religione præſtantes, cum ſacris vaſis & inſulis, & Chriſtiane religionis inſignibus, qui gẽtẽ ſacris ſanctiſſimis ex-
piarent, & ad diſciplinam Chriſtianæ pietatis erudi-
rent. Cùm verò eo tempore peſtis Vrbe maximè in-
feſtam redderet, illius contagione factum eſt, vt poſt-
quam è portu ſoluerunt, peſtis multos in eo curſu con-
ficeret, inter quos Gonzalus Souſa fuit. In cuius loco
cum Rodericus Souſa, qui erat illi ſanguine coniun-
ctiſſimus, conſenſu omnium ſucceſſit. Poſtquam na-
ues eò, quod tendebant, appulſæ ſunt, & omnes in ter-
ram, qui erant ad Regem profecturi, & descenderunt,
tantis cantibus, tantaq; ſignificatione eximie
cuius-
dam

dam voluptatis accepti ab omnibus fuere, vt ſyluæ etiam atque nemora lætari viderentur. Qui primus oranium ad Chriſti nomen adiunctus fuit, erat Regis patrus, qui terras latiſſimas imperio tenebat: cui fuit nomen Emmanuelis impoſitum, Audierat enim eſſe in Luſitania Principem ſummis virtutibus ornatum Regis ipſius fratrem patrualem, qui Emmanuel vocabatur, & ea de cauſa nomen illius ſequi conſtituit. Hic tanto ſtudio religionis diſciplinam exceperit, vt ſatis appareret, illius mentem eſſe radijs diuinæ lucis illuſtratam. Duces autem cum innumerabili hominũ multitudinem de more gentis inſtructa, Regis ipſius iuſſu, obuiam noſtris prodiere. Omnia interim tympanorum & buccinarum cantibus & hominum vocibus perſonabant. Poſtquam ad Regem ventum eſt, Souſa illum vt Regem ſalutauit, & ille viciffim Souſam more & inſtituto ſuo honorificentiffimè recepit. Poſtquam verò Souſa legationis ſummam expoſuit, & ille gratias ſummas Ioanni Regi verbis amoris eximij ſignificantibus egit, à Souſa poſtulauit, vt ſacras veſtes, & alia, quæ ad religionis cultum pertinebant, quæ adhuc erant inuoluta, explicari, & in omnium conſpectu proponi iuberet. Tum ſingula cõtemplari, & cum veneratione ſuſcipere, & vehementer admirari, & religioſos homines intueri. Cùm verò Crux ſublata ſuit, omnes qui aderant, cùm viderent noſtros flexis de more genibus in terram procumbere, idem fecerunt. Rex neque ſingula quæque inſpiciendo, neque de illorum vſibus inquirendo ſatiari poterat. Quæ autem à religioſis dicebantur, memoria firmiſſimè continebat, & Reginae deinceps luculenter enarrabat. Fuit ſtatim conſtitutum, vt templum ædificaretur. Quauis autem lapides è longinqua regni parte fuiſſent cõuecti, tanta tamen celeritate propter flagrantiffimum Regis ſtudium, & innumerabilem multitudinem, quæ operas vigilantiffimè dabat, ædificari cõcepit, vt intra breuiſſimum temporis ſpaciũ abſolutum, & ſanctę Crucis nomine conſecratum fuerit. Dũ hæc geruntur

*Congenſis
de Luſita-
niæ clasſis
aduentu
gaudium.
Congeſtis
Regis pa-
trius ſit
Chriſtiani-
nus.*

*Qua pompe
Luſitaniã
Aethiopia
ſim exceperit*

*Souſa cum
Rege Cen-
genſi collo-
quium.*

*Crucis ve-
neratio.*

*Studium
erga pietate
tem Chri-
ſtianorum
ſingularitate.*

*Zairus flu-
uium.*

*Congenjis
Rex vna cū
Regina &
multis no-
bilibus ba-
ptizatus.*

*Miraculosa
victoria.*

*Maximus
nati Regis
Congenjis
filii Chri-
sto initia-
tur.*

*Fidei Chri-
stiane per
Congensem
Regem suc-
cessus.*

*Persecutio
in Christi-
anos.*

runtur, cum fuisset illi nuncius allatus, gētes illi sub-
ditas, quæ infulam in medio ingentis lacus sitam in-
colunt, quam fluuius nomine Zairus efficit, ab illius
imperio defecisse, finitimisq; terris non mediocrem
populationem crebris incursionibus intulisse, illarū
impetum & audaciam per se comprimere & vindica-
re constituit. Antequam verò proficisceretur, sacris a-
quis expiari, & nomen Christi profiteri voluit. Quod
similiter Regina, & aliquot viri nobiles effecerunt. Is
Ioānes appellari voluit, Regina verò Leonora, vt stu-
dium, quo erga Reges optimos erant incensi, nomi-
nibus indicarent, Tradidit illi vexillum Soufa imagi-
ne Crucis illustratum, illumq; admonuit, vt confide-
ret, se virtute Crucis victoriam de hostibus adepturū.
Is fiducia nominis Christiani subnixus, hostes, primo
imperu prostravit, multoq; celerius, quàm potuisset
quisquam suspicari, bellum confecit. Domumque re-
uersus, Soufam cum multis amoris signis dimisit. Sou-
fa verò nō modo religiosos homines, qui munus in-
stitutum peragerent, sed alios etiam, qui terram pera-
grarent, & lacum illum ingentem, quem diximus,
explorarent, & terræ situm & latitudinem, & mores
hominum cognoscerent, reliquit. Post Soufa disces-
sum, venit Regis filius nati maximus è regni finibus
in quibus bellum contra hostes finitimos gerebat, ad
patrem, operamque dedit, vt antiquorum flagitiorū
sordes aquis sacris elueret, & fidem Christi recipere-
tur: Alphonq; nomen, propter Alphonsum Ioannis Re-
gis filium, vsurpauit. Multiq; viri nobiles similiter
Christiani effecti sunt. Magna præterea multitudo vn-
diq; confluēbat, vt iisdem sacris expiata, noua cæle-
stis vitæ luce fruereetur. Qui erant recepti, incredibili
læticia efferebantur, & Christianorū numerus in dies
augebatur. Sed ijs tam salutaris atq; repentinē conuer-
sionis initijs sēpiternus hostis generis humani magna
contentione repugnauit. Ad eamq; rem gerendam a-
lium Regis filium, nomine Pansum A quitimum, qui
à Christianæ religionis sacris vehementer abhorrebat,
instiga-

instigauit, vt patrem à studio religionis auerteret. Fa-
cinus esse indignū clamitabat, instituta patriæ deferri,
Deorum simulachra conuelli, fana, quæ fuerant ad il-
lum diem sanctissima, violari. Ad hæc, Rex molestif-
simè ferebat, esse sibi per homines religiosos concubi-
nis interdicitū, nec vsum illi nisi tantum vnus vxoris
legitimæ concedi. Et ipsæ mulieres cum cernerent se
Regis coniunctione destitutas, & de honore, in quo
fuerant, deiectas, Regem per se & per regni Procures
solicitabant, & vt eum à sententia deducerent, maxi-
mo opere contendebant. Accedebant augures atq; ve-
nesici, qui apud gentem illam in summo honore fue-
rant, qui minas à dijs proponebant, dira que supplicia
denunciabant illis, qui à pristina religione desciuif-
sent. Cum verò Alfonfus summa vi perditis hominū
impurorum conatibus obstitisset, acerbissimum pa-
tris odium in illum concitauerunt: in eamq; fraudem
Regem impulerunt, vt crederet, sibi à filio infidias cō-
parari. Itaque eum in vltimos regni fines relegauit.
Et quantum scelerato filio indulsit, tantum de reli-
gionis Christianæ studio remisit. Sed cum fraudes de-
tectæ fuissent, Rex filium in pristinum honoris gradū
cum amplificatis opibus reuocauit. Is autem insti-
tus diuini spiritus appulsu, in terris sibi à Patre com-
missis capite saexit, si quis simulachrum aliquod fal-
laciissima religione dedicatum domi contineret,
aut ei aliquo in loco supplicaret. Hac renuntiata, ma-
gnus hominum motus factus est, multiq; cōtra illius
statum cum fratre coniurârunt. Pater illum euocauit
vt admoneret, nē tumultum excitare vellet, & ab ea
sententia desisteret. Sed is cum se negotijs innumera-
bilibus impeditum esse diceret, nec ad patrem ire, ne-
que decretum rescindere vilo pacto voluit. Ita, multi
ab illo ad fratrem deficiebant. Interim pater cum el-
set & senio confectus, & morbis oppressus & impedi-
tus, è vita paulatim discedere videbatur. Cum multi
Alfonsum certiorē de valetudine patris efficerent,
& cum accerserent, vt fratris, qui copias ad occupan-
dum

*Idolorū cul-
tus à Con-
genjis Regis
filio probi-
bitus.*

dum regnum comparabat, sceleri resisteret, ille tamen
 quandiu de morte patris certus esse non potuit, veni-
 re non est ausus. At vbi illum vita functum esse rescie-
 uit, nocte (sic enim mater illi, vt faceret, admonuerat)
 in vrbe ingressus est. Postero die conuocatis illis regi-
 ni Proceribus, quibus multum fidebat, in modici cam-
 pi planicie, quæ ante regias ædes erat, orationem ha-
 buit, qua ius hæreditatis, quod obtinebat, & humani-
 tatem, qua suis consulebat, & fidem, qua erant illi om-
 nes obligati, prudenter exposuit, & ad fidem & of-
 ficium omnes cohortatus est. Illi, quod faustum felixque
 esset, Alfonso Regem continuò saluant, eiq; musicorum
 instrumentorum concentibus & maximis clamoribus de
 regni maiestate & amplitudine gratulantur. Id frater
 cum accepisset, cum iam magnas circù se copias haberet,
 duplicè aciem instruxit, & in fratrem relictâ contendit.
 Alfonso per exiguo militum numero stipatus erat. Quos
 tamen ad spem victoriæ vehementer excitauit, adhortatusque
 est, vt firmissimè crederent, cælestè auxilium eis minimè
 defuturum. Facillimeque maximos exercitus à paucissimis
 hominibus Christi opè defensis profligari. In eoque loco
 fratrem expectauit. At frater magno cum impetu in eum
 inuehitur, tantaque erat sagittarum copia, vt in nubis
 modum vmbra efficeret videretur. At Alfonso quanuis
 fortiter dimicaret, omnè tamen spem habebat in Dei
 præsidio collocatam. Itaque maximis vocibus Christi
 numen inuocabat, & opem Apostoli Iacobi (quod
 Hispanos facere in bellis acceperat) implorabat, & has
 voces magna cõfessione cõstitutus, multas victorias de
 hostibus Dei propitio numine cõsequutus est. Tantoque
 studio religionem Christianam coluit, vt non plus
 temporis in Reip. negotijs gerendis, quam in subditis
 ad cultum pietatis incitandis consumpserit. Habebat
 præterea frequentes ad populum conciones de iustitia &
 pietate, de iudicij diuini seueritate, de sempiternæ
 vitæ præmijs, Christi disciplina, & sanctorum hominũ,
 qui vestigia illius sequebantur, exemplis. Quãdium
 denique mansit in vita, regnum perpetuò in Christianæ
 pietatis officio, cum singulari probitatis & iustitiæ
 laude continuit. Emmauel igitur cum tanto ardore
 religionis studium in illis partibus excitari con-
 piceret, cum est ipse natura, & studio, & disciplina,
 cupiditate religionis

inuenerat. Is Dux cum se captum animaduerneret, mi-
 sit ad Regem, qui diceret, se mortem minimè deprecari,
 quam se meruisse iudicabat. Hoc tamen per illum summum
 Deum, quem Rex ipse colebat, orare, nè se pate-
 retur ad supplicium trudi, antequam Christianus fieret.
 De vita hac exigua miserijs innumerabilibus circumvallata
 minimè sollicitum esse: ab illa verò sempiterna nè
 prorsus excluderetur, id maximè formidare. Addidit
 præterea, tantam hominum multitudinè à tam paucis
 hominibus nulla ratione vinci atque superari potuisse.
 Sed se magnam militum copiam in equis intendentem,
 & crucibus insignitam, tantaque luce splendens,
 vt omnium oculos perstringeret, in prælio conspexisse,
 cuius metu perterritus, terga repente dare coactus sit.
 Quare se minimè dubitare, solius Christi numen esse
 summa fide colendum, & sempiterna prædicatione
 celebrandum. Alfonso verò non modò pio illius postu-
 lato fatiscit, sed etiam viuum conseruauit, fidelique
 illius opera multis in locis usus postea fuit. At frater
 partim ex vulneribus, quibus in præcipiti ruina percussus
 fuit, partim ex dolore intra paucos dies mortuus est:
 & quod fuit multò funestius, nulla ratione potuit
 suscepti sceleris & impietatis pertinacia dimoueri.
 Alfonso verò in regni possessione cõstitutus, multas
 victorias de hostibus Dei propitio numine cõsequutus
 est. Tantoque studio religionem Christianam coluit, vt
 non plus temporis in Reip. negotijs gerendis, quam in
 subditis ad cultum pietatis incitandis consumpserit.
 Habebat præterea frequentes ad populum conciones de
 iustitia & pietate, de iudicij diuini seueritate, de
 sempiternæ vitæ præmijs, Christi disciplina, & sanctorum
 hominũ, qui vestigia illius sequebantur, exemplis. Quãdium
 denique mansit in vita, regnum perpetuò in Christianæ
 pietatis officio, cum singulari probitatis & iustitiæ laude
 continuit. Emmauel igitur cum tanto ardore religionis
 studium in illis partibus excitari conpiceret, cum est
 ipse natura, & studio, & disciplina, cupiditate religionis

Alfonso
 Congensu
 regno inu-
 guratus.

Prælium in-
 ter fratres.

Victoria di-
 uinitus cõ-
 cessã.

Subsidium
 Congensu
 regi diu-
 nitus mis-
 sum.

Alfonso sine
 gularis præ-
 ius.

*ANNVS
à Christo
nato, 1504.
Christianæ
religionis
summus
studium.*

*Charitas
Congensit
erga Chri-
stianos in-
signis.*

*Rex inter-
pretis &
catechiste
munere
fungitur.*

gionis incensus, id quod fuerat à Ioanne Rege feliciter institutum, ut perfectum & absolutum cerneret, elaboravit. Itaque anno à Christo nato, M. D. IIII. hōmines sanctissimis literis eruditos, & religionis laudem præstantes in illas partes misit. Multos præterea ludorum magistros, qui scholas aperirent, & pueros literis instruerent, & artifices etiam multarum artium eōs milititer mittendos existimavit. Multas præterea sacrorum vestes, partim aureas, partim sericas, multos libros Christianam disciplinam, & sacrorum sanctorum rationem, & Christi vitam, & hominum sanctorum exempla continentes, argenteos præterea calices sacrificijs dedicatos, & Cruces argenteas, & thuribula, & omnia denique, quæ tam ad Christi disciplinam tradendam, quam ad sacra ritè procuranda pertinebant, in naues imponi iussit, ut facilius gentē in fide suscepta confirmaret. Ad hæc, sacerdotibus, & reliquis omnibus, quibus onus lustrandæ illius regionis imponitur, stipendium, & comæatum largè atq; munus suppeditari præcepit. Cùm autem in his rebus omnibus maximos sumptus faceret, nullum tamen sibi fructum & emolumentum, quibus Regiæ opes amplificaripotissent, sed diuinum tantum atque sempiternum inflamato studio proponebat. Cùm autem homines religiosi cum muneribus sacris à Rege missis in eas oras peruenirent, magna repente hominum multitudine confluit, ut eos humeris suis tollerent. Omnes, qui conueniant, homines religiosos venerabundi suspiciebāt, & quasi cælo delapsos in tuebantur. Rex eos valdè amanter accepit, Emmanueliq; pro tanta benignitate felicitatem sempiternam precatus est. Multi verò certatim ad illos vndique conueniebant, ut Christo nomina darent, & sacro fonte abluti, in nouum vitæ genus ingrederentur. Et quia neque sacerdotes linguam eorum nouerant, neque plebs Portugalem linguam intelligebat, Rex interpretis officio fungebatur, & quod ab illis acceperat (iam enim nostram linguam probè tenebat) habita concione suis enuciabat.

ciabat. Egit Emmanuel præterea cum illo per literas, ut filios suos in Lusitaniam mitteret. Se namque daturum operam, ut non Latinis tantum literis, sed etiam maximarum artium disciplinis erudirentur. Ita factum est, ut non solum Regis filij, sed multi pueri nobiles Olyssipponem venirent, & Emmanuelis sumptibus alerentur, & omnes artes homine libero dignas acciperent. E quibus aliqui, qui sese sanctis literis impense dederant, in Æthiopiā reuersi, multos mortales ad CHRISTI Ecclesiam & concionibus & virtutis exemplis aggregarunt. Opera denique Emmanuelis hoc tam præclarum opus absolutum fuit. Hoc anno cùm nullo modo studium Indiæ retinendæ intermitteretur arbitraretur, classē magnam instruxit, cui præfecit Lupum Suarium Aluarengam. Quid verò ab illò actum in India fuerit, suo loco dicemus. Nunc verò consequens est, ut, quid Albuquerqueijs acciderit, aperiamus. Alfonso Albuquerqueius octo diebus antequam Franciscus Albuquerqueius soluere posset. Olyssipponē profectus est. Franciscus tamen prius in Indiam peruenit, atque cum duabus tantum nauibus in Anchediuam insulam delatus est. Nicolaus Coelius, cui altera nauis erat attributa, simul cum illo ad eandem insulam nauem constituit. Tertius Dux, cui nomen erat Petrus Vascius Veiga, vel fluctibus, vel flammis, vel quouis alio casu (certum enim sciri non potuit) miserabiliter absumptus fuit. Ibi verò Albuquerqueius cum Petrum A taideum, & reliquos Duces, qui cū illo erant, offendisset, intellexit, quo modo Soderij perierant, & Cochimensis Rex è regno Calecutiensis viribus eiectus fuerat. Hoc autem cùm accepisset, minime cunctadum ratus, quamuis adhuc hyems vigeret, Cananorem cum illis sex nauibus petere contendit. Quatuor enim illas, quæ in Anchediæ portu consistebant, duabus suis adiūxit. Rex Cananoris illi Trimumparæ aduersum casum, & nimis afflictam fortunam vberius enarravit. Inde igitur cum celeritate profectus, in insulam, quæ Cochimo adiacet, nomine Vaipinum,

*Regis &
procerum
liberi in
Lusitaniā
educati.*

*RÉS INDIÆ
CÆ.*

*De Albu-
querciorū
in India re-
bus gestis.*

*Petri Vascij
Veigæ
meritis.*

Vaipinum insula. Vaipinum, vbi adhuc Trimumpara se continēbat, accēssit. Nostri cūm naues aspicerent, incredibili lætitiā affecti sunt. Rex ipse contineri non potuit, quin Portugaliā sæpè maximis vocibus in clamarēt, & in ducum complexum fueret. Nostri vicissim illū ad spem pristinæ fortunæ confestim recuperandæ magnis clamoribus excitārent. Naires Calecutiensēs, qui erant Cochimi in præsidij, continuò vr̄bem præ metu reliquēre. Iam hoc tempore Odoardus Paciecus, qui cum Alfonso Albuquerque Olyssipone profectus erat, nauem suam ad eas oras appulerat, & se cum Francisco Albuquerque coniunxerat. Franciscus Albuquerque vbi Regis fidem collaudauit, eiq; Emmanuelis nominē gratias egit, cūm videret illum exhaustum, & renumariæ difficultate vehementer implicitum, præter alia dona atque munera, decem millia ducatorum ex Emmanuelis pecunia donauit. Fuit hoc donum non modò propter temporis illius angustias Trimumparæ gratissimū, verū & omnibus magnam admirationē incussit. Reges enim Indi quamuis elati & insolentes natura sint, & opes magnas habeant, tenuissimo tamē victu contenti, & ad rem nimis attentī sunt. Cūm igitur illius rei fama cūm ad alios Reges, tum ad Calecutiensem perlata fuisset, obstupuit. Eo die Albuquerque (nihil enim in tantis rebus procrastinandum existimabat) Trimumparam Cochimum transduxit, & illum Regis Emmanuelis nomine in vr̄bis atque regni possessione constituit: & nē suos otio torpere, & animos hostium confirmare sineret, in aliam insulam Cochimo oppositam, cuius Princeps à Cochimense ad Calecutiensem defecerat, inuasit, hostesque inopinantes aggressus dissipauit, multosq; ex illis occidit, & aliorū oppida atque vicos exussit: & Cochimum continuò reuersus est. Postera die in aliam insulam traiecit, quæ similiter ad ditionem Trimumparæ pertinebat, illiusque princeps se eodem crimine defectionis alligarat. At Princeps habebat in armis ad tria millia fortium militum, & multi parones Calecutiensēs armis & mi-

litibus

litibus instructi, vt illi opem afferrent, circum insulam versabantur. Hic Albuquerque ita Duces distribuit, vt Paciecus cum paronibus in mari congregaretur, Coelius verò, & Antonius Campensis, & Araidæus in acie prima cūm hostium copijs dimicarent. Paciecus hostium classem inuasit, paronesque partim depressit, partim in fugam coniecit, multosque ex hostibus & ferro & flammā consumpsit. Reliqui duces in insula primo impetu hostes fundunt, & vallum, quo Principis aedes septæ fuerant, reuellunt, & in aedes irumpunt, ipsumque Principem interficiunt, & aedes inflammant: eodemque die, parua victoria, reuertuntur. Postridiè verò ad aliam insulam, nomine Repelinum, Albuquerque naues accedere iussit. Illius Princeps idem in se scelus admiserat. Timore igitur admonitus, nē idem cum reliquis proditoribus supplicium subiret, magna vi se ad resistendum comparabat: Nairumque duo millia sub signis habebat. Ad littus igitur, vt nostros aditu prohiberent, accessit. Fuit ibi acriter vtrinque dimicatum. Sed hostes tandem in fuga salutem ponere coacti sunt. Nostri illos vsq; ad maximum insulæ oppidum infecuti fuerunt. Ibi cūm insulæ Princeps rem in extremum discrimen inductam cerneret, suos à fuga collegit, instructaque rursus vt potuit, acie, fortissimè repugnauit. Redintegrato prælio, fuit vtrinque summa contentione certatum: sed hostes in fugam versi tandem sunt. Nostri cūm multos occidissent, & reliquos ex insula præcipites eiecissent, insulam diripiendam Trimumparæ militibus concessere. Hoc facto, oppida atque pagi Albuquerque iussu incensi, & exusti sunt. His rebus gestis, Albuquerque Regem iam lætissimo rerum successu recreatum adijt, ab illoque petijt, vt faceret sibi potestatem arcis ædificanda, quæ & Lusitani possent pericula ab hostibus intacta propulsare, & statū ipsius Regis multò facilius à Calecutiensi immanitate tueri. Rex id facillimè concessit, dixitq; quod viueret, & dignitatem recuperaret, & cōtra hostis improbissimi conatum muniretur,

*Pugna cum Calecutiensibus.**Lusitanorum victoria.**Repelinum insula.**Repelinum ses viiti.**Ara Cochimi quando ex a quo condita.*

Arcis situs
 id totum sibi esse, & illi, & Regi clarissimo, & Lusitanorum virtuti in acceptis referendum. Proinde si illi videretur, arcis illius ædificationem ex re Emmanue-
 lis Regis esse, velle se sumptum omnem suppeditare. Itaque locus ad eam delectus fuit valde opportunus. Erat enim editus, & maris illius angustius imminebat. Quibus, quoties Calecutij Rex bellum nauibus inferre conaretur, nostri illum facile aditu prohiberent, xxvij. die Septembris anno M. D. III. arcis fundamenta iacta sunt. Magnaque hominum multitudo Regis iussu operas perpetuo nauabat. Neque Lusitani quidem sese à labore, vllius vel nobilitatis, vel ætatis excusatione defendebant, quamuis eos Rex ab opere auertere conaretur. Quatriduum iam fuerat in arce edificanda consumptum, cum Alfonso Albuquerque Cochimum peruenit. Multiplicatis igitur operis, arx ad summum peruenit, & absoluta tandem fuit. Deinde, re prius deliberata, Albuquerque cum reliquis ducibus, & aliquot Trimumparæ militibus, in oppida, quæ ad Repelinensem Dynastiam pertinebant (qui, ut dictum est, à Trimumpara rebellarat) se contulit. Ea verò viginti passuum millibus Cochimo distabant, erant, quæ à fluminis ripis, quod in estuarium in fluit, non magno interuallo distant. Nostri igitur scaphis & paruis nauigijs egressi, improvisè hostes adoruntur. Multos interimunt, reliquos fundunt fugantque, & vastitatem, & populationem eorum rebus inferunt. Huius stragis fama celeriter ad omnes vicinos peruenit. Rem namque esse in magno discrimine, sublato clamore significant. Qui clamorem excipiunt, rursus ut alios ad auxilium excitent, eadem significatione clamoris vruntur: & sic fit, ut partim nuncijs ad eam rem missis, partim clamoris successione continuata intra breue tempus magnæ militum copię congregari soleant. Tunc igitur supra sex millia eorum, quos Naires appellant, ad auxilium suis afferendum repente prouolarunt, & in nostros impetum fecerunt. Nostri ordine instructi cedere paulatim incipiunt. Illi tamen nimis ferociter instabant,

Impetus in Repelinentes

Nova nuncijs mittendi, & militis evocatio diratio.

instabant, & nostros grauissimè premebant: neque solum telis & iaculis eminis, sed strictis etiam gladijs dimicabant. Quod si per ordinem, quo Lusitani erant instructi, non stetisset, magna tunc clades accepta fuisset. Sed cum nauigia non procul abessent, & à nostris nullus tumultus excitaretur, omnes se, magno tamen cum labore, & vitæ discrimine, in scaphas & nauigia receperunt. Odoardus tamen Paciecus cum scapham suam (suorum namque temeritate à loco deducta fuerat) minimè reperisset, magnum periculum adiit. Hostium namque multitudo illum circumstetit, ut, antequam subsidium afferri posset, opprimeret. Ille tamen cum esset acer & strenuus, eorum tantisper impetum insita virtute repressit, dum Albuquerque, periculo, in quo is versabatur, animaduerso, subsidio occurrerent. Itaque omnes recepti, se Cochimum contulerunt. Fuere in prælio octo tantum vulnerati, nemo autem occisus. Ex hostibus magna multitudo cecidit: septem parones in fluuio capti, & quindecim incisi sunt. Insequenti nocte (nec enim ardor animorum, qui in Ducibus inerat, militibus vllam quietis facultatem dabit) ut alios pagos Dynastæ Repelinentis euerterent, in scaphas atque nauigia conscenderunt. Alfonso Albuquerque reliquos antecedebat. At hostes in armis excubabant. Itaque conferti, summa contentione restunt: duos occidunt, viginti conuulnerant. Alfonso Albuquerque inopinato casu distinetur, neque quomodo tantæ multitudini resistat, neque quo pacto retrocedat, rationem inire potest. Quod tamen erat viri fortis officium, acriter dimicandum statuit, usque eodem reliqui Duces opem afferrent. Sic ad primam lucem impetum hostium sustinuit. At Franciscus Albuquerque cum cæteris Ducibus sese è scaphis eiecit, & incredibili celeritate ad locum, in quo pugna committi cœperat, se contulit. Illorum aduentu nostris animus additus fuit, & hostes in fugam coniecti, magnaque eorum pars ferro concisa, & pagi flammis exusti. Eodem die aliam insulam, nomine Cambalam, insula aggressi

Paciecus periculum.

Alfonso Albuquerque disformiter propellit.

Cambala insula.

Lusitanorum præclare victoria. aggressi sunt, vbi supra septingentos homines interfecerunt. Neque ijs rebus contenti, in terras alias additionem Calecutienſis Regis pertinentes ingreſſi, hominum ſtragem ediderunt, & populationem maximam intrulerunt. Sed cum supra ſex millia hominum ad eorum impetum reprimendum conuenirent, ægè repulſi ſunt. Odoardus interim Paciecus triginta & quatuor parones Calecutienſis Regis, qui aditum in portum Cochimi mercatoribus inſercludebant, ſuperavit, & fugere compulſit. Poſt has calamitates hoſtibus illatas, cum mercatores Cochimum piper, & alia aromata in Cochimienſem portum conuohere non auerent, viſum eſt Alſonſo Albuquerque Coulamum petere, vt ibi tres naues oneraret. Ciuitas erat omnium priſcis temporibus in regionibus illis ſcæmpliſſima & opulentiſſima. Sed poſtquam Calecutium à mercatoribus frequentari, & opibus augeri coepit, magna Coulamenſis imperij inclinatio facta eſt. Cochimo abeſt circiter quadraginta & octo paſſuum millia: ad ortum Solis ſpectat. Nauigatio eſt tutiſſima ſecundum fluiuium, niſi cum propter fluminis anguſtias, inſidiæ ab hoſtibus ab vtraque parte in ripis collocantur. Flumen enim eſt valdè profundum: cum marinis enim aquis, quas accedens æſtus inducit, commiſcetur, portus eſt optimus. A Edes, phana, religio, mores, inſtituta ſunt eadem fermè, quæ aquod reliquos Malabares fuiſſe diximus. Genſ eſt aſſueta prælijs: continenter enim bellum cum Rege Narſingæ gerit. Quamuis enim Narſingæ regnum maxima ex parte larus Indiæ, quod ſpectat ad orientem Solem, occupet, cum tamen latiſſimum ſit, ad conſinia Solis occidentis extenditur. Rex maximam temporis partem in vrbb. mediterraneis conſumit. Coulamum verò regendum hominib. committit, quos fide præſtantes eſſe iudicat. Regio à Chriſtianiſ illis etiam colitur, qui Thomæ diſciplinam acceperunt, & in tanta temporum varietate, & regnorum commutatione, & aduerſis rerum incidentium caſibus inuicta ſemper fide & conſtantia retinuerunt.

Coulamum ciuitas, eius deſcriptio & generis mores.

Narſingæ regnum.

Chriſtiano-rum D. Thomæ diſciplinæ imbuitorum conſtantia.

retinuerunt. Eſt in ea vrbe templum peruectum, quod Chriſtiani perhibent fuiſſe à Thoma ædificatum. *Templum à D. Thoma ædificatum.* Apoſtoli autem corpus eſt in ora Regni Narſingenſis ſepultum, in templo, quod non à Chriſtianiſ tantum, ſed etiam à Saraceniſ & reliquis gentibus ſanctiſſimum habetur. Fama namque conſtans eſt, viri illius diuini meritis multa miracula diuinitus edi, & complures, qui opem illius vel in grauiſſimis morbis, vel in rebus afflictis implorabant, mirabiliter alleuatos, & maximis malis liberatos exitiſſe. Eo tempore, quo Alſonſus Albuquerque in eam vrbe nauigauit, mulier quædam vidua Regnum nomine filij, qui nondum ætatem maturam ad regendum habebat, non ſegniter adminiſtrabat. Fuit à ciuitatis Principib. qui nomine Reginæ omnia, quæcuq; vellet, ſe facturos oſtendebant, valdè honorificè receptus. Itaq; oneratis ex ſententia nauibus, & amicitiaæ fœdere percuſſo, & traditis regiæ fidei Luſitanis, qui erant gerendi negotij cauſa Regis Emmanuelis nomine in ea vrbe relinquendi, Cochimum reuerſus eſt. Dum hæc geruntur, Calecutij Rex animaduertens, in quam fraudem fuiſſet Arabum cohortationib. impuſus, magno ſilètio, ne Arabes fœdus perturbarent, pacem cum Luſitanis facere cõſtituit. Ad quam celerius conſtituendam, Naubeadari mi, quæ, vt dictum eſt, animi inclinatione in Luſitanum nomen egregiè propendere conſtabat, aſſiduè cohortationes impellebant. Conditiones fœderis hæc fuerunt: Vt omnes claſſes, quæ erant in mare, belli cum Luſitanis aut cum illorum amicis gerendi cauſa, deductæ, continuo ſubducerentur. Vt omnia bona Regis Emmanuelis, quæ tempore, quo Arius Correa fuerat interfectus, Arabes, & reliqui eorum focij diriperant, reſtituerentur. Et pro illis Calecutij Rex certum piperis pondus intra tempus aſſignatum perſolueret. Nè Saraceniſ, qui Calecutij negotiabatur, facultatem tribueret in Arabiam nauigandi. Flagitabat præterea Franciſcus Albuquerque, vt, Mediolanenſes, qui ad Calecutij Regem transfugerant, illi redderentur. Id ſolum Rex pernegauit.

Fœdus cum Coulamenſi Rege.

Pax cum Calecutienſi inuicta, cuiusque leges.

pernegavit. Turpissimum namque sibi fore iudicabat, si homines semel in fidem receptos proderet: reliqua omnia concessit. His ita constitutis Naubedarimus Cranganorem petiit, ut ibi bonam piperis partem appeteret, atque Pacieco, qui eodem iussu Francisci Albuquerque ad eam rem venerat, assignari iuberet. Accidit interim, cum iam bonam piperis partem Paciecus nauibus imponi iussisset, ut nauigium piperis onustum, quod Calecutiensis Regis erat, Cranganorem versus nauigaret. Id cum ad Iacobum Fernandū Corream perlatum esset, Albuquerque iniussu misit, qui nauigium caperet, & Cochimum perduceret. Illi, qui erant in nauigio, cum se captos animaduertunt, indignum facinus esse clamitant, pacem inter Regem Portugaliæ & Regem Calecutij esse iam solenni foedere constitutam. Et tamen post factam pacem, Calecutiensis Regis ministros atque famulos per vim à Portugalesibus capi, & piper regium diripi. Præterea piper illud Cranganorem conuehi, ut Portugalesibus traderetur, & Rex Calecutij citius fidem suam liberaret. Nè vellent igitur, quod erant sine cuiusquam iniuria confestim accepturi, cum tanta Regis offensione per vim à Regionum manibus extorquere. At Correa nihilominus in instituta iniuria fortissimè perseuerat, nauigiumque oppugnat: Naires sex occisi sunt, & multi præterea vulnerati. Ex nostris verò non pauci vulneribus illius pondus, quod per vim & iniuriam direptum fuit, multorum sanguine costaret. Id ubi Naubedarimus rescivit, à Francisco Albuquerque postulauit, ut Regi satisfaceret. Fœdus enim violatum fuisse, regisque animum grauius offensum, materiamque datam hominibus, qui pacem hanc turbare cupiebant, ad bellum acerbissimum temere concitandum. Præterea turpissimum fore Lusitanis, si scelus, quod in alijs vindicare conabantur, in se ipsos admitterent. Iure enim visi fuerant Regi Calecutiensis bellum mouere, quod noluisse in eos, qui facinus illud in cæde Ariz Corree, & in opum regiarum direptione

Pax à Fernando Correea violata.

Naubedarimi pro pace resarcienda ad Franciscū Albuquerque exhortatio.

direptione conciuerant, animaduerrere, & Emmanueli Regi satisfacere: cur igitur idem facinus à suis susceptum in ultimum esse pateretur? Cur non aliquam Regi Calecutiensis satisfactionem daret, qua illius animus tam atroci iniuria stimulatus placari posset? Regem esse naturam mutabilem, & iracundum, & Saracenis obnoxium, ita, ut eorum sermonibus inductus, cum à nostris nullam iniuriam accepisset, eas tamē illis clades, quas acceperant, intulisset. Quid igitur facturum existimaret, postquam is iure bellum suscipere videretur? Hæc & alia multa cum Naubedarimus in eandem sententiam repeteret, Franciscus Albuquerque postulat illius contempsit. Quo quidem crimine vel sceleris, si neglexit fidem, vel timiditatis, si non ausus est coercere hominis vesani temeritatem, laudes, quas fuerat adeptus, obscurauit. Rex Calecutij ira grauissima commotus, classem rursus instruere, & delectum habere instituit, ut mari atque terra bellum Cochimeni Regi atque Lusitanis inferret. Vbi id Trimumpara comperit, à Francisco Albuquerque enixè postulauit, ut ea sibi præsidia relinqueret, quibus posset Calecutiensis impetus ab illius regni finibus propulsari. Indignissimum namque fore, se, cum propter Lusitanis nominis studium tam graui bello, quam erat illud futurum, premeretur, Lusitanorum ope destitui. Id Albuquerque se facturum pollicetur. Sed id minime, ut par erat, præstitit. Vnam enim tantum nauem cum duabus carauelis, quarum formam iam supra descripsimus, & aliud paruum nauigium illi cum centum Lusitanis reliquit. Erant apud eum præterea alij quinquaginta Lusitani, ita, ut centum & quinquaginta tantum Lusitani ad tanti belli molem sustinendam eo in loco remanerent. His omnibus præfectus erat Odoardus Paciecus, qui summa voluntate prouinciam illam suscepit, ut vitæ, si ita opus esset, pro Christi gloria, & Regis Emmanuelis dignitate profunderet. Interim venit Alfonso Albuquerque Comes Coulamo. Albuquerque igitur Cochimo profecti, Cananorem peruenere.

Franc. Albuquerque factum in honestum.

Albuquerque perfidia.

Odoardus Pacieci exiguum præsidium, & virum.

nère, quo in loco cognouit Alfonso è literis Raphaelis Reineli, qui apud Naubedarimum piperis accipiendi gratia remanserat, maximum bellū comparari. Idem etiam Coiebiquius, cuius iam antea mentionem fecimus, qui plurimum Lusitanis fauebat, literis ad Albuquerqueos missis indicauit. Indè cum oram Calcutij legerent, ad Regem miserunt, qui Lusitanos, quos apud se retinebat, missos faceret: quod postulatū ille reiecit. Indè igitur digressi, iter in Portugaliā suscepere. Alfonso Albuquerqueus Olyssipponem peruenit. xvij. die mensis Iulij, anno à Christo nato, M. D. IIII. Franciscus verò Albuquerqueus, & Nicolaus Coelho quomodo perierint, incertum est. Nunquā enim comparuerunt, nec vllus euasit, qui posset illorum interitum nuntiare. Petrus Arideus, fracta in vadis nauis, in terram euasit: in qua nauigium nactus, cum Lusitanorum parte, qui erant in eadem naue, Mozambicū quem se contulit, vbi mortuus est. Alia verò pars se Melindem recepit. Per idem ferme tempus, quo hæc acciderunt, Dux alius, nomine Antonius Saldagna, varijs tempestatibus iactatus fuit. Missus autem fuerat ab Emmanuele, post Albuquerqueorum Olyssipponem discessum, cum tribus nauibus, vt mare, quod vltimo Aethiopiæ promontorio, Guarda su nuncupato, & Arabico sinu continetur, armis infectum redderet. Vnus ex Ducibus, qui sub illo erant, cui nomen erat Iacobus Fernandes Pereira, vi tempestatibus à reliquis nauibus segregatus, nauem suam Melindem appulit. Indè Zacatoram insulam antea nostris incognitam, non ita lato mari ab introitu sinus Arabici disiunctā, petijt, in qua hyemare constituit. At Saldagna gubernatoris imperitia cursum non tenuit, & in insulam, quam appellant Sancti Thomæ, æquinoctiali circulo subiectam, peruenit. Postquā verò indè digressi sunt, alia coorta tempestate factum est, vt alter ex Ducibus Rodericus Laurentius Rauascus ab illius conspectu distraheretur. Saldagna verò cum promontorium Bonæ spici superare contenderet, fuit eiusdē gubernatoria insci-

Bellū Calcutiensē cōtra Lusitanos & Cochimēsē.

Alfonso Albuquerqueij in Lusitaniam redit. Francisci interitus.

Antonij Saldagne casus.

Zacatoram insula.

S. Thomæ insula.

Rodericus Laurentius Rauascus.

inscitia, qui iam se promontorium flexisse credebat, in sinum delatus, in quo aquationem fecit. Cui loco deinde fuit nomen, Aquatio Saldagnæ. At Rauascus cum multo citius promontorium flexisset, Mozambica versus nauigauit: indè verò Quiloam petijt, vbi viginti dies Saldagnam expectauit. Quem cū diutius opinione sua morari cerneret, in insulam Zanzibarem nomine, cuius iam antea mentio facta est, nauigauit. Abest autem hæc insula Mombaza ad occidentem Solem octoginta passuum millia. Inter hanc insulam & continentem, fretum interiectum est adeo angustum, vt nauis nulla eò transire possit, quæ non simul & ab insula, & à continente facillimè cernatur. Circū eam insulam Rauascus duos menses peragrauit, vbi supra viginti naues Zanzibaresiū, diuersis temporibus multis reb. onustas cepit: & pretio in singulas constituto, eas dominis restituit. Attulit hoc hominis flagitium grauissimā terris illis offensionē, multorumq; animos à nostris alienauit. Erat. n. nostris cū in insulæ illius amicicia. Insulæ Princeps misit ad Rauascū, qui diceret, se vehementer admirari, quo iure Dux Lusitanus, à qua gente audierat fidē sancti colli, in res insulæ illius, Lusitanis addicte, tā ferociter inuasisset. Scætera, quæ abstulerat, non iam curare. Arma saltē & tormenta, quæ erant in nauibus, redderet, & reliqua sibi reseruaret. At Rauascus nō modò equissimo postulo satisfacere noluit, sed respōsum nimis asperū & cōtumeliosū dedit. Hac iniuria Princeps irritatus, aliquot paruos parones instruxit, qui in Rauascū inuaderēt. At Gomezius Carrascus eiusdē nauis scriba, & miles alius, nomine Laurētius Phæus, Ducis iussu priusq; parones cōparari & egredi possēt (nauis. n. appropinquare terræ nō poterat) in scaphū tormētis & armis instructū repētē desiliūt, & in parones inuehūtur. Quatuor autē capiūt, reliquos in fugā cōijciūt: aliquot homines occidūt, inter quos fuit vnus eiusdē Principis filij. Princeps cū cerneret, se ius suū neq; legitima disceptatiōe, neq; armis obtinere potuisse, nè malū illud ad totius insulæ

Aquatio Saldagnæ.

Zanzibar insula.

Zanzibarē ses naues supra viginti captæ à Rauascō contra seclus.

Rauascū iniquitas.

Pugna cū Zanzibaresibus nauis.

insulæ perniciem emanaret, quanuis esset & incōmo-
 dis affectus, & filio orbatuſ, pacem tamen cum Rauaf-
 co cōstituit, ea conditione, vt certū pondus auri quot-
 annis tributū nomine Regi Emmanueli persolueret,
 Pace ad hunc modum constituta, Rauafcus Melindē
 petijt. Erat autē acerbū tūc temporis inter Melindiū
 Regem, & Regem Mombazæ concitatum. Rauafcus
 vt Mombazam perterreret, nauem suam in Mombazæ
 portu cōstituit: ibi duas onerarias naues, & tria nau-
 gia minora pugnando cepit. Inter eos, qui fuerant in
 nauibus capti, erant Arabes duodecim, viri & opibus,
 & dignitate ciuitatis suæ Principes. Ciuitas appella-
 batur Braua: aberat autem Mombaza quadringentis
 millibus passuum. Ij aliam nauem expectabant mul-
 tis magni precij mercibus onustā. Cū autē se pecunia
 redemissent, ciuitatem suam dederunt, fidemq; suā
 obstrinxerunt, fore se & reliquos ciues Brauēses semper
 in Regis Emmanuelis potestate. Illis similiter Rauaf-
 cus, quod sibi visum est aurum, quod singulis annis
 Emmanueli soluerēt, imperauit. Fœdere percusso, na-
 uis, quam expectabant, interuenit. Quam Rauafcus
 non attingit, nec vt ab aliquo alio fœderatis iniuria sic-
 ret, permisit. Interim Saldagna cum tribus nauibus,
 quas in illo cursu ceperat, Mombazæ portum subiit.
 Rex cum iam classis speciem intueretur, veritus nē
 graue aliquod incommodum Lusitanorum armis ac-
 ciperet, pacē cū Melindio fecit. Saldagna verō inde in
 Indiā nauigauit, & insulis Cananiciæ, & Anchediucæ
 classē applicuit: quid autem ab illo gestū fuerit, suo
 loco dicemus. HOC anno M. D. IIII. Octobris men-
 se, Alfonso, equitum Magister, Iacobi Emmanuelis
 fratris filius, de quo supra dictum est, in adolescentiæ
 flore graui morbo oppressus, è vita migravit, vnamq;
 tantum filiam, eximia pulchritudine & singulari vir-
 tute foeminam, reliquit, quæ postea Petro Villeregalis
 Principi, viro egregie forti, nupsit. Eodem fermè tem-
 pore Isabela Castellæ Regina similiter è vita decessit
 maximumque sui desiderium cum multis lachrymis
 vni.

vnuerſe Hispaniæ reliquit. Fuit enim illa mulier
 tam excelſo animo, & tam singulari prudentia, tan-
 tiſq; laudibus probitatis & religionis ornata, vt meri-
 to videatur nomen illius sempiternæ memoriæ con-
 ſecrandum. Vltimo die Decembris eiusdem anni pe-
 perit Regina Maria filiā singulari pulchritudine. Fuit
 illi impositum nomen auic Beatricis. Quæ postea Ca-
 rolo Allobrogum Duci nupsit, vt postea dicitur. Hoc
 anno ingentes & crebri terræmotus extiterunt, ædes
 multæ corruerunt, terra multis in locis defedit, ingent-
 tesq; labes factæ sunt. Homines domicilia deferebant
 & montes etiam attingere non audebant, metuentes,
 nē vel domibus dissectis oppressi, vel montibus de se-
 de conuulsis obruti, miserabiliter interirent. Campos
 & planiciem sequebantur: in tabernaculis habitabāt.
 Per idem fermè tempus Ioannes Menesius non indi-
 gnū memoria facinus aggressus est. EST oppidum
 Mauritaniæ clarum, nomine Larache, quod viginti
 millibus passuum Arzila distat. Flumine autem Zi-
 lia, quod in Oceanum influit, alluitur. Ceperant autē
 Mauri quinque naues Portugaleses, quæ tunc in La-
 rachenſi portu consistebant. Id cū Menesius rescie-
 uisset, indignè admodum tulit, & in portum inuehi
 cogitauit, vt naues abduceret. Erat autem in ipsius flu-
 minis ostio turris natura, & arte, & armis, atque tor-
 mentis egregiè munita, in qua milites per vices excu-
 babant. Erat autem is receptus piratis omnibus, qui ex
 ea Mauritaniæ parte quotannis, vt prædas agerent, e-
 grediebantur. Menesius secum excogitat, quomodo
 sine periculo, quod à turri eminere videbatur, in eius-
 dem oppidi portum & stationem intraret. Id cū iam
 secum animo deliberatum & constitutum haberet,
 accidit, vt die quadam quinque biremes, & vnam tri-
 remem conspiceret, quæ occidentem Solem versus na-
 uigabant. Quare animaduersa, speculatores partim
 terra, partim mari continud misit, qui earum cursum
 diligenter explorarent. Renunciant illi omnes, in La-
 rachis portum inuectas, in terramq; subductas fuisse,
 ita

*Pax Zarzi
 barenſium
 cū Luſita-
 nis.*

*Bellū inter
 Melindiū.
 & Momba-
 zenſem.*

*Braua ciui-
 tas Luſita-
 nis deditur.*

*Caocania
 insula.*

*RES EV-
 ROPEAE.
 ANNV S.
 1504.*

*Isabela Ca-
 ſtellæ regi-
 ne mori.*

*Emmanue-
 li nata ſi-
 lia Beatricis*

*Terræmo-
 tus.*

*RES A-
 FRICAN-
 NAE.*

*Larache oppi-
 dum.*

ita tamen, vt triremis non procul ab aqua confisteret. Cum id compertum haberet, quatuor Carauelas instruit confestim iubet, & milites, quos ad eam rem alacrius gerendam aptos cognouerat, accersit, & anchoris de nocte solutis Larachem petijt, & classē ante fluminis ostium prima luce constituit. Accurrunt Mauri, ignem tormentis applicant, & globos ingentes emittunt, summaque vi contendunt, vt aditum nostris intercludāt. Menesius verò æstus opportunitatē expectabat, quē vbi vehementius incitari sensit, latera nauis vnus culcitris lanceis, & faccis, quos lana diligenter inferiri iusserat, fulcienda, & molibus obstruenda curauit, & turri opponi precepit, vt tormentorū idus exciperet. naues reliquę huius præsidio recte portum subire. Mauri interim sagittis, & iaculis, & plumbeis glandibus acerrimè decertabant. At Menesius introrsus, illis frustra repugnantibus, cum integra classe pertrauit. Fluuius est & aquarum copia, & æstus accessione profundus, ita, vt nostri facillimè possent ad illius ripas accedere. Quod cū factum esset, illi, quibus id imperatum fuerat, in terram desiliunt, & vt coniectis facibus triremem incenderent, summa cōtentione pugnant. Mauri contrā, vt incendium arceant, vndiq; prouolant. Fit atrox prælium, neq; mediocri temporis spacio fuit ytrinq; acerrimè dimicatum. Tandē cū multi ex hostibus caderent, multi grauius fauciatī secederent, reliqui se in fugam dederunt, quos nostris longius insequi per Menesium licitum non fuit. Sed quod erat illi propositum, triremem exurere confestim iubet. Quinque verò biremes cum duabus nauibus longis, & vna ex nauibus Portugalensibus (casnamq; iam in terrā subduxerant) à nostris in mare cōtinuò deductę fuerunt. Reliquę tres Portugalenses naues deduci non potuerunt: & idcirco cum trireme similiter incensę sunt. Hac re ex animi sententia gesta, Menesius cū ingentem hostium multitudinem confluere vidisset, æstu secundo (iam enim minui, & decedere incipiebat) se sine vllō incommodo recepit.

In hoc

In hoc autem prælio vnum solum hominem desiderauit. Et cū quatuor tantū ex Arzila portu naues eduxisset, cum duodecim reuersus est. Exterritus hæc hominis alacritas & audacia vehementer hostes, quod in intimo eorum portu, in præsidij firmissimis, & in munitiones, quas ipsi tutissimas arbitrabantur, non dubitasset inuehi, & eorum naues incendere, tantamque cum tam paucis nauibus, in oppidum munitissimum, pestem & perniciem machinari. Nec eos tam sollicitos habebat hominum cædes atq; nauium iacturam quantum facinoris editi magnitudo. Metuebāt enim nē tam felicitis audacię, parum, vt videbatur, confideratē successu, nostri animos assumerent, quibus maiora facinora molirentur. Emmanuel verò cū huius facti nūcium accepisset, maximo gaudio affectus fuit Menesijq; virtutem, & sagacitatem, & industriam debitis laudibus ornauit. At is cū nullam bene gerendę rei occasionem prætermittere voluisset, vt aliud non leuius incommodum hostibus afferret, excogitauit. EST mons, Farobus nomine, quem minoris Atlantantis partem esse suspicor, qui viginti passuum millibus Arzila distat. Secundū illius radices amnis fluit, qui hyeme tantis aquis augetur, vt vado transiri non possit. Hostes ea re freti, securē in pagis, qui sunt in monte admodum frequentes, hycabant, maximoque armentorum & pecudum greges alebant. At Menesius in intimis ædibus, ne ea res in vulgus emanaret, duas quadratas ædificari iubet. In quę verò vsum id fieret, nullus ex fabris lignarijs, quorū fidei opus illud cōmiserat, suspicari potuit. Cuiuslibet autē lintris magnitudo tāta erat, quāta posset vnus validi iumentū tergo supportari. His perfectis, se tātis per cōtinuit, dū noctē pluuijs & tempestate turbidā videret. Eā nactus tempestatem, quā optabat, signum excursionis propere faciendę dari iubet. Admirantur omnes eo tempore classicū cani, quo propter imbrium vim omnimēno belli necessariò conticeffit. Id tamen à sapiēte Ducē, & in bellis exercito non temerē fieri suspicantur.

Armani

*Enuipito.
Menesij
Larachem-
fes.*

*Stratage-
ma lo. Me-
nesij.*

*Atrox cum
Mauris præ-
lium.*

*Maurorum
naues ali-
quot par-
tim captę
partim in-
censę.*

*Audacia
lo. Menesij*

*Aliud lo.
Menesij in
Mauris
stratagemis*

*Farobus
mons.*

Armati conueniunt, eumq; sine vlla recusatione sequuntur. Nemo tamen quid ille animo ageret, aut quorsum tenderet, inquirebat. Erant autem illi, quos tunc secum eduxit, equites viginti supra ducentos, quibus, vbi commodum visum fuit, quid sui consilij esset, aperuit: quã facillè res fieri posset, exposuit: quid ab omnibus fieri vellet, ostendit. Eos tamen, qui rem aggredi dubitarent, admonuit, vt domum redirent. Se se namque multo confidentius cum paucis, ipsiq; fortissimis, quam cum multis, omnia pericula metuentibus, quoduis facinus aggressurum. Nemo tamen fuit ita sui decoris oblitus, vt domum redire vellet. Vbi ad fluuium peruenere, qui tunc super ripas effusus, multo maiorem telluris partem, quam suspicati fuerant, inundabat, lintres, quas iumenta portabant, in ripa deponi præcepit. Tum vni è suis domesticis, qui Fernandus Freitas appellabatur, imperauit, vt extremitate cuiusdam funis mordicus apprehensa, fluuium nando traiceret, vsque eò dum modicã terrã planiciem, queq; vltra aluei partem, qua fluuius maiore impetu ferebatur, in aquis eminebat, attingeret. Eo fune erat iam vna ex lintribus alligata. Ergo postquam is, qui fluminis alueum transferat, in locum peruenit, & inde contrariam ripam superauit, lintrem ad se facillimè traxit. Similiter cum funis alius, quo altera ex lintribus colligata fuerat, ex prima neheretur, minimo cui negotio traducta fuit. Cum igitur vtraq; fuisset vtrinque funibus altera ex parte laxatis, ex altera verò contentis, prout transmissionis illius vsus flagitabat, vt illa vltro citroq; facillè commearent. Equites ephippia detrahunt equis, eaq; lintribus imponunt, ipsiq; lintribus ita fluuium paulatim traiciunt, vt equos habentis deductos transire compellerent. Vbi omnes in vltiorum ripam euaserunt, equos rursus in sternunt, quibus insidentes, Menesius noctis illius silentio per loca palustria & lutulenta sequuntur, quamuis eos interdum immodica pluuia tardaret, & aqua pectora equorum pertingeret. Menesius, qui regionis illius omnes anfractus

aus

aus nouerat, prope pagos, quibus quam plurimum posset detrimentum inferre cogitabat, in loco collocandis in sidijs aptissimo copias suas continuit. Vbi diluxit, continuo montani in camporum planiciem descendunt (erat enim iam tempestas sedata) alij, vt fegetes suas inspicerent, alij, vt greges suos in pascea deducerent, alij postremo, vt venarentur. Menesius tamen nolebat è latebris exire, donec tanta hominum copia, in quantam ille inuadere cupiebat, in illius se conspectum daret. Sed accidit, vt duo venatores in insidijs illius inciderent: quo factum est, vt fuerit illi necesse continuo prodire. In homines igitur inopinatò ferociter inuadit, multos capit, plures interim, magnamq; prædam facit, exercitumque incolumem reduxit. Vbi ad fluuium ventum est, abacti greges primum fluuium nando traicere compelluntur, deinde ipsi lintribus eadem ratione, qua nocte fuerant transuecti, & multò etiam facilius eundem fluuium transmiserunt, Arzilaque cum aduersa spera sceret, ingressi sunt, cum magna eorum, qui relictis fuerant, admiratione. Fieri enim non posse crediderant, vt in tam sua tempestate vel fluuium transire, vel, illo transmissio, hostium multitudinem armis exercitum euadere possent, maximè verò, cum regressus esset difficillimò, & posset facillimè recisis lintrium funibus impediri.

IN T E R I M dum hæc in Lusitania & Africa geruntur, Trimumpara in India, & Lusitani, qui cum illo erant, grauissimo bello premebantur. Rex enim Calcutij, vt supra dictum est, acerrimè delectum habebat, classem maximam comparabat, antequam Albuquerque iter in Lusitaniã susciperent. Pacieus ab illis digressus Cananore, Cochimum nauigauit. Rex *Cochin mensis ob* vbi tam exiguas copias sibi præsidio à nostris relictas *hostium* animaduertit, & crebris nuncijs accepisset, tantum esse *multitudi-* exercitum hostium, quantus neq; iusto quidem exercitu sustineri posset, & simul intelligeret, nõ solum mercatores Arabes, quorum opera res frumentaria in ciuitatem importari solebat, verum multos ciues de *lute despen-* rata

M

ga cogita

ga cogitare, & non paucos etiam ad hostem deficere, salutem omnino desperavit. Accedebat, quod fieri non posse putabat, ut Paciecus cum tam paucis hominibus haberet in animo, belli fortunam experiri: cum magis temeritati & amentia, quam virtuti merito videatur esse studium illius, si vellet in re perditis armis frustra contendere, tribuendum. In eam tandem opinionem venit, ut existimaret sibi data verba à Francisco Albuquerque fuisse. Quomodo enim, si fuisset verè & ex animo auxiliū pollicitus, non firmiora præsidia reliquisset, cum posset? Itaque se delusum existimavit, & hoc sibi fuisse præmium pro tam singulari fide & constantia perolutum. His curis anxius, ad Paciecum adiit, & flens Deos obtestans illum precatus est, ut mentem suam aperiret. Ita se de Lusitanis esse meritum, ut si fuisset ab illis in fraudem impulsus, iure de illorum iniuria conqueri perperuo posset. Iam non, inquit, auxiliū in re deplorata flagito, sed nē mihi illudas, id à te contēdo. Si enim opis tuę spem mihi omnino præcideris, aliquid excogitabo, quo non funditur inteream. Si verò falsa spe delinitus, mihi, dum tēpus est, minimè prospexero, sublata salutis occasione, frustra arumnas meas postea lamentabor. Non autem adducar, ut credam, te ab Albuquerque, ut mihi auxiliū esses, sed ut rem Emmanuelis gereres, in India relictum. Quomodo enim tibi ex tam multis nauibus, ex tanta militum copia, tres tantum perexiguas naues, & eas aliqua ex parte laborantes, cum tam paucis hominibus attribuisent, si me conseruatū vellent? Si, ut hinc Coulamum, aut Cananorem te recipias, cum me belli mole vehementer afflictum perspexeris, satis est in tanta nauium & militum paucitate præsidiij. Si, ut impetum Regis potentissimi à regni mei finibus arceas, illorum sapientiam requiro. Quare te per Deum, quem colis, oro & obtestor, nē me deludi sinas: & a sis mihi opem in rebus afflictis allaturus, an hinc, ut impendentem calamitatem effugias, migraturus, enūciet. Hac oratione Paciecus iracundia vehementer exarsit, & cum

Cochimensis regis ad Paciecum oratio.

Paciecii responsum.

& cum Rege de tam insigni conuitio sibi facto nimis acriter exposulauit. Erat enim oratio hominis de illius fide dubitantis, qua nullam maiorem contumeliam nomini honesti hominis iniuri posse confirmabat. Sibi verò semper fuisse fidem vita chariorem. De Albuquerque non erat, cur queri posset. Eas enim copias reliquisse, quas satis esse viderant ad Regis scelerati & insani elationem coercendam. Non enim multitudinis incondita temeritate, sed paucorum vigilantia & consilio victoriam contineri. Præterea aditum in Cochimi regnum à Calecutij finibus fluuiō & æstuuario disclusum, esse per angustum, & eiusmodi, ut à paucis posset contra infinitam hostiū multitudinem custodiri. Postremò tantum esse Christi Optimi Maximi numen, ut nutu, cum vellet, omnes hostiles copias profigaret. Nec enim humanis opibus posse diuinas impediri. Se verò pro certo habere, auxiliū diuinum sibi minimè defuturum. Idcirco bono animo esset. Se namque paratum esse, pro illius statu & dignitate vsque ad extremum vite spiritum decertare. De belli vero exitu, se firma spe teneri, fore, ut Calecutij Rex non modò victus, sed etiam catenis alligatus breui in Portugalam duceretur. Hac oratione Regis animum demissum erexit, atque ad spem salutis excitauit. Ab eo autem digressus, eos Arabas, qui opibus & autoritate inter reliquos excellebant, accersiri iussit, & admonuit, ne metu aliquo turbarentur, ne ve loci illius, in quo tam commodè ad illum diem vixerant, deserendi consilia susceperent. Multas deinde rationes attulit, quibus persuadere conatus est, non esse illis villo modo de victoria desperandum. Postremò nimis atrociter illis inuitari cœpit, qui vel perfidia à Trimumpara deficerent, vel ignauia fugam pararent. Id se publicè testificatum esse velle, flagitium eorum, qui ab ea vrbe demigrare conarentur, minimè impunitū fore. Nē suspicaretur autem quisquā illum posse falli. Esse namq; sibi vigilandum, & omnibus hominum conatibus occurrendum, & ijs custodijs exitus

Paciecii minime intrans fugas.

omnes tenendos, nè quisquam posset vel mari vel terra manus illius effugere. Qui igitur vitam caram haberet, se domi contineret, & consilia plena dedecoris & infamiae detestaretur. Secus enim, pro certo haberet, esse sibi vitam cum acerbissimo supplicio deferendam. Hanc autem ultimam orationis partem, qua minas proponebat, voce aded contenta & atroci pronunciauit, vt omnibus ingentem metum iniiceret. Ardebant enim oculi, & facies inflammari videbatur, & è vultu species quedam furoris eminebat. Illi respondent, se in officio futuros, neque passuros vllomodo, vt Rex de illorum perfidia conqueri posset. Factum est deindè, vt omnes, qui de vrbe deferenda consilia frequenter inibant, illa partim voluntate, partim metu deponerent. Paciecus interim secundum fluiuium discurrebat, vigilias disponebat, omnes exitus & mari & terra, quibus custodijs poterat, vigilantissimè sepebat, nè quisquam auderet abeundi cogitationem suscipere. Accidit autem, vt piscatores quatuor, quod illius iniussu piscari ausi fuissent, ad illum ducerentur. Ille eam causam præterdens, quod fugerent decreuissent, homines corripit vehementissimè, & in insulam traduci, & suspendi maxima voce iussit. Rex vbi id rescituit, ab illo postulauit, vt miseris hominibus veniam tribueret. Ille verò dixit, se vehementer admirari Regis sapientis in tam atroci scelere vindicando negligentiam. Non esse Rempublicam in periculis dissolutè gerendam, sed seuerè & acriter administrandam. Illorum hominum supplicio sancti disciplinam, venia verò confirmari eorum, qui similiter abscedere vellent, audaciam. Se nullo modo passurum, vt propter Regis inconsideratam clementiam, dignitas illius, & regni totius salus in discrimen veniret. Clanculum verò per fidelem nuncium Regi significauit, se homines minimè vita priuaturum: sed vt eo timore iniecto, reliquos in officio contineret, illis minis vsum fuisset. At illi, quibus necem se allaturum simulauit, in insulam traducti, nocte fuere rursus in

Pacieci vigilantia.

Pacieci seueritas in transfugas

fus in

sus in urbem reducti, & apud Regem diligenter occultati, nè posset quisquam suspicari, eos per simulationem tantum fuisse perterritos. Neque satis habebat Paciecus, si urbem diligentissimè tueretur, nisi etiam damna quamplurima hostibus inferret. Itaque fluiuium sæpe transmisit, & in Repelini fines, & in alias finitimas terras inuasit. Multos vicos exussit, multos homines occidit, & incredibili celeritate multis in locis incautos oppressit. At Calecutij Rex celerius exercitum eduxit, vt illius impetum reprimeret, & Repelino appropinquauit. Interim literis Roderici Reineli, qui Calecutij morbo grauissimo laborabat (ex quo paulò post mortuus est) intellexit Paciecus, quantas copias Calecutiensis educeret. Hoc allato nuncio, Cochimi tumultuari coeptum est, & Arabum perfidia multi fuere ad defectionem sollicitati, qui tamen metu Pacieci se, quamuis essent timore perterriti, continebant. Cochimensis autem regio versus Septentrio concisa, quæ insulas complures efficiunt. Non patet autem ab vna in alias hominum armatorum multitudini facilis aditus, propterea quod neque freta pedibus transiri possunt, neque propter frequentia vada commodè nauigari. Cum classe verò lato mari Cochimensem urbem inuadere, etiam erat propter ipsius portus aditum per angustum valdè difficile. Tentare autem vadum, quod Calecutiensis superauit, cum primum Trimumparam regno expulit, admodum ei periculosum videbatur, eò quod meminerat, quantum damnum in eo loco acceperat, & multò se maius accepturum formidabat, si ad Regis Cochimensis præsidia auxilium Lusitanorum accederet. Est insula non longe à Repelino sita, Cambalamus nomine, quæ magis ad Orientem pertinet, cuius Principem diximus à Trimumpara defecisse. Ex ea insula & transmissio in Cochimensem regionem facilis, & vadum militibus non valdè impeditum fore videbatur. Illuc igitur Calecutiensis cum classe & exercitu se contulit, vt expu-

Pacieci excursiones.

Cochimensis regionis situs.

Cambalamus insula

M 3 gnato

gnato vado, & copijs traductis, Cochimēsēs & Lusitanos opprimeret. At Paciecus vt illum eo transitu prohiberet, omnes animi neruos intendere cogitabat. Vt tamen interim ostenderet, quantum Calcutij opes negligeret, vna nocte in Repelinum copias traiecit, & oppidum ingressus, hostes partim graui somno confopitos, partim semisomnes ferro concidit, & locum flammis exussit. Accurrunt multi milites, & cum is regesta receptui cecinisset, illum vestigijs insequuntur. Eorum impetus à nostris egregiè sustinetur: ira que omnes, octo duntaxat exceptis, qui faucij rediēre, incolu-
 ces euaserunt. Cum verò Calcutienfis ad vadum accedere pararet, Paciecus hac ratione Lusitanos distribuit. In maiore nauī viginti quinque reliquit, eis que nauis Magistrum nomine Iacobum Pereiram præfecit. Erat autem nauis armis, & tormentis, & bellicis munitionibus instructissima. Illis autem hoc munus assignauit, vt urbem & arcem ab hostium incurfione defenderent. In arce verò triginta & nouem hominū præsidia disposuit, eosq; Iacobo Fernando Corraē dicto audientes esse iussit. In Carauelam autem viginti & sex homines ingredi iussit, eisq; Petrū Raphaelē ducem cōstituit. Et quia altera Carauela reficiebatur, illius loco duo parua nauigia instruxit, quorū vnum Iacobo Petreio cum viginti & tribus militibus cōmissit. Alterum sibi reseruauit, in quem viginti & duos homines imposuit: inter quos erat adolescens nomine Simō Andradius, qui iam eo tempore magna virtutis militaris documenta dederat. Itaque omnis exercitus, qui tribus illis nauigijs vehabatur, erat hominum vniū & septuaginta. Qui tamen prius, quàm ē terra discederent, omnes flagitiorum confessione atq; detestatione de more sanctissimæ religionis expiati sunt, & epulo cęlesti, quo sanctissimū Iesu Christi corpus Christianæ nationi porrigitur, mirificè confirmati. Deinde omnes se Sacramento obligarunt, nè vllum in se dedecus admitterent, nè pedem vllō timore referrent, nè alij pro aliorum defensione mori recusarent, nève

se capi

se capi p̄mitterent, neque postremò fuga salutem peterent: sed aut honestè decumberent, aut victoriam domum cum honestate summa reportarent. His cohortationibus excitati, atque fiducia pleni nauigia ingrediuntur: ab arce autem digressi, ad locum accedunt, in quo Rex eos in litore expectabat. Qui cum Paciecum tanta alacritate in hostes innumerabiles ire perspiceret, summa lætitia affectus fuit. Paulò tamen post cum cerneret omnem spem suam esse septuaginta hominibus innixam, conturbari & afflictari cœpit. Accessit deinde misericordia, qua dolenter admodum ferebat, illos homines in pestem ante oculos positam uere. Et quò magis eos acres & animosos, & nullum periculum reculantē animaduertebat, eò magis miserandos existimabat. Indignum enim esse statuebat, tam excellentem virtutem, tam funesto exitio consumi. Itaque cum multis lachrymis Paciecum orauit, vt ab incepto desisteret. Se namque de regni defensione omnem spem profus abiēcisse. Nè vellet igitur morte sua & aliorum Lusitanorum, quos ipse fraterne diligebat, impendentem cladem, quæ vitari non poterat, cumulare. Sibi iam ab illo egregiè satisfactum esse. Cernebat enim, illos neque morte quidem proposita à fide & officio deduci potuisse. Non minus igitur dolenter se talium hominum casum esse laturum, quàm regni iacturam. Paciecus quamuis animo maximo fuisset, Regis oratione mollitus, vix lachrymas tenuit. Illum tamen bono animo esse iussit, & admonuit, nè oculos in exiguam classem, nec in hominum paucitatem, sed in numen cęleste conijceret. Neque enim se viribus humanis confidentem, sed diuinis tantum nixum, in hostes ire. Fore namque, CHRISTVS summi Dei filius, quem Christiani cęli atque terræ Dominum consententur, præsentiam suam in prælio declararet, & hostes potentia suæ nutu peruerteret. Quid deinde à Rege fieri vellet, exposuit. Rex eo tempore quinque tantum millia militum habebat. Reliqui enim, cum

M 4

bellum

Oppidum
Repelinense
se combu-
sumLusitanus
exercitus
paruos.Exercitus
Lusitanus
71. homini-
bus cōstansDissuadet
Rex Lusitanis
bellum
Calcutien-
sis.Oratio fiducia
Christiana
plenissima.Exercitus
Cochimēnsis

bellum comparari cernerent, ad hostem transfugerant. Ex his Pacieco quingentos assignauit, quorum Duces erant ij, Candagora, & Frangora, qui viri satis fortes habebantur, & duo præterea Dynastæ Palurlensis atque Darraulensis, quibus Rex imperauit, ut omnia, quæ Paciecus illis præscriberet, sine vlla recusatione conficerent. Cum his copijs profectus est Paciecus de nocte decimo sexto die Martij, anno à C H R I S T O nato. M. D. I I I I. Et æstu secundo per flumen inuectus, quod in Cambalam portum influit, in vadum ante lucem peruenit. Nondum Calecutiensis aduenerat. Visum autem est illi, interim dum hostis aberat, aliquod detrimentum illius foederatis inferre. Repelinum igitur ea de causa contendit. Erant in Repelinu portu sagittarij circiter octingenti, cum aliquot hominibus, qui ferreis etiam fistulis vti sciebant. Hi vt nostris aditu in insulam prohiberent, accurrunt, & sagittis atque glandibus, & missilibus acerrimè pugnant: sed tormentis facile repelluntur. Nostri in terram descendunt. Hi, qui fugerant, postquam nostros in terra longius à nauibus semotos animaduertunt, cõferti in eos inuadunt. Media hora fuit vtrinque magna animorum contentio ne dimicatum. Hostes tandem pulsî, & in fugam coniecti sunt: multi tamen prius in prælio ceciderunt. Locutus, in quem nostri ferebantur, fuit confestim incensus, & in idè multi boues ad commeatum abacti: quos cum Naires, qui cum nostris erant, occidi vidissent, nõ modicoriter offensi sunt. Est enim illis nefas, bouem cedere: vesci verò carnibus illius, sacrilegium. Nostri verò cum multò magis famem, quàm illorum offensio- nem pertimesceret, de ineptissima coru religionè minime laborabat. Eo die misit Cochimi Rex alios quingentos milites ad Paciecum, quibus tamen omnibus ille parum fidebat, omnemque spem primum in Christi præsidio, deinde in Lusitanorū virtute colloca- bat. Po- stero die venit Calecutiësis cū exercitu, cuius hæc summa fuit. BERTACOROLVS Tanoris Rex quatuor millia

*Pacieci in
Calecutien-
sem Regem
expeditio.*

*Pugna &
Lusitanorū
victoria.*

*Nairum su-
persuasio.*

*Calecutien-
sis exerci-
tus sum-
ma.*

millia hominum ducebat: Cantanambarius Rex Bipuri & Cucurrami, quæ regiones monti, qui ad Narlingæ regnum ad Solis ortum pertinet, finitime sunt, duodecim millia. Rex Cotagami, quæ regio ad Septentriones spectat, & est inter Calecutium & Cananorè non procul à montibus interiecta, decem & octo millia sub signis habebat. Curriacuulus autem, Curigæ Rex, quæ ciuitas intra Cranganorem & Pananem sita est, tria millia. Erant autem hi Reges signis & ordinibus inter se distincti, omnesque Calecutiensi tributa pendebant. Reliqui verò, quos Naubeadarimus, & multi præterea Dynastæ ducebant, erant supra vigin- ti millia, inter quos multi Arabes censi fuerant. Hæc copiarum numerum quinquaginta & septem millia hominum, & eò amplius, efficiunt. At verò præter hæc copias, quæ terra ducebantur, classem Calecutiësis in- struxerat centum & sexaginta nauium, quæ remis agebantur. E quibus sex & septuaginta parones erant, quorum latera fuerant à Mediolanensibus munita facis ingentibus, quos ipsi bombycinis lancis ad tormen- torum ictus excipiendos infererant. Conflarant præterea Mediolanenses ex ære ingentem tormentorum vim, & multa belli machinamenta fecerant, quibus nostri facilius opprimerentur. Eorum etiam consilio viginti parones catenis inter se ferreis colligati, reli- quos antecedeabant, quorum Ducibus erat hoc munus impositum, vt in Carauelam inuaderent, eamque ma- nibus ferreis quanta possent celeritate corripere. Mi- lites, qui in hac classe vehebantur, erant duodecim ho- minum millia. His omnibus Naubeadarimus præcepit. Præter hæc omnia Calecutiësis de Mediolanensium consilio aggerem comportari, & turrim contra no- rorum stationem excitari vna nocte præcepit, vt ex- a possent milites in turri dispositi sagittis nostros cõ- gere, & crebra variorum globorum multitudine la- rare. Paciecus verò Carauelam modico interuallo vno nauigio disunctam, rudente ferreis catenis complicato, nè possent ferro præcidi, cum nauigio colli-

*Bipuri &
Cucurra-
mū regio-
nes.
Cotagamū.*

*Curiga ciui-
tas.*

*Copia ter-
restres,
57000. ho-
minum.*

*Classis Ca-
lecutiësis,
160. nauium.*

*12000. mi-
litū in clasa-
se.*

*Cochi-
mensium
ex aduen-
tu hostili
terror &
fuga.*

*Prælium
Calecutien-
sum cum
Lusitanis.*

colligauit, & illud idem nauigium cum tertio simili-
ter astrinxit: & sic omnem fermè latitudinem flumi-
nis occupauit. Interim classis, quæ per mare, quo insu-
larum partes ad Sequentrionem pertinētes alluuntur
nauigabat, appropinquauit. Hostes & multitudine
& tubarum clangore, diffonis vocibus, & armorū, quæ
Solis radijs percussa micabant, atq; vibrabant, splendo-
re, & postremò crebro tormentorum, quæ terram tre-
mefaciebant strepitu, tantum Cochimensibus horro-
rem incutiunt, vt omnes repente diffugerent. Soli Fri-
gora & Candagora duces inuiti (erant enim in nauigii
remansere. Hos Paciecus, non vt quidquam opis affe-
rent, sed vt prælium spectarent, retinuit. Prælium fuit
ab hostibus magno impetu commissum, & terra atq;
mari pilas atque tela iaciebant: omnia videbantur in-
cendio conflagrare: fumus lucem cunctis eripiebat.
Nostris neq; quomodo classi resisterent, neq; qua ratio-
ne tela à turri frequenter iniecta vitarent, prouidere
poterant. Non tamen animus illis vel ad resistendum
vel ad honestè moriendum deerat. Quo enim maior
erat hostium vis, eò magis videbantur ad contemnen-
da pericula confirmari. Atque primùm aliquot ex pa-
ronibus desecerunt: cum tamen illi viginti, quos di-
ximus catenis reuinctos fuisse, propius accederent,
multò grauiorem laborem Lusitanis militibus attu-
lerunt. Crebris enim glandium ictibus ita certabant,
vt nullum nostris respirandi spacium cōcederent. No-
stri autem erant ita pugnando defessi, vt vix cōsistere
possent. Cùm iam prælium aliquot durasset horis, Pa-
ciecus ingens tormentum in hostes conuertit, & globi
mira magnitudine in parones intorqueri semel & ite-
rum iussit: quo factò parones dissoluti sunt, & qua-
tuor ita dilacerati, vt secedere cogerentur. Succedunt
reliqui, & prælium redintegrant. Sed cùm nostri octo
parones deprimerent, & tredecim dissiparent, & hostes
reliqui tardiores ad dimicandum suorum casu redde-
rentur, Repelinsis Dynasta, qui erat in subsidijs, cu-
lasse in nostros iam nimio labore defatigatos inue-
hitur.

hitur, & Rex Calecutij instructa acie vadum transire,
& nostros armis obruere contendit. Fuit tunc multò
acrius, quàm antea dimicatum, ita, vt fluius sanguine
fluere videretur. Repelinsis clamabat, vt nauē harpa-
gonib; alligarēt, & in nostros acriter irruerēt: & partim
cohortādo, partim minas iaciēdo, vt rē conficeret, labo-
rabat. Sed frustra. Hostes enim tandē, qui è terra pu-
gnabant, fusi fugatique sunt, & classis retrocessit, præ-
liumq; fuit sub vesperum cum magna omnium ad-
miracione finitum. Ex nostris nemo desideratus fuit,
sed aliquot vulnerati. Ex hostibus supra mille & tre-
centi homines cecidēre. Prælium enim, vt Paciecus fu-
turum considebat, diuinis viribus gestum fuit. Con-
stat enim, multos ex nostris ferreis pilis acerrimè per-
cussos extitisse, qui tamen non aliud ex illis incōmo-
dum acceperunt, quàm contusionis leuiter inflictæ
notam: vt appareret, nullis telis eos opprimi posse, qui
cælesti præsidio muniuntur. Hoc exitu prælij nuncia-
to, Rex Cochimi incredibili læticia affectus fuit, mi-
sitq; statim Principem regni successorem, qui Pacieco
de parta victoria gratularetur. Lusitani quamuis ef-
fent eximio labore fracti, ab opere tamen se mini-
mè remouerunt. Nauigia enim continuè refecta
sunt, & altera Carauela, quæ erat in pristinam inte-
gritatem restituta, ad reliquas naues adiuncta fuit: &
cùm de augurum sententia Calecutij Rex pugnandi
diem differret, Paciecus quietem pati non poterat. I.
taque in Cambalamum traductus, vastitatem frugi-
bus & arboribus, inflammationem pagis, necem homi-
nibus inferebat, & prædas non mediocres faciebat: &
quamuis in locis illi fuisset ab hostium præsidijs oc-
cursum, semper tamen victoriam reportabat. Ad quas
res faciendas, non modò celeritate & industria, sed et-
iam cōsilio optimi Ducis utebatur. Calecutij Rex quā-
uis vindictā ardentè expeteret, nō ausus tamē fuit, an-
te constitutā ab augurib; diem, rursus præliū inire. Ac-
cidit aut, vt dies ab illis dicta esset ea, qua Iesu Christi
mortuis excitati memoria, cum summo totius reip.
Christia.

*Stupenda
Lusitano-
rum victo-
ria.*

*Mira Lusi-
tanorum
diligentia.*

*Paciecia
Cambala-
mum ex-
cursio.*

*Calecutij
Regis su-
persilio.*

Christianæ gaudio & celebritate renouatur. Classis, qua hostis rem illa die gerendam esse constituit, erat multò maior. Centum enim parones, & centum longas naues, & octoginta præterea minora nauigia continebat Supplementum enim Calecurio crebrò submittebatur. Numerus militum, qui classe vehebantur fuit tunc supra quindecim millia. Vt autem Rex facilius posset rem totam conficere, vnum è ducibus suis cum septuaginta paronibus Cochimum misit, qui nauem ad vrbs custodiam relicta[m] expugnaret, aut saltem Paciecum ad illius defensionem eliceret. Sic enim distractis nostrorum viribus existimabat, multò citius bellum profligari posse. Parones per angustum estuarium, quod in fluuium excurrebat, nocte, nè sentiri possent, in urbem nauigauerant. Erat autem æstuarium eiusmodi, vt per illud facillimè tota classis inuehi Cochimum posset. Sed Calecutiensis, vel quòd æstuarij angustias metueret, vel quod loco cedere minime dignitatis esse putaret, vel, quòd magis reor, Christi beneficio, qui nostris præsens aderat, consilio orbatus extiterat, id facere noluit. Cùm parones in nauem inuaderent, Rex Cochimensis nuncium confestim ad Paciecum misit, qui ei demonstraret, in quanto periculo nauis illa versaretur. Paciecus hoc nuncio valde conturbatus est. Intellexit enim, in quæ finem ea oppugnatio fuisset instituta. Sed necessitate coactus, illi subsidium afferre constituit. Itaq; cum vna ex Carauelis, & paruo nauigio, quanta maxima potuit celeritate, æstu secundo Cochimum inuectus est. Hostes autem vbi illu[m] conspexere, repente diffugiunt, & in Repelinum se contento cursu recipiunt. At Paciecus nec eos insequi voluit, neq; nauem ingredi, neq; quempiam alloqui: sed cùm iam æstus accessione ventus similiter, vt sæpè fit, immutatus fuisset, eadem celeritate, qua venerat, redire festinauit. Cùm verò ad Cambalam transitum peruenit, res erat in vltimo discrimen adducta. Nam Carauela, quæ in transitu custodia remanserat, erat crebris ictibus perforata, illius

Classis hostilis 280. nauium. Milites ad 15000. classem vestiti.

Auxiliu[m] diuinum.

Hostilium nauium fuga

Lusitanorum discrimen.

ius armamenta dissipata, bombycinæ moles disiectæ. Parua similiter nauigia perfractis scutis, & munitionibus dissipatis, in maximo periculo versabantur: hostes mari atq; terra Lusitanos acerrimè premebant. At illi nihil de pugnandi studio remittebatur: imò quòd acrius vndiquè petebantur, eò vehementius repugnabant. In hoc statu Lusitanorum res erant, cum Paciecus ad suos reuersus est, qui continuo in hostes à tergo nimis acriter inuectus, eos re inopinata percussit. Lusitani autem, qui à fronte pugnabant, cùm fuisset illis animus aditus, multò fortius institere. Hostes anticipi prælio distenti, fugæ se mandant. Prius tamen, quam euadere possent, decem & nouem parones miserunt. Duceti verò & nonaginta milites interfecti sunt, cum ex nostris nemo cecidisset. Et vt clarius cerni posset, rotum hoc bellum fuisse ope diuini numinis administratum, hoc plane compertum fuit, multos ex nostris fuisse pilis secundum caput, aut pectora, aut brachia, aut reliquas corporis partes vehementissimè sine vllius interitu percussos. Quæ tamen pilæ tanta vi contortæ ferebantur, vt cùm è corporibus, in quæ primum acciderant, elaberentur, ingentia scuta perforerent, & moles obiectas facillimè dissiparent. At Rex Calecutiensis cùm tantum dedecus pati non posset, classem in ordinem redigi, vt nostros rursus oppugnaret, continuo præcepit. Paciecus verò suis imperat nè telum vibrent, nè tormentum collimet, nè vocem mittant vllam, antequam ille pugnae signum det. At hostes cùm silètiū nostrorum animaduertent, existimauerunt eos iam vulneribus confectos, & metu exanimatos spem diutius repugnandi prorsus abieciisse. Itaq; voces in cælum tollunt, & incredibili celeritate mari atque terra sine ordine vllò ad naues accedunt. Cùm iam appropinquare inciperent, Paciecus signu[m] dedit. Nostris repente prosiliunt, clamorem tollunt, tormentis & omni genere missilium certant. Multos parones deprimunt: complures etiam dissipant, atque dilacerant: multis etiam mortalibus vitam eripiunt.

Hostiu[m] fuga, & Lusitanoru[m] vltima instigatio, & plane diuina.

Aliud prælium.

Reliqui

Reliqui cum homines, quos ipsi concisos vulneribus existimabant, sanos atque valentes tam acriter praeliari conspicerent, vehementer exterriti sunt, maximè verò cum tantam stragem edi cernerent. Itaque quamuis in Regis conspectu praelium fieret, nullo tamen vel pudore, vel metu impediri potuere, quò minus se in fugam darent. Quod animaduertens Dynasta Repelinenfis, fugientes recipit, & rursus instructa classe in nostros impetum facit, ita tamen, ut non propius accedere auderet, sed è longinquo spatium certandum statueret. Quod Rex fieri videns, hominem multis asperis verbis accipit: ignauiam & timiditatem increpat, & graues in illum contumelias intorquet. Naubeadarimum euocat, & adhortatur, ut sine vlla cunctatione in Lusitanos irruat, hominesque, tantis iam laboribus afflictos, acri atque vehementi impressione prosternat. Suscipit negotium Naubeadarimus, & in vadum contendit, nostrosque perumpere conatur. Nostri verò tam acriter illi resisterunt, ut non modò impetum illius reprimerent, sed omnes in fugam compellerent, quos nostri insequuti, magnam illis cladem intulerunt. Nam supra viginti milia peremerunt, & plus sexcentis hominibus interfecerunt. Rex cum transitum eo vado desperaret, tormenta in turri disposita detrahi, & castra moueri iussit. At Pacieus illius classem longo spatio persequutus, tandem constitit, & in terram descendens, duos maximos pagos exussit. Ad vadum deinde redijt hora decima: ad illud tempus praelium, quod prima luce fuerat initum, durauerat. Pacieus deinde horis ad quietem sumptis, cum ex speculatoribus intellexisset, oppidum esse non procul indetum, multitudine quidem hominum frequens, sed imminutum, eò sine mora contendit, & homines securos & inopinantes aggressus est. Multi fuerunt occisi, & oppidum excitato incendio deflagrauit. Cum verò se Pacieus recipere vellet, hostes, qui erant dissipati, coeunt, & conferti in illum inuadunt. Is verò magna eorum parte vel occisa vel vulnerata, reliquos fugauit.

Hostium fuga.

Lusitanorum victoria.

Oppidum hostium incensum.

dit, fugauitque. In quo quidem minimè victorias admiror, sed duritiã, & celeritiã, & diligentiam hominis obstupefco. Nec enim vlllo labore frangebatur, neque vlla difficultas eum morabatur, nec vllum vitæ periculum à perterendis hostibus auertebat. Cum verò ad vadum redijisset, multos satellites atque ministros Cochimensis Regis offendit, cum multis dapibus & fructibus, ex illis, quos regio suppedita, quibus tam ille, quam milites recreati sunt. Eo tempore in Calcutiensium instituti bellicositate, & cupiebat, dimissis maxima parte copijs in urbem redire. Hoc consiliu Naubeadarimus maximè probabat. Sed Repelinenfis Dynasta, & Arabes, qui in consilio aderant, & Mediolanenses etiã contra disputabant, iam Regi non esse integrum id ommittere, in quo non modò dignitas illius, verum etiam salus agebatur. Si enim re infecta domum redijisset, fore, ut præter ignominiam, qua nomẽ illius notari necesse erat, hostes feroces & infestos redderet, & cum difficultate summa eos postea à Calcutij finibus reprimeret. Rem non inchoari absque magna dignitatis immutatione potuisset: instituta deferri, sine maxima dedecoris & ignominie labe non posse. Præterea transmissione non esse desperandam, cum alia loca nondum tentata fuissent, per quæ exercitus multò facilius traduceretur. Non longe ab eo loco erat aliud vadum, nomine Palignariu adcolutulentu, ut qui id transire conaretur, non facile pedem in profundo cœno demersum euelleret. Ripa verò vltior densis vepribus, & dumetis erat obsita. Eò tamen sperabant transitu non ita difficile futurum, propterea quòd naues propter breuia cum in locum penetrare non poterant. Inde verò cogitabant idem vadum petere, quo Rex transierat, cum, ut dictum est, Trimumparam oppressit. Confidebant enim illac se multò celerius, quam Pacieus opem adferre posset, irrupturos. Putabant enim Pacieum falli posse, acque vlla præsidia comparaturum, quibus Regem transitu prohiberet. Hoc ita constituto, castra mota sunt. Speculatores primò suspicati sunt, Regem Calcut-

Duritiã, celeritiã & diligentiam Pacieci.

Calcutiensium de bello prosequendo consultatio.

Palignariu vadum.

*Arraulensis
insula.*

Iecutium victoria desperata reuerti. Sed cum cum pacificis Palignariis vadum animaduertissent, nuntios Pacieco confestim pertulerunt. Per alios deinde speculatores certior factus est, in Arraulensi insula quingentos milites Calcutienses versari, qui syluas læti concidebant, quod est apud illos victoriæ signum. Et quia insula non longè aberat, cum ducentis militibus Cochimensis Regis (iam enim multi redierant, & flagitijs veniam impetrarant) & paucis præterea Lusitanis, eò proficisci maturauit. Duplicem verò aciem instruxit, vnam Petro Raphaeli attribuit, alteram ipse retinuit. Hostes autem cum resistere conarentur, maxima ex parte concisi fuere: quinquaginta tamè capti, & ad Cochimensem Regem perducti sunt. Et quia nec opus erat, vt Paciecus diutius in illius vadi præsidio remaneret, neque periculi magnitudo patiebatur, vt is transitum, quem hostis petebat, liberum illi permitteret, ad alium opportunum ad transmissionem locum, nomine Palurtium, qui duobus millibus passuum à vado distat, naues maturè conuertit. Ibi cum in anchoris consisteret, certior factus est, Regem Calcutij deliberasse, postero die, qui erat kalendis Maij, vadum transire. At Paciecus statuit cum minoribus nauigijs eò cõtendere, maiora verò cum Ducibus in vado, in quo tunc se tenebat, relinquere. Nec enim dubitabat, fore, vt hostes vtrunq; simul vadum tentaret. Sed antequam inde discederet, in ea insulæ parte, quæ erat nauibus opposita, arbores succidi & incendi iussit, nè possent hostes illarum præsidio tegi, atque quasi obiectis munitionibus occultari, vt à tormentis, quæ erant in nauibus, minime læderentur. Naues autem statuit, vt modico intervallo disiunctæ permanerent, ita tamen, vt inter se rudentibus ad mutuam præsidium necerentur, & vadum occuparent. In his autem difficultatibus hoc commodum inesse conspiciebat, quod vtrumque vadum simul transiri non poterat. Cum enim æstus se ex alto incitabat, ita vadum Palignarium fluctibus operiebat, vt pedibus transmitti non posset.

Palurtium

nauis

nauibus autem paulò maioribus neque æstu accedente, neque decedente, aditus per illud petebat. Vadum verò, in quo naues consistebant, æstu accedente transmitti poterat nauibus, decedente verò non poterat. Ita eueniebat, vt cum Palignarium vadum pedibus transiri posset, Palurtium nauibus transmitti non posset. Contrà verò, cum Palurtium facilem transitum pedibus præberet, Palignarium æstus vehementis accessione transitum militibus impediret. Hoc cum Paciecus animaduertisset, vtri que vado, diuersis temporibus subsidium diligenter afferre statuebat, vt æstu auferente, Palurtium; minuente verò, Palignarium tueretur. Cum igitur Palignarium petere constitueret, Ducibus, quibus Palurtium custodiendum permisit, quid ab illis fieri vellet, ostendit, & quo signo, si illis opus esset auxilio, id significarent, demonstrauit. Tum omnes ad honestatem & dignitatem, & ad studium religionis excitauit, docens, eam dimicationem, quæ erat illis omnibus subeunda, fore multò acriorem atque difficiliorem. Scire se, quibus hominibus loqueretur, nempe quos nulla periculi magnitudo perterreret, sed quò grauius periculum immineret, eò vehementius omnes animi vires excitarent. Confiderent porro, idem Christi numen, quod illis tam præsens reliquis in prælijs adfuerat, illis in eo, quod instabat, minimè defuturum. Dei namque summi potentiam nec vllis terminis definiri, nec vllis hominum viribus impediri, neque innumerabili multitudine retardari. Tum illos, vt cibum sumerent, admonuit. Die namque sequenti dubitare se, an liceret eis alijs epulis frui, quàm ijs, quæ virtutis inuictæ fructu continebantur. Faciunt illi quod iusserat, & sumpto cibo, & vigilijs dispositis conquiescunt. Non tamen opem Dei implorare, quoad fieri poterat, intermittunt. Prima luce Paciecus in vado constitit, & in ripa vidit Cochimensis Principem cum sexcentis militibus, qui iussu Regis, vt vadum etiam tueretur, aduenerat. Expectabat autem Paciecus, vt Calcutiensis in vadum se

*Pacieci ad
militum
iugum.*

*Lusitanorum
militum
pietas.*

N

dag

*Pacieci vi-
gilantia.*

dare vellet. Sed cum nihil ab illo moueri cerneret, & vadu-
tureretur, ad naues rursus se contulit, & inde in omni-
bus circumqua; locis, in quos impetum ferre poterat,
caedes faciebat. Hoc autem siue nocte, siue die, siue se-
renitas esset, siue tempestas omnia commoueret, facti-
tabat, vt cum aestus decessisset, in Palignario, cum fur-
sus accessisset, in Palurtio cerneretur. Nunquam tamen
alterutrum vadum incustoditum relinquebat. In pro-
fundiore namq; maiores naues, in altero, nepe Paligna-
rio, minora nauigia collocauerat. Cum vero ex ex-
ploratorib; intellexisset Regem constitutum habere,
die sequenti vadum Palurtium summis viribus oppu-
gnare, ad illius defensionem omnia, quae videbantur
necessaria, summo studio comparauit. Ante lucem
vero veniunt ad illum Christophorus Lusitanus, & Si-
mon Andradius, qui cum duobus paruis nauigijs in
Palignario collocati fuerant, vt praelio interessent. Va-
do namque aquis oppleto, dicebant non esse, cur tam
praeclearam occasionem decoris & dignitatis amitte-
rent. Se, cum aestum imminutum cernerent, continuo
in Palignarium reuersuros. Cum primum diluxit, ho-
stes, qui iam aduerant, de litore tormentis classem
Lusitanam acerrime verberabant. Classis item hostiu-
se in conspectum dedit. Erat autem ducentarum &
quinquaginta nauium. Sed cum adhuc procul abesset
visum est Pacieco aliquid interim moliri, quod minore
cum periculo tanti praelij impetum sustineret. Itaque
minora nauigia remis in litore impelli, & milites, quos
ad rem gerendam educebat, in terram continuo descen-
dere iussit, & cum illis in hostium munitiones inuasit.
Illi acriter initio resistere. Sed tandem partim caesi, par-
tima in fugam pulsi sunt. Tormenta vero, quia in na-
ues trahi non poterant, ne quidquam nocere possent,
clauis per foramina, quibus prope basim ignem acci-
piunt, adactis, impedita. Hac re celerrime gesta, in clas-
sem euestigio reuersus est. Iam vero classis appropin-
quabat, & crebris tormentorum ictib; naues impugna-
bat. &

*Pugna na-
ualis.*

bat. & horrifico telorum omnium fremitu perstrepe-
bat. Paciecus imperauit, vt omnes se abijcerent, atque
silerent; donec ipse pugnae signum proponeret. Hostes
id metu atque desperatione fieri suspicabantur. Prae-
debant autem quadraginta parones catenis, vt nostros
obtruerent, inter se deuincti. At cum Pacieco visum
est, signum sustulit. Continuo clamor militum, & clan-
gor tubarum, & tormentorum fragor, quanta esset in
militibus Christianis alacritas, indicauit. Cum acerra-
me utrinque tormentis aeneis certaretur, horrenda ca-
ligo ex tormentorum fumo profluens, omnium ocu-
lis offusa, tam densas tenebras attulit, vt conspectum
caeli, atque terrae, & maris adimeret. Nec enim aliud
cerni poterat, nisi horrificum incendium ex innume-
rabilibus tormentis erumpens. Patentes tamen hostium
primi tormentis dissoluti atque dissipati sunt. Illis au-
tem fractis, Dynasta Repelinensis alios integros con-
tinuo submisit. Interim victoria anceps erat. Hostes
propius accedebant, neq; iam pilis tantum, sed sagittis
atq; iaculis, & omni missilium genere pugnabant. Sed
cum nullus de Lusitanis caderet, & ingens hostiu-
multitudo cecidisset, & aquae multo sanguine cruetur
fluerent, hostes cedere incipiunt. At Dynasta Repelinensis,
vt in Regis conspectu aliquod facinus ederet, quo gra-
tiam illius acquireret, bis vadum transire conatus est:
sed fuit a conatu cum ignominia & suorum caede re-
pulsus. Dum haec geruntur, Candagora venit ad Pacie-
cum cum nuncio ingentis, vt apparebat, discriminis:
Naubea datimum cum manu firmissima in Paligna-
rium properare, & Regem vestigijs illius insistere, vt
vadum summa contentione superaret. Paciecus illum
bono animo esse iussit. Adhuc enim vadum tantis flu-
ctibus operiri, quantis opus esset ad hostium impetum
retardandum. Se in tempore subsidio occursum. Ita-
que in pugna tandiu perseverauit, dum aquam transi-
tum impedituram animaduertit. Cum vero magis im-
minutam cerneret, continuo properauit, vt Naubeada
rimo resisteret. Ibi vero tanta vi hostium impetum re-
pressit.

preffit, vt quamuis Naubeadarimus Rege inspecta-
 re, & verbis ad prælium acriter adhortante, in alteram
 vadi partem erumpere conaretur, fuerit tamen retro-
 cedere compulsus. At Rex hominem increpabat, & cõ-
 tumelijs onerabat, minimeq; dignum esse dicebat, qui
 Principis personam sustineret. Esse namq; Repelinen-
 sis Dynastæ ignauia & timiditate simillimū. Se nam-
 que spectante, hostibus vtrumq; in vtroq; vado cessisse
 & è prælio turpissimè discessisse. Naubeadarimus hoc
 sibi conuictio ab auunculo facto vehementius irrita-
 rus, statuit, conceptam illam dedecoris maculam pro-
 posita etiam morte delere. Rursus igitur amplius duo
 decim millibus hominum stipatus, in vadum irrum-
 pere conatur. Fuit aliquo temporis spacio fortissimè
 vtrinque pugnatum, donec tandem hostes multis in-
 commodis affecti, in fugam conijcerentur. In his vtri-
 usq; vadi prælijs quot naues, & quot homines hostis a-
 miserit, in certum est. Complures fuisse constat: naues
 tamen nostræ perforatæ, multæq; munitiones dissipatæ
 & disiectæ sunt, & è Lusitanis aliquot etiam vulne-
 rati. Interim pestilentia castra hostium vehementer
 oppressit, quæ Regis animum tantisper à bello interi-
 miter instituto auertit, dum malum illud finem interi-
 mendii faceret. Quæ res nostris magno vsui fuit. Naues
 enim reficiendas curauerunt: magnum armorum at-
 que telorum numerum comparauerunt: atq; vt essent
 rebus omnib; ad bellum multò acrius gerendum expe-
 diti, summa vigilantia prouiderunt. Antea verò Pa-
 ciecus ferreos stimulos, palis infixos, in luto vadi ipsi
 infoderat, quibus se hostes, si vadum transire conaren-
 tur, induerēt. Sed cum stimuli propter luti mollietiam
 altius, quàm conueniebat, fuissent in vadum depressi,
 nullum hostibus nocumentū attulere. Tunc verò Pa-
 ciecus præustas sudes præacutis acuminib; cum æstus
 omninò decessisset, subter lutum abdidit, & ab infima
 parte reuinxit, nè conuelli possent, vt hostes vulneri-
 bus, & acerbissimo dolore cõficeret, nè vel ingredi, vel
 vestigio hærere possent. Calcutienfis interim Brach-
 manas

*Lusitanorū
 insignis vi-
 ctoria.*

*Pestis in ca-
 stris Cale-
 cutiensibus*

manas euocat, eosq; monet, vt deos consulant, atq; ab
 illis sciscitentur, quo die prælium iniret, vt de hostibus
 debitum pro tantis iniurijs supplicium sumeret. Erāt
 autem Brachmanæ irati regi, eò quòd illos multis ma-
 ledictis confixisset, atq; mendaces & scelestissimos ap-
 pellasset. Victoriā enim illi denuntiārant, & is pro
 victoriā innumerabiles clades acceperat. Respondent
 Brachmanæ, Deos illi iratos esse. Antequam verò illo-
 rum numina placaret, omnia illi deterrimè casura. O-
 pus igitur, vt sanum ædificaret, in quo possent homi-
 nes religiosi illorum sacra procurare. Rex se id facturū
 vouit. Hi deorum nomine victoriā pollicentur, & è
 prælio diem præstituant. Interim multi ex illis, qui à
 Trimumpara defecerant, bonis illius successibus inui-
 tati, se rursus ad illius nomen adiungunt, & Pacieco
 inuito veniam impetrant. Calcutienfis cum illius
 diei fructu, quem Brachmanæ portenderant, nullo mo-
 do priuari voluisset, religioni diligentissimè paruit.
 Hoc autem ordine ad nostros accessit. Tria millia for-
 tum hominum præbant, qui triginta tormēta ænea
 curribus inuecta custodirent. Deinde prima acies sub
 ductu Naubeadarimi sequebatur, quæ duodecim ho-
 minum millia continebat. Toridem Dynasta Repeli-
 nensis milites educebat. Postremū agmen, in quo ine-
 rant ad quindecim hominum millia, ipse rex agebat.
 Paciecus eo tempore in Palignario vado, in duobus na-
 uigijs, cum quadraginta tantum hominibus Lusita-
 nis has tantas copias expectabat. Calcutienfes, qui an-
 tecedebant, in loco nauigijs opposito tormenta dispo-
 nunt, ingentesque globos emittunt vt Paciecū è vado
 propellant. At ille paululū se continuit, vt eos secu-
 riores efficeret. Tum repentè nauigia propius terram
 incitari, & tormētis rem acerrimè geri præcipit. Quod
 tam scienter & diligenter effectum fuit, vt hostes me-
 tu perterriti, se in densam syluam abderent. Cum ad
 hunc modum initium pugne fieret, Naubeadarimus
 in vadū irruit, idq; summa vi transire contendit. No-
 stri glandibus plumbis, densisque telis ferreis in cubi-

*Brachma-
 nes ab Re-
 ge de præ-
 lij die con-
 sulii.*

*Brachma-
 narū respō-
 sum.*

*Calcutien-
 sis acies de-
 scripta.*

*Lusitana
 copia.*

speciem figuratis, quæ fistulis ferreis compacta & inclusa vi tormentarij pulueris in torquebant, multos eorum grauissimè sauciabant. Maioribus etiam tormentis non paucos interimebant. Aestus autem adhuc decebat. Metuens verò Paciecus, nè nauigium, quo uehebatur, in vado hæreret, paululum cessit, & Christophoro Iusarti, eò, quòd nauigium illius breuius esset, & ad vadum excipiendum conuenientius, vt in loco, quoad posset, insisteret, imperauit. Scùm æstus, vt fieri necesse est, motum reciperet, continuo reditum. Indè verò pugnandi ardorem non intermisit, sed non minus acriter, quàm Iusartes, qui propius ab erat, hostes ab ingressu vadi repellebat. Erat locus, in quo milites à Rege Cochimensi in auxilium missi, se tenebant, vt hostes si fortè vadum transirent, indè reprimerent, & natura & vallo egregiè munitus. Ij vbi copias Regis vadum ingressas animaduertunt, repente diffugiunt. Cochimensis Princeps non aderat. Fugerat ille quidè à Pacieco per quendam Brachmanam accersitus. Sed Brachmanæ scelere & improbitate factum est, vt non posset ad tempus venire. Neque enim quidquam illi significare voluit, antè quàm Calecutiensis rem ex animi, vt sperabat, sententia conficeret. Maxima verò eorum pars, qui in eo præsidio erāt, sub vno ex proditoribus, qui à Cochimensi defecerant, & fuerant in illius gratiam restituti, militabant. Ea autem de causa Paciecus, quòd illis minimè fidebat, principem futuræ pugnæ certiozem facere voluit, vt cum firmiore præsidio veniret. Nam propter belli intermissionem in urbem redierat. Defertorum autem flagitium Iusartes Pacieco maxima voce significauit. Sed tantus erat armorum fragor, & hominum clamor, vt Paciecus audire non posset. Eo iam tempore Repelinenfis Dynasta Naubeadarimum sequutus, in vado consistebat. Rex eorum etiam vestigijs ingressus, vt vadum superaret, summa animi contentione laborabat. In eum Paciecus (illum enim ex regijs insignibus agnouit) tormentum dirigi iussit. Globus emissus,

*Brachmanæ
perfidia*

*Calecutij
Regis dis-
crimen*

missus, ad illius pedes, duos ex intimis familiaribus repente dilacerauit: quo metu Rex ipse perturbatus, pedem retulit. Et tamen Naubeadarimum, & Repelinensem adhortari, vt acriter instarent, minimè desistebat. Illi fustibus eos, qui præcedebant, vt in vltiorem ripam euaderent, impellebant, & gladijs etiam, si non impigrè quod erat imperatum conficerent, acerrimè minabantur, & aliquos etiam vulnerabant. Itaque alij alios vrgebant, & se ipsos præpediebant. Cùm verò ad fudes peruentum est, multi plantis pedum grauissimè sauciatis cadunt. Fit clamor & luctus, & vbi que lamentatio admodum lugubris audiebatur. Alij super alios procumbunt. Interim tormenta, quæ erant in nauigijs disposita, cùm in multitudinem ad eò conferant & implicitam pilas emitterent, magnam stragem faciebant. Ingens inter hostes turbatio secuta est, cùm multi dolore vulnerum regredi frustra contenderent. multi, quamuis metu perterriti cedere vellent, suorum gladijs vltius festinanter progredi cogentur. Dum ad hunc modum res geritur, multi alia ex parte cum securibus in vadum prouolant, illud que sine offensione traiciunt, vallum que rescindunt, & locum à Cochimensibus desertum occupant. Quod cùm Paciecus animaduertisset, rem perditam esse credidit. Animum tamen minimè demisit. Ad Iusartis autè nauigium propius accedens, in id se coniecit, & Iusarti imperauit, vt in illius nauigium desiliret. Maius enim nauigium terræ appropinquare non poterat. Sic autem cùm ad vadum propius accederet, hostes è loco repellere telis atq; tormētis instituit. Sed interuenit Naubeadarimum, qui prælium ita redintegrait, vt tunc videretur incepisse. Hostes autem acriter instabant, & vt nostros circumstiterēt, confluebant. Multi nauigij remos manibus retinebant, vt se commouere non posset. Hic Paciecus cùm se funditus euersum cerneret, diuinam operem maximis vocibus implorauit, DEIQVE præsentis criminum numen sibi a desce persensit: æstus enim se uehementius incitabat, & vadum aquis operiebat. Nostri animus au-

mus augetur, & nauigium remis agere, & propellere nituntur. Res iaculis, & hastis, & missilibus, & sudibus etiam præuultis gerebatur. Sed quo magis fluctus vadum operiebāt, eò nostri maiores animos assumebāt, & acrius & vehementius, ut se è medijs hostibus eriperent, certabant. Aestus tandem cum maxima iam aquarum copia redundaret, illud prælium, quo nullum eo in bello acrius extiterat, diremit. Itaque Paciecus hostium multitudinē liberatus ad Lusartem se contulit, qui in eo certamine præclara facinora militaris virtutis ediderat. Tum cum nauigia facile nauigarent, uterq; tormentis utendum censuit. Non enim erant isti, qui vellent ullam oblati temporis occasionem prætermittere. Itaque in eos hostes, qui prope vadum in terra consistebant, globos intorquent, multos occidunt, reliquos in syluam fugere compellunt. Calcucutiensis eodie fractus desperatione, dedecus suum acerbit. Simè laementatus est, quod cum tantis copijs quadraginta tantum homines vado pellere nequiverit. Cum verò è loco illo discederet, & lectica sublatus, in locum, qui non procul à profundiore vado distabat, perueniret, Petrus Raphael in illum non mediocrem globum intorquenti præcepit, cuius ictu tres illius familiares ad illius pedes dilacerati sunt, & ipse eorum sanguine conspectus fuit: metuq; perturbatus, in terram subito desiluit, & pedibus sese ab eo loco cum celeritate subtraxit. Hoc prælium cum prima luce incepisset, ad nonam circiter horam perductum fuit. In eo autem Calcucutiensis tam multas naues atque milites amisit, quam multos nullo adhuc in prælio cum nostris inuito amiserat. Ex nostris autem cum sagittis, iaculis, hastis, & infinita pilarum multitudine, & acerrima immanissimorum hostium contentione peterentur, nemo tamen cecidit. Ex quo facile constat, totum hoc bellum fuisse numine illius confectum, qui nutu potest sui nominis hostes euertere, neq; suos vnquam præsentis ope destituit. Quod si alicui incredibile visum fuerit, is non hominibus, sed Deo gloriam detrahit: atq; demonstrat, se, quantas vi-

res ve.

res vera religio habeat, ignorare. Ij verò, qui minime sunt veræ pietatis ignari, & experti sunt in se præsentissimi numinis beneficia, intelligent planè, multò maiora facinora posse ab illis fieri, qui firmam spem in Christi præsidio reposuerint, maxime verò cum pro illius gloria certamen in initum fuerit. Id autem eò præsertim tempore fieri conueniebat, quo nondum Christi nomen à gentibus illis celebratum extiterat, neque imperium constitutum fuerat, ut illis signis facilius homines ad Dei notitiam peruenirent, & Lusitani confirmatis viribus fundamenta iacerent imperij, cuius opera possent gentes, quæ ad orientem Solem pertinent, radijs disciplinæ cælestis illustrari: quod factum postea fuit, ut cernimus, & clarius in dies futurum speramus. Paciecus autem cum se tanto periculo liberatum, & hostes suos animaduerneret, ingentes Deo gratias egit. Interuenit autem Cochimensis princeps, quæ Paciecus auersatus est, & quasi hominem timidum, & desertorem, & parum in fide custodienda diligentem indignum colloquio suo reputauit. Quod Princeps indignissime tulit, & se purgavit, atque iurciurando confirmauit, non sua, sed Brachmanæ sceleratissimi culpa prælio non interfuisse. Non enim illum euocare voluisse, nisi postquam nomen Lusitanum fuisset opera Calcucutiensis extinctum. Accepit satisfactionem Paciecus, & auunculi culpam esse dixit, quod sceleratissimos homines in fidem recepisset. Nunquam enim sapientem fidem ei, qui semel fidem prodiderat, habiturum. Principium autem fugæ ab illis factum esse constabat, qui stipendio Principis Mangatensis, qui à Cochimense per summum scelus & flagitium descuerat, alebantur. Principe dimisso, Paciecus se se ad naues contulit, ubi illum Rex Cochimensis inuisit, eiq; cum summa gaudij significatione de tam insigni victoria gratulatus est. Paciecus verò de militum fuga satis Primæ & conditione conquestus, omnem illius sceleris culpam in Mangatensem contulit, Regemq; admonuit, ut iureregio vteretur, & hominem profligatum atq; per-

Proditori non fidentium.

Mangatensis Primæ & conditione conquestus, omnem illius sceleris culpam in Mangatensem contulit, Regemq; admonuit, ut iureregio vteretur, & hominem profligatum atq; per-

N 5

ditum

Lusartem
vires.Rex Calcucutiensis
morris periculum
pedes effugit.Clades hostium,
& mira Lusitanorum
victoria.

ditum, si nollet occidere, à se dimitteret, vt Calecutien-
 si operam daret. Nullum enim periculum esse magis
 timendum eo, quod à proditore cõparatur. Esse namq;
 malū occultum & intestinū, q̃ priusquam prouideri
 possit, interimit. Itaque regias opes nunquam scelera-
 torum hominū præsidio stabiliri: frequenter tamen e-
 uerti. Idcirco se vehementer optare, vt Calecutiensis
 ualium hominum præsidijs sepiatur, vt facilius possit
 de statu conuelli, & scelerum pœnas exoluere. His &
 alijs sermonibus, cum diei bonam partem consume-
 ret, Rex in urbem reuersus est, & Paciecus, vt se atque
 suos ab immenso labore reficeret, curauit. Calecutien-
 sis autem suos probris omnibus maledictisq; vexabat,
 & per eorum ignauiam stetitisse dicebat, quò minus no-
 stri funditus interirent. Repelinēsis ut ei aliquo pacto
 satisfaceret, quando viribus non poterat, vt fraude Lu-
 sitanos de medio tolleret, operā dare statuebat. Primū
 igitur Cochimenses aliquot pecunia corrupit, qui fon-
 tes, ex quibus nostri aquam hauriebant, mortiferis ve-
 nenis inficerent. Deinde, vt venenum in pane illis da-
 retur, summa sedulitate constituit: Hæc cum ad Pacie-
 cum delata fuissent, operam dedit, vt singulis diebur
 putei foderentur, è quibus omnes Lusitani biberent.
 Est enim tellus humilis, & aquis abundans, vt sunt
 fermè omnes, quæ mari sunt finitimæ. Ne autē quid-
 quam cibi venderetur, quod non vendito, prægusta-
 ret, diligentissimè prouidebat. Cum hæc fraudes Repe-
 linensis minimè processissent, vt exercitum nostris si-
 lentio Cochimum nauibus duceret, cuius pars urbem
 incenderet, pars autem nostros inopinantes opprime-
 ret, excogitauit. Sed etiam omnibus istis insidijs Pacie-
 ci vigilantia diligenter occursum fuit. Paciecus inte-
 rim vadum fossa muniebat, & turres excitabat, & ma-
 chinamenta comparabat, quibus se exitiū Calecutien-
 si allaturum minabatur, & hostibus terrorem frequen-
 ter incutiebat, & in continentem sæpè traiciebat,
 & detrimenta quamplurima hostib; importabat. Ne-
 que flumina & æstuaria intacta relinquebat. Naues e-

*Repelinēsis
 in Lusita-
 nos technæ
 & quomo-
 do enitata.*

*Pacieci mu-
 nitiones.*

um aliquot cum tormentis cepit, quas Cochimensi
 nauit. Et vt fingeret, se non ita citò è vado discessu-
 rum, prope illud ædes ædificari præcepit, & circuncir-
 cū fossam perduxit, in quam aquam ex fluuiio deriua-
 uit, quæ illam compleret. His rebus Calecutiensis sti-
 mulatus, vt vadum rursus tentaret, in animum indu-
 xit. Sed interim classes submittebat, quæ populationē
 Cochimensium rebus inferrent: cum quibus nostri as-
 siduè bellum gerebant, & hostes cum magno eorū de-
 trimento fugere compellebat: & Paciecus ipse cū vel-
 let cum duodeviginti paronibus cõgredi, fuit ab alijs
 quatuor & triginta, qui in insidijs latebant, de impro-
 viso circumuentus, quod periculum vehementer Pa-
 ciecum exterruit. Parum enim consideratè obuiam il-
 lis processerat, antequam nauium numerum explora-
 ret. Fuere tamen in eo discrimine à nostris edita præ-
 clara facinora, & hostes tandem in fugam versi sunt:
 nostrisq; cum quatuor nauib; & multis tormentis, atq;
 varia præda in vadum reuersi. Rex Calecutij quanuis
 rursus in nostros cum maximis copijs inuehi in ani-
 mo haberet, pestilentia, quæ iterum in illius regno læ-
 tuire cœpit, belli consilia distulit. At tamen nunc vt a-
 perta vi, nunc vt occultis insidijs in Paciecum pestem
 compararet, vehementer elaborabat. At Paciecus insi-
 dias ingenio & sagacitate, vim virtute reprimebat, &
 multas de illorum classibus victorias consequèbatur.
 Venit tandem tempus illud, quo Calecutiensis in no-
 stros copias iterum maximas educere cogitabat. Repe-
 linensis primum agmen ducebat: magnūque nume-
 rum rusticanorum hominum cum ligonibus, & secu-
 ribus, & instrumentis rusticis, qui vias munirent, fos-
 sas ducerent, aggres excitarent, vt tormenta sua tutò
 collocari, & à nostris defendi facillimè possēt, agebat.
 Rex ipse cum triginta millibus hominum & magno
 tormentorum numero sequebatur. Mari autē moles
 ingentes stupa circumligate, & pice oblite, quæ flāmīs
 ubi opus esset, naues nostras incenderent, ferebantur.
 Deinde centum & decem parones rebus omnib; instru-
 ctissimi,

*Pugnana-
 ualis.*

*Pacieci dif-
 crimen.*

*Hostium
 fuga.*

*Pestis in re-
 gno Calecu-
 tiens.*

*Altera Ca-
 lecutiensis
 in Lusita-
 nos expedi-
 tio.*

*Classis Ca-
 lecutia.*

Castella naualia Calecutiensis Regis.

Assimi, partim catenis inter se colligati, partim disticti veniebant. Postremam classis aciem centum nauium longæ, & octoginta actuariæ claudebant. Sed quæ regi Calecutiensis a nimū efferebat, erāt castella, quæ Saraceni cuiusdā Repelinēsis ingenio, viri in bellis exercitissimi qui multas nationes peragrata, extructa ad hūc modum fuerāt. Duo parones detractis armamētis tāto se intervallo distabant, quantum esset vnus hastæ modice longitudo. Vtriusq; autem proram tignum iungebatur. Alterum deinde tignum ab vnus puppi in alterius puppim coniectum, vtrumq; paronem, nē possent alter altero disiungi, firmē retinebat. Super hęc autē duo tigna, alia tigna transuerso ordine sternebatur. Inter tigna, alia tigna, quæ duobus istis tignis continebatur, alia tigna, quæ ad eōs frequentibus explebant, vt contabularionis speciem præberet. Erant autem tigna singula tribus locis ferro fortissimē reuincta. In quolibet autem huius quadratæ contignationis latere, alius ordo tignorū in vniuscuiusque lateris extremitate præfixum altitudine pedum quatuordecim, muri similitudine referebat. Erant autem omnia cardinibus, & comissuris aptissimē perfectis, ita firmata, & ferris retinaculis coniuncta, & solidata, vt nulla vi conuelli possent. Super ligna verò trabes iniectæ totum opus multò firmitus efficiebant. Cratibus deinde atque longioribus consternebatur. In hoc summo tabulato in maiore Castello quadraginta milites commodè consistere, atque depugnare poterant. Ad hanc formam octo Castella paulò minora super sedecim parones extructa sunt. Fuerunt autem hæ machinationes ideo factæ, vt cum æstus decederet, nauibus à puppi vehementius impulsis, & nauibus Lusitanis applicatis, Castella nostris imminerent, & milites è superiore loco tela atque flammas adijcerent. Hac perspecta machinatione, nemo erat ex hostibus, qui de victoria dubitaret. At Paciecus hoc contrā præsidium comparauit. Malos octoginta pedum longitudine inter se ferreis vinculis arctissimē colligauit, & formam ex illis quadratā constituit.

Machina bellicæ Pacieci, Calecutiis opposita.

tantum enim in latitudinem, quantum in longitudinem patebat. Hanc autem machinam ante nauium proras modico ab illis interuallo constitui iubebat, & secundum æstus naturam sex ancoris alligari, vt videlicet tres anchoræ, cum æstus accederet, alię tres cum decederet, illam firmissimē retinerent. Id autem hoc consilio effecit, vt nauium carinæ, cum appropinquare vellent, impedirentur, quò minus Castella nauibus nostris adiungerent. Petrus autem Raphael exercitissis aliquot malis, ex illis columnas effecit, quas in nauium tabulato præfixit, & in summo earum fastigio capitella instituit, in quibus possent seni milites insistere, & illis, qui erant in Castellis, repugnare. Altitudo enim cuiuslibet capitelli, altitudinem Castellorum, quæ hostium nauibus ferebantur, adæquabat. Per exploratores enim Paciecus non modò exercitus multitudinem, sed etiam genera machinamentorum eorumq; dimensionem exactè nouerat, & quid hostes animis cogitarent, exploratè cognoscebat. Exercitus, qui terra gradiebatur, dissonis vocibus, & instrumentorum bellicorum strepitu inanes quosdam terrores iniiciebat, qui potuissent homines rerum bellicarum signaros metu exanimare. Sed dum illi inanes formidines iactabant, Paciecus vt veras proponeret, operam dabat. Nam in Arraulensis insule partem, quam non longè à nostris nauibus fluctus marini subleuebant, egressus, vt primum hostium agmen carperet, enixè contendit. sed nē circumfusa multitudine opprimeretur, se post aliquod detrimentum hostibus importatum, in nauigia absque vilo incommodo recepit. Cum tamen prælium fieret, Calecutiensis cum hominis audaciam accepisset, iracundia & furore flagrare cœpit, neque tantam contumeliam, quantum sibi eo facto impositam arbitrabatur, ferendam putauit. Itaque ducibus suis imperat, vt Paciecum ad se vinculum trahant, vt illum tormentis excruciatum necaret. Illi aduolant, & vt impigrè, quod fuerat imperatum, efficierent, summam diligentiam adhibuerunt. Paciecus autem non

Inania hostis aduentantis terriculamenas

Thrasonica Calecutiij mandata.

non

non modò perductus non fuit, sed antequam in nauigia regredi potuiffet, non paucos ex hostibus interemit. Dum hæc geruntur, Sol exortus est. A estus autem decedens, hostium classem in Lusitanos impellebat. Primò moles, quas diximus, inflammata cum in malos ex anchoris alligatos, vt dictum est, incidissent, repente substiterunt. Itaque non modò nullum damnum intulere, verum non mediocre alleuamentum nostris afferebant. Dum enim incendium vigebat, hostes propius accedere non ausi sunt. Hoc inani terrore depulso, cum iam incendium fuisset restinctum, classis hostium accessit. Castellum verò, quod erat maximum illorum, quæ diximus nauibus inuehi, primùm cum in malos incideret, nec vltius progredi posset, necesse fariò constitit, & indè certare globis maximis, & plumbis, etiam glandibus instituit. Nostris contra tormentis parones primos, qui prope Castellum erant, acerrimè verberabant, ex quibus aliquot dissiparunt. Paciecus vnum sanè magnum tormentum ex his, quæ nostris Camelum appellant, in Castellum conuertit, & globum in torqueri præcepit. Fragor quidem horrendus fuit: castellum tamen integrum permansit. Cùm id interim fieret, & Castellum nulla ex parte labaret, hostes multò confidentius nostros vrgere & acrius instigare, & intemperantius exultare, & voces lætitiæ ingentis indices attollere. Reliqua Castella cum hoc animaduertissent, multò audacius in eundè se locum contulere. Tanta deinde telorum vis ab hostibus coniecta fuit, vt nihil aliud, quàm sagittæ densissimæ, & globi ferrei, & plumbei in tenebris illis, quas fumus efficiebat, & in illis horrificis incendijs cœni & conspici posset. Hic Paciecus animo conturbatus, oculos in cælum sustulit, & maxima voce, vt ab hominibus audiretur, O summe cæli rector, inquit, scio me commisisse flagitia maximo supplicio digna. Te tamò suppliciter oro, vt in aliud tempus vindictam differas, in quo non decus & gloria tui sanctissimi nominis agatur. Hæc vbi dixit, iterum tormentum dirigat

*Paciecus ad
Dei preces.*

giatque librari iussit. Emissus cum maximo fragore globus, Castellum bonam partem dissipat, & homines in mare deturbat: nostri manus in cælum tendere, Christi nomen celebrare, numen illius præsens agnoscere, & tunc multo alacrius hostibus obsistere. Fuit tandem Castellum alijs globorum ictibus disiectum, Alia tamen Castella nihilo secius in loco permabant: & qui in illis erant, summa contentione pugnant, vt Lusitanos obruerent. Sed cum non possent accedere, eminens pilas innumerabiles, & ingentem telorum multitudinem sine vlla intermissione iaciebant. E nostris nullum frustra telum in hostes accidebat. Multi enim ex illis cæsi sunt, multi que parones aut depressi, aut dilacerati. Dum ad hunc modum mari decertatur, Rex Calecutiensis in vadum summis viribus inuadit, & in vltiorem ripam erumpere conatur. At Christophorus Iufartes & Simon Andradius, qui minoribus nauigijs vehebantur, & Laurentius Morenus, qui ex paronibus Cochimensibus pugnat, summa ope resistere contendebant. Cochimensis etiam Princeps cum mille è suis militibus, qui vallum tuebantur, strenuam eo die operam nauauit. Omnes ita se gesserunt, vt non modò transitum intercluderent, sed etiam multis incommodis hostes afficerent. Constat hoc prælium fuisse multo superioribus atrocius & immanius, in eoq; multas naues hostium depressas, & magnam hominum multitudinem extinctam. Prælium cum prima luce commissum fuisset, ad vespèrum ductum fuit. A estus tandem violenter accedens, vadum cõpleuit aquis, & Castella in cõtrariam partem cõpulsit: & sic tandem fuit necessariò ab omnibus certa men omisissum. Ex nostris multi vulnerati fuerunt, nullus tamè occisus. Post hæc pugnam, fuit aliquot dieb. cessatum, quibus Rex Cochimensis Paciecum valdè lætus inuisit, multis laudibus affecit, & vt nostros commeatu, & terræ fructibus reficeret, operâ dedit. Calecutiensis verò cum iam vistoriâ desperasset, & domũ redire vehementer expeteret

*Castellũ
bis deiectũ.*

*Præliũ
refre.*

*Clades
hostium
Lusitano-
rum, victo-
ria in signis*

TAMOR

*Nona ho-
stium cala-
mitas.*

*Insidie Pa-
cieco à Ca-
lecutiensis
Rege stru-
ctæ.*

*Calcutien-
sis regno se
abdicat.*

*Matri lite-
ris Calecu-
tiensis ad
vindictam
excitatus.*

tamen cum multi illum, vt signa rursus in Lusitaniam
inferret, & extremum belli casum experiretur, impor-
tunè sollicitarent, post reliquas clades acceptas illos ag-
gressus est. Sed cum nostri victorij elati multo acrius
depugnarent, & hostes cladibus exterriti, nimis titu-
bantur & timidè pugnam capefferent. eueniebat, vt
hostes multo facilius funderetur, & classis multis par-
tibus dilacerata è prælio discederet. Calcutienfis igitur
tur auguribus acriter infensus, qui quasi de Deorum
sententia loquerentur, eum in firmissimam spem vi-
ctoriæ fraudulenter induxerāt, detestatus, exercitum
reduxit. Non tamen cessauit insidias struere, quibus
Pacicum interimeret. Sed detectis in sidijs, fuerunt a-
liquot proditores à Pacieco primùm fustibus aceri-
mè verberati, deinde ad extremum supplicium detru-
si. Sed cum se multi è Cochimensi nobilitate medio
interponerent, & à Pacieco enixè contenderent, vt ho-
minibus ignosceret, is eos ad Regem misit, vt de illis
quod ei commodius videretur, statueret. Calcutien-
sis igitur cum cerneret nihil sibi, vt cogitaret, proce-
disse, odio vitæ, & tanti dedecoris offensione regno se
abdicauit, & Naubeadarimum in Regia sede confi-
tuit, ipseque fanum, & ædes religione consecratas in-
gressus est, vt ibi in Deorum suorum cultu, quodre-
liquum erat vitæ, consumeret. Mater tamen illius
mulier natura ferocè, illum literis atque nuncijs sti-
mulabat, vt bellum repeteret. Non esse ferendum
ita consternari animo, vt vindictæ spem omnino de-
poneret. Præstare namque millies mortem oppetere,
quàm tantum dedecus inultum relinquere. Illam re-
ligionis speciem non esse pietatis, sed timiditatis argu-
mentum. Proinde si vellet hominum famæ commen-
dari, & in dignitatem amissam restitui, forti animo
pergeret, & hostibus demonstraret, se nullo casu de-
mentis statu detorqueri potuisse. His instigatus ora-
tionibus, rursus egressus est, vt bellum renouaret. Sed
omnes Reges & Principes, qui cum sequuti fuerant
rebus illius desperatis abierant, neque rursus ad belli
societatem adduci poterāt. Quin etiam multi pacem
cum Trimumpara & Pacieco fecerant. Ea desperatio-
ne fractus, se rursus in fanum recepit. Fuit bellum hoc
à Pacieco intra quinque menses maximo cum labore
& hominis insigni gloria confectum, in quo quidem,
vt postea compertum fuit, hostis vndeuginti millia
hominum partim morbis, partim prælijs amisit, & ma-
gnam præterea nauium multitudinem. Profligato
hoc bello, & pace cum multis Principibus firmata,
fuit Paciecus factus certior, Couلامي tumultuari coe-
pisse, & Saracenos, cū fieri non posse crederent, vt Lu-
sitani ex hostium manibus euaderent, de eorum, qui
Couلامي remanserant, pernicie coniurasse, vnumque
Lusitanum hominem eorum fraudibus occisum. Pa-
ciecus igitur Couلامي perguit, de homicidijs suppli-
cium sumere non potuit, ne magnam discordiam in
ciuitate cum maximo nostrorum discrimine concita-
ret. A Principibus tamen ciuitatis efflagitauit, vt in
fœdere permanerent. Cautum namque fœdere fuisse,
ne nauis vlla aromatum onus acciperet, antè quàm
nauibus Lusitanis fuisset iustum pōdus impositum.
Se verò cernere in portu Saracenorum naues onustas,
& Emmanuelis Regis naues inanes. Respondent, id
non voluntate sua, sed Saracenorum importunitate
& audacia, quam reprimere propter illorum summas
opes nequiuerant, accidisse. Paciecus igitur de Princi-
pum consensu, Saracenorum nauibus exoneratis, &
pretio aromatum eis persoluto, ea confectum in Re-
gia naues imponenda curauit. Deinde vela fieri ius-
sit, & illam oram Indicam cum nauibus instructis per-
uagatus est, & aliquot naues cepit, & prædas etiam fe-
cit. Tantaque erat virtutis illius opinio, tantusque ab
eo metus & regibus, & Dynastis, & piratis etiam in-
cussus, vt nemo auderet armis illis obistere. Hæc au-
tem ab eo gesta sunt vsque ad Septembris mensis ini-
tium eiusdem anni, qui fuit à Christo nato, M. D. I I I.
Eo tempore Lupus Suarius, cuius antea mentio facta
est, cum classe tredecim nauium in Indiam peruenit.

Is literis

societatem adduci poterāt. Quin etiam multi pacem
cum Trimumpara & Pacieco fecerant. Ea desperatio-
ne fractus, se rursus in fanum recepit. Fuit bellum hoc
à Pacieco intra quinque menses maximo cum labore
& hominis insigni gloria confectum, in quo quidem,
vt postea compertum fuit, hostis vndeuginti millia
hominum partim morbis, partim prælijs amisit, & ma-
gnam præterea nauium multitudinem. Profligato
hoc bello, & pace cum multis Principibus firmata,
fuit Paciecus factus certior, Couلامي tumultuari coe-
pisse, & Saracenos, cū fieri non posse crederent, vt Lu-
sitani ex hostium manibus euaderent, de eorum, qui
Couلامي remanserant, pernicie coniurasse, vnumque
Lusitanum hominem eorum fraudibus occisum. Pa-
ciecus igitur Couلامي perguit, de homicidijs suppli-
cium sumere non potuit, ne magnam discordiam in
ciuitate cum maximo nostrorum discrimine concita-
ret. A Principibus tamen ciuitatis efflagitauit, vt in
fœdere permanerent. Cautum namque fœdere fuisse,
ne nauis vlla aromatum onus acciperet, antè quàm
nauibus Lusitanis fuisset iustum pōdus impositum.
Se verò cernere in portu Saracenorum naues onustas,
& Emmanuelis Regis naues inanes. Respondent, id
non voluntate sua, sed Saracenorum importunitate
& audacia, quam reprimere propter illorum summas
opes nequiuerant, accidisse. Paciecus igitur de Princi-
pum consensu, Saracenorum nauibus exoneratis, &
pretio aromatum eis persoluto, ea confectum in Re-
gia naues imponenda curauit. Deinde vela fieri ius-
sit, & illam oram Indicam cum nauibus instructis per-
uagatus est, & aliquot naues cepit, & prædas etiam fe-
cit. Tantaque erat virtutis illius opinio, tantusque ab
eo metus & regibus, & Dynastis, & piratis etiam in-
cussus, vt nemo auderet armis illis obistere. Hæc au-
tem ab eo gesta sunt vsque ad Septembris mensis ini-
tium eiusdem anni, qui fuit à Christo nato, M. D. I I I.
Eo tempore Lupus Suarius, cuius antea mentio facta
est, cum classe tredecim nauium in Indiam peruenit.

○

Is literis

*Belli Cale-
cutij tem-
pus, 5. men-
ses.*

*Couلامي
tumultus.*

*Pacieci per
Indiam fa-
ma & ana-
thoricas.
Lupi Sua-
ri cum 13
nauibus in
Indiam ad
uoluit.*

Is literis Petri A taidei, quas in vrbe Mozambiquen-
 si, antequam obiret, scriptas reliquerat, fuerat de belli
 magnitudine, quod à Calecutiensibus parari existimaba-
 tur, admonitus. Id etiam Melindius Rex, cum is ad il-
 lius portum naues appulisset, significarat. Ea que de
 causa magnam in illo cursu celeritatem susceperat, ut
 que eo, dum in Anchediuam insulam perueniret. Ibi
 Antonium Saldagnam, & Rodericum Laurentium,
 qui in ea insula hyemauerant, offendit. Inde cum iam
 ver in regionibus illis inciperet, Cananorem profe-
 ctus, è Rege Cananoris, & à Gonzalo Barbosa, qui Re-
 gis Emmanuelis negotia procurabat, de rebus à Pacie-
 co gestis certior factus est. Postridiè autem illius
 diei, quo fuerat cum Rege Cananoris amanatissime
 colloquutus, venit ad illum Arabs quidam cum pue-
 ro Lusitano, atque literis à Lusitanis, qui fuerant Ca-
 pralis tempore capti, datis. Summa literarum hæc ce-
 rat. Regis Calecutiensis opes fractas atque comminu-
 tas esse consilium, quo bellum fuerat susceptum, post
 tantas clades acceptas (ut ab imperitis fieri solet, qui
 non ante, quam temeritatis poenas luant, rebus suis
 consulere norunt) ab omnibus improbari. Ciuitatis
 Principes eos admonuisse, ut scriberent ad Lusitanos
 Duces, si pacem cum Rege Calecutiensibus fieri vellent,
 nullum tempus magis ad eam opportunum optari pos-
 se. Regem namque semper bellum illud detestatum
 fuisse. Esseque natura benignum, & in fide tuenda cõ-
 stantem. In literarum sine orabant, & obtestabantur,
 ne à consilio pacis abhorreret. Fore namque, ut præter
 utilitatem, quæ posset ex ea Lusitanis afferri, ut ipsi
 miserima seruitute in libertatem vindicarentur.
 His lectis literis, Suarius Saracenum dimittere, & pue-
 rum retinere voluit. Puer autem constantissime re-
 pugnavit, dicens se nunquam tantum in se dedecus
 admissurum, ut contra datam fidem, causam crudelis-
 simæ cædis, quæ erat, si ille non rediret, Christianis, qui
 victi iam remanserant, afferenda, metu mortis aut
 seruitutis afferret. Suarius illis dimissis, Calecutiũ ve-
 sus na-

Literæ Lu-
 sitanorum
 quorundã
 captiuorũ
 ad Suariũ.

Mira pueri
 fides & cõ-
 stantia.

his nauigare instituit. Cum verò iam in Calecutiensibus
 portu consisteret, iidem ciuitatis Principes ad eum va-
 ria ciborum genera, & fructus multiplices, in signum
 amicitie continuò miserunt. Quæ omnia ille repu-
 diauit, adferens, se nullo modo quidquam ab eis, ante-
 quam pax fieret, accepturum. Nunquam enim hostile
 munus vllam iucunditatem hostibus attulisse. Venit
 deinde Coiebiquius Saracenus ille, cuius, ut antea di-
 ctum est, egregia in Lusitanos merita constiterunt.
 Cum illo autem duo ex captiuis Lusitanis veniebãt:
 de pace agi continuò cœptum est. Principes orabant,
 ut Regis aduentum expectaret, qui erat intra quatuor
 dies venturus. Dixit Suarius, se pacem minimè datu-
 rum, nisi prius sibi Lusitani cum Mediolanensibus
 redderentur: & in eo persistit. De Lusitanis quidem
 fuisset illi facillimè satisfactum. De Mediolanensibus
 verò quomodo id, quod postulabatur, absque nefario
 scelere fieri posset, minimè videbant. Turpissimum
 namque facinus existimabant, eos, qui fuerant in fidem
 recepti, contra datam fidem ad supplicium tradere.
 Quò autem illi rectius se gerebant, eò ducis nostri con-
 silium reprehensione maiore dignum arbitror, qui plu-
 ris esse statuebat, de duobus transfugis & peregrinis sup-
 plicium sumere, quam tot ciues in libertatem asserere.
 Accedebat etiam turpissimæ timiditatis indicium, cū
 adeò pertinaciter in eo postulato perseueraret, quasi
 post res hostium afflictas, posset aliquod maximū ma-
 lum à duobus illis hominibus, in nostrorum perniciem
 comparari. Præterea qui in alijs perfidiã vindicandam
 arbitrantur, quo modo par est, ut eos, cum quibus pa-
 cem conciliari volunt, fidem violare compellant. Et
 ut nihil aliud dicam, cum bellum cum hoste ciuium cau-
 sa suscipiendum sit, multò vigilantius est de ciuium sa-
 lute, quam de hostium interitu cogitandum. Hæc qui-
 dem nõ considerans Suarius, minimè de Lusitanorũ
 vita, & de Coiebiquij etiam, qui propter Lusitanorum
 nomen in summo discrimine versabatur: statu & con-
 ditione sollicitus, cum illius postulato minimè satisfi-
 ceret,

Tractatus
 pacis à
 Suario cõ-
 Calecutijs
 inius.

Suarius
 perinacia
 negotiũ

Calecutiũ
 oppugnatiũ

*Calecutinū
oppugnatiū*

*Varia Lusi-
tanis Duci-
bus prescri-
pta mune-
ra.*

*Cranganor-
is tumul-
tus.*

*Paliporto
vadum.*

*Bellum ad-
uersus Cra-
ganoren-
ses.*

fieret, urbem tormentis conuassauit, & ædes quam plurimas diruit. Indè verò Cochimum petijt, & Regem in uisit, & Emmanuelis nomine fidem illius colaudauit, regiaq; illi munera satis ampla derulit. De indè duces duos, quorum vnus Petrus Mendoza, alter Vascus Caruallius appellabatur, cum nauibus, quibus præerant, misit, vt totam illam oram, vsq; ad Calecutij portum, amicis atq; foederatis tutam, & hostibus infestam redderent. Alfonso autem Lupio Costæ, & Petro Alfonso Aquilari, & Leonello Coutino, & Rodrico Abræo negotium dedit, vt Coulamum peterent, vt aromata, quæ erant iam industria & labore Pacieci congesta, à procuratore acciperent, & naues sibi attributas onerarent. Paciecus autem, nauib. ex animi sententia oneratis, Cochimum reuersus est, & à Suario tanta laudibus affectus, quantis erat omnium confessione dignissimus. Hic fuit Suario nuncius allatus, Cranganorem ciuitatem, quæ in Calecutiensium fide permanerat, esse in armis, omnesque ciues ad bellum sollicitari, & ducem nomine Maimamè octoginta parones & quinq; naues intruxisse: terra verò Naubedarimum magnum exercitū eduxisse, & copias in dies augeri. Hæc autem omnia eo consilio fieri, vt cum primum Lusitana classis è portu Cochimensi solueret, de improviso Regem opprimerent. Alio namq; vado, nomine Paliporto, quod multò commodius arbitrabantur, copias traducere cogitabant. His belli motib. exploratis, Suario de reliquorum ducum sententia visum est, Cranganorè festinanter inuehi, vt hostes inopinantes de conatu depelleret. Itaq; vna nocte cum scaphis quindecim, paronib. quinq; & viginti, & Caracua vna, magno silentio proficiscuntur. Erant in ea classe Lusitani mille & mille Cochimenses. Cochimenses verò Princeps eos in Paliporto cum octingentis militibus opperiebatur. Inde Princeps terra, nostri Duces mari, eo quo destinârunt, alacres & pleni fiducia contendunt. Suarius Trifstanum Syluium, & Antonium Saldagnam, & Petrum Alfonso Aquilarem, & Alfonso Co-

sum Costam, & Vascum Caruallium in classis fronte constituit. Dux verò Maimames eo tempore in duab. magnis nauibus, catenis inter se fortissimè colligatis, cum duobus filijs infidebat. Naues erant iam tormentis & munitionibus, & magno telorum numero, & militum etiam multitudine, ad confligendum, si opus ira fuisset, comparatæ. Quinq; illi Duces, qui primum agmen ducebant, in eas inuehuntur. Maimames & illius filij incredibili animorū robore resistunt, eorumque virtute factum est, vt diutius, quàm quisquam opinari poruisset, prelium traheretur. Tandem Maimames cum filijs occiditur, milites atque nauitæ se in maria realia ex parte conijciunt. Reliqui Duces cum in parones incurrerent, non magno certamine eos in fugam compulerant. Superata classe, Lusitani Duces in terram copias exponunt: Cochimensis Princeps suas etiam adiungit. Naubedarami exercitus obuiam procedit. Fuit continuò prelium summa vtriusq; partis contentione commissum. Cum tamen ex hostibus multi caderent, reliqui tantò metu perterriti sunt, vt in urbem repidè fugerent, omnemq; illius tuendæ curam depulerent. Itaque ea celeritate, qua per vnâ portam ingressi fuerant, per aliam egrediuntur. Nostri in illorum tergis hærentes, vno impetu in urbem ingressi, eam coniectis ignibus inflammant. Sunt ædes e ligno maxima ex parte ædificatæ, & congestis palmarum folijs integuntur, ita, vt subito flammam corripiant. Dum ignis omnia populatur, incolæ Christiani, qui antea hostium metu latitabant, accurrunt, & à nostris petunt vt incendium restinguant, ne sacras ædes, in quibus illi religioni operam dabant, simul incenderent. Cum id nostri facere conarentur, non tanta potuit adhiberi diligentia, vt non prius, quàm ignis opprimi & extinguisset, multæ etiam Christianorum ædes eisdem flammis absumerentur. Domicilia Arabū atq; Iudeorum, quæ nondum fuerant incensa, spoliata repente sunt. Naues & parones eodem incendio conflagrârunt, Tormenta tamen prius & arma, & munitiones, quæ

*Pralium
nauale.*

*Lusitano-
rum victo-
ria.*

*Pralium
terrestre.*

*Hostium
fuga.*

*Cranganor
capta esse
incensa.*

nostris vsui esse poterant, in nauibus impositæ. Hæc re gesta, Suarius cum reliquis Ducibus Cochimum redijt. Sed quia iam sæpè Cranganoris mentio facta est, operæ pretium erit, de illius situ & magnitudine, de gentium, quæ illam incolebant, multitudine, de Christianorum, qui in ea habitabant, moribus & institutis pauca dicere. Distat Cranganor, vt antè diximus, Cochimo ad Septentriones, decem & sex millibus passuum. Fluminis, quod propter illam in mare in fluit, varijs flexibus alluitur. Erat vrbs sanè magna, & à multis nationibus, propter admodum celebre emporium, frequentata. Ciuitas erat libera, & magistratibus legitimis populi suffragio creatis regebatur. In patrocinio tamen Calcutienfis Regis latebat, & illius partes, vbi bellum aliquod motum erat, sine recufatione sequebatur. Ab illius tamen fide defecit, postquam illius res nostrorum armis afflictas esse cognouit. Habitant in ea præter indigenas aduenæ quamplurimi, qui ex Arabia, & ex alijs regionibus emercaturæ faciendæ gratia confluxerunt. Indigenæ, qui simulacris dediti sunt, eisdem moribus, quibz reliqui Malabares, vtuntur. Christiani templa habent non satis eleganter ædificata. Sunt enim eorum opes valde tenues. Septimo quoque die, quem dominicum appellamus, in templum conueniunt, vt sacris intersint, & conciones audiant. Summi eorū antistes in montibus qui ad Septentriones spectat, à mari distitissimis, quæ regionem illi Chaldæam nominant, sedem habet. Is cum duodecim Cardinalibus, & duobus Patriarchis, & multis Pontificibus, qui in consilium similiter adhibentur, omnia, quæ ad religionem faciendam pertinent, decernit. Huic omnes Christiani, qui in orientis Solis regionibus habitant, obtemperant. Sacerdotes in capite ita sunt attonsi, vt Crucis imaginem in vertice summo contineant. Vno ex passis vuis confecto in sacrificijs vtuntur. Omnibus sine discrimine, cum ad Eucharistiam accedunt, non solum Christi corpus in panis specie, verù & in Calicis consecrati portione por-

rigitur

rigitur. Nemo tamen epulū illud diuinum sumit, an-
 re, quam flagitiorū confessione animorū sordes eluat.
 Pueri infantes nullo modo ante quadragesimū diem,
 nisi periculum aliquod impendere eorum vitæ perspe-
 ctum fuerit, sacris a quis expiantur. Cū aliquis peri-
 culoso morbo premitur, sacerdos illum inuist: & groti
 sacerdotis precatione animū alleuari confidūt. In in-
 gressu templi, lustralibus aquis, perindè atq; nos faci-
 mus, asperguntur. Eodem etiam ritu, mortuos, & eadē
 religione sepeliunt. Deindè cognati & affines epulum
 dant, & octo dies in conuiujs, mortuorū gratia instru-
 ctis, accumbunt, & illorum memoriā celebrant, &
 pro eorum sempiterna salute Christum venerantur.
 Viduæ, quæ ante annum post virorū obitum nubunt,
 dotem amittunt. Sanctas literas Syrio sermone, quem
 Chaldæum nominant, scriptas, studio sissimè colunt,
 earumque interpretes in locis publicis omnes, qui con-
 ueniunt, ad earum intelligentiam diligenter crudi-
 unt. Ieiunia temporibus, quæ ad Aduentum & Qua-
 dragesimam appellamus, diligenter obseruant. Sacra
 solennia, quibus vtitur, summā cum religione & ce-
 lebritate procurant. Eandem anni computationem
 cum die intercalari, qui quarto quoq; anno inferi so-
 let, quam obseruamus, diligentissimè retinent. Kal. Iu-
 lij non Christiani tantum, sed indigenæ à sacris Chri-
 stianæ nationis abhorrentes, in Thomæ honorē diem
 festum agunt. Sunt apud illos & monachorum soda-
 litia, & virginum sacrarum cœtus ædibus semotis in-
 clusi. Ab omnibus illis pudicitia cum summo probita-
 tis, & abstinentiæ, & religionis studio conseruatur. Sa-
 cerdotes vxores ducunt. Prima tamen vxore mortua,
 est illis in posterum nuptijs omnib. interdictum. Alio-
 rum matrimonium, nisi aut viri, aut vxoris morte, di-
 uini nulla conditione licet. Hæc autem morū institu-
 tionem à tempore Apostoli Thomæ, qui primus eas
 nationes ad Christi notitiam instruxit, ad hæc nostra
 tempora continua tam summo semper studio, non so-
 la in Cranganoris regione, sed in multis alijs, Christia-
 ni, qui

Cranganor
 vrbs &
 incolarum
 descriptio.

Christiani
 vrbs Cran-
 ganoris
 ritum
 & mores.

Pontifex
 summi
 Ind. vrbs.

Sacerdotū
 tonsura,
 Eucharis-
 tiæ & sa-
 crificij vsus.

Aqua lu-
 stralis.

Cura de-
 functorum.

Annus lu-
 stris.

Sacri libri.

Ieiunia.
 Sacra so-
 lennia.

Anni com-
 putus.

Festum D.
 Thomæ.

Votamona-
 stica.

Sacerdotes
 coniugati.

ni, qui in India sedes habent, summa semper religio-
ne & studio tenuerunt. Corpus illius in vrbe, quã Ma-
lipur appellant, quæ ad regnum Narisinguæ pertinet,
sepultum est, multis miraculis celebratum. Tempore
quo Martinus Alfonso Soufa, vir fortissimus, pro Re-
ge Ioanne tercio Indiam cum imperio obtinebat, fue-
runt ad illum reneæ tabulæ delatæ, in quibus erant in-
cisæ literæ, quarum vsus obsoleuerat, ita, vt nemo eas
legere possit. Fuit tandem ab illo Iudæus accersitus
multis linguis eruditus, & minime antiquitatis igna-
rus, qui eas tandem cum difficultate propter scripturæ
antiquitatem, & linguæ parum notæ rationem (erat
enim ex multis conflata) perlegit. Literæ autem nihil
aliud in summa continebant, quàm Regis, qui Tho-
mæ temporibus illis terris imperabat, donationem Tho-
mæ factam telluris certa dimensione definitæ, in qua
templum extrueret. Et quia huius diuini viri mentio
facta est, non alienum arbitror, hoc in loco aliud testi-
monium antiquitatis afferre, quod Thomæ moni-
meatum continet. Anno à CHRISTO nato. M. D.
Lxij. Pontifex Cochimensis misit ad Henricum Car-
dinalē testimonium publicis literis consignatū, quod
historiam commemoratione dignam cōtinebat. In ea
ciuitate, quã diximus appellari Malipurem, & nunc
postquam à Lusitanis frequentari cœpit, S. Thomæ ci-
uitas appellatur, erat in colle sacellum ædificatum, eò
quod affirmarent incolæ, in eo loco Thomam fuisse à
religionis hostibus interfectum. Erat autem hoc solen-
niter institutum, vt in eo sacello octo dieb. ante diem
natalem CHRISTI res diuina fieret, & omnes Chri-
stiani eò conuenirent. Fuerat quoq; ante quatuorde-
cim annos in illo colle inuenta Crux in lapide incisa,
in cuius fastigio colubæ imago insidebat: basis verò e-
rat in specie quadã herbarum, quæ diffundi latissimè
videbantur, collocata, & tam fastigium, quàm basis, &
brachia in liliorum formam desinebant. Arcus eam
ex eodem lapide factus yndique muniebat. In arcu e-
rant incisæ literæ, quas nemo legere poterat. Totū hoc

opus

opus integrum, quod erat satis magnum, fuit super al-
tare eiusdem sacelli multorum operis statutum. In
Cruce eminebant notæ sanguinis insignes. Accidit
autem die, quo Christiani conueniebant, vt in eo sa-
lo salutationem ab Angelo factam sanctissimæ Vir-
gini, octo dies, antequam dies Christi natalis adueni-
ret, celebrarent, cum sacerdos, qui rem diuinam facie-
bat, Euangelium inchoaret, vt Crux in nigrum colorē
verteretur, & liquor ex illa incredibili copia dimana-
ret: deinde color cœruleus pro nigro subiret. In locis
autem, vbi notæ sanguinis extabant, rosei coloris sple-
dor cluxit. Sequentibus deinde annis eodem idē sem-
per eueniebat. Nec enim alio die (quod magnam ad-
mirationem commouebat) id in illa cruce cernebatur.
Fuit tamen aliquo tempore eius rei, quæ admirabilis
omnibus videbatur, intermissio. Anno autem, M. D.
LXI. cum Christiani in eundem locum cum eadem
pompa & celebritate conuenirent, eo die, quo crux, dū
sacrificium fieret, stillare solebat, & sacerdos Euange-
lij inchoaret (id enim etiam admirandum videba-
tur, quod nunquam prius, quàm Euangelium legi cœ-
pisset, ea Crucis mutatio fieret) Crux repente nigris
maculis, splendidis tamen, inficeretur, donec tandem
alij atq; alijs subeuntibus, tota nigresceret. Ita verò
splendebat, atq; si fuisset oleo delibuta. Dum instar
roris guttæ defluere cœperunt, quæ paulatim grandio-
res effectæ, totam Crucem humore largissimo com-
pleuerunt. Peregit sacerdos cum multis lachrymis, &
crebro singultu sacrificium. Deinde ascendit in altare
& linteis, quibus in rebus sacris de more procurandis
vti solebat, Crucē extersit. Lintea maculis sanguineis
tincta repētē sunt. Ciuitatis præfectus, & reliqua mul-
titudo, quæ conuenerat, manus in cœlum tendere,
Christi numen implorare, flagitiorum veniam postu-
lare, & ad studium ardentius religionis excitari. Crux
autem postquam multo liquore fluxit, clarius splen-
dere cœpit, & color sanguineus euidentius eluxit. Hoc
signum commouit & præfectum vrbs, & primarium

O 5

facet.

*Malipure,
sepulchru
D. Thomæ*

*Insigne de
Constanti
miper La-
diam anti-
quitate te-
stimonium*

*Aliud ead-
dem de re
testimoniu
notatu dig-
nissimum.*

*D. Thomas
vbi mor-
tuus.*

*Crucis for-
ma anti-
quissima.*

*Festū An-
nunciatio-
nis D. Vir-
ginis.
Stupendū
venustæ
Crucis mi-
raculum.*

*Aliud eius-
dem crucis
miraculum.*

faciendū, ut diligenter inquirerent, ecquis esset, qui literas illas interpretari posset. Aiunt incolæ, in Nar-
singa regno esse Brachmanam, inter omnes Brachma-
nas literis & eruditione præstantē, qui varias linguas
tenebat. Hominem cōtinuò accersunt, & interrogāt,
an illas literas nōsser. Respondit, literas esse prisca,
quibus antiqui sapientes utebantur: negligentia verò
hominum factum esse, ut earum cognitio interiret.
Quin etiam linguam, qua erant descriptæ, à paucis
admodum teneri. Admonent illi Brachmanam, ut in
altare ascendat. Restitit ille, & nefarium facinus esse
dixit, altare, in quo res diuina fieret, humanis pedibus
conculcari. Inuitus tamen subiit, & literas perlegit,
quarum vim eam esse dixit, ut vna nota decē, & quin-
decim, & viginti literarum officio fungeretur. Senten-
tia verò literarum in summa hæc erat: Thomam diui-
num virum fuisse à Dei filio, cuius erat discipulus, in-
cas oras Sagami Regis tempore missum, ut Dei sum-
mi notitia gentes illas erudiret. Ibiq; templum extru-
xisse, & res admirabiles effecisse: atq; tandem cum ge-
nibus flexis ad Crucem illam affixus, orationem ad
Deum funderet, à quodā Brachmana fuisse hasta trā-
fixum. Crucem verò eiusdem viri sanctissimi cruore
tingitā ad memoriam virtutis illius sempiternā reli-
ctam fuisse. Hæc erat sententia, quæ literis contineba-
tur. Fecit autem maiorem fidem aliis eiusdem sectæ
vir aliundè accersitus, grandis admodum natu, & sa-
pientiæ opinione præstans, qui literas in eandem sen-
tentiam interpretatus est. Huius autem Crucis exem-
plum, in eodem ligno, ex quo templum ædificatum
perhibent, insculptum, cū literis publicis multorum
virorum testimonio consignatis, retineo: cuius fides
tantis tunc argumentis explorata fuit, ut nemo possit
tam claris atq; testatis viri diuini monumentis am-
bigere. Hæc quidem inferenda putavi, ut re-
ctius percipi possit, quam clara sint apud
Indos Christianos Thomæ viri di-
uini monumenta.

*Sententia
literarum
revelata il-
lius crucis.*



HIERONYMI OSORII SILVENSIS ALGARBIORVM IN LV-

SITANIA EPI.

SCOPI,

DE REBVS EMMA- NVELIS, LVSITANORVM

REGIS INVICTISSIMI,

*virtute & auspi-
cio gestis,*

LIBER QVARTVS.



VM hæc autem, quæ sunt **RES EP**
paulò antè scripta, gereban **ROPEAE**
tur, Emmanuel magnā clas-
sem in Indiam compara-
bat. In ea verò classe misit
franciscum Almeidam, vi-
rum insigni virtute prædi-
tum, cum summo imperio,
qui in Orientis regionibus
Regis vice & officio funge-
tur. Partim enim quod vellet in India aliquod im-
perij fundamentum iaci, partim ne Lusitani, qui ne-
gotij gerendi causa relinquebātur, vitæ periculum ad-
sistent, & fœderati etiam Reges incōmodum aliquod
propter studiū Lusitani nominis subiret, visū est illi,
ut vna? Dux in India cū imperio versaretur, q id posset indu-

*Franciscus
Almeida cū
imperio vā
ce Regis in
Indiā mis-
sus.*

HIERO.

*ANNVS
Domini.
1505.
Emmanuelis
ad Pontificem
Max.
legatio.*

*Aegyptij
Sultani ad
Emmanuelis
legatio.*

*Eiusdem ad
summum
Pontificem
litera.*

industria, fide, & vigilantia perficere. Hoc eodem anno, qui fuit, M. D. v. misit Romam Iacobum Soutanum Portugalem Pontificem, & Iacobum Pacicum, virum iuris civilis scientia & dicendi etiam facultate non vulgari praeditum, qui nomine illius fidem Iulio I. Pontifici maximo, qui tunc ad eam summam dignitatis amplitudinem summo patrum consensu peruenerat, obligarent, & ab illo peterent, ut quonia bellum Africanum non absq; magnis sumptibus administrari poterat, eos, qui in id aliquid opis sponte sua conferrent, muneribus ex diuino Ecclesiae thesauro de promptis afficeret, Eodem tempore venit ad Emmanuelem vir religionis opinione praestans, ex Francisci diuini hominis institutione & disciplina, qui Ierosolymis praefectus erat monachorum, qui Sionem autem aduentus illius hic fuit. Sultanus, qui tunc Aegyptum & Syriam imperio continebat, grauiter offensus detrimentis, quae Lusitani reb. suis intulerant, literas Iulium Pontificem Maximum dedit, quas per hunc Maurum mittendas esse statuit, ut illius religione auctoritate facilius Pontificem in eam mentem, quae cupiebat, impelleret. Literarum sententia haec erat, ad Regibus Hispaniae admodum graues iniurias accepisse. Fernandum namq; Aragoniae Regem Hispanicam armis inuasisse, & Saracenos, qui eam possidebant, partim crudeliter occidisse, partim omnibus modis euersos, in exilium compulisse, & eos, qui dominari manserant, durissimo dominio violenter oppressisse: & quod multo grauius erat, eos per vim, ut Christianam religionem susciperent, coegisse. Non licere autem neque apud Christianos, nec apud Mahumetanos, malo genere quenquam, ut eam religionem detestetur, in qua fuerat ab incunabulis enutritus. Hoc autem, quod commune gentis incommodum & vastitatem, & religionis iniuriam pertinebat, se dissimulare non posse. Praeterea Emmanuelem Portugali Regem clausis sibus suis Indiam infectam reddere, grauissimasque iniurias

iniurias hominibus, qui ex Aegypto & Arabia in Indiam nauigabant, intulisse, ipsiusque Sultani naues cepisse & direptas incendisse. Id autem nullo iure fieri. Nec enim vnquam ab illo Lusitanos fuisse vlla iniuria laceffitos. Opera tamen eorum atque immanitate magnam vectigalium, quae possidebat, inclinationem fieri. Se vero vsque ad illum diem Christianos, qui vel in Aegypto & Syria domicilium habebant, vel negotia gerebant, vel Christi sepulchrum inuisebant, ne vlla iniuria afficerentur, sedulo curauisse. Si vero Reges Hispaniae pergerent eiusmodi machinaretur, & iniuriam sibi illatam acerrime vindicaret. Se igitur necem Christianis omnibus, qui in Regno illius inuenti essent, illaturum, illorumq; templamq; & Christi etiam sepulchrum demoliturum, operaturum, ut nomen Christianum in illius imperio deleteretur. Praeterea esse sibi in animo, in huius tanti facinoris ultionem, ingentem classem instruere, qua multas Europae regiones maximis detrimentis afficeret. Postremo ipsum Iulium admonebat, si vellet ingentem Christianorum multitudinem a nece & supplicijs eripere, & templa, quae in Asia & in Aegypto inuiolata permanserant, tueri, & Christi sepulchrum defendere, & a multis oris Christianae reip incendiū vastitatem propulsare, ageret cum Emmanuele Regem, ne veller amplius classes in Indiam mittere. Aliter enim maximam Europae cladē vitari non posse. Has literas cum ab ipso Mauro Iulius accepisset, earum exemplum ad vtrunq; Hispaniae Regem per eundem Maurum misit, & per literas ab eis quaesiuu, quodnam responsum vellent, ut ipsi Sultano daret. Quid Fernandus Iulio responderit, a nobis explorari non potuit. Eundem vero in hanc sententiam rescripsit. Vidi Pater sanctissime literas tuas, quas mihi Maurus autem misit, & simul exemplum literarum, quas tibi Sultanus misit, accepi, in quibus de iniurijs, quas Mauris Gra-

natae

*Emmanuelis ad
Pontificem
summum
litera de legatione Aegyptia.*

mate regnum incolentibus intulit **Fernandus** Rex, quem in loco patris amantissimi colo & obseruo, con- queritur: & simul de damnis, quæ Saraceni à Lusitania in India accepere, grauius verbis exposulat. In quo quidem inuitus nomen nostrum illustrat, dū ostendit, quā sit vterq; nostrū Saracenis infestus. Quis enim fieri potest à Christianis principib. ad gloriā sempiternam aptius & elegantius, quā omnes tuos conatus ad Mahumetis diram & nefariā superstitionē tollendam, & nomen perditissimi latronis extinguendi comparare? Minas deinde iactat, & terrores barbari quadam superbia & immanitate proponit, existimans fieri posse, vt qui pro Christi religione pugnant, alia qua verborū atrocitate perterriti, ab instituto facinore, & à suscepta religionis sanctissimæ causa continui desistant. Socer meus **Fernandus**, Rex inuictissimus dignum rebus à se clarissimè gestis, dignumq; virtute & sapientia sua responsum dabit. Hoc tamen scio nunquam fore, vt ille sic hostis barbari minas extimescat, vt gloriæ sempiternæ, quam ex Hispania Arabi tyrannide liberata adeptus est, eum aliquando peniteat. De me verò hoc tibi Pater sanctissimè affirmare possum, mihi maximè molestum esse, non multo grauiorem querimoniam causam tyranno isti subesse, qui stimulatus, multo ferocius verbis accepta detrimenta vindicaret, & quos virtute frangere nō posset, oratione minaciter exterrere frustra conaretur. Nobis enim cum iter in Indiā classibus nostris aperire, & regione maioribus nostris incognitas explorare decreuimus, hoc propositū fuit, vt ipsum Mahumetanæ sectæ caput, vnde tam multa mala in orbem terrarū opera demonis infestissimi redundarunt, extingueremus, & Mecha Arabiæ ciuitas, in qua Mahumetis sepulchrum est, Lusitanorū armis excisa, funditus interiret. Quod aut hoc nō sit, vt cupiebamus, effectū indignissimè patimur. Spem tamen habemus, fore, vt Christi presidio id opus aliquando perficiatur, cuius iā nunc fundamta Lusitanorū virtute & industria iaciuntur. Tunc

gitur

gitur cum Mahumetis monumenta euersa atq; diffracta fuerint; cum tellurem, quæ tantum monstrum auulit, & quæ reliquias illius gremio suo complectitur, excindi & vastari perspexerit, fremat immanis & importunus hostis, & istas minas inanes proponat: nō modò, cū est tam leuibus damnis affectus. In quo verò nomini Christiano cædem, Christi sepulchro euersio, nem, Europæ ferro atq; flamma minatur, nō est, cur quisquam merito possit inania verborū portenta metuere. Nec enim hostis auarus vestigalia sua, quæ Christianorum religione amplificari cernit, excisione sanctissimi sepulchri, & aliorū locorum, quæ frequentari à Christianis cū magno illius commodo videt, imminui patietur: nec adeo mentis expers est, vt velit ea iniuria vniuersæ Reip. Christianæ facta, omnium animos irritare, & à mutuis dissensionibus ad illius pestem atq; perniciem traducere. Communis enim offensio & contumelia solet animos dissidentes coniungere, & stimulis incitare ad pœnas de hoste superbissimo repetendas. Non est autem gens Christiana vsq; eo vel sanctissime religionis, vel antiqui decoris oblita, vt tantū hostis facinus inultum & impunitū relinquat. Nō dubito igitur, quin si hanc stragem Sultanus ediderit, omnes Christiani tam iuuenes, quā senes, vndiq; certatim confluant, vt tantū scelus animis coniunctissimis vitiscantur. Quod cū ille planè percipiat, non erit ad eum a mens, vt tantū sibi atq; suis opibus periculū struere velit. Valdè tamen doleo, tantos ex Christianorum Principum discordijs animos tyrannum istum assumplisse, vt atrociter etiam illis minari audeat, per quos potuisset facillimè imperium illius atque nomen extinguui. Quare Pater sanctissime te non modò hortor & moneo, verum etiam suppliciter oro, vt actionem istam dignam virtute tua, dignam religione & sapientia, dignam istius loci, in quo CHRISTI vicem gens amplitudine & sanctitate suscipias, vt Christianos Principes inter se nefariè dissidentes, in concordiam auctoritate tua sacrosancta reducas, vt summa animorum

*Indicarum
nauigatio-
nū Emma-
nuelis sco-
pus aut si-
nis.*

animorum conspiratione, signa in Africam & Astant inferant, quibus hostem non virtute sua, sed Christianorum negligentia ferocem de statu deiciant, Mahometisq; nomen ex hominum memoria penitus euellendum curent, Quod si feceris, præclare viam in cæli munies, nomenq; tuum memorie sempiternæ consecrabis. Hoc quidem iam ab Alexandro Pontifice, in cuius locum successisti, aliquot Principes Christiani mecum simul magna contentione postularunt. Sed idcirco fortasse tunc id effectum minimè fuit, quod Deus hanc vni tibi immortalis laudis & gloriæ materiam referuabat. In quo verò nos admones, vt quod responsum te Sultano dare velimus, tibi per literas significemus, animum istum in nos humanitatis & de mentis plenissimum libenter agnoscimus, quem perpetuo vitæ studio, & debita pietate & veneratione prosequemur. Nostrum tamen non est, vel sapientie tuæ, vel grauisimo Cardinalium senatui præscribere, quid hosti respondendum sit: sed tantum, quæ nostris mens sit, & quid animis agitemus, aperire. Vt igitur quid habeam in animo, tibi demonstrarem, is planctum quem nullæ minæ, nulli terrores, nullæ difficultates impediunt, quo minus exequar id, quod semper in meam parte quanta maxima belli contentione possim contundam & frangam hostis feri & immanis audaciam, Christum Optimum Maximum precor, vt spiritus sui numine mentem tuam confirmet, vt perpetuum possis, quemadmodum facis, illius Ecclesiam cum magna sanctitatis tuæ gloria gubernare. Cum his literis Emmanuel Maurum donis & muneribus affectum dimisit: qui alijs à Fernando rege literis similiter acceptis, Romam redijt, atque inde cū Pontificis Maximi literis ad Sultatum reuersus est. E quibus Sultanus intellexit, nõ minis, sed virib. esse cū Lusitano confliãdũ. Classẽ igitur magnã instrudã suscepit, qua in India Lusitanos opprimeret: de qua suo loco dicemus. Hoc anno Lupus Suarius Olyssipponem peruenit. B

Suarij in
Lusitaniã
reditus.

quã

is fuisset tam à Rege, quàm ab omni nobilitate cum maxima gratulatione acceptus, omnium tamèn oculis in Paciecum, qui cum illo veniebat, cum incredibili admiratione conijciebantur. Illius enim in gerendo bello celeritatem, in periculis animi magnitudinem, in laboribus perferendis constantiam, in exitu præliorum felicitatem multis in cælum laudibus efferebant. Rex supplicationem illius nomine decreuit, & à maximo Urbis templo in aliud templum sanctum & religiosum, diui Dominici nomine consecratum, cum solenni pompa cum suis incessit. Illius autem latus Paciecus tegebat, vt omnes perspicerent, quanto honore Rex virtutẽ honestaret. Vbi ad templum ventum est, Iacobus Ortisius Visesis Episcopus, vit sanctis literis non mediocriter eruditus, atq; disertus, orationem luculentam habuit, qua hominis egregia & admiranda facinora verbis amplissimis ornauit, ita tamen, vt omnia ad Dei gloriam, vt par erat, & piè & sanctè reuocaret. Nec hoc tãto honore cõtentus Emmanuel, literas ad omnes ferme Christianos Principes dedit, quibus res à Pacieco gestas debitis laudibus illustrabat: vt nomen illius per omnem Christianam Remp. cum maxima nominis gloria vagaretur. Sed vt intelligi possit, quã fallaces sint spes humanae, non erit abs re cognoscere, quod tandem fuerit præmium meritis hominis fortissimi perolutum. Cùm Rex intelligeret, Paciecum esse nimis tenuẽ (quod enim habuerat, erat in armis absumptum) neq; quidquam ex India præter egregiam laudem ex bello tam periculoso fortiter & feliciter administrato reportaret, illum præfecit vrbi Aethiopiæ, quam S. Georgij nomine nuncupari diximus, vnde aurum in Lusitaniã importari solet, vt in ea præfectura commodè posset rei familiari prospicere. Sed cum is inuidia maxima flagraret, fuit ab inimicis & inuidis insimulatus, quod Regem maximo auri pondere fraudasset, multaq; scelera & flagitia suscepisset. Rex igitur illum vinctum catenis in Lusitaniã perducijussit, vbi longo tempore carcere inclusus miserimè

Paciecũ
mendatio
& in Lusitania
auctoritas.

Pacieci fortuna tenuis: & summa integritas.

Summa in Paciecum ingratiitudo.

P

vixit,

vixit, vsq; eo, dum re diligentius excussa compertum fuit, crimina illi ab inimicis illata, partim falsa, partim leuia fuisse. Tunc igitur vinculis expeditus, & in dignitatem restitutus fuit, sed non illo premio affectus, quod tam eximia virtuti debebatur, adeo, vt vitam in egestate traduceret. Tantum valet se penumerò quod est opera maleuolorum hominũ, optimorum Regum auribus inculcatum, vt eos à virtute debitis muneribus afficienda, in quo maximè laudis regie magnitudo consistit, abducat. Eodem anno Rex leges multas vetustis legibus addidit, & antiqua instituta correxit, multa que sanxit amplificandis vectigalibus accommodata, summamque diligentiam adhibuit in regendis finibus prædiorum, quæ erant locis religiosis, & peregrinorum, & pauperum ægrotantium vñibus destinata.

Per idem ferè tempus Ioannes Siqueira, Regis permiffu, in Aethiopiæ regione, quam Gandanabarum appellat, in promontorio nomine Guerarcem extruxit: quam postea, cum eam tueri minimè posset, Regi tradidit, qui laborem & sumptus illius Regia magnificentia compensauit. At Octobri mense pestifera lues Olyssipponem inuasit, multosque mortales absumpsit. qua pestilentia coactus Emmanuel, se Almerinum contulit. Erat eo tempore Arzilæ Franciscus Pereira Pestana, vir nobilis & acer, qui iam multa in militari facinora egregiæ virtutis ediderat. Is à Ioanne Menesio, qui, vt dictum est, Arzilæ præerat, equites septuaginta obtinuit, quibus stipatus, pagum in monte præcelso & edito situm spoliaret. Nocte igitur egressus, insidias non longè à pago posuit. Vbi diluxit, montani, qui pagum incolebant, greges pecudum & armenta pastum egere. Pestana illos inopinantes aggressus, in fugam compulit, omnesque greges abegit, & cum ea præda domum redire instituit. At Mauri degentis more sublati clamoribus, & signo dato, vicinitatem excitârunt. Multi igitur equites conuenerunt, Pestanamque celeriter insequuti sunt. Pestana eorum impetum, vt poterat, sustinebat, & sensim se Arzilam

*Nouæ leges
Emmanuelis.*

*RES AFRI
CANAE.
Gandanabarum
Aethiopiæ regio.*

*Olyssipponem
inuadit pestis.
Franciscus
Pereira Pestana.*

Arzilam recipiebat: & interdum in hostes incitatis e-
quis impetum dabat, vt eorum ferociam frangeret.
Cum verò iam octo millia passuum progressus fuisset, & Arzila quatuor adhuc millibus abesset, & valde hostium incurfu premeretur, suos in collem editum subduxit. Hostes cum suspicarentur in sidias post collem latere, substiterunt. Reliquum igitur iter expeditum nostris esse videbatur, vt tutò se recipere. Erat in eo comitatu eques quidam valde strenuus, nomine Iacobus Viegas, qui magnis vocibus omnes, vt in Mauris incurrerent, incitare cœpit. Agite, inquit, in hostes inuehamur. Impetum, mihi credite, nostrum minimè sustinebunt. Pestana cum esset natura ferox, iracundia flagrauit, hominemque asperis verbis accepit. Et inter alia probra, illi cannabeam vestem, qua tunc erat indutus, obiecit: & tamen tam demens eris, inquit, vt tale consilium homini bellandi perito dare audeas? Hic Viegas ridens, inquit: hæc cannabea vestis, ô Pestana, chalybea tibi confestim apparebit. Hac oratione Pestana incensus, ait: Si adeò fortis es, id videre statim cupio. Agite igitur commilitones, in hostes feramur. Itaque omnes in hostes impetum ferunt, eosque re inopinata percussos exterrunt, atque tandem fundunt, fugansque: octoginta interficiunt, triginta viuos capiunt. Interim verò dum prælium committitur, Pestana in Viegam oculos conijcit. Ille autem tanta virtute dimicabat, vt ipsi Pestanæ ingentem admirationem commoueret. Itaque prælio confecto, Pestana ad illum supplex adiit, dixitque. Vir fortissime, da veniam meritati, aut, si lubet, me fuisse contunde. Meritò enim hominem tuæ virtutis ignarum plagis afficies. Hac profectò mente sum, vt si tales sex equites sub signis haberem, minimè dubitarem Constantinopolim ingredi, vt Turcarum Imperatori catenas inijcerem. Sic demum læti & benè conuenientes Arzilam cum omni præda, quæ fuit satis magna, reuersi sunt. Interim verò in Lusitania pestis indies ingrauescebat, quæ cum Scalabim cõtatione quassisset, & nè inde propter loci propin-

Iacobi Viegas fortitudo.

*RES EV-
ROPEAE,
Pestis in
Lusitania.*

propinquitatem in Regiam penetraret, multi metuerent, fuit coactus Rex inde celeriter emigrare. In oppidum autem se contulit cis Tagū in edito colle situm, quod Abrantes appellant. Ibi verò cum Regina gruida esset, atq; ad pariendum vicina. iij. die mensis Martij anno. M. D. vj. filium peperit, quem pater Lodouicum appellauit. In quo quidem Principe fuit summū virtutis, ingenij, & humanitatis, & religionis specimen, tantisq; laudibus excelluit, vt à multis orbis terrarū imperio dignissimus haberetur. Qui tamen quāuis virtutis militaris & imperatorix disciplinis egregiè instructus fuisset, & pacis etiam artibus cum magna omnium admiratione florisset, nulla tamen clarior laus apud illum viguit ardentissimo pietatis studio. Quo quidem adeò flagrabat, vt quamuis in corpore maneret, a nimo tamen in cælo sæpenumerò versaretur. Eodem anno fuit classis imperio Regis instructa, qua Tristanus Cugna in Indiā nauigaret. Per idē ferme tempus Olyssipone tumultus multitudinis furoris & amentia concitatus fuit, quo parū abfuit, quin omnes Hebræi, qui, vt dictum est, ad CHRISTI fidē conuersi fuerant, fœdè perirent. Res autem ad hunc modum gesta fuit. Maxima pars ciuium propter pestilentiam aberat. Illis fortè diebus multi è Gallia Belgica & Germania Olyssipponem naues cum mercibus apulerāt. Xix. verò die April. nō pauci ex ijs, qui in vrbe manserant, in Aedem nomine D. Dominici consecratam, cuius superius mentio facta est, vt rebus diuinis operam darent, conuenēre. Ad sinistrum latus templi est sacellum sanctum, & mira omnium religione celebratum, quod IESVS Sacellum appellant. In eo supra aram est imago CHRISTI Crucifixi collocata, in cuius latere vulnus illud assimilatū operculum vitreū contegebat. Cū multi in vulnere illo oculos & mentem defigerent, ex eo splendor emicuit. Conclamant igitur omnes, ingens esse miraculum, cælesteq; numen præsentiam suam signis admirandis ostendere. Quidā ex Hebræis illis, qui non ita pridem CHRISTO nomen de-

*Annus
1506.
Emmanueli nascitur
Lodouicus
filius.*

Tumultuum Olyssipone in Hebræos.

*Tumultus
Occasio.*

men dederant, maxima voce miraculum esse negauit, nec enim esse verisimile, vt aridum lignū miraculum ederet. Quamuis autem multi de miraculi veritate dubitarent, non tamen tempus, neque persona, neq; concio erat satis apta, vt quisquam ex illo genere deberet tunc in errore illo, intimis hominum sensibus penitus insito, depellendo operā frustra consumere. Multitudo igitur natura præceps, & inconsiderata, & specie quadam religionis attonita, cū audiret hominem Hebræum miraculo fidem derogare, fremere cœpit. Iudeum perfidum, & sceleratū, religionis proditorem, & Christi hostem immanē & importunum appellat, extremoq; supplicio & cruciatu dignissimum. Cū ad hunc modum probra vndique multi congererent, exarsit iracundia concio, & imperum in hominem facit, & in capillum inuolat, & raptat, & vexat, & in forum, quod ante templum illud est, pertrahit, & crudelissimè necatum dilacerat, ignemque repentè facit, in quem cadauer illud conijciat. Ad hūc tumultum plebs vniuersa confluit. Ibi monachus quidam orationem factis popularem habuit, qua multitudinem ad Christi vindictā nimis acriter incitauit. Multitudo satis sponte sua furens, ea oratione vehemētius efferata est. Duo verò monachi crucem susulerunt, maximisq; vocibus populum ad cædem concitauerunt. Et altero quoq; verbo, hæresim, hæresim dicebant, nefandam vindicte, gentemque sceleratam extinguite. Galli & Germani, qui in nauibus erant, in terram defiliunt, & se ad Lusitanos, qui iam cædem immanem faciebant, adglomerant. Quingentos homines fuisse constat illos, a quibus fuit hoc immanissimum facinus institutum. Ruunt igitur amentia & scelere flagrantcs, & in gentem miseram nimis ferociter inuadunt, multosq; trucidant, & in ignem semiuiuos abijciunt. Erant ad eam crudelitatem pyræ satis frequētes extractæ eo in loco, vbi primus ille, qui multitudinem offenderat, crematus extiterat. Serui & homines etiam vilissimi summo studio & alacritate materiam vndiq; conuehebant, ne

*Seditiosa
monachorum
amen*

*500. seditionum
crudelitas.*

ignis posset tanto facinori perficiendo deficere. Mulierum luctus & lamentationes, & virorum implorationes acerbissimæ, omniumq; miserabiles euulatus eius modi erant, vt hostes immanes misericordia frangere possent. Illi tamen, qui eadem faciebant, ita humanitatem exuerant, vt nulli neq; sexui, neque ætati parcerent, sed in omnes absq; vilo discrimine crudelitatem suam exercerent. Et eo quidem die supra quingentos homines ex Hebræo genere fuerunt necati, atq; combusti. Sequenti die cum immanitatis illius rumor latè dissipatus fuisset, homines ex pagis scelere & audacia furentes, supra mille in urbem conuenere, & se ad reliquos sicarios aggregarunt. Itaq; eadem instaurant. Et quia omnes Hebræi generis formidine perterriti in domibus suis latitabant, fores perfringebant, & in domos irruerant: viros, & mulieres, & virgines immansissimè iugulabant: pueros autem infantes ad parietes allidebant, omnes partim enectos, partim spirantes pedibus trahabant, vt in ignem conijcerent. Multi simul concisi quidem vulneribus, viuui tamen eodem igni consumebantur. Ingens eo iam die stupor adeo miserimæ gentis sensus oppresserat, vt nè lamentari quidem cladem illam, & deplorare miseriam suam possent. Qui se occultabant, quamuis filios, aut parentes suos ad supplicium abripi videret, nè lugubri gemitu proderentur, vocem emittere non audebat. Sic autem eos metus exanimauerat, vt viuui non multum à mortuorum similitudine distarent. Domus interim diripiabantur. Sicarij aurum, argentum, & preciosam suppellectilem coaceruabant: Galli prædam in nauibus imponebant, eoq; prædandi studio factum est, ne multo plures die occiderentur. Eo autem progressus est hominum perditorum furor, vt in aedes sacras absq; vilo numinis metu inuaderent, & inde pueros, & senes, & virgines, quæ ad aras confugerant, Crucibus, & hominum sanctorum imaginibus affixas, & Christi fidem miserabiliter implorantes euellerent: quos repente crudelissimè necabant, aut viuos in ignem proiecebant.

Hebræi supra quingentos vno die necati.

Crudelis perditionis impietas.

bant. Multi specie quadam & similitudine cum Hebræi existimarentur, summum vitæ periculum adierunt, & aliqui etiam ob eam causam interfecti sunt: & quidam, antequam explorari posset, sibi cum Hebræis nullam esse necessitudinem, plagis atq; vulneribus deformati fuere. Multi cum in inimicos suos inciderent, eos Iudæos esse dicebant: qui antequam falsum testimonium refutare possent, sanguine suo inimicorum crudelitatem satiabant. Magistratus non tantum animi habebant, vt multitudinis furori se opponere auderent. Multi tamen honesti viri, ad quos Hebræi confugerant, eos summa fide tuebantur, & clanculum è periculo crudelissimæ necis educebant, & in tuto collocabant. Eo tamen die supra mille ad hunc modum intererunt. Tertia rursus die ad eandem caedem sicarij mente profusa alienata redierunt: sed neque quem occiderent reperiebant. Omnes enim ferme, qui ad Hebræum genus pertinebant, aut fuga sibi salutem pepererant, aut in domibus proborum hominum latitabant. Aliqua tamen caedes facta fuit. Illis tribus diebus circiter duo hominum millia ex Hebræa gente ad vnum modum occisa sunt. Cum tamè aduesperasset, Arius Sylluius, & Aluarus Castrensis, viri adprimè nobiles, qui tunc Regijs iudicij decurijs præerant, cum præsidij in urbem se contulerunt. Eorum aduentu furor repressus est. Galli & Germani se confestim in naues cum præda magna recipiunt, datisque velis in patriam, qua potuerunt, celeritate confugiunt. Emmanuel vbi nunciu de tam insigni facinore percepit, ira nimis acriter exarsit, & continuo Iacobum Almeida, & Iacobum Lupiu, viros primarios, cum summa auctoritate Olyssipponem misit, qui tantum scelus debito supplicio vindicarent. Magnus hominum numerus extremo supplicio penas immanitatis & amentia dedit. Monachi verò, qui sub lata Cruce hortatores caedis extiterant, sacerdotij primu dignitate solenni ritu priuati sunt, deinde strangulati, atq; combusti. Qui verò legnes se præbuerunt in furore populari comprimendo, partim honoribus priuati, partim

Hebræi supra mille vno die occisi.

Hebræi ad duo millia vno die occisi.

Seditiosorum supplicia.

Negligentia puni.

RES INDI
CAE.

ti, partim pecunia multati sunt: & ciuitas ipsa multis ornamentis spoliata fuit. Dum hæc in Lusitania gerebantur, Franciscus Almeida cursum in Indiam tendebat. Verùm cū partim aduersa tempestate, partim diuturna malacia impediretur, & tardè admodū nauigaret, Bonæ spei promontorium commodè flexere nequiuit. Erat enim tunc in illis regionibus austrum pertinentibus hyems, & nostri tempestatibus scruissimis iactabantur. Nautæ præterea cursus errore decepti, ad Austrum longius, quàm oportebat, delati sunt, ubi dies, propterea quòd sol tunc Septentriona. lem plagam peragrabat, erāt propter illius abscellum breuissimi. Vt autem breuiores multò viderentur, faciebat densa caligo, & imbres immodici, & niues immensæ, quæ nostris in tolerandis frigoribus grauissimam molestiam exhibebant. Vigesimo tandem die Lunij promontorium superarunt. Quo factò Almeida classem propius terram dirigere præcepit. Secunda verò die Iulij tempestas atque procella repentè coorta classem maximis fluctibus agitauit. Ea sedata, nostri Australes Aethiopiæ oras præteruecti, in Quiloæ portu classem constituunt. Almeida misit confestim, qui Regem illius nomine salutarent. At ille sceleris conscientia perturbatus, noctis silentio urbem deseruit. Mahumetes verò Anconius, cuius antea mentio facta est, in vrbe mansit. Milites, qui relictī fuerant, ad Mahumetem confugiunt, vt sub illius ductu nostrorum impetum à mœnibus & vrbe reprimerent. Almeida cū videret neq; Regem ad illum venire, nec ei de ea negligentia satisfacere, suspicatus est, hominē scelestū & impurū hostilia machinari. Itaq; urbem oppugnare cōstituit. Cū autē aestu influente marciam cedes vrbis attingeret, Almeida 500. viros acres eduxit. Primā aciem, in qua erāt 200. viri, Laurentio filio satis impigro iuueni attribuit. Alterā acie, in qua erant 300. viri, sibi reseruauit. At eo tempore iā Mahumetes etiā metu pterrito ex vrbe diffugerat, ingrediūtur nostrī. Cū verò nemo esset, qui illos aditu prohiberet, Almeida

Almeida
ad Quiloæ
sem legatio
& Regis
fuga.

Quiloæ ca-
pia & Pa-
lata.

meida suspicatus est, esse dispositas insidias, vt nostros securitate nimia dispersos, & in spolijs diripiēdis occupatos de improviso adorirentur. Itaq; substitit, filioque præcepit, vt non nisi sensim & explorato incederet, nec ordinem turbari patiretur. Erat in vrbe mira solitudo. Pauci tamen suberant, ijque tanto animi motu perturbati, vt neque quomodo fugerent, neq; quemadmodum domi consisterent, rationē inire possent. Præda ipsius Almeida iussu fuit in vnam domum satis amplam congesta, & summa equitate inter milites distributa: de qua tamen Almeida vnam sibi sagittam reseruauit. Deinde arcem ædificare constituit propè litus, in loco ad impetum hostium propulsandum satis opportuno. Interim verò dum arx struitur, ad Mahumetem Anconium, & ad reliquos ciues nuncium misit, qui diceret, esse quod Deo gratias agerēt, quod fuissent optimi atq; potentissimi Regis Emmanuelis auspicijs, & singulari benignitate, ex immanis & perfidi tyranni dominatu in libertatem vindicati. Admonebat deinde, vt secum animo reputarent hominis malefici & iniusti fraudes, insidias & flagitia, iniuriasq; grauissimas, quas sub illo pertulerant. Tunc autem vice versa fore, vt æquitate singulari gubernarentur, & eorum quilibet ius suum contra perfidi hominis impotentiam & scelus retineret. Se præterea operam daturum, vt Lusitanorum armis muniti, omnium hostium iniurias facillimè propulsarent. Et vt magis id futurum confiderent, se velle Mahumetem, hominem, cuius fidem & probitatem cum regia prudentia coniunctam multis in locis experti fuerant, illis Regem præficere. Venirent igitur, & foedus cū hominibus amicissimis ferirent, & bonis suis impunè fruere. Læti nūcium accipiunt, Mahumetemq; e quo pulcerrimè insidentem faustis acclamationibus insequuntur. Almeida nomine Regis Emmanuelis illum Regem appellauit, & corona aurea donauit, tributumq; illi tolerabile, quod impederet singulis annis, imposuit. Mahumetes verò fidem suam iurando astrin-

Arx Quiloæ
struitur.
Almeida
ad Mahu-
metem An-
conium &
S. P. Q. Qui-
loensem nū-
cium.

Mahumet
Quiloæ fit
rex & Em-
manuelis
tributarius

astrinxit, fore se semper imperio Regis Emmanuelis obsequentem, neq; vnquam officio stipendiarij fidei-
 lissimi defuturum. Interim dum hæc fiunt, veniunt
 ad Almeidam nauarchi duo, vnus nomine Gonzalus
 Paiua, alter Fernãdus Bermudius, è Mozãbique, quos
 ille eò miserat, vt explorarent, quo animo insulæ præ-
 fectus erga Lusitanum nomen esset: & num literis à
 nostris in eo cursu in insula relictis sciri posset, quo
 in statu Indicæ res forent. Nunciant illi, omnia esse a-
 pud insulanos pacata, & literas afferunt à Francisco
 Albuquerque, & Lupo Suario scriptas, quas apud insu-
 læ præfectum reliquerant, dum in Lusitaniam nauig-
 arent, quibus omnia læta nunciabant. Accidit dein-
 de vt nouus ille Rex Mahumetes Almeida de more
 salutaret, & illi suppliciter oraret, vt omnes Arabas,
 qui captiui detinebãtur, liberos esse vellet. Id Almeida
 libentissimè concessit. Deinde Mahumetes cum illi
 summas gratias ageret, aliud postulatam multo præ-
 clarior interposuit. Mihi quidem, inquit, fuit magnus
 vsus & amicitia, sancto admodum fœdere constituta,
 cum Alfudailo Rege, quem Tyrannus hic, quem reg-
 no expulisti, per insidias interemit. Alfudailus si in vi-
 ta maneret, ego illi regno cederem. Nec enim is sum,
 qui vllas regias opes fidei & officio præferendas existi-
 mem. Sed quoniam is vita priuatus est, te quantum pos-
 sum oro & obsecro, vt facias mihi potestatem accer-
 fendi illius filium, quem regni hæredem instituam.
 Filij mihi quidem sunt isto honore, vt mihi videtur,
 non prorsus indigni. Verum si filios meos in regni
 successione liberis defuncti Regis, qui cum coniun-
 ctissimè vixi, prætulero, videbor mihi maculam i-
 gnominie sempiternam subire, quæ non mihi tan-
 tum, sed vniuersæ posteritati meæ sit insigne dede-
 cus allatura. Itaque malo liberis meis fidei & hone-
 statis exemplum, quàm amplissimum patrimonium
 testamento relinquere. Attulit hoc postulatam ma-
 gnæ admirationem nostris, cum animaduertent
 hominem Mahumetanis disciplinis imbutum, ea si-
 de ami-

*Arabes ca-
 pitui Quilo-
 ensis Regis
 precibus li-
 berantur &
 vinculis.
 Summa Ma-
 humetis fi-
 des erga Su-
 periores.*

de amicitiam colere, & tanta animi magnitudine re-
 gni opes contemere, vt facillè officium, amico mor-
 tuo debitum, caritati filiorum præponeret. Omnes i-
 gitur illum certatim laudant, & eo solum nomine,
 quod regnum vellet à filiis suis ad Regis filium tran-
 ferre, maiore regno dignissimum iudicat. Itaq; defun-
 sti regis filius accersitur, & ab omnibus ciuib. Almei-
 dæ iussu, fides datur, fore, vt post Mahumetis illius ob-
 itum, illum Regium adolescentem Regem habeant.
 Rebus ad hunc modum ordine constitutis, Almeida
 Petrum Ferreiram Fogazam arci præfecit: cui omnia,
 quæ erant illi ad arcis custodiam facienda, diligentis-
 simè præscripsit. Inde verò præfectus, intra quatuor dies
 ad ostium portus Mõbazæ peruenit. Ibi præmisit Gõ-
 zalum Paiuam, vt portus altitudinem exploraret. Du-
 cebat autem secum Paiua duos magistros Arabes, qui
 optimè portus ipsius introitum tenebant. Dum Paiua
 imperata conficit, ad turrim accedit. Qui erant in præ-
 sidio, tormentis nauẽ illius vehementissimè quatit.
 At ille vicissim maioribus tormentis turrim verbera-
 re instituit. Accidit autè cum emissus globus aut tor-
 mentarium puluerem, aut materiam aliquam ad ignem
 repente concipiendum aptissimam scintillis in-
 cenderet, vt flamma subito exoriretur, qua præsidia-
 rij milites perterriti, turrim desererent, & fuga se in vr-
 bem reciperent. Hac re gesta & sinus altitudine peni-
 tus explorata, redijt ad Almeidam Paiua, docetq; nul-
 lum esse à vado periculum. Almeida igitur in portu
 classem non procul ab vrbe constituit. Inde per vnum
 ex magistris Regem admonitum esse voluit, se non
 vt bellum faceret, sed vt illius saluti & dignitati pro-
 spiceret, ad Mombazæ portum naues statuisse. Eam
 namque, Regis Emmanuelis virtutem & benignita-
 tem esse, vt qui illius imperio tenerentur, multo me-
 liore conditione essent, quàm si nullius Regis poten-
 tissimi leges accepissent. Si. n. nullius imperio astricti
 essent, fore, vt soli magno cū periculo hostib. repugna-
 recogerentur. At in regis optimi tutela & patrocinio cõ-
 stituti,

*Animi ma-
 gnitudo in-
 signis.*

*Almeide
 ad Momba-
 zem Re-
 gem nun-
 ciat.*

tuti, futurum, vt facillimè à suis rebus hostium iniuriam prohiberent. Præterea non indecorum regi Mombazensi fore, sub Rege illo esse, cui magni reges in Africa, & in India libenter obtemperarent. Quod si faceret, se illum in loco Regis fidelissimi, & cum Emma nuele fœderati semper habiturum, nihilque omnino prætermitturum, quod ad illius dignitatem & incolomitatem pertineret. Secus enim fieri non posse, quin eum cogat Regis optimi dominatum pati, vt in illius ditione feliciter vitam degat. Hac cum legatione profectus est Arabs: quem Mombazenses in terram descendere minimè passi sunt. Si in terram, inquit, pedem posueris, dilacerabere. Abscede hinc protinus, & Lusitano isti denuncia, hætenus ei cum fœminis Quilofibus, nunc verò cum viris fortissimis rem futuram. Quod quidem si voluerit experiri, sentiet continuo, magno suo malo classẽ hanc in Mombazensem portum delatam fuisse. Almeida cum hoc accepisset, illa nocte iussit Ioannem Nouium cum alio nauarcho aliquid ex incolis illius vr̄bis arripere, ex quo sciri posset, ecquid Rex deliberatum haberet, aut quibus prædictis circumseptus esset. Illi magno cum silentio in terram deferuntur, & hominem improviso corripunt, ad Almeida m̄q; perducunt. Erat autem is ex Regis domesticis & familiaribus. Is minis exterritus narrat, Regem Mombazensem, cum accepisset, Quiloam esse à nostris occupatam, præter milites suos, quatuor millia militum ex vicinis gentibus mercede conduxisse, & alia duo millia expectare. Habere præterea magni tormentorum vim, & omnibus esse rebus instructissimum, quibus confideret, se impetum multò maioris exercitus à moenibus & vr̄be repulsurum. At Almeida nihil secius ciuitatem oppugnare constituit. Itaque postridie Laurentium filium cum alijs Ducibus præmisit, vt in terram summa celeritate se conferrent, & coniectis vndique facibus, eam ciuitatis partem, quæ ad littus pertinebat, incenderent. Factum est hoc ab illis tanta alacritate, vt priusquam hostes obfistere possent,

sent,

multas ædes flamma corripere. Multi tamen occurrunt, & in nostros impetum faciunt. Nostri summa contentione resistunt. Fit atrox prælium, in quo ex hostibus septuaginta cæsi sunt. E Lusitanis duo tantum ceciderunt. Interim flamma vehementius excitata, ciuitatem populabatur, & ciues ancipiti cura distinebat. Nam & cum nostris erat necessariò dimicandum: & ignis, ne omnia incendio vastaret atque conficeret, extinguendus. Tanta interim vis incendij illius extitit, vt nostri ardorem sustinere non possent. Festinater igitur sese in scaphas & in naues recipiunt. Sequenti die Franciscus Almeida antequam dilucesceret, in terra copias exposuit. Tenebras autè noctis flamma, quæ nondum erat prorsus extincta, dispellebat, ita, vt animaduerti posset, nullos esse iam in littore, qui nostros aditu arcerent. Almeida tamè veritus insidias, noluit ante lucem ciuitatem oppugnare. In aliam verò ciuitatis partem Laurentius Almeida se contulit, quam aggredere, vt à patre fuerat imperatum. Murus nullus erat oppositus, qui illorum impetum retardaret. In vias hostibus confertas inuadunt. Erant autem nimis angustæ, & ædes cœnaculis sublata. E fenestris, & è tectis (non enim sunt fastigiata, sed ad libellam directâ) ingens vis lapidum & iaculorum eos obruebat. Nostri eo incommodo præpediti, cedentes hostes insequi non poterant. Fistulis autem ferreis & reliquis tormentis vti propter angustias minimè licebat. Quidam è nostris in ædes irruunt, fores & repagula conuellunt: per scalarum gradus ascendunt, & magno cum periculo in tecta frequentes euadunt. Cũ vero ædes ita coniunctæ fuissent, vt tecta continuarentur, illi totam illam ædium contignationem hostibus nudant, & ita liberum transitum ijs, qui relictis fuerunt in via, præbent. Hostes interim parietes domus vnus disturbanunt. Ea ruina nostrorum aciem impediuit. Præibat Laurentius Almeida: aciem verò postremam firmabat Ioannes Nouius. Moles autem lapidum alterum ab altero ita disiunxit, vt sibi mutuo opulari non

Mombazæ
oppugnatioLegatus re
pulsam pas
sus.Almeida
stratagemasBellum Mom
bazense.Mombazæ
incensio.

non possent. Hic rursus è fenestris & è tectis tanta telorum multitudo decidebat, vt nostri in maximo discrimine versarentur. Ita coguntur iterum nostri ad eas alias expugnare, & à primis ædibus ad alias transilire vbi magna hostium multitudine partim concisa, partim ex iummis ædium tectis detrusa, malum, quod nostros afflictabat, fuit omninò depulsum. Laurentius verò cum intelligeret, quo in discrimine, qui erant in subsidij, versarentur, regressus est, vt opem illis afferret. Sed iam illi erant periculo perfuncti. Itaq; coniunctis copijs in Regiam contendunt. Ibi Petrus Bermudium reperiunt, cui Almeida Regiæ custodiam commiserat. Ab eo autem intellexere, quanta virtute Franciscus Almeida hostes repulisset, vsq; eo, dum in Regiam penetraret, & quo metu perterritus Rex urbem deseruisset. Laurentius patrem sequitur: qui quidem in via quadam cum confertis hostibus acerrimè dimicabat. Ibi filius impetum in hostes dat. Illi verò tergiverunt, & in densam syluam, in quam se Rex abiderat, incredibili celeritate confugiunt. Nostri vbi se se paululum à labore refecerunt, urbè diripiunt. Præda non magna fuit. Ipsi namq; hostes inde maiorem rerum suarum partem asportauerant. Tela tamen & tormenta varia reperta sunt. In hac expugnatione, vt compertum postea fuit, ceciderunt ex hostibus mille & quingenti viri. Capti verò fuerunt supra duominum millia. E quibus Almeida ducentos homines primarios, & lectissimas scæminas seruauit: reliquis libertatem concessit. E nostris quinque desiderati sunt: è quibus vnus fuit Fernandus Decius vir insigni nobilitate, qui in pede venenata sagitta vulnus acceperat. Multi vulnerati fuerunt Ciuitas Almeida iussu fuit rursus incensa. Dū Almeida hæc negotia morantur, portū subiit Nauarchus alius nomine Vascus Gomezus Abreus, cuius nauis tēpestate fuerat à reliqua classe disiuncta. Hinc Melindē versus cursum tenuerunt: sed æstu vehemētissimo à cursu deducti sunt, & insulam delati, qui Melindē viginti quatuor millia passuum

suam distat. In eo reperit Almeida naues duas, quæ etiam fuerant tempestate disiectæ. Vnius erat nauarchus Lupus Chanoqua, alterius autem Ioānes Homo vir & corporis, & animi viribus præstantissimus: militaribus tamen artibus, quàm imperatorijs accommodatior. Almeida cum Regem cuperet inuadere, aduersa tempestate prohibitus, se in classe continuit. ad illū nomen misit, qui eum nomine illius salutarèt, & Regis Emmanuelis munera deferrent. Rex fratrem quemdam suum ad Almeidā cum maximo commœtu atq; muneribus legauit, qui diceret, quàm molestè ferebat se illius aspectu priuari. Hinc profecti, ad insulam Anchediuam peruenere, decimo tertio die Septembris eiusdē anni, qui fuit. M. D. V. In ea insula fuit literis Gonzali Egidij Barbosa, quas præcipiebat dari cuius Duci, qui primus è Lusitania eò nauē appulisset, admonitus, iam magnam aromatum multitudinem ab eo congestam, qua facillè possent multæ naues onerari. Expectari præterea ex Arabia tres naues multis mercibus onustas. Quod si toto mense Septembris in ea insula aliqui è nostris in specula permanerent, fore, vt earū nulla possent euadere. Hac re comperta, Franciscus Almeida Ioannem Hominem dimisit, qui Cochimi, Cananorc, & Coulami, illius aduentū nunciaret, & admoneret regios procuratores, vt, quanta industria possent, onera, quæ in naues erant imponenda, ad aquas exportarent. Lupo verò Chanoquæ & Gonzalo Paiuæ negotium dedit, vt nauibus suis illas regiones diligentissimè perlustrarèt, ne naues illæ, quæ expectabantur, effugerèt. Ipse verò arcis continuò fundamenta iecit in loco nō multū à mari disuncto, in quo parietinas reperit, crucib. colore nigro & rubro multis in partibus insignitas: quod suspicionē faciebat, fuisse olim insulam illā à Christianis frequentatā. Opus multorū operis intra breue tempus ad magnā fuit altitudinē perductū. Nec enim vti cuiquā vel nobilitatis vel dignitatis excusatiōe licebat. Interim peruenit Emmanuel Razagna, quem Almeida, antequam Bonæ spei promonto.

Mombaza
regia capta
rege fugato

Mombaza
capta diripiur.

Fernandi
Decij mors

Melindij
regis ad
Almeidam
legatio.

ANNVS
à Christo
nato, 1505.

Arx in Anchedina
struitur.
Christianis
mi reperta
vestigia.

*Lupi Sanci
naufra-
gium.*

*Mahumetes
rex per
dolum occi-
sit.*

*Barboza
ad Almei-
dam litera*

*Apparatus
bellicus cō-
tra Lusita-
nos.*

montorium flecteret, classis parti præfecerat. Cum illo veniebat Antonius Vascius. Gondissalvus Vascius Goes, Quiloe manserat: sic enim Almeida præceperat. Lucas Fonseca Mozambique hiemabat. Lupus Sancius fluctibus oppressus, cum omnibus, qui in eadem erant naui, interierat. Quinq; tantum viri evaserunt, quos semiuivos Petrus Barretus in nauem suam recepit. Hi autem erant nauarchi, quibus Pazachna Almeida iussu præfuerat. Ex eodem Pazachna intellexit Almeida, Habraemum tyrannum, qui fuerat per Almeida regno spoliatus, operam dedisse, ut Rex Mahumetes per insidias interficeretur. Ad id autem facinus patrandum, virum valde strenuum misisse, quicum se per amicitiae simulationem in Mahumetis familiaritatem insinuasset, illius brachium sica transfuderat. Vulnus autem non fuisse mortiferum: proditorum verò comprehensum sceleris poenas nece atque cruciatu persoluisse, non multis post diebus Chanoqua & Paiua redeunt cum aliquot nauigijs, quæ ceperant, in quibus erant Arabes permulti. Erat etiam inter alias paruas naues Celox Indica, qua vehebatur Lusitanus quidam, à Barboza missus cum literis ad Almeida, quibus significabat, vnam ex illis tribus nauibus, quas ex Arabia venturas scripserat, iam Calecutium peruenisse, reliquas autem duas expectari. In ea autem naui, quæ iam erat in portu, quatuor homines Venetos ab Aegypti Imperatore, quem Sultatum appellabant, missos fuisse comperit, tormentorum conflandorum artifices, quos ab eo Calecutiensis per literas postularat. Narrabat præterea, ab eodem Sultano magnam classem contra nostros aedificari: & similitè Calecutij maxima industria bellum cōparari. Almeida vbi ea comperit, Chanoquam rursus & Paiuam dimisit, quibus præcepit, ut summa vigilantia mare tenerent, & specularentur, ne reliquæ duæ ex Arabia naues effugerent. Ipse verò triremem magnam, ad quæ aedificandam, materiam è Lusitania comportarat, Arabum captiuorum remigio diligenter instruxit: illi

que Ioannem Serranum præfecit. Duas præterea celoces illi attribuit, quibus mare illud ab hostium incursionem prohiberet. Vni ex celocibus præfectus erat Simon Martinus, alteri Iacobus Diazius. Hic Merlaus Onoris Rex (est autem Onor ciuitas ab Anchediua triginta & duobus millibus passuum distans) ad Almeida de pace legatos misit. Erat autem Onore Timoia pirata, cuius antea mentio facta est, qui etiam cum Almeida fœdus ferre in animo habebat, & cum Onoris Rege de eadem pace consenserat. Hi in fidem recepti fuerunt. Ab ijs didicit Almeida, non procul inde arcem egregiè munitam esse, nomine Zincaturam, quæ ad Dacami regnum pertinebat. Arcis tamen præfectus stipendiarius erat Zabaij, quem diximus Goam Imperio tenere. Onorensis cum Goensi bellum fœpenerunt: gerebat. Præcepit Almeida Laurentio filio, ut altitudinem illius portus exploraret. Is cum Ducibus illi attributis ad ostium fluminis, quod secundum arcem fluit, accedens, triginta pedum altitudinem esse comperit: vltius verò progressus, quinquaginta. Arcem verò conspicit in colle sitam. Milites autem vbi scaphas conspexerunt, in littus properarunt. Erant autem circiter mille egregiè armis instructi. Octo solum equis vehebantur, è quibus vnus arcis præfectus erat. Nostri pacis signum sustulere.

Quo conspecto præfectus continuò ad Laurentium contendit, & cum illo pacem facit. Ad Franciscum verò fructus telluris & munera ad vires militum reficiendas satis largè misit. Deinde intra nouem dies, missis ad Almeida legatis, pacem maiore cum caeremonia confirmauit. Eo verò tempore cum nondum Almeida ab Anchediua discessisset, conspicati sunt nostri nauem ingentem, quæ equos è Perfide ferebat. Nostri scaphas conscendunt, & in nauem incurrunt. Perfæ & Arabes, qui in naui erant, metu perterriti, ex parte alia in suæ nauis scapham desiliunt, & in terrâ confugiunt. Nauis verò impegerat, ita, ut eam nostri remulco trahere nō possent. Hic subito fœua admodum

*Onorensis
regis ad Al-
meidam
legatio.*

*Zincatura
arx.*

*Zincatura
præfecti fœ-
dus cum
Lusitania.*

*Ingens na-
uis capitur*

tempestas

tempeſtas coorta eſt, ita, vt ſcaphæ Luſitanæ maxime in periculo verſarentur. Equi, qui fuerant in nauibus, rant vnde viginti, è quibus iam nouem erant ſcaphis impoſiti. Noſtri fluctibus in terram eieciabantur. Arabes autem telluris illius incolæ vndique concurrunt. Noſtri ab illis perunt, vt equos tantisper cuſtodiant, dum illi ſedata tempeſtate reuertantur. Arabes equorum curam ſuſcipiunt. Noſtri Anchediuam magno cum periculo ſe receperunt. Poſtquam tempeſtas ſedita eſt, redeunt, vt equos traiciant. A iunt incolæ, Onoris Regem equos habere. Ad illum miſit Almeida continuò, qui admoneret, vt pacis fœdera ſanctius conſeruaret, & equos ſibi conſeſtim reſtitueret. Regis autem reſponſum id fuit, ex quo poſſet intelligi, gentem illam nulla fœdera religione, ſed vtilitatis præſentis imaginem metiri, eamq; ſæpenumero illius animos à cogitatione periculi conſequentis abducere. Almeida igitur, Emmanuele Pazagna in arce Anchediuenſi cum modo dico præſidio relicto, Onorem curſu petijt. In oſtium verò fluminis, qui ciuitatem alluit, inuectus regionem populari, & naues, quæ erant in ſtatione, in flammam cõſtituit. Arabes qui erant cum nauibus, in portu ſe perfecturos eſſe polliciti ſunt, vt Onoris Rex Almeida ſatis faceret. Ea promiſſio vnum diem Almeida morata fuit. Interim omnes vrbs incolæ in proximis montes cum bonis, quæ potuere, nocte commigrarunt. Rex etiam eò ſe contulerat. Hic Almeida filiũ miſit, vt continuò naues omnes, quæ erant in ea ſtatione, incenderet. Rex (nec enim erant montes valde diſiuncti) cū auerſus aduerteret naues omnes in vltimũ eſſe diſcrimẽ ad ductas, quatuor millia hominum armatorũ ſubſidio miſit. Ignis verò partim in naues, partim in vrbem eiectus, magnopere ſæuiebat. Almeida, nè poſſet ignis hoſtium opera reſtingui, filio præcepit, vt eos, qui ſupplicias afferebant, aggrederetur. Hoſtes erant eo ordine inſtructi, vt facile pelli non poſſent. Cetrati namque primam agmẽ ducebant. Sagittarij eorũ cetris protecti, noſtros tutò vulnerabant. Prælium acceps eſſe videbatur.

debat. Tandem noſtri impreſſione facta, eos in fugam conijciunt. Almeida cū Luſitanos cerneret auidius inſequentes, receptui ſignum dedit. Hoſtes cū ſuſpicati fuiſſent, noſtros timore in claſſem redire velle, cõglobati rursus in illos impetũ dederunt. Noſtri eo ordine ſeſe receperunt, vt tumultus nullus fieret. In ea pugna multi ex hoſtibus ceciderunt: quatuordecim naues incenſæ ſunt, & vrbs propemodum vniuerſa mirabili incendio conflagrauit. Vnus autem tãtum è noſtris occubuit. Almeida in pollice manus dexteræ vnus accepit. Rex conſeſtim per Legatos pacem & veniam poſtulauit. Almeida reſpondit, ſibi tunc non eſſe otium ad firmandum fœdus, ſed breui filium miſiſſum, vt id firmioribus conditionibus ſanciret. Hac regeſta, Cananorem ſe contulit. Dum hæc geruntur, Ioannes Homo, vt fuerat ab Almeida miſſus, de illius aduentu & imperio, vbicunq; neceſſe fuit, omnibus nunciavit. Deinde Coulamum verſus, ex Antonio Salã, qui erat Regius procurator, intellexit, nauibus Regijs Arabum importunitate onus aromatũ, quod debatur ex fœdere, denegari. Erant enim in portu triginta, & quatuor Saracenorum naues, qui tantum poterant, vt vellent in omnes eorũ naues tantum onus imponi, quantum illis libuiſſet, antè, quàm Luſitanæ naues onus vllum acciperent: quauis fœdere cautum eſſet, vt nullum aromatũ pondus Saracenis daretur, antequam Luſitanorum naues expletæ fuiſſent. Hic Ioannes Homo, vt erat natura ſerox, & nunquam vllum in vita periculum formidaret, Saracenos velis & gubernaculis ſpoliauit, eaq; omnia Antonio Salã tradidit. Nunc demũ inquit, tutò naues onerabis. Nec enim naues & gubernacula perſidis iſtis hominibus, vllomodo reſtitues, antequam noſtræ naues iuſtum onus accipiãt. Antonius Sala ita ſe facturum promiſit. Inde profectus Ioannes Homo, duas Saracenorum naues in curſu cepit, Saracenos deinde in nauis vtriuſque ſentina arcũ ſtimẽ colligatos incluſit: ſingulis autem nauibus è nauis ſua ternos nauas impoſuit. Plures enim

*Onorensis
regis perſi-
dia.*

*Bellum O-
norensis.*

*Onorensis
tum claſſis
tum vrbs
incenſa.*

*Onorensis
fuga.*

*Prælium
cum Luſi-
tanis.*

*Inuenta
Luſitanorum
victoria.*

*Arabum in
Luſitanos
importuni-
tas.*

*Ioannis Ho-
minis facti-
nus audax.*

*Capta Sa-
racenorum
nauis ela-
bitur.*

enim non poterat: & ventus erat secundus, ita, vt illis tantum ternis nautis eas facillimè cursum retenturas suspicaretur. Iam erat in Almeida conspectu, & portum intrare incipiebat, cum subito Saraeni, qui erant in vna ex duabus illis nauibus, se vinculis improuiso expediunt, & Lusitanos nauas obruncant, & commutata velificatione, se è nostrorum conspectu proripiunt. Tulit hunc casum Almeida permolestè, Ioan. nemq; Hominem indignum iudicauit, qui ducis alii, quando munere & officio fungeretur. Sed multorum tunc precibus impeditus, nauis præfectura eum minime priuare potuit. Antè quàm verò indè discederet, cõsilio Gonzali Aegydijs Barbosæ arcem ædificare constituit. Admonuit enim illum de Saracenorum perfidia, qui tam multis insidijs Lusitanos pellebāt, vt Rex Cananoris, etiam si vellet à nostris pestem auertere, nõ posset. Ibi igitur tandiu permanere constituit, quam diu arcem, quam cupiebat, extrueret. Ibi accepit regis Narsinguæ legatum aduenisse, vt eum Regis sui nomine salutaret. De qua legatione antè, quàm aliquid dicamus, operæpretium erit de regni Narsinguensis situ & amplitudine pauca dicere. Regnū hoc est in India parte citra Gangē, quæ spectat ad Orientem Solem. Pertinet etiam ad Occidentē, & est à parte mediterranea cum regionib, quæ sunt Goꝝ coniunctæ, finitimum. Cum hominib, autem, qui eas incolunt, continenter bella gerit. Regio est latissima, multis vrbibus culta: multis fluminibus alluitur. Est valdè fertilis & opima: piscatu, venatu, & aucupio, multisq; pecorum & armentorum gregibus abundat. Homines superstitione diuissima conflantur: vnum tamen summum Deum esse consentunt, penes quem aiunt esse summam rerum omnium potestatem. Tēpla profusis sumptibus ædificant, quæ tamen, vt alia India tēpla, monstrorum atq; prodigiorum simulacra contegunt, quib, diuinos honores habent. Brachmanæ tam viri, quàm mulieres sacris præfunt, & in summo apud illos honore sunt. Est aliud genus hominū, quod valdè sanctum habetur.

*Regni Nar-
singuensis
descriptio.*

betur. Hi Baneanes appellantur. Lapidem oui magnitudine pertusum, è cuius foramine tria fila prodeunt, è collo appensum gestant. Huius lapidis significatio: ne summum eorum numen contineri prædicant, & ea de causa maximo honore ab omnib, afficiuntur. Lapis tanta religione cultus, Tambarane nominatur. A carnib, & piscibus abstinent. Semel in vita vxorè ducunt. Illis defunctis, vxores prope illorū cadauera viuæ sepe liuntur. Reliquæ, quæ alijs hominib, nubunt, post virorum mortem viuæ in regum cum magno suorum comitatu, & multis cantib, atq; laudibus inferuntur. Septimo quoq; die ferias agitant. Hic dies est, qui Veneris apud nos appellari solet. Preter hunc diem, multos Anno vertente dies cantibus, & sacris, & statis ceremonijs, insita ingentis religione celebrant. Credunt animum immortalem esse, & post hanc vitam præmia bonis, improbis autem supplicia esse iudicio diuino constituta. Sunt colorati, & eleganter exculti, & amoribus dediti, quorum gratia inter se digladiari solent. Qui alium ad singulare certamen vocat, à Rege campum, in quo cum aduersario congregi illi tuto liceat, exposcit. Si de illius virtute opinio habetur, Rex illum spectat. Victorem aurea catenula donat, quam is, qui victoriam obtinuit, tueri perpetuò debet. aliter enim parti decoris nomen & gloriã amitteret. Licet enim ei, qui velit, armis cū eo de catenulæ illius merito & dignitate certare. Catenula namq; victorem sequitur, & ei detrahitur, qui ab alio superatus extitit. Neq; milites tantum, verum & artifices de artificij præstantia armis inter se disceptant. Maxima huius regni ciuitas Bisnaga nominatur. Ambir⁹ illius supra quatuor milia passuum cõrinet, multis muris cingitur, habet multas ædes amplas, & tēpla valdè magnifica, & est hominum ingēti multitudine referta. Mercib, quamplurimis ex omnibus partib, mirum in modū cumulata est. Mercatores, qui equos è Perside aut Arabia nauib, vehunt, portoria minime soluūt. Reliqui portoria pēdunt. Equos omnes Rex à mercatorib, emit: indè eos

*Baneanes
sancti.*

*Tambara-
ne lapis su-
perstitiosè
cultus.*

Dies festi.

*Animorum
immorta-
litas.*

Duella:

*Bisnaga
Narsinguæ
metropolis*

Regia.**Regis virtus & cultus.****Sepultura Regis.****Iustitia Regis.****Theauri Regis.****Exercitus & stipendiarij Narfinguisis Regis.****Pacifica Narfinguisis Regis ad**

quos vult, sibi retinet, reliquos vel pretio, vel gratuito distribuit. Regia est amplissima, maximisq; sumptibus edificata. horis habet amoenissimos, & piscinas, in quibus sunt pisces innumerabiles. Rex multorum militum praesidio circumseptus incedit, & maxima veneratione atq; ad eam superstitione a suis colitur. Illius mensa conquisitissimis cibis instruitur: corpus illius vnguentis nitescit, & gemmis & auro perpetuo fulgens conspicitur. Vnam praecipue vxorem, quam praeter caeteras eximiam habeat, minimè ducit. Maximè tamen concubinarum numerum habet, quæ è Principum genere deliguntur. Cum Rex moritur, pyra è lignis odoratissimis inceditur, in qua regium cadauer infertur. Ibi concubinae omnes, & omnes illius familiares, & quicumque illi ministrauerant, aut magnè apud illu nomen obtinuerant, in rogam similiter inferuntur. Tanto aut studio, vt crementur, ad rogum accelerant, vt appareat eos in ea mortis, qua Regem suu prosequuntur, societate summum decus arbitrari. Colitur à Narfinguae Regibus, æquabile ius. Mercatores ab omni iniuria tutos & incolumes praestant: sunt plurimi sub illo Dynaste. In eos tamen, si maleficiu inferu alicui, vel caede, vel furtibus animaduertit, ita vt nemo queat sibi propter magnas opes impunitate polliceri. Reges ipsi maximos thesauros coaceruant, & eos, qui à maioribus illis relictis sunt, attingere, nisi cum extrema necessitas vrget, nefas existimat. Itaq; auri, argenti, gemmarum maximos acruos possident. Ex illis praecipue gemmis, quos Adamanes appellunt, qui in ea regione excidi solent, ingentis magnitudinis & ponderis, in thesauros congerunt. Multos milites alunt, quibus equos attribuunt, singulis diebus. Regia cibi & illis & equis assignati sunt. Eis, qui semel apud illum Sacramento dicunt, absq; Regis iussu nullo modo è regni finibus emigrare licet. Pedites habet innumerabiles. Multa alia de moribus Narfinguae, de Regis opulentia, de luxu illius & magnificentia dici possunt, quæ, nè simus longiores, quam instituta ratio postulat, omittimus. Rex qui eo tempore imperia tenebat,

tenebat, fama earum rerum, quas nostri in India gesserant, commotus, cum Praetore amicitiam iungere, fecerit, serire constituit. Itaq; Legatum ad Almeida misit cum literis & muneribus, quæ nomine illius ad Emmanuelem deferenda curaret. Fuit Legatus, ab Almeida satis honorifice receptus. Legatus postquam Almeida literas legit (caeterum non aliud, quam vt legato crederet, admonebant) legationem suam exposuit. Legationis sententia hæc in summa fuit. Narfinguae Regem summo studio & cupiditate foederis cum Rege Emmanuele sancienti flagrare. Famam namque virtutum admirabilem, quibus Emmanuel ornatus erat, illi acres stimulos admouisse, ad eam, vt nihil ardentius expeteret, quam Principi tam praclaris artibus praedito amore summo coniungi. Se verò huius famæ testimonium non aliud desiderare, quam admiranda facinora, quæ Lusitani in India paucis illis annis ediderant. Nec enim fieri posse in animum inducebat, quin Rex, qui tam fortibus hominibus imperabat, esset singulari, atq; propè diuina virtute praecellens, atque valde dignus, quem omnes orbis terrarum Reges certim amarent, & omnia gratia illius cuperent. Proinde se libentissimè omnia, quæ posset, pro illius dignitate perfecturum: neq; commissurum, vt ab aliquo Rege alio amoris & studij magnitudine erga Regem Emmanuelem vinceretur. Quod si connubij ius haud aspernaretur, se libentissimè desponsurum filiam virginem, quam habebat excellenti specie & pulchritudine, cum dote summa, Ioanni Regis ipsius Emmanuelis filio, vt amicitia nuptijs eiusmodi sanctius firmaretur. Hæc quidem legatio continebat. At tulit praeter ea à Rege suo torques duos gemmis clarissimis distinctos, & annulos similiter cum gemmis ingentis pretij, & vestes aureas & sericas: quæ volebat, vt ad Emmanuelem, vbi primum nauigandi tempus esset, mitterentur. Hanc legationem Almeida lætus accepit, Legatumq; multis muneribus affectit, Regisq; nomine, Narfinguae Regi honorificis admodum verbis rescripsit, fidemque de-

*Almeida
legatio.**Narfinguae
sis ad Emmanuelem
munera.**Almeida
responsum.*

que dedit, se munera illius Emmanueli missurum, o-
peramq; daturum, vt intelligeret, vix aliquem reperi-
ri, qui meliori animo sese ad amicitiam illius appli-
casset. Vbi Narlinguæ Legatum dimisit, in terram
scaphis inuestus est. Ibiq; prope littus in palmeto
quodam tabernaculum collocari præcepit. Quo in lo-
co Rex Cananoris illum inuisit. Ibi verò multis ser-
monibus vtrò citroq; satis amanter habitis, Almei-
da à Rege postulauit, vt illi faceret potestatem arcem
ædificandi, que non solum nostros à Saracenorum im-
portunitate defenderet, verùm & ipsi locum contra ho-
stiles impetus & incurSIONES tutiorem efficieret. Satis-
fecit illius postulato Rex, & arx ædificari tanta diligẽ-
tia cœpit, vt intra paucos dies ad summam altitudi-
nem perueniret. Aegidius namq; Barboza iam pridẽ
illius fundamenta iecerat. Non tamen arcem, sed do-
mum amplam se ædificare simulabat, in qua laxius
habitarẽt. Timebat enim, ne ei plurimum nomen ar-
cis in principio noceret, antè quam Almeida id in ma-
gni beneficii loco, postquam tempus maturius esset, à
Rege postularet. Arx Sancti Angeli nomen obtinuit.
Lupus Britius præfectus illius extitit, cui centum &
quinquaginta Lusitani milites attributi sunt. Dum
hæc fiunt, fuit Almeidae nuntius allatus de nece An-
tonij Sale, qui, vt diximus, Coulam Regis Emmanue-
lis negotia gerebat. Postquam enim Ioannes Homo
magis intrepidè, quàm prudenter Saracenis guberna-
cula & vela detraxit, eaque omnia Antonio Sale affer-
uanda commisit, tantisper dum Regis Emmanuelis
naues iustum onus acciperent, ipse profectus est, vt ad
Almeidam contenderet. Interim verò Saraceni ea cõ-
tumelia lacerasti, multo acrius odium, iam diu in Lu-
sitanos conceptum, exprompserunt. Quod vt facilius
efficerent, ad faci noris societate vrbis ciues incitabant.
Expectate, dicebãt illi, dum homines ambitione & te-
meritate præcipites, postquã maiores opes habuerint,
vestræ libertati faueant, & fidẽ, quam dederunt, religio-
ne summa tueantur. Videtis homines paucissimos,
ab omni

Cananorensis cum Almeida congressus.

Arx Cananore extruitur.

Antonij Sale mors.

Seditiosa Saracenorum ad Coulamensis oratio.

ab omni suorum auxilio distinctos, audere tãtum fa-
cinus, vt in ciuitate vestra, atq; adeò in oculis vestris,
nos homines vobiscum antiquo fœdere & societate
coniunctos velis & gubernaculis spoliãrẽt, & merca-
tores ingenuos, è quibus tantum emolumentũ quot-
annis accipitis, indignissima contumelia vexarint, &
quasi iam sint in huius regni dominatione constituti
vestra patientia ad tyrannidem abusi fuerint? Quid e-
nim aliud egerunt, cũ hanc tam insignem iniuriã no-
bis intulerunt, quàm vt nos omnes contemnerent, &
ipsi sese pro dominis admodum insolẽter ostentarent?
Id enim tam pauci numero in alieno solo, & in excel-
lentis Principis regione, & in maxima ciuium frequẽ-
tia fecerunt, quod rex ipse ciuium dominus, vt faceret
nunquã in animum sibi conditionib; vllis induxisset.
Quare contumelia hæc non nobis, sed vobis ab homi-
nibus audacissimis illata est: qui nunc nõ id agunt, vt
nobis molesti sint, sed vt vestram patientiã tentent: &
si id dedecus inultum patimini, vobis nõ libertatem
modò, sed etiã fortunas eripiant. His vocibus gentem
ad facinus incendunt, & in Salã impetum faciunt. Ille
verò cũ duodecim Lusitanis (non enim plures erant)
in Fanum confugit sanctissimæ virgini dicatum. Ibi
tunc acri animo ad resistendũ se parant, tantoq; ani-
mo furorem hostiũ repellunt, vt perumpi non facile
possent. Hostes cũ cernerent, se non posse sine suorum
cæde Fanum oppugnare, ligna circumdant, & ignem
subiiciunt: atq; ita omnes Lusitani, qui erant in Fano
combusti sunt. Erat in porru Petrus Raphael, qui so-
ciji opem afferre in re tam præcipiti & inopinata ne-
quiuit. Qui tamen in cædis illius viãdista, quinq; na-
ues hostiũ, qui in anchoris consistebant, incendit: de-
inde Cochimũ versus cursum tenuit, vbi iam Almei-
dam reperit, & ea, quæ acciderant, illi narrauit. Almei-
da sine vlla cunctatione filiũ iussit, vt Coulamũ ver-
sus cũ classe, quantum fieri posset, acceleraret, & in om-
nes naues, quas in portu inueniret, ignẽ conijceret.
Factum est hoc tanta celeritate, vt priuquam id Sara-
cenorum

*13. Lusitani vna cũ tem-
plo combusta
per sedutio-
nem.*

27. *Conla-
mensium
naues incē
sa.*

*Nambea-
dara Cochi
mi Rex.]*

*Munera et
honores in
Cochimen-
sem Regem
saluta.*

cenorum aliquis suspicari potuisset, Lusitanæ naues se in conspectum darent, & vigin ti & septem hostium naues incenderent. Ioannes tamen Homo, intemeritatis illius poenam, nauis præfectura ab Almeida priuatus est. His rebus gestis, Almeida in terram delatus, atque à Cochimi Rege honorificè admodum salutatus fuit. Eo autem tempore Rex ille, qui pro seruanda nostris fide tantum salutis & imperij periculū adiecit, minimè regnabat. Religionis enim gratia se regno abdicarat, & in sanum quoddam apud illos valde sanctum, vt sacris vacaret, se contulerat. Regnum vero Nambeadaræ fororis filio, ad quem regnum genti more veniebat, voluntate sua reliquerat. Almeida igitur cum existimaret esse superuacaneum, ad Regem qui præ se iusserat, & regnum & omnes regias opes pro nihilo putare, munus aliquod deferre, ea munera iuueni Regi deferenda esse statuit, quæ erant aunculi fidei & amicitia debita. Decevit enim, vt ad eum ad quem regni patrimonium venerat, præmium eius virtutis & constantia, quasi quædam hæreditas valde legitima perueniret. Itaque tabulatum altitudine medica constitutum iussit, peristromatis maximi pretij & tapetibus instratum. Ibi verò Regem, vt ab omnibus conspici posset, in sella collocavit, orationemque habuit, quæ illius animum spe multò felicioris conditionis erigeret. Dixit enim, Regem Emmanueli pro meritis excellentibus, & singulari fide Trimumparæ Regis, illum semper ornatissimum cupere, & socium & amicum non appellare tantum, sed etiam habere velle. Et quando Trimumpara fuisset eo animo vt omnia viuens abieciisset, quæ reliqui mortales maximi faciebant, omnia iure ad eum, qui in locum illum successerat, esse transferenda. Quo circa se nomine Regis Emmanuelis Nambeadaram corona aurea donare. Præterea fidem dedit, illum in Regis Emmanuelis patrocinio semper futurum, è cuius manu regnum tunc sibi & hæredibus suis accipiebat: eumque Calecutiæ Regis imperio atque dominatu liberatum fidem

fidemque suam astringebat, fore, vt ab illo omnium hostium impetum propulsaret. Præterea faciebat illi potestatem æris, auri, & argenti cõflandi, cudendi, & feriendi: & vt esset semper immunis, eoque iure regnum possideret, quo optimo quisquam Rex maximus opes suas tueri potuisset. Rex summas egit Regi Emmanueli gratias, fidemque dedit, se semper in potestate illius futurum, nullamque dimicationem pro illius amplitudine recusaturum: Almeida verò coronam auream, quâ manu tenebat, capiti illius imposuit. Hanc orationem tubarum concentus consequuti sunt, & rex corona & alijs præterea muneribus, quæ acceperat, lætus domum rediit. Almeida onerandis octo nauibus quæ erant in Lusitaniam continuè reuersuræ, strenuam operam nauauit. Nauarchi inde profecti, cursum suum tenuerunt, quo tandem Kalendis Februarij, anno M. D. vi. in terram incognitam delati sunt, latissimam, multaque syluis densissimis vestitam, & pecoribus abundantem. Conspiciunt deinde decem lintres, quibus homines colorati, capillo crispo, nudo corpore, cum arcubus & sagittis vehebantur. Hi in nauem, cuius Fernandus Suarius nauarchus erat, feruntur. Quinque & vigin ti ex illis nauem conscendunt. Fuerunt libenter admissi, & cibis liberaliter inuitati atque vestiti. Sermonis sonus erat ignotus. Nutibus mentis sensa proferebant. Discidunt illi lati, vt apparebat: sed vbi paululum se à nauis remouerunt, hospitij mercèdem sagittis soluere constituunt. Nostri tormentis eos propellunt. Fernandus Suarius cum videret alios propè nauem, cuius nauarchus Rodericus Freirius appellabatur, eum admonuit (nec enim naues inter se valde distabant) vt aliquos interciperet. Fuerunt viginti & octo capti. Inde secundum oras illas nauigantes, incidunt in flumen, vbi aquationem fecerunt. Quo in loco incolæ manu comparata in illos impetum tulerunt. Nostri se in scapham receperunt, & hostes è nauibus tormentis acerrimè vulnerarunt, qui partim interfecti, partim in fugam conuersi sunt. His signis

*ANNVS
à Christo
nato, 1506.
Lusitani in
terram in-
cognitã de-
feruntur.*

*Ingrati ho-
spites.*

*Pugna cū
Barbaris.*

signis Lusitani experti sunt, gentem illius oræ minime hospitalem esse. Atque primū insulam esse minime putabāt. Postquam omnes illius oras præteruēti, promontoria extrema transiisere, tunc liquido percipici potuit, eam insulam esse, quæ nominabatur olim Madagafcar. Nostri insulā S. Laurentij nominant. Ea verò est illi regioni opposita, quā appellant Aegesimbam, & ad ortum Solis sita est. Classis Olyssipponis portum subiit vigesimo quarto die Maij, anno M. D. VI. Interim in ea Aethiopiæ parte, quam Zofalā nominant (ea autem Aegesimbæ pars est) hæc acciderit. Anno M. D. V. Rex Emmanuel, postquam Franciscus Almeida Olyssipone profectus est, aliam classem instruendam curauit, cuius præfecturam Frãncisco Gnaie attribuit, ea sex naues continebat. E nauarchis autem vnus, nomine Ioannes Lacteus, dum orā Aethiopiæ legeret, & hamato telo piscem transfigere vellet, in mare demersus, nusquam comparuit. Alius autem nauarchus dum in terrā, vt carnes nauis pararet, paulò audacius ingrederetur, ab incolis cum multis, qui illum festabantur, occisus est. In vtriusq; locum alij substituti sunt. Hinc profecti, dum ad promontoriū Bonæ spei cursum dirigunt, tãto interuallo ad Austrū deflexere, vt illis aqua conglaciaret, & ipsi niue & pruina torperant, nimioq; frigore distenti, vix se loco mouere possent. Tandem ad Septentrionē promontorio superato delati, ad oram Zofalæ naues constituunt. Gnaia cum quatuor minoribus nauib. (duæ namq; maiores portum intrare non poterant) in intimū Zofalæ sinum penetrauit. Regiõ illi vir annos natus septuaginta, qui tunc cæcus erat, sed in re militari, antequam in morbo illum incidisset, magnum sibi decus pepererat, impetrabat. Oppidum non erat valdè magnū, nec ædes magnificæ, in strætæ tamen bombycinis peristromatis, & densis veprib. circunvallatæ. Erat autē huic regi nomen Zufe, qui Gnaiam valdè comiter atq; benignè suscepit, illiq; fidem dedit, se omnia Regis Emmanuelis causa libentissimè facturū. Erat autē multis militibus circum-

circumseptus. Hi erant Saraceni colorati, vmbilico tenus nudi, gladijs cū manubrijs eburneis accincti, reliquum corpus pannis sericis & gossipinis amiciebant: capita circumductis bombycinarū & gossipinarum vestium spiris valdè implexis, & circumplicatis ornabāt. Ibi post multa beneuolentiæ signa, petijt à Rege Gnaia vt faceret sibi potestatem, quod sperabat ipsi Regi feliciter euenturū, arcis ædificandæ. Rex id summa facilitate concessit. Postquam autē Gnaia ab illo digressus est, Saracenus quidam natione Aethiops, qui plurimū apud Regem poterat, Acotes nomine, cū Gnaia amicitiam firmavit, illumq; de regionis illius natura, & demorib. gentis admonuit. Gnaia continuò arcem ædificauit, & tam diligenter operi institit, vt intra paucos menses illud ad iustam altitudinem perduceret. Deinde à se alios partim in Indiam, partim Quiloam dimisit, & ipse cū illis copijs, quæ sibi visæ sunt, in arce remansit: ad quam perficiendam, indigenæ etiam strenuam operā nauabant. Id cū Saraceni permulti indignè tulissent, ad Regem adeunt, eumq; monent, vt hominum maleficiorū insidias præcaueat. Amicitia ab illis simulari, perniciè verò & exitium interim illius rebus intendi. In quem finē, inquit, arcem in sedibus tuis excitant, nisi vt potentiores effecti, te hinc exturbent, omnibusq; te opibus atq; fortunis expolient? An non his fraudib. Quiloe Regem expulerunt? An non in India multos Principes per summū scelus bonis euerterunt? An non vbicunq; pedè ponunt, fraudis & la trocinij impressa vestigia relinquunt? Si sapis igitur, eos ante, quàm vires colligant, opprime, ne postea frustra pestem à te, ciuibus tuis, auertere coneris. His sermonib. stimulatus Regulus ille, manū secretò comparat, & diem facinori præstituit. Fuit Huius sceleris indicium per Acotem Gnaie delatū. Gnaia vt conueniebat, ad hostes acerrimè propulsandos se parauit. Hostes, vt erat constitutū, in arcem impetu feruntur, tela ignita coniiciunt & quibus possunt machinis, mutuos oppugnant. Acotes verò cū centum hominib. vt nostris

Madagafcar insule n. S. Laurentij inuentio.

RES Africane.

Franciscus Gnaia nomen classem præfectus.

Zofalæ rex cæcus, Zufe nomine.

Gnaia cū Rege amicitia.

Arce à Gnaia extruuntur.

Saracenoꝝ de Arce Zofalensi que relata.

Perfidia regis Gnaia indicata.

Arcis oppugnatione.

nostris subsidio occurrat, in arcem ingreditur. Fuit a-
cre praelium. Hostes tandem telis atq; tormentis repel-
luntur: & cum se in fugam darēt, nostri eos insequun-
tur, nec vlllo modo patiuntur, vt illi se à timore & tre-
pidatione reficiant. Itaq; in illorum tergis inhæren-
tes, eos vsq; in oppidum, in quo regulus domicilium
habebat, persequi contendunt, & in Regiam denique
vadunt. Regulus in cubile suum se receperat: ibi cum
nostri vestigijs illius insisterent, is quauis & senex, &
oculis orbatus esset, in extremo tamen vitæ discrimi-
ne animum minimè demisit, sed iacula cōtra nostros
intorsit. Vix fieri poterat, vt telum aliquod frustra, eò
quod nostri valdè conferti essent, accideret. Itaq; ali-
quot Lusitanos homines iaculis emissis vulnerauit,
inter quos ipse Gnaia fuit, cuius ceruicem iaculo sau-
ciauit. Quod cū Emmanuel Fernandus, qui Regis
Emmanuelis in ea regione negotia gerebat, animadu-
erteret, in Regulum inuasit, & caput illi continuò
præcidit. Occiso Rege præcepit Gnaia nostris, vt à ma-
lificio abstinerent, & vniuersæ multitudini parco-
retur. Voluit enim ea significatione clementiæ inco-
las ad se allicere, vt qui virtutis documenta perspexe-
rant, humanitatis etiam lumen in perditis rebus ex-
perirentur. Hac re gesta Gnaia visum est, reipub. illius
statum collocare, & præmio etiam digno Acotem, qui
strenuam operam in eo tumultu nauarata, afferere. Il-
lum igitur Regis Emmanuelis nomine Regem crea-
uit, & ciues, vt illi libenter obtemperarent, effecit. A-
cotes fidem dedit, se perpetuò, quæcunq; Rex Em-
manuel, & Duces illius ei præscriberent, esse facturū.
Interim cū cælum illius regionis esset nostris infe-
stum, & propter palustres humores ardentissimis Soli-
bus excitatos, corpora multorum in ficeret, accidit, vt
Lusitanorum corpora summus languor occuparet, &
multi decumberent, & tetralue atq; tabe confecti mo-
rerentur: ipseq; Gnaia eodē morbo sublatu est. In cuius
locū fuit Emmanuel Fernandus omnium consensu
substitutus. Eo aut tempore Almeida ex Cidebarbu-

to, & Emmanuele Corefma nauarchis, qui in Indiam
missi ab Emmanuele fuerāt, intellexit, Petrū Gnaiam
morbo extinctū esse: & præterea in vrbe Quiloenſi tu-
multuari, propter necē Mahumeti regi per summū sce-
lus illata. Illum namq; Rex Tirenadicū dus, qui erat co-
gnatus Abrahami, insidijs occiderat. Hæc illi, cū oram
illius regionis legerent, vt fuerant ab Emmanuele iuf-
si (volebat enim Rex intelligere, an Franciscus Albu-
querqueus, & Petrus Mendoza, qui perierāt, in aliquam
illius regionis oram euasissent) in cursu cognouerant.
Almeida continuò Noniū Vascium Perieram in Zo-
falam misit, qui arci præesset, & in cursu Quiloā mo-
tibus propter necem Regis agitatum constitueret, &
in auctores etiam cædis, si fieri posset, animaduerte-
ret. Hoc in loco non crit abs re, de regionis huius situ
pauca dicere. Constat iam inde ab Homeri temporib.
eam Africæ partem, quam Græci Aethiopia appellat,
in duas partes esse distinctam. Vna namq; vt ipse
Homerus auctore est, ad occasum Solis, altera ad ortū
pertinet: & vtriusq; partis regiones vltimæ, quæ ad Au-
strum longissimo tractu protenduntur, Oceano termi-
nantur. Occidentalis Aethiopia cum ea Africæ parte,
quæ Gaditano freto definitur, continens est, atque in
Austrum inde continuata distenditur, vsq; eo, dum
quinq; tantum fermè gradibus ab æquinoctiali regio-
ne distet, atq; deinde in ortum Solis flexitur, & ad
principiū promontorij Bonæ spei maximo spatio di-
latatur. Inde verò rursus in Austrū tanta longitudine
procurrit, vt æquinoctiū superet, & Austrū versus, cir-
citer gradus triginta & quinq; ab æquinoctiali plaga
distet. Inde ad ortum Solis extenta, ad æquino-
ctialem rursus adducitur, & Septentriones respicit, do-
nec tandem in sinum Arabicum atq; in promontoriū
Præsum perueniat. Ibi Arabiam ab ortu solis spectat,
Præsum autem ille sinus Heroum ciuitate definitur.
Continet autem Aethiopia supra dimidiam Afri-
cæ totius partem. Regio partim est fertilis, & multis
frugibus, & armentis, & pecoribus abundat, & quam
pluri-

*Quiloenſis
tumultus.*

*Zofalenſis
regni descri-
ptio.*

*Aethiopia
duplex.*

*Gnaia
mors.*

*Aethiopia
lingua &
mores.*

plurimis fluminibus alluitur: partim deserta & inculta & rerum omnium asperitate vastata. Est etiam in illa non solum maxima linguarum, sed etiam morum diffinitio. Nam quidam sunt mites, & commodi, & ad omnem rationem humanitatis propensi. Alij vero sunt moribus immanibus efferati. Ea vero pars Aethiopiae, quae spectat ad Solis ortum, à promontorio illius maximi flexu incipit, & deinde ad Aethiopiam, quae supra Aegyptum est, post varios sinus & flexus extenditur. Continet autem Aethiopia elephantos quamplurimos, è quibus magnam vim eboris mercatores inde in multas alias orbis terrarum regiones important. Abundat multis auri, & æris, & argenti venis, alijsque rebus innumerabilibus, plurimis in locis opulenta est. Calores tamen nostris hominibus infestissimi, & feroces mortiferæ eos his commodis omnibus arcent, terroribusque mortis obiectis impediunt, quò minus multas ex Aethiopia utilitates excipiant. Quanquam tantas plerumque vires habet auaritia, ut mentes hominum à cogitatione mortis, qua nihil videtur esse terribilius frequenter abducatur. In hac autem Aethiopiae parte, quae est ultra promontorium Bonae spei, quae Australi Oceano terminatur, est regnum latissimum, quod Benomotapa regnum ditiissimum auri.

Benomotapa regnum ditiissimum auri.

Regem incredibilem superstitione venerantur. Rex duo Regiae maiestatis insignia gestat. Vnum est, paruus quidam ligum eburneo manubrio. Alterum iaculis duobus haec ita magnis continetur. Ligone subditos ad terrae culturam adhortatur, ne propter ignauiam atque desidia terram deserant, & fame coacti latrocinentur. Novum

Regis insignia.

ro ex iaculis significat, se scelerum vindicem futurum altero vim, externam ab hostibus armis atque virtute repressurum. Regum filij, quos habet stipendiarios, apud illum nutriuntur, tum ut ea educatione Regem debita fide & amore prosequi studeant, tum ut illis obsidibus Rex eorum parentes in officio & fide contineat. Est maximo semper exercitu constipatus, quavis summa pax & otium cum omnibus finitimis nationibus sit illi firmo scedere constitutum. Tunc enim censet, sibi nullum à bello fore periculum, cum in pace bellum semper Regum fortunis impendere suspicatus fuerit. Singulis annis mittit ex suis domesticis & familiaribus, qui ignem nouum Principibus & Regibus, qui in illius ditione sunt, nomine ipsius Regis impertiat, atque inde reliquis hominibus distribuatur. Quod quidem ad hunc modum fit. Vbi Legatus ad domum cuiusuis Principis accedit, ignis extinguitur. Deinde rursus à legato nouus ignis excitatur: tunc omnes eò comitant, ut ignem inde in domos suas inferant. Hoc qui facere recusat, proditor atque rebellis existimatur, & tanquam maiestatis reus, extremo supplicio punitur, & si opus ita fuerit, exercitus in illum comparatur, ut hominem fidei desertorem multis excruciatuum supplicij in terimat. Hec quidem de regione illa Aethiopiae, cuius ambitu Zofala etiam continetur, satis esse puto. In India vero Fraciscus Almeida, ne tempus vllum abire sine fructu pareretur, Laurentium filium cum classe nauium nouem misit in insulas, quae Maldia appellatur. Sunt autem complures, modicis inter se aestuarijs diuisae, Cochi quoque circiter bis centum & quadraginta millibus passuum distant. Ibi eum iubebat speculari, num quae naues Saracenorum ab Oriente Sole in Occasum nauigarent, quas ipse captas Cochimum perduceret. Tanta vero fuit aestus vis, ut Laurentius à cursu prorsus abduceretur. Delatus autem fuit in insulam non ita lato mari à Cori promontorio, quod Comorinum appellant, disunctam: quam multi suspicantur esse Taprobanam. Sed qui Ptolemæum sequuntur, Taprobanam

Prudentia factum.

Superstitio sui mos ignis à Rege quotannis petendi.

RES INDI CAE.

Maldia insula.

Comorinum promontorium.

R probanam

*Zeilanda
insula.*

probanam asserunt esse illam, quæ est aureæ Chersonæ
so opposita, quam incolæ Samatram appellant. Hæc
autem, de qua loquimur, à Prolemæo Cori, nomine
promontorij Indici, in quod spectat, appellatur. Insu-
la nominatur ab incolis Zeilanda. Ea patet in longi-
tudinem à Septentrione ad meridiem circiter ducenta
& quinquaginta passuum millia: latitudo autem, ubi
est latissima, non ultra centum & quadraginta milli-
bus passuum dilatur. Est autem admodum fertilia,
neque solum varijs frugibus abundans, verum & her-
bis, & plantis odore mirifico redolentibus egregiè ve-
stita: quæ quidem sine vlla cultura proueniunt. Ma-
lorum citreorum nemora sunt densissima: fructus va-
rij atque multiplices tam sapore, quàm odore gratissi-
mi. Magnam præterea vim cinnamomi passim fun-
dit. Multi præterea pretiosissimi lapides atque multi-
plices è saxorum ingentium venis eruuntur: & gem-
mæ etiam incredibili multitudine, & singulari colo-
re atq; fulgore, extractis ostreis è profundo maris gur-
gite, reperiuntur. Ad hæc, miram Elephantorum co-
piam nutrit. Erat tota insula septem regnis distin-
cta, è quibus tamen vnus & opibus, & dignitate, & im-
perio multum reliquis anteibat. Is in ciuitate maxima,
quæ Columbum appellatur, imperij sedem & domici-
lium collocabat. Est in media insula mons præcelsus,
multis paludibus cinctus. Ex illius summo fastigio col-
lis assurgit, è cuius medio è lacu quodam aquæ dulces
atq; perennes emanant. Prope lacum est silix, in qua
cernitur vestigium hominis impressum. Est autè insi-
tum incolis, vestigium illud esse primi parentis gene-
ris humani, qui inde in cælum sublatus ab illis esse di-
citur. Nō procul autem inde Sacellum visitur, in quo
duo sepulchra mira superstitione coluntur. Existimant
enim in his condita fuisse corpora primi hominis, &
vxoris illius, è quorum semine fuit vniuersum genus
humanum propagatum. Ea verò opinio animis peni-
tus infixæ facit, vt eò multi Saraceni, & alij longè di-
uersis superstitionibus impliciti, religionis gratia coa-
uant,

*Columbū
Zeilandæ
metropolis*

*Adami ve-
stigium.*

*Protoplasto-
rum sepul-
chrum.*

uant. Locus adeò accliuus est, vt neque manibus niti
ad summum possint, sed scalis & catenis adiuti eo per-
ueniant. Ad hanc insulam Laurentius cum classe sibi
commissa delatus, portum subiit, quem incolæ Gabali-
canum appellant. Id cum Rex (nec enim inde procul
aberat) accepisset, Legatum ad illum continuo cum
muneribus misit, qui ab eo pacem peteret. Laurentius
Legatum benignè & hospitaliter accepit, & muneribus
illis ornauit, quæ ei grata fore suspicatus est. Tandem
vt pacem cum illo firmaret, misit vnum de comitibus
suis, virum nobilem atque primarium, Pelagium Sou-
sam nomine, qui in regiam deductus, Regem offendit
miro fulgore circumlucentem. Partim enim gemmis,
quibus erat exultus, partim cæreis facibus, quamuis
dies esset clarissimus, omnia splendebant. Ad maiesta-
tem enim pertinere existimabat, eiusmodi facibus cir-
cumfedit. Fuit Pelagius Sousa cum reliquis, qui illi
fuerant comites attributi, admodum honorificè rece-
pit, sed usq; sine vlla recusatone sancium. Fœderis
conditiones hæc fuerunt, vt is Emmanueli Regi singu-
lis annis tributum nomine ducenta & quinquaginta
millia pondo cinnamomi penderet. Rex autem Em-
manuel illum in fidem & clientelam reciperet, & Du-
cibus suis præciperet, vt illius portus atq; maritimas ciui-
tates ab hostium iniuria prohiberent. Id fœdus sub ea
conditione ratum habuit Laurentius, si pater illius au-
thor fieret. Pondus tamè cinnamomi fuit Regis iussu
nauib. Lusitanis impositum. Tantus enim erat regi me-
tus iniectus, vt vix vllū officium, quod ad pacem cum
nostris firmandam valeret, ei satisfaceret. Eiusdè con-
sensu Laurentius in terra columbam marmoream cum
Regijs Emmanuelis insignibus statui iussit, quo signifi-
cabat, insulæ possessionem ab illo nomine Emmanue-
lis occupari. Hac re cōfecta, Cochimū ad patrem redijt,
à quo fuit in Anchediū missus, vt arcem muniret, &
totam illā oram maritimam perlustraret. Emmanuel
Pazagna similiter Cananorem eiusdem Almeidæ
iussu petijt, vt Laurentio Britio in arce ædificanda

*Gabalica-
num por-
tus Zeilan-
dæ.
Zeilanden-
sis ad Lau-
rentium le-
gati paci-
fica.*

*Fœdus Zei-
landensis
Regis cum
Emmanuelis.*

*Lodouici
VVartmani
ad Lusitanos ad-
uentus.*

atque munifenda opem afferret. Interim dum tempus in his negotijs teritur, venit ad Laurentium vir quidam Italus, nomine Lodouicus VVartmanus, patria Bononiensis, qui studio orbis terrarum cognoscendi, multas regiones peragrarat, atque tandem sub mercatoris habitu, cum se Saracenum esse simularet, Calecutium peruenerat. Ibi cum multi multa de Portugalesibus commemorarent, nomine gentis excitatus, quasi quæ gens esset, ignoraret, qui mores & instituta illius essent, quam religionis sectam sequeretur, quo casu fuisset in Indiam delata, quasi uisit. Saraceni gentem esse maleficam & sceleratam narrat, cuius omne studium in latrocinio & crudelitate consumeretur, multaque iam detrimenta Saracenis in partibus illis intulisse. Tum Lodouicus simulat se indignissimè pati, tantam gentis impurissimæ audaciam & temeritatem tandiu impunitam esse, quæ iam interitu funestissimo debuisset meritas facinorum & scelera poenas exoluere. Inde cum se in familiaritatem eorum, qui plurimum poterant, insinuaret, & consilia Regis explorat, & quo animo classem ingentem compararet, quibus a auxilijs se in nominis Lusitani perniciem sepiet, intelligit. Interim spem maximam concipit, fore, ut breui Lusitanorum ope sese à Saracenorum familiaritate impurissima vendicaret. Cum Mediolanensibus autem consilia communicat, & eos adhortatur, ut relicto Calecutio se ad Lusitanos conferant. Respondent illi se Christianos esse, scelera tamen suorum conscientia perterriti, ne ad Christianos confugiant. Lodouicus bono illos animo esse iubet, seque operam daturum pollicetur, ne illis fraudi esset facinus, quod in Christianum nomen consciuerant. His ita constitutis, quam primum occasionem oblatam vidit, arripuit, atque ad Almeidam se contulit. In eo cursu in Laurentium incidit. Ibi tunc quas copias Rex Calecutiensis pararet, quam classem instrueret, illi nunciavit. Docuit præterea, valdè Mediolanenses facti sui poenitere. Eosque, si veniam impetrarent, libentissimè ad Lusitanos redituros

dituros. Quod ut confestim fieret, Laurentium vehementer adhortari cœpit. Illorum namque opera quamplurima tormenta apud Calecutiensem Regem conficari, multosque idem artificium ab illis inuitissimis perdiscere. Laurentius illum laudat, & muneribus afficit, atque promissis excitat, ad patremque deduci iubet. Pater confestim filium per literas admonuit, ut se ad dimicandum cum hoste pararet. Et Lodouicum dimissit, ut Calecutium reuersus, Mediolanenses data fide Cochimum perduceret. Id Mediolanenses latissimis animis acceperunt. Sed dum fugam parant, fuit eorum consilium enūciatum, deprehensique poenas morte crudelissima luerunt. Lodouicus vix se fuga à periculo cædis proripuit. Interim classis Calecutiensis summa vi parabatur. Ea fuit octoginta maiorū nauium, & centum & viginti quatuor paronum. Erat autem & armis, & tormentis, & hominum multitudine, multisque munitionibus instructissima. Laurentius cum classe vndecim nauium in illam inuectus est. Erant autem in hac classe octingenti milites Lusitani, viri acres, & armis egregiè muniti. Auxilia præterea Indica, non tamè valdè firma, conuaserat. Ventum erat ad Cananoris oram, cum virinque concursus est. Atque primum cum dissonis clamoribus, tubarum cantibus, tormentorum crebris ictibus mare atque tellus tremefacta strepitus horrendos edidissent, tandem naues ipsæ manibus ferreis inter se deuinctæ concutiuntur, Laurentius nauem hostium prætoriam conspiciat, in eam impetum fecit, & harpagone sæpè frustra coniecto, tandem eam firmè retinuit, fuit utrinque satis acriter dimicatum. Laurentius tamen in nauem insiluit. Illum Philippus Rodericus, Ioannes Homo, Fernandus Petreius Andradius, Vincentius Pereira, Rodericus Pereira, & alij quidam homines fortissimi sequuti sunt. Erant sexcenti milites in hostiū nauem, qui cum rem in summum discrimen adductam cernerent, ne inulti caderent, laborabant. Sed tandem omnes partim occisi, partim capti sunt: aliqui verò se in mare demiserunt,

*Perfidia &
Mediolanē
sum puni-
ta.*

*Classis Ca-
lecutiensis.*

*Prælium
nauale.*

*Nauis præ-
toria capta*

ferunt, vt nando salutem quærent. Hac nauis capta, Laurentius Nonnio Vascio Pereiræ opem opportunè tulit. Is enim cum nauis haud ita magnæ præfset, nauem hostium valdè magnam inuaserat, eamq; iniecto harpagone suæ deuinxerat. Sed nihil propius est factum, quàm vt nauis illius, hostilis nauis iustibus allicta deprimere tur. Præterea tanta multitudo sagittarum & iaculorum ab hostibus accidebat, vt omnes ferè quæuis acerrimè decertarēt, se interituros arbitrarentur. Sed aduentu Almeidae, hæc quoq; nauis hostium expugnata fuit, & ex quingentis militibus, qui ea uehebantur, nemo euasit, nisi tantum illi, qui natandi artificio vitæ suæ consuluerunt. Erāt in hostium classe ex eo numero, quem diximus, multæ mercatorum naues, qui reliquarum nauium robore & multitudi- ne nitentur. Hi cum cernerēt duas illas naues expugnatas, diffidere de pugnae euentu cœperunt. Dum igitur animaduertunt nostros ita pugnandi difficultatibus implicitos, vt minimè illos fugientes insequi possent, vela dant: & alij quidem se in Calecutiensem portum recepere: alij verò eum nauigando cursum liberè tenere, quem optabant. Reliquæ naues strenuè iaculis & tormentis partim æneis, partim ferreis, & nauium impressione decertabant, & cominus etiam multis in locis hastis & gladijs rē gerebant. Erant aut nostri in magno periculo. Nam multæ simul naues hostiū vnā nauem ex nostris circumfistebant. Ab omnibus tamen fuit diu magna virtute dimicatum, & hostes tandè in fugam conuersi. Supra tria millia hostium cæsa sunt. Decem naues cum multis paronibus, depressæ: duo signa Regiæ & nouem naues maiores captæ, & magna prædæ animi sententia gesta, Laurentius se Cananorem contulit. Fuit autem à Rege cum magna lætitiæ significatione, & cum non mediocri admiratione virtutis exceptus. Interim dum hæc geruntur, cum Zabaius Goæ princeps intelligeret, Calecutiensem regem magnam classem cõparasse, & nostros, vt cum illa di-

*Hostilis
classis fuga*

*Lusitano-
rum pericu-
lum.*

*Victoria
Lusitano-
rum.*

*Zabaij in
Anchediuâ
expeditio
irrita, &
Antonij
Fernandi
apostasia.*

micarent, ex arce Anchediuensi soluisse, noluit eam rei benè gerendæ, vt opinabatur, occasionem amittere. Consilio igitur Lusitani cuiusdam, qui religionem abiurauerat (erat autem is ex illis exulibus, qui morte damnati fuerant, & ea conditione liberati, vt terras incognitas explorarent) classem sexaginta nauium in Anchediuam misit, quæ arcem expugnaret. Classi autem eundem Lusitanum præfecit. Fuerat is faber lignarius, & in reficiendis arte sua nauibus vsui nostris erat. Appellabatur Anronius Fernandus. Tunc verò post scelus nefarium cum religione nomen mutarat, & Abedella nominabatur. Is cum naues ad Anchediuæ arcem appulisset, continuè eam oppugnare instituit. Emmanuel autem Pazagna, qui præfectus arcis erat, tanta vi restitit, vt hostibus magnam perniciem afferret. Itaq; vir nefarius obsidionem soluit, & Goam cum suorum cæde & interitu, & cum insigni dedecore reuersus est. Almeida tamen cum cerneret, illam arcem nullum usum habere, nec ex insula aliquam utilitatem percipi, neque posse, eò quòd procul Cochimo aberat, nisi sumptibus immodicis, & cum magno periculo defendi, & copias quas habebat, esse exiguas, neque com- modum esse, eas dispersiri, deducum omnium sententia arcem diruere iussit. Laurentium igitur in Anchediuam cum classe misit, vt id exequeretur. Is, vt fuerat iussus, in naues Pazagnam cum militibus, qui erant in præsidio, recepit, & arce disiecta Cochimum redijt. Per idem ferè tempus, quo hæc in India gerebantur, Rex Philippus Maximiliani Imperatoris filius, & Fernandus & Isabelæ gener, è Gallia Belgica in Hispaniam uenit. Habebat autem ille in matrimonio Ioannam Fernandandam & Isabelæ, filiam, ad quam post mortem Ioannis, & illius Isabelæ, quæ Alfonso primū Ioannis Regis filio, deinde Emmanueli nupserrat, regni patrimonium iure ueniebat. Philippus igitur cum uxore, postquam accepit Isabelam Reginam socrum suam è vita decelisse, in Hispaniam venire maturauit, vt regni hæreditatem adiret. Id cum Emmanuel intelligeret, & iam eos in

*Anchediuæ
sis arx di-
ruta à Lu-
sitanis.*

*RES EU-
ROPEÆ.
Philippi Re-
gis in Hi-
spaniam
aduentus.*

*Emmanue-
lis ad Phi-
lipum gra-
tulatoria
legatio.*

Artabros peruenisse, compertum haberet, ratione cog-
nationis & vicinitatis admonitus est, ut illius sine vl-
la mora per Legatos de felice in Hispaniam aduentu
gratularetur, fidemque daret, se nullo in loco, in rebus
omnibus, quæ ad illorum dignitatem & voluptatem
perrinerent, officio fratris amantissimi defuturum.
Legatus fuit Iacobus Lupus Aluitensis Dynasta: qui
quidem fuit à Regibus illis admodum honorifice sus-
ceptus, responsumque ab eis tulit amoris & officij ple-
nissimū. Hoc eodem tempore suscepit Emmanuel a-
ctionem memoria sempiterna dignissimam, quamuis
in eo, quod esse etiam cupiebat, frustra cōtenderet. Vi-
debat enim Principes Christianos, odijs acerbissimis
stimulatos, inter se cum magno rerū omnium discrimi-
ne decertare, Remp. Christianā dilacerari, vires frā-
gi & debilitari, & hostium opes interim Christianorū
furore & amentia indies augeri. Verebatur autem, nē
malum illud serperet, & in Christiani nominis perni-
ciem, si nō esset opportuno remedio prouisum, erum-
peret. Cū autem hæc eorum agigaret, tū id in primis
eum vehementer angebat, quod Christi sepulchrum
esset à Saracenis occupatum, & à Christianis Principi-
bus turpissimè neglectum. Omnia verò mala, quæ tūc
rebus Christianis accidebant, interpretabatur propter
hanc negligentiam pietatis incidere: & religionem so-
cordia & desidia violatam, arbitrabatur esse magnitu-
dine roboris atque virtutis expiādam. His curis anxius,
legationem ad Iulium Pontificem Maximum decre-
uit. Legatus fuit Odoardus Galuamus, Regis ipsius
consiliarius. Summa legationis hæc fuit. Principes
Christianos inter se propria de dominatione cum peri-
culo vniuersæ Christianæ Rei, dimicare. Opes interim
Principis Turcarum, & Sultani etiam vires vehemen-
ter amplificari, & rebus Christianis imminere. Nemi-
nem verò eorum Principum, quorum officij erat, ho-
stium impetū à Christianis proposita etiā morte reprimere,
tanto periculo commoueri. Si gloriæ cupiditas
Principes ad arma sollicitabat, quod decus tantum esse

*Emmanue-
lis ad Pon-
tificē Max.
Legatio
pro commu-
ni concor-
dia.*

poterat,

poterat, quod esset cum Christi sepulchro armis vindica-
to comparandum? Si multa possidendi cupiditas sti-
mulos illis adhibebat, cur non animum ad Asiæ &
Aegypti regiones opimas, maximisque opibus opulen-
tas adiciebant? Per Christum igitur Optimum Maxi-
mum ipsum Iulium obtestabatur, ut omne studium
suum, omnem virtutem & industriam, omnes curas
& cogitationes in discordijs tollendis, & pace consti-
tuenda cōsumeret: & Principes Christianos ad inter-
itu Mahu metani nominis exhortaretur, ut ita sempi-
ternam gloriam, quæ nullis vnquam seculis esset in-
teritura, compararent. Se verò ad eam rem regni sui o-
pes vniuersas polliceri, libentissimeque per se in tā præ-
claro certamine quoduis discrimen capitis aditurum.
Hæc quidem Emmanuel sine vllo fructu per literas
atque legatos egit. Erant enim Principes animis pro-
pemodum efferati, & vsque ad eò propter turbulenta dis-
sidia à cogitatione impendentis calamitatis abducti,
per hanc orationem non solum animis aspernarentur,
verum etiā ludibrio haberent. Hoc eodem anno Em-
manuel Castellum in Africa ædificari præcepit, extra
retum Gaditanum, in ea ora, quæ ad Austrum perti-
net, ut ex eo possent infesta signa Mauris eam regionē
incolentibus sæpius inferri. Huius autem ædificij cu-
ram Iacobo Azambugeo, viro impigro, qui multa
decora virtutis militaris obierat, assignauit. Fuit Ca-
stellum magno cum labore & cōtentione à nostris æ-
dificatum. Multi namque Mauri vndique confluxerunt,
ut nostros opere prohiberent. Itaque necesse erat nostris
eodem tempore Castellum ædificare, & hostium vim
animis atque virtute repellere. Anno insequente, qui
fuit à Christo nato, M. D. vij. instruendas curauit Em-
manuel naues quatuordecim, quæ varijs temporibus
à Christis soluerunt. Ut quæque enim erat expedi-
ta vela faciebat. Nulla tamen earum eodem anno
in Indiam peruenit. Vascus Gomecius Abræus, vnus
Ducibus à Rege delectis, iussus erat in Zophala arci-
peresse. Is cum Aethiopiæ orā præteruheretur, instrui-

RES AFRI-
CANÆ.

ANNVS
à Christo
nato, 1507.

R 5

tuit;

tuit, vt nauigium incredibili celeritate, cuius erat nauarchus Ioannes Chanoca, facem præferret, quem reliqua nauigia sequerentur. Hoc tamen fuit Ducis negligentia dissolutum atq; dissipatum. milites in terram enatarunt. Quorum pars aliqua, quæ in manus hominum immanium inciderat, fuit in vinculis detenta, & à nostris, qui oram eandem legebant, pecunia liberata. Rodericus verò Suarius, qui erat vnus è nauarchis, incidit in nauem, quæ ex Arabia soluerat, in qua erant homines quingenti: cum quibus magna armorum contentione manum conseruit, eamque tandem expugnauit, & omnes Saracenos ferro concidit. Tres autem nauarchi fluctibus oppressi periére. Omnes verò nauës, quæ euaserant, in hyberna deducuntur. Cùm verò in India exploratum fuisset, nullum è Lusitania nostris auxilium aduenisse, Saraceni animos erexerunt & confirmarunt, tempus ad esse credentes, quo possent nomē Lusitanū omninò delere. Itaque Regem Calecutiensem adhortantur & admonent, ne occasione præclari cuiusdam facinoris diuinitus oblata prætermitteret. Augures etiam insignē eo anni victoriā illi portendebant. Sacerdotes item atq; Bradmana, quasi Deorum oraculis incitati, multa referant, quibus Regem ad spem summi decoris excitarent. Rex omnia, quæ ad bellum erant necessaria, summa industria comparabat. Hæc omnia Prætor Almeida per exploratores & transfugas exploratè cognoscebat. Vt autem hostibus significaret, sibi non opus esse vllius classis auxilio, duas festinãter classes instruit. Vnam, vt naues, quæ Cochimo Cori promontorium versus nauigabant, ab hostium incurfione defendere: in qua erant triremes duæ, naues onerariæ duæ, vnus paro: quam Emmanuel Pazagnæ commisit. Alteram, quæ oram illam tutaretur: in qua erant decem naues, quibus Laurentium filium præfecit. hac classe nauarchus erat quidam, nomine Guadifaluuus Vascius Goes, qui cùm minimè commeatu abundaret, vt rei frumentariæ consuleret, Cananorem

Nauis Saracenicæ expugnata.

RES IN DICAE.

Due Lusitanorum classes.

tijt. Inde profectus, vt se rursus cum Laurentio coniungeret, festinauit. In eo autem cursu nauem Saracenorum, quæ Cananore veniebat, offendit, in eamq; ferociter inuasit. Saraceni minimè repugnauerunt. Se namque fœderatos esse dicebant, & literas, quæ eiusdem fœderis fidem facerent, Laurentij Brittij, qui arcis Cananorensis, vt dictum est, præfectus erat, ostenderunt. Sunt enim hoc iure omnes, qui in Indico mari nauigant, iam inde ab eo tempore, quo Lusitani in India arcem ædificare cœperunt, vt nemini liberum sit nauigare, nisi ab aliquo Lusitano vel Duce, vel arcis Præfecto (fide prius illius, qui nauē conscendere vult, diligenter explorata) literas acceperit, fidem fœderis continentes. His literis tuto nauigant. Aliter enim à nostris nauarchis capi, bonisq; omnibus eueriti, & vi ta, aut saltem libertate priuari possunt. Tunc igitur cùm Saraceni literas ostentarent, quibus nixi se mari commiserant, Goes siue auaritia cæcus, siue barbara immanitate ductus, siue odio gētis illius efferatus, clamauit, literas illas fuisse per fraudē extortas, se que exploratum habere, illos esse Christiani nominis hostes, & perniciē Lusitanis omnib; per summū scelus & perfidiam machinari. Daturus igitur illius tam scelesti facinoris pœnas. Itaque nauē diripuit, hominesq; miserimos, hominū atq; Dei fidē explorantes, in velum insuit, & nauē iam exinanitā, tormentorū ictib; perforatam depressit. Fuit hoc facinus non solū crudele, & inhumanum, contra ius gentium, & contra omnem rationem humanitatis nefariè & flagitiosè susceptum: verum etiam, propter temporis illius adeò periculosi rationem, temerarium, & furoris & amentię plenissimum. Cùm enim nondum esset imperium fundatū, & exiguis admodum copijs Lusitani maria illa tenerent, conueniebat, vt quod viribus adipisci non poterant, existimatione fidei & humanitatis assequerentur. Nam cùm nullū vitæ præsidium fide firmius sit, tū eo tēpore, quo reliqua præsidia adeò infirma erant omnis salutis ratio erat in fidei opinione collocanda. Vt enim

*Lusitanorum
iis & imperiū nauiticum.*

*Gravidissima
ni Vascij
iniquum &
crudele factum.*

*Perfidia de
testatio.*

nim

nim fidei & benignitatis nomen excellens omnium
 mortalium animos ad benevolentiam allicita infamia
 perfidiæ & crudelitatis odium incendit, & ad viam
 dictam stimulat. Quod tunc re satis perspectum fuit.
 factum enim est, vt facinus illud redderet Lusitanum
 nomen illis nationibus odiosum & iniusum. Almei-
 da verò id indignissime passus est, Goemq; honore pri-
 uauit, neque post illum diem ad suam familiaritatem
 admisit. Eo tempore Rex Cananoris obierat, & alius
 in ipsius locum successerat, qui erat in nostros animo
 vehementer infesto. Opera namque Calecutiensis ad
 regnum peruenerat. Erat Cananore Saracenus Mame-
 le nomine, copijs & existimatione, eorum Saraceni
 qui terras illas incolebant, facile princeps. Nauarchus
 autem nauis illius, quam Goes in alto merferat, erat
 fororis illius filius. Hic cum percepisset, merces suas,
 quas nauis illa conuehebat, esse direptas, nauemq; de-
 pressam, & hominem sibi coniunctissimum cum reli-
 quis crudelissime demersum, dolore stimulatus ad
 Laurentium Britium recta contendit, & maximis
 vocibus de iniuria sibi facta conqueritur. Tu, inquit,
 nos prodidisti, tu nos in fraudem induxisti: quod na-
 uem auferim, quod bonis spoliatus sim, quod nepo-
 te meo charissimo sim orbatus, id perfidia & scelere
 tuo factum est. Qui fieri enim potuisset, si testimoniū
 literarum tuarum bona fide cōscriptum fuisset, vt vir
 Lusitanus, atque nauis magnæ præfectus, tam crude-
 li iniuria nos omnes affecisset, tantumque in multos
 nostræ societatis homines cladis inuexisset? Britius
 iurat se nihil fraudis admisisse. Saracenus nullam fa-
 tisfactionem accipit. Itaque vt erat lachrymis opple-
 tus, & furore acriter inflammatus, ad Regē properat.
 Sequebantur illum vxores, & parentes, & liberi eorū,
 qui fuerant crudelem in modum interfecti. Ibi cum
 eiulatu lugubri clamores in cælum tollunt, manus in
 Regem intendunt, fidem illius implorant, ius acerrime
 postulant, & vt degente scelestissima poenas debi-
 tas expetat, obtestantur. Is se minime postulata negle-
 cturum

Cananorensis Rex Lusitanus infestus.

Mameles Saraceni de Lusitanorum iniurijs querela.

Aurum ostendit. Tum accessit Mamele, sibi minime
 ingratum fore dicit, si illi, quacumq; ratione possint,
 scelus illud vlciscantur. Mameles continuo ad Sarace-
 nos, qui Calecutij negotiabantur, literas de hac iniu-
 ria misit. Illi rem ad Regem deferunt. Is cōfestim mi-
 sit, qui nomine illius animum Regis Cananoris in no-
 stros acriter inflammaret, opemque suam ad nostrorū
 exitium minime defuturam promitteret. Fore autem
 si coniunctis viribus in perniciem Lusitanæ gentis
 incumberent, vt illius memoriam è terris extermina-
 rent. Hoc accepto nuncio, Rex totam suam cogitatio-
 nem ad exitium Lusitanorum traduxit. Atque prin-
 cipio, quod animo moliebatur, secretum tenuit. Inte-
 rim autem fossam latissimam à littoris vnus sine, ad
 alterum litus perduxit. Ea fossa arcem (erat enim in
 angulo, quem mare circumlūebat, sita) ab vrbe dirime-
 bat. Hoc sese ad urbem muniendam facere simulabat.
 Puteus autem erat non procul ab arce, è quo nostri ad
 bibendum aquam hauriebant. Hunc intercludere pu-
 teum hostis cogitabat. A fossa namque ad puteum e-
 rat semita per angusta, quam aggeribus & turribus
 munire Rex stituebat, vt inde nostros putei aditu p-
 hiberet, atq; siti conficeret. Hæc res fuit Præfecto Prin-
 cipis opera, qui erat in regnum successurus, indicata.
 Is etiam demonstraui, Regem Calecut. præter alias
 munitiones, viginti & quatuor aenea tormenta Regi
 Cananoris clam, quibus arcem quateret, misisse: &
 præterea triginta hominū millia se in auxilium mis-
 surum pollicitum fuisse. Laurentius Principi gratias
 egit, seq; daturum operam confirmauit, ne vnquam
 beneficium apud ingratos collocasse iudicaret. Itaque
 suos continuit, ne in vrbe hostilium vite periculo va-
 garentur. Ad Almeida verò nuncium misit, qui signifi-
 ficaret, quo in discrimine versaretur. Almeida filiū mi-
 sit, qui arcem militū præsidio, & cōmeatu, & armis fir-
 maret, vt posset facilius obsidionem tolerare: quod ab
 illo diligentissime perfectum fuit. Britius cum ani-
 maduerteret, aquatione interclusa omnib. esse pereū-
 dum,

Calecutij Regis ad Cananorensis legatio

Cananorensis in Lusitanos molimina.

Britij munitiones.

dum, illud telluris spatium, quod erat inter arcem & puteum interiectum, fossa & vallo muniuit, eaque munitio. ne utrunque litus inclusit. Tum portam publicam extruxit, qui vallum cum puteo coniungeret. Deinde varias turres excitauit, & tormenta in illis disposuit, quibus si vellet hostis a quatione impedire, eum propelleret. Hoc cum rex animaduertet, insidias detectas esse cognouit. Non igitur ultra dissimulandum ratus, arcem oppugnare constituit. Quadraginta hominum millia tunc in castris habebat, partim ex suis copiis, partim ex auxiliis, quae Calecutio iam aduenerant. Itaque copias eduxit, & vallum confestim aggressus est. Nostri maximo cum labore hostium impetum sustinebant. Sed de aquatione praecipue acerrimum erat inter nostros & hostes certamen institutum, cum illi maxima contentione, ne Lusitanis ulla facultas aquationis daretur, pugnarent: contra Lusitani, ne aqua excluderetur, periculolissimam dimicationem subirent. A qua igitur iis, qui bibere cupiebant, erat multo sanguine comparanda. Nostri vero consilio Thomae Fernandi, praestantis architecti, ab arce in puteum cuniculum egerunt: qui tanto silentio perfectus est, ut nunquam id ab hoste animaduerti potuit. Tum paulo supra illud cuniculi ostium, quod ab arce ad puteum medium pertinebat, trabes immisit, & super eas alias transversas iecit. Tum magnam materiem vim super eas trabes demisit, quae puteum tegeret, ne possent hostes venenum in aquam infundere. Postremo ore summo putei disturbato, terram omnem congestit, ne posset hostis materia extrahere. Sic autem fiebat, ut nostri tuto hostibus inuitissimis aquarentur. Rex igitur ab hoc conatu depulsus, vallum oppugnare multo acrius instituit. Cum vero multi in ea oppugnatione caderent, ut tutius remgeret, ingentes saccos lanae & simili materia infarci iussit, ut his oppositis tormentorum ictus exciperet. Dum autem hoc opus apparabatur, castra retro mouit, & suos ab oppugnatione prohibuit. Brittius non sine consilio fieri ratus, excogitauit rationem, qua hostis consilium exploraret. Faber quidam ligna

*Arcis Ca-
nanrensis
oppugnatio.*

*Lusitanorum
discrimen.*

Stratagemae.

rius illius iussu laqueum extruxit, eumque non procul a vallo ea parte, quae valli portam respiciebat, leui materia atque tellure contexit. Brittius quadraginta milites iussit extra vallum egredi, ut urbem versus pergere simularent. Hostes illos conspicati, in eos impetum faciunt. Nostri se sensim recipiunt: hostes acriter insistant. Eorum autem Dux, cum omnibus praerit, in laqueum incidit. Quo facto nostri hostibus repugnare multo acrius incipiunt: alij extra vallum egressi, se cum illis coniungunt, & hostes re inopinata perculsos expellunt, & paulo longius insequuntur, signoque dato se recipiunt, & Ducem laqueo expeditum ad Praefectum pertrahunt. Ex illo cognouit Brittius, quo animo rex bellum intermitteret. Praeterea Princeps regni haeres per unum de suis comitibus, scapha commeatu onusta silentio noctis inuectum, illi Regis consilium aperuit. Nostri ad propugnandum se comparauerunt. Perfectis operibus Rex confestim aciem hoc ordine instruxit, Saccos primum sic oppositos esse iubebat, ut essent instar valli, quo milites possent sine periculo ad Lusitanorum vallum accedere. Deinde milites cum arcibus, & ferreis fistulis, & varijs telorum generibus sequuntur. Postremum agmen Rex cum valida manu firmabat. Arcis tormenta quauis globos ingentes partim ferreos, partim lapideos emitterent, cum hi saccos exciperentur, nullum detrimentum hostibus afferbant. Ea res animaduersa hostibus animos extulit, ita, ut quasi debellatum iam foret, clamores ingentes ediderint. Sequenti die fuit oppugnatio multo ferocius instaurata. At Brittio venit in mentem, tormentum unum, quo nondum usus fuerat, quod multo vehementius globos eiaculari cognouerat, collimare. Cum ille igitur, qui tormenti curam gerebat, ignem admoisset, factum est, ut saccos dissiceret, ictibusque crebrius repetitis, omnes moles oppositas disturbaret. Cum igitur maiora tormenta in acie hostium propugnaculo nudata ingentes pilas, minora glandes valde frequentes emitterent, magnam stragem ediderunt. Ea nocte vir qui-

Aliud stragemae.

Acies hostium.

Arcis oppugnatio.

dans

*Guadilaire
Castellani
stratagemata*

dam nobilis Castellanus, cognomento Guadelaire, postulauit à Britio centum & quinquaginta homines, quos ipse deligeret, quibus hostium castra terrore compleret. Cùm id illi fuisset concessum, de quarta vigilia (erat autem nox pluuia, caligoq; densissima erat castris offusa) nostri hostes, nihil hostile propter nostrorum paucitatem suspicantes, tubarum cantu & clamoribus magnis exterrēt, & alios graui somno confopitos, alios semiformes obruncant, reliquos in fugam pellunt. Vbi primùm diluxit, nostri potiri castris, praedam non mediocrem in arcem conuehunt. Hunc felicem successum casus aduersus deformauit. Erant frquentes aedes arci coniunctae, arcis ipsius praesidio ab hostium impetu & incurfione defensae. In his erant variae merces, & multiplex & preciosa suppellex, & annona, qua milites in ea obsidione alebantur. Factum est autem, vt pueri cuiusdam negligentia, qui cùm inter cubitum, candelam incensam reliquerat, vt candelam in aridam materiam decideret, quae subito ignem corripuit, & domum inflammauit. Sic autem cùm omnes aedes ille essent de ligno aedificatae, & folijs palmarum contactae, & coniunctae, factum est, vt omnes eodem incendio conflagrarent. Quamuis autem iactum multarum rerum maximè pretij fuisset, nihil Praefecti aliud angebat, quàm annonae penuria. Commeatum enim maxima ex parte flamma consumpserat. Necesserat spes vlla, quandiu hyems vigeat, vt aliud efferret commeatus importari. Ergo cùm fames nostros opprimeret, cogebantur feles primùm, mures deinde & lacertos comedere. Praefectus aliquid audendum ratus, cognatum quendam suum cum triginta viris satis acerbis misit, qui in hostes improuiso erumperet, & videret, an posset aliquid cibi de castris non valde multis abripere. At hostes in nostros inuecti, multos cœuulerunt, ipsius cognati Ducis vultum conciderunt, & crura etiam sauciârunt, ita, vt gradum facere nequiret: parumque abfuit, quin in hostium potestatem veniret. Sed adolescentis virtute, annos nati quinquaginta

*Incidium
circa arcem
fortiuum.*

*Fames ob
sessos Lusitanos inuadit.*

que & viginti, cui Ioannes Gregorius nomen erat, fuit de medijs hostibus ereptus, & in arcem intromissus. Quatuor autem de nostris in eo conflictu cecidere. Interim per seruos transfugas fuit Rex certior factus, nostros grauissima fame premi. Existimauit igitur eam occasionem rei bene gerendae non esse praetermittendam, itaque in loco satis accommodato, milites in insidijs locauit, duas autem vaccas propius vallum agi praecerat. At nostri cùm vaccas cernerent, Ducis inuisu (nec enim imperio, sed fame mouebantur) repente desiliunt. Qui erant in insidijs, in nostros impetu feruntur. Nostri tamen tanta virtute resistere, vt prius, quàm maiora subsidia posset aduenire, vaccas per valli aditum hostibus frustra repugnântibus introducerent. Harum carnibus diebus aliquot nostri sustentati sunt. Sed his consumptis, necesse erat nostris aut deditionem facere, aut fame funditus interire. Sed ope diuina in extremo illo discrimine adiuti sunt. Mare namque ventorum flatu agitari coepit, & cùm maximos fluctus eijceret, magnam squillarum ingentium vim in litus expulit, quibus nostri famem depulerunt, & aegroti sanitatem recuperârunt. Sic autem factum est, vt Lusitani obsidionem per totam hyemem tolerarent. Ver autem appetebat, subsidium, cùm primùm mare nauigari potuisset, expectabatur. Hoc cùm Regem minimè lateret, statuit, antè, quàm Cochimo auxilium adueniret, totis viribus experiri, an vallum & arcem oppugnare posset. Magnam igitur classem instruxit, & duo maxima Castella super naues excitauit ea ratione, qua fuerant erecta Castella, quibus Rex Calecutensis Paciecum euerrere cogitârat. Huus apparatus indicium fuit per eundem Principem ad Praefectum repente delatâ, à quo fuit admonitus, vt eam arcis partem, quae ad mare pertinebat, diligentissimè tutaretur. Erant milites, quos Rex sub signis habebat, quinquaginta millia. Alia namque sibi auxilia conquisierat. Vbi primùm omnia parata fuerunt, cùm terra & mari nostros oppugnare instituisset, factum est, vt

*Hostiles in
Lusitanos
insidiâ.*

*Fortiter
solum.*

*Diuinum
erga Lusitanos
auxilium.*

*Hostilis
exercitus
quingenta
millia.*

*Stupenda
Christiano
rum victo-
ria.*

*Cananoren-
sis urbis
oppugnatio*

*Pax Cana-
norensum
cum Lusitani-
s.*

vno tempore & classis eam arcis partem, quæ ad mare spectabat, cum castellis inuaderet, & magnus exercitus in vallum impetum ferret. Vtrinque tamen fuerunt cum magna suorum strage, & nauium etiam intactura repulsi. Prælium fuit acerrimum, & ab exortu Solis vsque ad occasum durauit: quod tamen non humanis viribus, sed diuinis gestum fuisse constat. Cum enim maxima multitudo hostium in prælio cecidisset, nemo tamen è Lusitanis desideratus fuit. Insequente die Britius magnam tormetorum partem, quæ erant in arce disposita, ad vallum transportari præcepit, & inde ciuitatem globis ingentibus concutere iussit. Aedes quamplurimæ dirutæ fuerunt, & in his Sara cenorum templum, in quod multi conuenerant, vt Mahumetem precibus fatigaret, vt illis subsidio occurreret. Tantus autem terror fuit & ciuibus & peregrinis iniectus, vt omnes à Rege cõtenderent, vt pacem cum Lusitanis faceret: aliter enim, se indè continuò migraturos. Quod vt vehementius agerèt, fecit classis, cui præerat Tristanus Cugna, qui tunc aduenerat, quæ opem nostris, si in maiorem discrimine fuissent, attulisset. Pax igitur certis legibus facta fuit, ea conditione, vt tûdemum rata esset, cum eam Prætor Almeida comprehenderet. Quas verò res Tristanus Cugna, antequam Cananorem classem appelleret, in eo cursu gesserit, alio in loco memorabimus.

(:)

HIERO.



HIERONYMI
OSORII SILVENSIS
ALGARBIORVM IN LV-
SITANIA EPI-
SCOPI,

DE REBUS EMMA-
NVELIS, LVSITANORVM
REGIS INVICTISSIMI,
*virtute & auspi-
cio gestis,*

LIBER QVINTVS.



VM hæc in India gerebantur, in Africa hæc acciderunt. Safin est ciuitas in Mauritania Tingitana sita, extra fretum Gaditanum, ad Austrum spectans, quam Atlanticus Oceanus alluit. Erat autem sanè magna, multisque opibus opulenta, ad quam undique mercatores questus gratia libentissimè cõmeabant. Regio est valdè fertilis, frugibus & pecoribus abundans. Fuit autem ciuitas hæc longo tempore in ditio- ne Regis Marrochiensis, cuius imperium maximam Mauritaniæ partem continebat. Sed tandem familia quedam nobilis, cognomento Farhomia, ab Imperatore

*RES AFRE
CANAE.
Safin ciui-
tas.*

*Abdeari
Rhamani
parricidii.*

desciuit, opibusq; suis, & popularium gratia freta, tyrannidem occupauit. Huius tandem familiæ princeps extitit quidam, nomine Abdearus Rhamanus, vir magni animi, & supra modum dominationis appetens, qui, ut ciuitati imperaret, patre suo, cui nomen erat Hamedux, qui tunc opibus & potentia multum gentilibus antebat, vitam per summum scelus eripuit. Deinde specie liberalitatis & humanitatis plebis animos sibi conciliauit, ita, ut ciuitatis imperium facillime teneret. Erat autem Abdearo Rhamano filia exitia species, quam adolescens nobilis nomine Haliadux, non vulgari forma præditus amabat, & illius concubitu, matre puellæ non inuita, fruebatur. Hæc consuetudo cum fuisset ad Rhamanum delata, eo familiaris dedecore grauiter offensus, necem adolescenti afferere constituit. Quod cum Rhamani vxor atque filia suspitione assequutæ fuissent, rem ad Haliaducem deferunt. Is ut Rhamani consilium præriperet, cædē Rhamano machinatus est. Re autem cum iuuenē sibi amicitia valde coniuncto, cuius fidei & audaciæ valde confidebat, quem Ichabentafufum appellabant, communita, ut facinus summa celeritate patraret, excogitauit. Erat autem sacrum solenne Saracenis summa ab illis religione celebratum. Rhamanus in templum profectus, per nuncium Haliaducem ad solennis precationis communionem inuitauit. Esse dicebat præterea sibi cum illo post rem diuinam de re maxima consultandum. Haliadux eo nuncio intellexit, tempus appropinquare, quo sibi erat aut Rhamani crudelitate moriendum, aut Rhamano nex afferenda. Arcessiuit igitur Ichabentafufum, & ambo cum decem viris fortibus ex gentilibus atq; domesticis, qui erant coniurationis participes, recta in templum gradiuntur, & Rhamanum confodunt. Qui Rhamanum sectabantur, ut illius necem vindicaret, se comparabant. Cum tamen viderent duodecim viros nobiles, & impigros districtis gladiis ferociter imminentes, & suspicaretur eos non sine multitudinis consensione tantum facinus ausos esse, seque

*Rhamanus
in templo
confossus.*

Duce,

Duce, quem sequebantur, occiso, præsidio nudatos animaduertentes, repente diffugiunt. At Haliadux & Ichabentafufus in forum se conferunt, & ibi aduocata concione Haliadux orationem habuit, qua dixit, se merito tyrannum occidisse, qui illi insidias comparabat; neq; mediocri beneficio ciues suos obligasse, cum hominem maleficum & parricidam de medio sustulisset. Fore namque, ut post illum diem res eorum sub benigno & moderato imperio multo magis florentes essent. Ibi tunc populi consensu (gens enim leuis & inconstans, facile in quamcunque partem illam pellere velis, inclinatur) vterque eorum ciuitatis moderationi præficitur. Eo tempore Iacobus Azambugius præerat castello, quod iussu Regis Emmanuelis, ut dictum est, non procul ab ea vrbe extruxerat. In ea verò ciuitatis trepidatione atque tumultu, tredecim Hispani captiui, nauigium adepti confugiunt, & ad castellum delati, statum ciuitatis Azambugio nunciant. Deinde post biduum Haliadux cum cerneret cognatos Rhamani & amicos, qui multum in ciuitate poterant, illi atq; socijs perniciem moliri, ad Azambugium se confert, & ne occasionem diuinitus oblatam amittat, adhortatur. Se namq; perfecturum, ut ciuitas illa Regis Emmanuelis imperium libentissimè subiret. Opus tamen esse, ut qui hoc animo essent, ope Lusitanorum aduersus hostium insidias fulcirentur. Iacobus Azambugius quamuis Afrorum perfidiam exploratam penitus haberet, cum tamen animaduertente, rem in tantum tumultu & ciurum dissensione in eo statu esse, ut Haliaduci atq; socijs fidem datam cōseruare valde expediret, conditionem minimè reiecit. In ciuitatem igitur duodecim viris nobilibus stipatus, se cōtulit: ibi octo dies cōmoratus, leges pacis scripsit, & scedere Haliaducem & socios Regi Emmanueli deuinxit. Ibi verò cum indicio Abrahami Iudæi cognouisset, sibi insidias fieri, in castellum regiū profectus est. Illum verò quatuor viri nobiles Saraceni, quorum princeps erat Haliadux, prosequuti sunt, cum interim Ichabentafufus im-

*Haliadux
Safinij ty-
rannidem
inuadit.*

*Haliadux
Azambu-
gij auxilium
implorat.*

*Haliaducis cum Lu-
sitanis fœ-
dus.*

S 3

perium

perium ciuitatis administraret. Erat autem foedere cautum, vt Mauri locum Azambugio in ea parte, qua muri fluctibus alluuntur, assignarent, in quo domum magnam ædificaret: & vt ibi laxius & magnificentius habitari posset, turrim in muro ædibus coniunctam, & portam etiam, quæ in mare respiceret, attribuerent. Rebus ad hunc modum constitutis, Azambugius cum quatuor illis Mauris in Lusitaniam reuersus, Emmaueli rem totam exponit, & amplitudinem ciuitatis, & opportunitatem loci ad bellum mediterraneis Africæ regionibus inferendum explicat. Rex eo nuncio plurimum lætatus est, Azambugiumque in Africam remisit. Vt verò negotium rectius cõfici posset, literas ad Garfiam Melium, qui cum classe fretum Gaditanum tenebat, vt Mauros nauigationis prohiberet, dedit, quibus imperabat, vt se cum Azambugio coniungeret. Is quamuis in morbo valdè periculofo versaretur, mandata tamen summa celeritate confecit. Ad Sabinensem igitur portum se contulit, quò iam Azambugius peruenerat: sed omnia commutata vident. Erat ciuitas in armis: fidem datam neglexerat: multitudo nullo pacto se Christianorum imperium passuram confirmabat: varij tumultus excitabantur. Haliadux, qui iam in urbem redierat, & Iehabentafus in communi scelere & perfidia coniuuebant, oblitique foederis, erant valdè Lusitanis infesti. Ibi tunc venit nostris Ducibus in mentem, discordiam inter duos illos tyrannos artificio serere, vt viribus vtriusque partis diuisis, facilius vrbe potirentur. Quod quidem sic ab illis excogitatum fuit. Garfias Melius adhuc eodem morbo laborabat. Medicum, igitur Iudæum ad morbi curationem ex vrbe arcessiuit. Hunc autem pecunia facile persuaserunt, vt literas ad vtrumque vrbis præfectum perferret, ita tamen, vt eorum neuter posset odorari, literas ad alterum scriptas esse. Literæ autem erant scriptæ nomine Garfiæ Melij, quibus Haliaducem admonebat, vt insidias præcaueret. Sibi namque exploratum & cognitum esse, vitæ illius insidias

*Sabinensium
perfidia &
tumultus.*

*Lusitanicū
stratagemā*

dias intendi. Ad eas autem propulsandas opem suam pollicebatur, seq̄ue officio suo minime defuturum confirmabat. Interim verò admonebat, nullas esse capitales insidias illis, quas imperij communitio comparabat. Nam cum nulla vnquam regni societas fidelis atque firma fuisset, tum aditum ad perniciem eò facilio rem esse, quo minus suspecti fuissent illi, cum quibus societas muneris inita fuerat. Idem ad Iehabentafum scribebat, & admonebat, vt vitam suam contra Haliaducis occultas fraudes & insidias muniret. Quoties Medicus Melium inuisebat, manum intra vestem stragulam, quæ spondam contexerat, immittebat, quasi tentaret, an febris aliqua ex parte quidquam de solita vehementia remisisset. Et interim literas accipiebat, ne posset quispiam quod gerebatur, aliqua ratione suspicari. Interim verò vterque eorum clam altero gratias Melio summas agere, seq̄ue in potestate Emmauelis futurum polliceri, obsecrare, & orare, vt non permitteret vllò modo, se fraude alterius interire. Hac igitur fraude contra gentem fraudis plenissimam solerter excogitata, factum est, vt vterque eorum cum sibi ab altero timeret, muniendam salutem suam contra alterius perfidiam, Lusitanorum ope cogitaret. Vterque igitur, altero imprudente, Azambugium & Melium admonet, vt se in urbem conferant. Se namque effecturum, vt breui urbem in Regis Emmauelis potestatem redigeret. Itaque Azambugius, & Melius quinquaginta tantum militibus stipati, in urbem ingrediuntur, & ædes, quæ Rhamani fuerant, quia amplæ & munitæ videbantur, & erant propius mare sitæ, sibi ad habitandum delegere. Clanculum verò varia armorum genera arcis & dolijs inclusa domum comportari faciebant. Mauri, vt est genus hominum non solum infidum, verum etiam suspiciosum, sinistra quadam suspitione tacti, non rectè de nostrorum hominum sedulitate sentiebant. Ipsosque tyrannos iam suæ leuitatis valdè pœnitebat. Multaque rectè moliebantur, quibus conijci poterat,

*Subsidium
Lusitanis
Safinium
n. ipsum.*

rem ab occultis insidijs ad vim apertam esse v̄turam. Azambugius rem omnem, in quo statu esset, Emma-
nueli per literas significauit. Is nullam moram inter-
posuit, quia firma subsidia illis mitteret. Quatuor igitur
naues celeriter instruendas curauit, quibus Gondif-
saluum Mendesium Zacotum, virum in Africano bel-
lo exercitum, praefecit. Qui cum naues ad portum vr-
bis appulisset, intellexit, nostros Maurorum perfidia
esse in summas difficultates adductos. Nec enim Mau-
ri in foedere permanebant, sed multis fraudibus opus
Azambugij impediebant: neque solum omnia, quae
ad aedes muniendas, sed etiam quae erant ad victum
necessaria, denegabant: multisque signis apparebat,
eis non fraudem ad facinus, sed animum deesse. Cum
nostri de vno ex tyrannis conquererentur, is in tyran-
nidis socium culpam omnem conferebat. Nostri
cum iam Zacoti aduentu maiores opes habuissent,
confidentius in vrbe versabantur. Tyrannos igitur
admonent, se minimè passuros, vranibo simul vr-
bem gubernarent. Eos namque animo iter se inimi-
co & infesto dissidere, & vtrumque eorum de alterius
exilio cogitare. Compararent igitur inter se, vter eo-
rum esset ciuitatem illam Regis Emmauelis nomi-
ne moderaturus. Illi verò cum cernerent eam sibi ne-
cessitatem impositam, vter eorum eam prouinciam
susciperet, haud contentiosè deliberant. Summa nam-
que animi moderatione, quod vix credibile videretur
ei, qui vtriusque mentem cognosceret, vterque eo-
rum alteri imperium concedebat. Tandem perui-
cit Haliadux, vt Iehabentafusus eam ciuitatem regen-
dam susciperet. Is autem Imperij æmulo amoto,
multo liberius fraudes in nostros concinnabat, om-
nique ratione, vt Azambugium opere prohiberet, con-
tendebat. Lapides, & calcem, & reliquam mate-
riam ne quisquam importare auderet, faciebat: ope-
rarijs etiam acerrimè minabatur: & hæc primùm
occultius, deindè multo in dies apertius & insolentius
gererat. Quod vbi Azambugius intellexit, Hali-
aducem,

*Summa in
duobus ty-
rannis ani-
mi mode-
ratio.*

*Iehabenta-
fusi in Lu-
sitanos
fraudes.*

Haliaducem, quem sciebat valdè moderationis, qua faci-
le regnum socium concesserat, pœnitere, arcessiuit eum.
quæ admonuit, vt suorum manu comparata, Iehaben-
tafusum ex improuiso aggrediretur, & obrunca-
ret. Se namque opem, vbi opus esset, confectum alla-
turum, facturumque, vt ille solus vrbs imperio poti-
retur. At Iehabentafusus cum se armis Haliaducis pe-
ti animaduerneret, & nesciret id consilio Azambugij
fieri, in aedes Rhamani, in quibus arx extruebatur, se
fuga proripuit. Ibi tunc Iacobus Miranda, ipse Az-
zambugij nepos, habitabat: qui etiam cum ignoraret,
eum aui consilio in illud vitæ discrimen inductum,
hominem in fidem receptum ab imminente clade se-
duxit. Azambugius cum ab illo pœnas expetere sta-
tuisset: Maurus (erat enim singulari solertia, & pluri-
mum in dicendo valebat) multis argumētis vsus, qui
bus demonstrabat minimè expedire rebus Lusitano-
rum, se vita tunc temporis spoliari, ab Azambugio im-
petrauit, vt ei potestatem in Lusitania eūdi faceret,
vt se Regi dederet, & fidem suam foedere sanctissimo
obligaret, fore, vt vsque ad extremum vitæ spiritū pro-
illius dignitate & amplitudine dimicaret. Quod si rex
id facere nollet, tum fore illi liberum, ei suppli-
cium, quod vellet, statuere. Id tandem ab Azambugio
adeptus est, vt eum in Lusitania vincitum mitteret:
qui tandem ab Emmauele vitam impetrauit, & præ-
fecturam equitum, quibus in campis finitimis in ho-
stes incurfaret, obtinuit. Qui beneficio & humanitate
Regis obligatus, ei fidelem operam in bello præsti-
tit, neque aliquid in vita gessit, in quo appareret, illi
fidem parum sanctam fore. At Haliadux, cui Azam-
bugius vrbs imperium commisit, longè secus, quam
firando gerebat, multoq; insolentius, quam Iehaben-
tafusus nostris aduersabatur. In eo verò præcipuè ner-
uos animi contendeat, ne opus institutum ad exitū
perueniret. Minis fabros & operarios auerteat, mate-
riam importari supplicio proposito vetabat, & apertè
odium,

*Dolus dolo
delusus.*

*Iehabenta-
fusus arte
mortem e-
nadii.*

*Haliadu-
bugis in Lusit-
anos odiū.*

*Callidè fa-
ctum Azā-
bugij.*

*Azābugij
cū Haliadu-
ce expoſtu-
latio.*

odium, quo erat imbutus, operibus indicabat. Opus tamen paulatim ad iustam altitudinem perueniebat. AZambugius interim se arcem extruere dissimulabat, sed amplas aedes aedificare dicebat, in quibus CHRISTIANI mercatores merces imponerent. Fenestras autem, in quibus erant tormenta collocanda, luto atque tenui materia tegebatur, & testorium calcis inducebat, ne ab hostibus, quod in animo habebat, animaduerti posset. Præterea nocte in muro portam aperuit, qua ex clauis nostris aditus in arcem facile pateret. Portam autem vtrinque secundum vtriusque viæ latus, quæ in portam ferebat, vallo muniuit. Erat autem arx in tantam altitudinem excitata, vt facile defendi posset. Sequenti die Azambugius exposulauit per nuncium cum Haliaduce, quod in foedere minimè permaneret, quod fidem nefariè violaret, quod iusiurandum impiè & sceleratè contemneret. Illum namque per Mahumetis legem iurasse, se omnia, quæ ad extruendas aedes illas essent necessaria, largè atque munificè præbiturum: promissa verò non modò minimè conficere, sed contrà odium acerbum & immane factis expromere. Disceret igitur fidem colere, & numen cæleste reuereri, & hominum pudore ab instituto flagitio reuocari. Haliadux respondet, se valdè hominis dementiam admirari, qui non videat, se neque vnde cibum, neque aquam compararet, habere, nisi is eius copiam suppeditare velit, & tamen ad eò magnificè loqueretur, quasi illi omnia, quæ ad vitam sustentandam opus essent, abundè suppeterent. Ad ea Azambugius respondet, Lusitanis hostium carnibus famem, & eorum sanguine sitim explere, facillimum fore. Hoc dicto Haliadux digitum momordit. Hoc autem est apud gentem illam minationis cuiusdam acrioris indicium. Hoc vbi intellexit Azambugius.

zambugius, vidit opus esse festinatione, vt antequam Haliadux maiores ex pagis copias euocaret, illum opprimeret. Sed ne fidem violare videretur, si prius iniuriam afferre putaretur, quam esset hostis iniuria laceſſitus, hoc excogitauit. Maurus quidam Lanio colaphum inflixerat in macello homini Lusitano, qui erat ex Regis familia. Is apud AZambugium de illata sibi iniuria querelam habuerat. AZambugius illum, vt patienter iniuriam ferret, admonuit: sic enim temporis rationem postulare. Tunc verò, cum illum ab Haliaduce nuncium ad eò ferum & importunum accepisset, Lusitanum illum euocat, & vt Maurum, à quo fuerat affectus iniuria, interficeret, adhortatur. quod vt expeditius faceret, vnum ex suis domesticis illi socium adhibuit. Abierunt illi continuò, & cum in forum peruenirent, in Maurum incidunt, quem gladio transfigunt. Clamor confestim & ululatus exoritur, & tumultus excitatur. Saraceni vndique ruunt, & Lusitanos adorunt. Illi verò animo satis acriter resistunt, paulatimque cedunt, atque se tandem in arcem maximo cum labore recipiunt. AZambugius suos continuit. Saraceni arcem circumdant, multisque telis & iaculis in arcem missis, vt nostris perniciem inferant, enituntur. Tandem maioribus tormentis admotis, arcem quater instituant. Lusitani armati vigilias agitabant, non tamen eorum quisquam telum iaciebat. AZambugius enim omnibus, vt se continerent, imperauerat. Integram noctem fuit arx summis hostium viribus oppugnata: cum tamen eorum conatus omnes in nihilum reciderent. Vbi diluxit, AZambugius primùm quidem instituit, vt res diuina fieret, & numen CHRISTI religioſa precatione propitium redderetur. Deinde admonuit, vt omnes cibum sumerent. Ita-

*Callidè vñ-
pendi fide-
ris consiliū.*

*Tumulus
Sasini.*

que

Itaque animis religione expiatis, & corporibus cibo & porione refectis, aciem magno silentio instruxit, & equum album sibi soli afferri præcepit. Erat enim valde senex, & claudus. Nam cum Ioannes secundus, Regis Alfonso filius, in bello, quod Alfonso cum Fernando Rege Castellæ & Aragoniæ gesserat, oppidum in transtagana Lusitaniæ prouincia, quod Alegrētū nominatur, armis expugnaret, fuit Azambugius, qui tunc Ioanni acrem operam nauabat, in crure graui vulnere percussus. Is igitur solus eo die ex equo pugnavit, reliqui pedibus rem gesserunt. Omnibus igitur rebus ritè paratis, cum esset meridies, erupit Azambugius, & re inopinata magnum terrorem hostibus iniicit. Nec enim suspicari poterant, paucos homines, quos metu exanimatos esse crediderant, in tantam hostium multitudinem impetum facturos. Itaque cedunt, & in templum confugiunt. Nostri eos acriter insequuntur, multosque cadunt. At postquam hostes in templo se à repentino illo timore refecerunt, pugna recruduit. Sed cum ex illis multi caderent, templum fuit ab eis alia porta fugientibus incredibili celeritate desertum. Multi tamen se se in eam urbis arcem, quæ eorum præsidij tenebarur, receperunt: & inde ingenti tormento arci, quam Azambugius extruxerat, maximum damnum afferebant. Hoc cum cerneret vir quidam huius artis peritissimus, nomine Sebastianus Rodericus, cum tormentum contra disponeret, & aptissime collimaret, globus ingens per os hostilis tormenti vehementer emissus, tormentum perfregit, & eum, qui illi præerat, dilacerauit. Sic tandem Saraceni ab omni spe depulsi, se se in fugam dederunt, & Haliadux in oppidū, nomine Targam, se recepit. Reliqui, qui in vrbe manserunt pacem ab Azambugio postularunt, quam ille concessit, & leges illis scripsit, & tributum, quod quotannis penderent, imperauit. Quamuis autem non certus hostium numerus, qui in ea pugna ceciderunt, iniri potuerit, magnam tamen multitudinem fuisse constat, cum è nostris vnus tantum desideratus sit, qui erat Azambu-

Azambugius erupit.

Hostium fuga.

Incruenta Lusitanorum victoria.

zambugij familiaris, qui prope illum pilæ vnus icu concidit. Melio autem cum Azambugio minimè conueniebat. Nam vterque eorum diuersam in tuenda ciuitate sententiā ab altero sequebatur: quo factum est, vt offensus Melius in Lusitaniam rediret, & solus Azambugius Emmanuelis nomine vrbi præfesset. Attamen post urbem captam, hostes, qui in pagis habitabant, crebras in nostros excursiones faciebant: sed semper fuere cum detrimento repulsi. Sic factum est, vt ciuitas illa opibus & armorum præsidijs munitissima, paucorum hominum virtute & industria, & Regis Emmanuelis felicitate, ipsius Emmanuelis imperio subderetur. Sub idem ferme tempus, quo hæc gerebantur, antè tamè, quàm ciuitas illa caperetur, in oppido, quod Abrantes appellatur, vbi tunc Rex Emmanuel, pestilentia Olyssipone repulsus, se tenebat, natus est illi nonis Iunij, Anno à Christo nato. M. D. vij. ex vxore Maria filius, cui Fernandi nomen inditum fuit. Valuit autem multum ingenio: fuit in antiquitate peruestiganda valde curiosus, maximarum rerum studio flagrabat, multisque virtutibus illo loco dignis præditus erat. Qui tamen in iuuetutis flore immatura morte sublatus est. At Emmanuel cum nullo modo studiū Indicarum rerum intermitteret, sedecim in Indiā naues comparauit. Quatuor ex illis Iacobum Siqueira præfecit, quem iussit vltra Gangem nauigare, & auream Chersonesum petere, situmque ciuitatis opulentissimæ, quam Malacam appellant, celeberrimum Orientis emporium, explorare. Mandauit præterea; vt in cursu insulam S. Laurentij perlustraret, quam audiverat esse & amplissimam, & multis rebus abundantem. Cū hac classe Siqueira Olyssipone profectus est nonis Aprilis, Anno à Christo nato, M. D. viij. Duodecim verò nauibus præfuit Georgius Aquilaris. Huic imperauit, vt cum quinque nauibus promontorium, quod appellant Guardafum, ea parte, qua ab Austro ad Septentrionem in introitum Arabici sinus infletur, peragraret, & maria illa specularetur, vt naues, quæ-

RES EYROPEAE.

Fernandus filius Emmanuelis nascitur.

RES INDLICAE.

16. naues in Indiā mittuntur.

ANNVS à Christo nato, 1508.

quæcunq; ex Arabia in Indiam nauigarent, interci-
peret. Septem verò naues, reliquæ certis Ducibus attri-
butæ sunt: è quibus vnus fuit Franciscus Pereira Pe-
stana, qui iussus erat arci Quiloensi præesse. Alij præ-
terea (Tristanus is Syluius appellabatur) dedit in man-
datis Emmanuel, vt cura duabus triremibus ex India
in Guardafuense promontorium nauigaret, & secum
Aquilari coniungeret. Hæc classis soluit Olyssipone
eodem mense, quinque diebus postquam prima clas-
sis vela dederat. Eam verò tempestas subito coorta dif-
fecit, & malum nauis, cuius Pestana nauarchus erat,
perfregit, & armamenta dissipauit, ita, vt cogeret
Olyssiponem reuerti. Vnde resecta naui decimo quar-
to kalend. Iunij, rursus profectus est. Is impeditus hye-
me, Quiloam peruenire non potuit, & in insulis citra
Mozambiquem sitis hyemauit. Nauarchi, qui erant
in Indiam profecturi, varijs casibus agitati, Cochimū
tandem delati sunt. Aquilaris autē naufragio perijt.
Odoardus Lemius vnus ex nauarchis, qui erat Aquilari
sanguine coniunctus, cum naues ad Mozābiquem
sem portum appulisset, inde discedere noluit, antequā
de Aquilaris vel salute, vel exitio aliquid certi cognos-
ceret. Cū verò multis argumentis perspectum fuisset,
Aquilari nauem fractam, atque dissipatam, & flutibus
oppressam extitisse (in eodem enim cursu multa nauis
laceratæ fragmenta, cum dolijs & instrumentis nauiticis
apparebant) nauarchorum omnium communi consensu
statutum est, vt Lemius in locū illius succederet. Itaq;
cū primū per anni tempus licuit, Pestana, qui iam se
in eandem insulam Mozābiquensem contulerat, Quiloam
recta contendit. In illius nauem Lemius conscendit,
suam verò Vasco Sylueiræ cōcessit, & ita in promontorium
Guardafuense cursum tenuerunt. Petrus Ferreira Fogaza,
qui arcē Quiloensem cū imperio tenebat, Melindem,
(sic enim iussus erat) profectus est: & ibi tandiū cōstitit,
quādiu per anni tempus nauigare nō potuit. Cū primū
verò tempestas secūda fuit, sese ad Lemiu aggregauit,
Lemius igitur cū classe

Classis Lusitana tempestate disiecta.

Aquilaris naufragium.

classe septem nauium Zacotoram cursu petijt. Regiones
autem regum, qui erant stipendiarij, circūuectus
tributa collegit: & cū aliqui tributum imperatum
pendere recusarent, eos bello domuit. Magadaxum
oppugnare cū vellet, propterea quod vidit ciuitatem
esse situ & natura munitionibus, & stationem nauium
parū tutam, & aditum ex mari in urbem difficilissimum,
de nauarchorum omnium consilio ab ea mēte destitit.
Ibi cū in anchoris cōsisteret, vigilum negligentia
factū est, vt nauigij, cui præerat Georgius Quadra
ex suorum regis gemina, infortunius præciderentur.
A Estu porro vehemētissimo delatus, tantum maris
transiit, vt cū milites atque nauatæ de somno suscitarentur,
non possent in qua tūc regione versarentur, vlla ratione
conijcere. Ergo tantisper remis nauigium inhiuere,
dum exortu Solis tenebræ dispellerentur. Cūra verò
neque sic possent, quam Regionem præterueherentur,
agnoscere, se ventis agi permiserunt. Sic in Zeila
portum, quæ ciuitas non procul abest ab ore & introitu
sinus Arabici, & ad Aethiopiā pertinet, delati sunt:
atq; ita factū est, vt omnes à Saracenis, qui eam
ciuitatē incolebant, caperentur. Lemius à conatu,
quo Magadaxū oppugnare constituebat, depulsus,
in Zacotoram venit, atq; ibi Petrum Fogazam
in arcis præfectura constituit. Quæ deinde Lemio
acciderint, alio in loco referemus. Nunc quæ
Tristanus Cugna gesserit, explicanda sunt. Classis
illi cōmissa erat vndecim nauium. Alias præterea
quinque naues instructas Emmanuel Alfonso
Albuquerque permisit, quem voluit, vt postquam
Almeida muneris sui definitū tempus expleret,
Prætor Indiam cum imperio teneret. Cugna cum
hac classe in Mozambiquem peruenit mense
Decembris. Ibi propter hyemem hibernare
coactus fuit. Aliquæ tamen naues ab illo
tempestatibus seiuncte, minimè cōparuerunt.
Alfonso namq; Lupius Costa nauarchus
Zofalæ portū subierat. Lionelus Coutignus
se Quiloā receperat. Aluarus Tellius in
promontoriū Guardafuense maximo cū
periculo delatus extiterat. Ibi cū se à iacta.

Magadaxū opp.

Quadra ex suorum regis gemina, infortunius

Zeila opp.

Tristanus Cugna res gestæ.

Cugna superior pars tempestate disiecta.

*Sinus pul-
cher insulæ
S. Laurentij*

*Cugna ad
S. Laurentij
insulam na-
uigatio.*

*Cugna ab
incolis adi-
tu prohibi-
ta.*

*Roderici
Pereiræ na-
uis submer-
sa.*

à iactatione refecisset, prædas è Saracenis egit, quibus cum militibus suis ditatus est. Postea verò Zacotorà petijt, vt se cum Tristano Cugna coniungeret. Rodericus Pereira Coutignus tempestate similiter agitatus in sinum insulæ S. Laurentij introiuit: quem sinum propter illius amœnitatem, pulchrū appellauit, quod adhuc nomen obtinet. Ibi cum decem & octo adole- scentes lintre inuecti ad nauem illius accederent, eos benignè accepit, & vestibus donauit: & cū reliquos di- misisset, duos muneribus allectos retinuit, quos ad Cugnam in Mozambique perduxit. Cū Cugna multa de insulæ huius magnitudine percepisset, & nondum tempus esset idoneum ad iter Zacotorà ver- sus suscipiendum, re prius cum Alfonso Albuquerque communicata, in eandem insulam nauigare consi- tuit, vt mores gentis, & instituta, & telluris etiam am- plitudinem, & fertilitatem aliqua ex parte oculis v- surparet. Duxit autem secum Alionsum Albuquer- cium, & Antonium Campensem, & Emmanuelem Tellium, & Franciscum Tauoram, Ioannem Gome- cium Abræum, & Rodericum Pereiram Coutignum & Tristandum Aluarum. Reliqui autem nauarchi cū nauibus suis in Mozambique relictis sunt. Cū verò ad aliquot portus appulisset, & in terram descendere vellet, fuit à confertis incolis aditu prohibitus: quos tamen magna cæde perterritos, in fugam coniecit. Ora- ram deinde omnem, quæ ad Aethiopiã spectat, per- iustrauit. Cū verò Promontorium, quod pertinet ad Occasum, fleckeret, & totam insulam circumuehi cuperet, vt eam etiam partem, quæ pertinet ad Austrū cognosceret, ingenti tempestate impeditus est, quo mi- nus id, quod conabatur, efficeret. Ea tempestate nauis Roderici Pereiræ ad vadum allisa, demersa est, maxi- maq; pars hominū, quæ illa uehebatur, interiit. Cugna receptui signū dedit, & in Mozambique reuersus est. At Ioannes Gomecius Abræus cū ea tempestate excitata fuit, iam insulæ promontoriū superauerat. Cū verò oram Australem legeret, in fluiuium inci- ditre

dit regionis illius insulæ, quam Mataraniã nomi- nant. Ibi vt auationem faceret, consistere in ani- mum induxit, cū repente multi lintribus inuecti, nauem circumdat, nutibus hominem perbenignè salu- tant, pisces recentes offerunt: radices, quibus gens ali- tur, & arundines, è quibus saccharum exprimitur, mu- nificè præbent: omnia denique signa singularis hu- manitatis ostendunt. Ea gentis facilitate nauarchus allectus, magistrum nauis iubet in lintrem descende- re, vt videat (erat enim multarum linguarum peritus) an possit cum illis sermonem conferre, & simul admo- net, vt aliquot homines munerib. delinitos in nauem conscendere persuaadeat. At illi vbi primū magistrum acceperunt, tanta celeritate lintrem remis egerunt, vt se intra breue spatium è nostrorum conspectu, priori- perent. Hoc cū ex improviso accidisset, Nauarchus scapham in mare demittere iussit, & in ea tormenta disponere, & cū viginti & quatuor hominibus in eam desiliuit, vt lintres sequeretur. At cū terræ appropin- quaret, cernit rursus eosdem lintres cum magistro sca- pham versus summa securitate nauigare. Magister au- tem nutibus admonebat, ne quid hostile molirentur: gentem esse benignam & perhospitalem. Cū autem ad scapham peruenit, narrauit se fuisse ad Regem per- ductum, qui eum fuerat singulari humanitate com- plexus, illumq; præterea torque argenteo, & armillis atque annulis argenteis donarat, statimq; remisera- vt nomine suo nauarchum precaretur, ne vellet con- gressum hominis illius cupidissimi fugere. Se nanque illius gratia omnia, quæ nauarchus ipse vellet, liben- tissimè facturum. Hac specie humanitatis inuitatus nauarchus, in terram descendit. Rex in littus contem- derat, & vt hominem omnibus amoris signis sibi egre- gè deuinciret, summa ope nitebatur. Conuiuium in- structum de more gentis ita fuit, vt nihil, quod tellus illa ferret, desiderari posset. Sermo præterea multa iu- cunditate conspersus. Sol iam præcipitabat, & nauar- chus scapham repetebat, cū subito immanis quæ-

*Mataraniã
flum.*

*Lustianus
nauis ma-
gister à Bar-
baris inopi-
nauo ang-
lus.*

T dam

dam tempeſtas exorta fuit : caligo denſiſſima lucera
eripuit, & ingentes fluctus eiecti ſunt, quibus impedi-
tus nauarchus, in nauem redire non potuit. Ea tem-
peſtas qua tuor diebus terram illam tenuit, cum mare
iam eſſet tranquillum. Qui erāt in nauī, ſuſpicati fue-
rant, nauarchum manum cum gente illa magiſtri gra-
tia conſeruiſſe, & in eo prælio cecidiſſe. *Quo modo e-*
nim fieri aliter potuiſſet, vt is tam diu in terra incog-
nita verſaretur? Aut ſuos diurna ſollicitudine diſti-
neri ſineret? Quibus epulis, aut lenocinijs à gente bar-
bara & inculta inuitari potuit? Sed ſic fuit, in qui un-
magiſtrum, vt ſibi redderetur, poſtulauit : illi poſtula-
ta repudiârunt. Is iniuriam armis vlcifci voluit, & à
circunſuſa multitudine interfectus eſt. Quid igitur ſa-
ciemus? Expectabimus dum nauis tempeſtate ruriſus
excitata ad littus allidatur, & omnes ſiue in mari flu-
ctibus, ſiue in terra furētium hominum manibus fa-
dè percamus? Hæc cum ſecum reputarent, vela fece-
runt. At nauarchus ſcapha per oras illas circumuectus
cum nauem minimè reperiffet, ad Regem redijt. Rex
illum valdè amanter excepit, omnibuſque modis ex-
pertus eſt, an poſſet hominem ab ea mœſtitia, qua mi-
ferrimè premebatur, auocare. Sed fruſtra conatus eſt.
Ille namq; cum ſe videret in illa vaſtitate relictum, &
omni ſpè in patriam redeundi omninò deſtitutum, &
gentis victum, & cultum aſpernaretur, omne ſola-
tium reſpuebat, & ſe lachrymis & lamentis dedebat
atque ita tandem mœrorè contabuit. Similiter octo
illius comites dolore conſecti, è vita cum multis gemi-
tibus exceſſère. Reliqui ſcapham reſecerunt, & mul-
tum ſui deſiderium Regi. vt apparebat, relinquentes,
inde proſecti, curſum in Mozambiquem tenuerunt.
Incidentes verò in nauem, cui Lucas Fonſeca præerat,
quæ in Zoſalam nauigabat, ab illo excepti, & in Mo-
zambiquem deduētī ſunt. Locus autem poſtulat, vt
huius inſulæ ſitum, & variarum gentium, quæ eam
incolunt, mores & inſtituta, & telluris etiam natu-
ram aliqua ex parte referamus. Inſula à noſtris inſula
Sancti

Mira tem-
peſtatis ter-
reftris nau-
tura.

Nauarchus
à ſocijs in
inſula S.
Laurentij
relictus,
mœrorè con-
tabuit, vnde
cum quibus-
dam alijs.

Sancti Laurentij nominatur, eò quòd die Diui Lau-
rentij memoria conſecrato fuit à Luſitanis cognita.
Patet in longitudinem circiter mille atque ducentis
milliarijs: in latitudinem verò quadringentis & octo-
ginta. Eſt varijs regnis diſtincta. Regionis mediterræ-
næ cultores ſimulacris dediti ſunt: qui oras mariti-
mas incolunt, maxima ex parte Mahumetis ſectam ſe-
quuntur. Partim nigri, partim colorati, breui autè, &
criſpo capillo ſunt. Dicitur veſtibus goſſipinis ami-
ciuntur: tenues verò pudenda tantum goſſipina veſte
contegunt. Licet eis tot vxores ducere, quot eis libe-
rit. Regio eſt ſingulari fertilitate prædita. Fontes ha-
bet quamplurimos, & aquas dulces atque perennes.
Eſt præterea denſis ſyluis atque nemoribus culta. A-
būdat multum piſcatu, venatu, & aucupio, variaſque
fruges modica cultura adhibita profundit: multipli-
cesque radices, quibus homines vice panis vtuntur, ef-
fert. Citreis malis, & alijs arborib. odore miro redolen-
tibus veſtita eſt. Arundines innumerabiles, è quibus
ſaccharū vel natura inſtillatur, vel artificio exprimi-
tur, in ea proueniunt. Zingiber paſſim effunditur, quo
quidem viridi veſcuntur: ſiccum conſeruare neſciunt.
Habent argenti metalla quamplurima. Gens eſt natu-
ra ſimplex, & ad humanitatem propèſa. Artificio na-
uigandi carent: in tribus tantum gratia piſcationis vt-
tuntur. In prælijs non alijs armis, quam leuib. iacu-
lis vtantur, ſed nunc Luſitanorum uſu & conſuetu-
dine melius armati in aciem prodeūt. Et hæc quidem
de inſulæ ſitu & natura, & gentis moribus, ſatis eſſe
dictum, quod ad præſens inſtitutū attinet, opinor. At
Triſtanus Cugna primū è Mozambique Melindè con-
tendit, & cū Rege amanter colloquens, munera, quæ rex
Emmanuel ei dono miſerat, cū honorifica amicitie
ſignificatiōe detulit. Ei deinde tres homines tradidit,
è quibus vnus erat Luſitanus, nomine Fernādus Gome-
cius Sardus: alter natura Maurus, qui tamen Chriſtiana
religiōis ſacris erat inſtitutus, cui nomen erat Ioan. San-
cius: tertius verò fuit Saracenus quidam Tunete oriūduſ,
qui

Inſula S.
Laurentij
deſcriptio.

Radicum
uſus panis
vice.

Cugna cum
Melindio
congreſſus.

Emmanuel
ad Ae-
thiopiae re-
gem lega-
tiō.

T a qui

qui Mahumetes appellatur. Hos autem mittebat Emmanuel cum literis ad Aethiopiae Regem, quem nostris fati imperitè Ioanem presbyterum nominabant. Hos Rex Melindius in fidem recepit, ut inde in Aethiopia, quæ supra Aegyptum est, ipsius Regis fide deducerentur. Hæc ubi mandata confecit Cugna, in Hoiam urbem, à Melinde octoginta millia passuum distantem, quæ bellum cum Melindio gerebat, inuectus, cum cepit, diripuit, & incendit, multosque Saracenos occidit. Inde in aliam delatus urbem, quæ inde sexaginta passuum millia aberat, eam, cum armis nollet resistere, Regi Emmanueli subdidit, & ei tributum nomine certum auri pondus, quod singulis annis peteret, imperauit. Inde verò in aliam se contulit urbem, muris & mœnibus egregiè munitam, celebre regionis illius emporiū, nomine Brauā. In illius portu cum classem constitueret, ad ciuitatis Principes Lionelium Coutignum misit, qui illis Emmanuelis nomine pacem offerret, eosque ad communionem foederis inuiteret. Illi simulabant à foedere haudquaquam abhorre, id tamen differebant, atque procrastinabant. Solet enim illis temporibus ventus quidam vehemētissimus incitari, qui naues omnes, quas in portu illo reperit, afflictat: atque tandem ad vada vehementer allisas, effringit. Hanc malitiosam calliditatem cum argumētis Cugna exploraret, urbem oppugnare constituit. Ante solis exortum copias in littus exposuit, duplicemque aciem instruxit: primam à ciem, in qua erant quadringenti milites, Alfonso Albuquerque attribuit, ipse secundam aciem, in qua erant sexcēti milites, ducebat. Erat in ciuitate præsidium, quod quatuor hominum millia continebat. Duo millia ex urbe festim egressa, nostris occurrunt. Fit atrox prælium. Nostris tamen eos graui ter vrgēt, & cedere compellunt. Illi tamen ordine minimè turbato se in urbem recipiunt, & absque vlla trepidatione, portas occlusis, Lusitanorum impetum retundunt. Nostris bifarram diuisi, in varias partes, vt videant, sitne aliquis in ur-

bem

bem aditus, discurrunt. Hostes interim missilibus & facibus in nostros è muro coniectis pugnabant. Tandem cum Alfonso Albuquerque locū imminutum reperisset (pars enim muri ea parte vetustate collapsa fuerat) in urbem inuasit. Hostes conferti se in eam partem contulerunt, & maxima armorū contentione in extre-

Brauā è mo salutis discrimine restiterunt. Vtrinque fuit impetu satis acri dimicatum, donec Cugna accessit. Illius aduentu hostes se in fugam dederunt. Nostris illos insequi parabant, quod tamen Cugna prohibuit. Vrbs spoliata fuit, ingenisque præda in naues imposita: multi ex hostibus occisi, multi etiā capti sunt: maximæ tamen parti libertas donata. Ex nostris quinquaginta desiderati sunt, & multi graui ter fauciati. Duodeuiginti homines auaritia cæcati, tantū irscapham quandam onus imposuerunt, vt scapha demersa omnes interirēt. Scapha tamen illorū pondere leuata, rursus emerit. Tanta verò fuit in militibus rusticanis immanitas, vt ne quidquam illos à prædandi studio remorari posset, manus mulierū multarum præciderēt, quò minore labore illis annulos & armillas detraherent. Id tamen malum Cugna, ne vltius progrediretur, maxima pœna constituta prohibuit. Vrbs verò flammis coniectis, incendio, hostibus è propinquo intuentibus, valde miserabili conflauit. Inde Magadaxū contendit, & Lionelum Coutignum in urbem misit, qui similiter atque Brauæ fecerat, pacem & amicitiae foedus ostenderet. In littore equites cataphracti discurrabant, muros armorum præsidia vinciebāt: alij verò extra muros cum armis inambulabant: omnia denique bellum horribili specie minitabatur. Coutignus autem, quàm in terram descenderet, vnum ex captiuis, qui Brauæ capti fuerant, in terram exponendum curauit, vt hominibus, se non bellum, sed pacem nunciare significaret. Illi verò captiuum in Coutigni conspectu dilacerant, deinde Coutigno, si in terra pedem ponere ausus esset, idem se facturos minabantur. Coutignus ad Cugnam redit, & hostium ferociam atque minas exponit. Cug-

T 3 na vr-

Hoiā vrbs à Cugna capta.

Alia vrbs dedita.

Brauā vrbs.

Pacis fraus dulcena procrastinatio.

Pugna cum Brauensi- bus.

Brauā è Lusitania capitur.

Delestada quadrunda auaritia.

Rusticanorum militum immanitas.

Brauā in- censa.

Magadaxū à Lusitanis inactu relinquuntur.

na urbem aggredi voluit, sed à reliquis Ducibus, & à nauium magistris admonitus, id certamen omisit. Vt enim exitus difficillimos, & stationem periculofam et infestam, & vrbs moenia valde munita, & militum copiam, quæ urbem tueri poterat, omittam, hyems instabat, & nauigandi tempus effluebat, ita, vt si vrbs non vno impetu caperetur, maximum classis periculum cum summo dedecore Ducis, & interitu exercitus immineret. Inde igitur in Zacotora properauit, ad quam intra breue tempus naues incolumes appulisse sunt.

*Zacotora
insula.*

Hanc insulam suspicantur multi eam esse, quæ olim Dioscoridem appellabant, quæ ad Prasum promontorium spectat. Est autè varijs montibus distincta: abundat varijs fructibus & oleribus. Homines sunt colorati. Se Christianos esse profitentur. Tempa more nostro cum altaribus ædificant. Cruce tantum habent

Christiani

*Zacotorenses,
eorumque mores.*

in ipsi altaribus statuas: imaginibus non vtuntur. Dies ieiunij dicatos, de Christianæ religionis more, singulari ciborum abstinentia obseruant. Nec enim illis, cum ieiunant, pisces edere licet. Vnã tantum vxorem ducunt. Eosdem festos dies, quos nos agimus, & iisdem temporibus celebrant, & diuorum etiam memoriam sanctè colunt. Decumas frugum & fructuum sacerdotibus integrè persoluunt. Nauibus carent. Sunt disciplinarum prorsus ignari, vsque ad eò, vt cum Christianum nomen retineant, Christianæ religionis imperiti sint. Ignauia & otio torpent: animo demisso &

*Zacotorensium
seruitus*

*Caxemum
reg.*

abiecto sunt, vsque ad eò, vt sine vlla recufatione paucis Saracenis obtemperent: & cum impotenti ab illis tyrannide vexentur, nullam tamen pro libertate dimissionem subeundam existimant. Rex Caxemi (est autem ea regio felicis Arabia, quam Oceanus definit) eam tunc durissimo dominatu oppressam tenebat, & vt illis ipem recuperandæ libertatis adimeret, arcem non procul à littore extruxerat, multisque præsidij & bellicis instrumentis egregiè munita, filiumque suum iuuenem acri animo præditum, eidem præfecerat. Hanc Cugna expugnare statuit, vt Christianos

inco-

incolas ea tyrannide liberaret. Primum tamen Abrahamum (sic enim adolescens ille regius appellabatur) per legatum admonuit, vt è regione, in quam pater illius nullo iure armis inuaserat, confestim excederet, & arcem sibi omni præsidio nudatam traderet. Abrahamus respondit, se patris sui imperium reuereri, aliorum verò Principum iussa pro nihilo putare. Ad bellum igitur se pararet. Rem enim non verbis, sed armis esse gerendam. Cugna omnia, quæ ad oppugnationem necessaria videbantur, impigre comparat. Atque altitudinem maris ea parte, qua facilius in terram aditus fore videbatur, explorat. At Abrahamus ea nocte locum munivit, præsidiaque in vallo disposuit, quæ nostros aditu prohiberent. Cugna duplici acie instructa, cum primum diluxit, ad litus accessit. Primum agmen ipse ducebat, postremum Albuquerque commiserat. At cum Albuquerque cerneret, alium aditum propius arcem, qui pridè propter salum multo periculosior apparebat, esse tunc valde tranquillum, vt hostes anticipati prælio distineret, ad eam partem scaphas agminis sui remis incitari iussit, & ita sine villo impedimento copias suas in terra constituit. Id cum minimè Cugna cerneret, palmetum versus contra Abrahami præsidia celeri remigum contentione inuectus est. Id conspicatus Abrahamus, vt subsidio illis occurreret, qui erant in vallo, ex arce festinanter egreditur. Sed cum eos, quos Albuquerque agebat, in terra conglobatos animaduerneret, ad eam partem se contulit, è qua maius sibi periculum intendi perspexit. In illius agmen Albuquerque armis egregiè tectus iauasit. Alfonso Norogna, qui vnus erat ex Ducibus, quos Albuquerque ducebat, in Abrahamum impetum dedit, & hostes retrocedere compulit. At Abrahamus, vt illius copiarum tutò sese in arcem recipere, nostrorum agmen animo maximo sustinebat, & virtutis militaris mirum specimen exhibebat: tandè à reliquis destitutus, octo tantum militibus stipatus, ne inultus caderet, facinora

*Cugna dicitur
Zacotorensis
sive arvis
præfecti
legatio.*

Bellum Zacotorensis.

*Pugna cum
Zacotorensibus.*

*Abrahami
virtus militaris.*

memorabilia in nostros edebat. Hæc cum Norogna cerneret, vt cum illo manum confereret, accelerauit. *Duorū Du- cum mono machia.* Nimis acre cerramē inter duos illos Duces institutum breui spatio finitum fuit. Lusitani namq; hostes circundederunt, qui quidem animo fortissimo in extremo vitæ discrimine resistētes, concisi vulneribus concideruat, ira tamen, vt multos è nostris grauiter sauciarent. At Cugna interim, cum in terram ea parte, quam oculis antè designarat, desiliret, ij, qui erant in munitione dispositi, illum aditu telluris arcere conabantur. Sed cum maxima vi repressi fuissent, in arcem se recipere vouerūt: nostri illos insequuti sunt. Cum ad arcem propius accessissent, qui erant cum Albuquerque eos exterritos in effusam fugam compulerūt. Pauci tamen ex illis in arcem recepti sunt. Cugna eos, qui fugerant, persequi minimè voluit. Nihil enim arcis expugnationi anteuertendum arbitrabatur. Itaq; nostri continuo iussu illius ad arcem accedunt, vt portas perfringerent. Arbitrabatur enim hostes exanimatos metu, non valdè eorum impetū repressuros. Quod longè secus euenit. Hostes enim missilibus & faxis è turribus Lusitanos vulnerabant: Albuquerquei lapide coniecto ita contuderūt, vt diu vocem mittere non possent. Cugna hoc animaduertens, signum receptui dedit, & vnum tormentum è classe, & scalas importari iussit. Tormento autem portas dilacerare, & scalas mœnibus admoueri præcepit. Hostes cum portas fractas cernerēt, & se minimè posse Lusitanorum impetum, qui iam ingredi parabant, vlla ratione propulsare pauci namque reliqui erant, qui arcem tutabantur se in arcis turrim munitissimam receperunt. Nostri portis effractis in arcem se contulerunt, & turrem aliam occuparunt: ad eam tandem, quæ maiore virtute defendebatur, accessere. Hostes tam acri animo turrim morte proposita tuebantur, vt Cugna molestissimè ferret, homines ad eam fortes interire. Itaque illos per interpretem admonuit, se libenter misericordiam eorum virtuti tributurū, libertatemq; daturum, si se dedere

dedere vellent. Illi verò mortē honestā deditiōni, quā ad mediū turpem opinabantur, facillimè prætulere. Turris igitur cū eorum omnium strage, qui erant in præsidio capta fuit: vnus tantum, qui erat optimus nauium magister, referuatus est. E nostris octo desiderati, & quā plurimi vulnerati sunt. Arce ad hunc modum capta, Cugna oppidi incolas admonuit, se, vt illos in libertatem vindicaret, iussu Regis Emmanuclis in eas oras peruenisse. Indignum namq; clarissimū Principi visum fuisse, gentem Christianam Saracorum superbissimum dominatū tandiu pati. Oppidani gratias agere, manus in cælum tendere, clamores lætitiæ significantes emittere, omniaq; felicia & fausta Emmanueli precari. In templū in dē, in quo Saraceni sacra impura è Mahumetis disciplina procurabāt, Cugna cū Lusitanis omnib. se contulit, in eoq; sacris expiato, res diuina singulari cæremonia atq; sanctitate facta fuit. Cugna arcem multorū operis multò melius munitam Alfonso Norognæ, vt ab Emmanuele iussus fuerat, cōmisit. In dē verò decimo die Augusti anno M. D. vij. in Indiam transmisit, & cū ad Cananoris portum naues, vt iam superius exposuimus, appulisset, pax cū Rege Cananoris facta fuit. Deinde Cochimum delatus, ab Almeida Prætorē fuit satis honorificè & amanter exceptus. non multis post diebus cū Almeida intellexisset ad portum Pananis (est id oppidum magnum ad ditionē Calecutiensis Regis pertinens, à Cochimo Septentrionē versus supra quinquaginta millia passuum distans) Arabū onerarias naues consistere, & cū ijs classē Calecutiensem, armis, & telis, & militibus instructissimam, vt naues amicas tueretur, cui præerat vir impiger, Cutialis nomine, multum in bellicis rebus exercitus, cū ea in ipso portu cōsistere statuit. Tristanus Cugna opem suā pollicitus, illi se Comitē admodū libenter adiunxit. Itaq; duodecim nauib. instructis Almeida Pananem contendit ibi ex captiuis, quos in portu cepit, cognouit naues nondum in altum deductas, sed esse secundum fluuiū in sta-

Turris cum hostiū inter deditiōne captā.

Christiano rē de libertate gaudentium.

Missa prima in Zacotora in ista celebrata.

Cugna in Indiā abiit.

Pananis oppidum.

Almeida in Calecutienses & Arabas ex deditiō.

in statione collocatas. Cutialē præterea iuxta flumij ipsius ostiū vtraq; ex parte stationes vallo muniuisse, & tormenta in ijs cū valida manu militū disposuisse. Oppidū etiā præsidijs & munitionibus cinxisse & habere sub signis supra quatuor millia hominū fortij, partim ex Arabia, partim ex Nairib. qui stipendijs Calcutientis Regis alebantur. Almeida septingentos tantū Lusitanos eduxerat. Cū hac autē manu hostes hoc ordine aggressus est. Ducē Petrū Barretū nomine in scapha præmisit (nec enim naues magnæ, neque triremes, eò quòd æstus decesserat, poterant in fluuio nauigare) qui in hostiles naues inueheretur, & is triginta viros secum duceret. Hunc verò sequeretur Iacobus Petreius cū alijs triginta militib. qui in stationē, quæ prope fluminis ostiū, vnde maius periculū imminēbat, inuaderet. Post hos Laurentius Almeida & Nonius Cugna Tritani Cugne filius, scaphis similiter inuesti, eundem cursū tenerent: hos autē alij Ducis sequerentur. Postremum agmen Almeida & Cugna duabus triribus cogere. Postridiē prima luce hoc ordine in fluuiū ingressi, ad hostes appropinquarunt. Almeida tantū & Cugna, propterea quòd nō dum æstus accesserat, in fluminis ostio cōstitere Hostes tormentis & iaculis ignitis nostros obruere impetu maximo conabantur. Nihilō tamen secius nostri satis intrepidē progressi sunt, & per flammās atque telaruebant. Barretus cū ad naues, vt erat constitutum, festinanter accederet, & in terram desilire conaretur, triginta Saraceni capitibus & mentis abrais in eum impetum tulerunt. Erat autē abrais illa deuotionis indicium, qua sibi diras horribiles imprecabantur, sicut prælio nisi victores excederent, vt autem postea compertum est, fuit tunc deuotorum magna multitudo, quib; erat necesse, aut hosti vitā eripere aut in certamine mortem oppetere. Sic igitur multò atrocius præliū quàm pro hominum multitudine commissum repente fuit. Similiter Iacobus Petreius cum ad locū, quo erat iussus accedere, se conferre voluisset, à Saracenis eadē religione

Acies marinae Lusitanorum.

Prælium.

Deuotio Saraceni Barretum aggressum.

religione confictis exceptus fuit. Cutialis verò subfidia suis submittebat, & certamē summa vtrinq; cōtentione miscebatur. Prælio adhuc modū cōmissio, Laurentius Almeida cū suis copijs aduenit, & inuitis hostib. in terrā desiliuit, ita tamē vt multi ex nostris grauissimē fauciatī illū sequerentur. Nostri tamē cum acris institissent, hostes paulatim cedere coegerunt. Laurentius securi cū sex ex hostib. interemisset, in admirationē sui multos conuertit. Erat n. corpore procerus, & specie liberali magnisq; virib. præditus, & quocunq; se tulerat, hostibus terrorē iniiciebat. Quidā tamē ex deuotis in eū fidenter inuasit, & illi in brachio vulnus infixit: qui tamen cū reliquis deuotis occubuit. Nonius itē Cugna cū Barretū sequeretur, strenuē dimicauit, & signē nauib. implicuit, quo decē & octo cōflagrauit. Dū autē certamē extraheretur, adueniens æstus effecit, vt triremes facillimē nauigarent. Almeida igitur (Tristanus, n. Cugna morbo impeditus in terrā descēdere nequiuit) cū regio vexillo in terram descendit, vt suppetias suis afferret. Illius aduentu hostes in fugam conuersi sunt. Almeida illos insequutus est vsque eodum Panani appropinquaret. Ibi cōtinuò oppidū cōiectis vndiq; facib. inflammari præcepit. Quod quidē non solū hostibus spectaculū miserabile præbuit, sed Lusitanis militibus facinus indignum visum fuit. Erat enim oppidum multis opib. refertum, e cuius præda nostri ditari facillimē potuissent. Nunquam ne, dicebant, erit aliquod præmium militum virtuti perfolutum? Malè profectò de suo fortibus hominibus lagetur, qui eos ne de præda quidem hostium quidquā lucrari permittit. Nō intelligit præterea, præmijs virtutem militum incendi, illiberalitatis autem significatione restringi? Quis illum posthac libenter sectabitur, cū viderit eos, quorum virtute gloriā sibi ex victorijs comparat, in mendicitate versari? Hæc milites & alia eiusmodi iactabant. Almeida tamē nō is erat, qui militum cupiditatē, sed rationē & consiliū sequeretur. Videbat quantum periculum impenderet, cū

Laurentius Almeida præclaræ virtus.

Hostiles naues incēdit.

Hostiū fugam.

Panane in censa.

Almeida prudētia.

*Caſorū nu-
merus.*

*Alia Almei-
da expedi-
tio.*

*Chaulis ci-
uitas.*

*Campsonis
Aegyptij
classis ad-
uerſus Lu-
ſitanos.*

cū hoſtes non procul abeſſent, ſi noſtros prædæ cu-
piditate diſſipatos, & oneribus impeditos ex impio-
uſo adorirerur. Intelligebat etiam, quam ſubitò poſ-
ſet manus hoſtiū maxima comparari, cū omnes Ca-
lecutienſes milites, qui rotam illam regionem occu-
pauerant, ſint ad repentinos caſus expediti, qua poſſet
parta victoria de manib. extorqueri, & noſtris ingens
calamitas importari. Ex hoſtib. ter centum cecidēre:
nec enim noſtris eos longius, quā ſecuritatſ ratio fla-
gitabat, inſequi conſeſſum fuit. E noſtris duodeuigi-
ti cecidēre, multi præterea vulnerati, tormēta omnia,
quæ fuerant à Cutiali in ſtationibus collocata, in na-
ues impoſita ſunt. Sic autem re benè geſta Almeida ſe
Cananorem contulit, atq; inde Triſtanū Cugnā cū
quinq; nauibus onuſtis in Luſitaniam admiſit. Anni
autem inſequentis principio cū Almeida ſemper ali-
quid gerendum arbitraretur, ne noſtri ſegnitiæ lægue-
ſcerent, aut hoſtes animos à timore reſicerent, Laurē-
tium Almeida cū octo nauium claſſe miſit, qui orā
maritimam peragraret, & Saracenos omnibus in com-
modis affligeret. Iſ igitur eductis in altū nauibus in
multos portus inuaſit, multis hoſtium nauibus in-
flammationem intulit, & in Chaulis tandē portu claſ-
ſem collocauit, vt ibi naues, quæ erant è Cochimo pro-
fecturæ, quas ipſe tuendas ſuſceperat, opprimeretur. Eſt
autem ea ciuitas opulenta, ad Septentriones ſpectans,
regno Cambaiæ, quod Indus interſiuit, ſinitima. Hic
cū in anchoris conſiſteret, accepi, Campſonē Aegy-
pti Imperatorem magnā claſſem magnis præſidijs &
munitionib. ornata & inſtructa in Indiā miſiſſe,
vt Luſitanos euertret. Hanc claſſem, non ſolū vt ſibi
illatam iniuriam vindicaret, ſed etiam vt Regib. Ca-
lecutij & Cambaiæ ſatiſfaceret, comparauerat. Erant
enim hi Reges cū illo fœderati, & vterq; eorum ab eo
per literas contenderat, vt gentem Mahumetanis mo-
ribus & inſtitutis inenſam, quæ tyrannidem occupa-
re in India nitebatur, extinguentam atq; delendā ſuſ-
ciperet. Id autem facillimum fore. Nam præterquam
quod

quodd Sultanus ipſe maximas opes haberet, viriſq; in
bello fortiffimis vteretur, illos officio ſuo minimè de-
ſuturos, & coniunctis viribus effecturos, vt genus il-
lud hominum, quod tātum malorū Indicis rebus in-
uexerat, de medio tolleretur. Sultanus eā claſſem in-
ſtruxit, quā fatiſ eſſe ſuſpicatus eſt, ad Luſitanos fun-
ditus euertendos. In hac claſſe miſit multos ex illis,
quos olim, dum illud imperium vigeſbat, Mamelucos
appellabant: qui in pueritia à Chriſtianiſ parentibus
per vim abducti, & Mahumetanis inſtitutis imbuti, &
armis diligenter exerciti, bellicæ diſciplinæ laudibus
excelebant. Hos Indi, Rumes, hoc eſt, Romanos voca-
bant. Nam cū ex antiquis monimentis accepiſſent,
quantum Romanū imperium reliquis gentib. mili-
tari gloria præſtiſſet, cū primū in Indiā hi Luſi-
tani milites inueſti ſunt, eorumq; robur, & in re mili-
tari diſciplinā & induſtiam percepſſent, Romanos
eſſe iudicauerunt. Quemadmodum poſtea cū Luſita-
nos animaduertent eadem propemodum diſcipli-
na bellicas res adminiſtrare, Francos nominarūt. Fran-
corum enim nomen ex eo tempore, quo Ieroſolyma
Duce Gothifredo capta eſt, per omnes Solis orientis re-
giones maxima cū gloria peruagatum fuit. Claſſis i-
gitur huius magnitudo, & militum etiā fortitudo In-
dorum animos variè commouerat. Qui Luſitanos o-
dio perſequebantur, ſpe victoriae elati, vehementer ef-
ſerebantur: qui noſtris fauebant, erant animo ſuſpēſi,
& metu valdē conturbati. Almeida verò filium etiam
per literas admonuit, vt non ſpectaret, dū hoſtis ultra
progreſſus, plures motus in India concitaret, ſed illi
occurreret, & vbi primū poſſet, cum eo mari aperto cō-
fligeret. Itaq; Laurentius ſe ad conſligēdum parat, &
claſſem educere, & iter Diuum, quæ quidem vrbs olim
ad Cambaię regnum pertinebat, ſuſcipere maturabat.
Ibi namq; audierat claſſem hoſtium conſtitutam eſſe,
At hoſtium claſſis id non expectauit, ſed vt in Luſita-
nam claſſem inuaderet, in Chaulēſem portum contē-
derat. Præfectus erat Mirhocemus, vir militari gloria
præ-

Mamelucis

*Rumes, In-
dis Roma-
ni.*

Diu, vrbs.

*Mirhocemus hosti-
lis classis
præfectus.*

præstans. Is sex triremes, & vnam rostratam nauem, & alias quatuor naues valde magnas ducebat. Ad eam classem Melichiazus (sic enim appellabatur, qui Regis Cambaici nomine Diu cum imperio tenebat) triginta quatuor longas naues tormentis, & telis, & militibus instructissimas adiunxerat. Triremes & longe naues remis incitata, oram maritimam præteruectæ minimè conspiciabantur. Quinque reliquæ naues ex alto in portum secundo vento delatæ, speciem Lusitanæ classis primò nostris præbuerunt. Alfonso enim Albuquerque, qui tunc res memorabiles in Persico sinu gerebat, expectabatur. Itaque nostri cum illam classem Albuquerque esse arbitrarentur, securi constiterunt. Nemo vel anchoras moliri, vel arma expedire, vel quidquam aliud gerere voluit, ex quo posset intelligi, eos sibi illa ex classe quidquam metuere. Mirhocemus secundo æstuario, in quod fluuius, qui alluit ciuitatem in fluit, Lusitanam classem præteruectus, ingentes globos atque tela cõiecit, multosque Lusitanos vulnerauit, & vnum virum nobilem, nomine Rodericum Perieram, occidit: nostri simili ratione gratiam egregie retulerunt, & multos ex hostibus aut vulnerarunt, aut occiderunt. Hostes vltius prouecti, propius urbem anchoras iecerunt. Melichiazus tamen eo die extra portus ostium substitit. Laurētius minimè differendū ratus anchoras euellere iussit, vt confestim in rostratam nauem hostium, quæ prætorica erat, inuaderet. At Mirhocemus, eò quod nondum Melichiazus classem suam intra portum adduxerat, noluit eo die præliū committere: & ne cogeret inuitus dimicare, triremes expedire, vt celoces, quæ anchoras extrahebāt, impediret. Itaque eo die naues eodem in loco constitere. Sequenti die Laurentius anchoris solutis in Mirhocem nauem inuehitur: sed æstu recedente, cum ventus vim suam remitteret, ad hostilem nauem accedere non potuit. Ex propinquo prælium tormentis & iaculis commissum est. Sed cum hostium rostrata nauis esset altior, omnia tela, quæ ex ea nostros accidebant, eos conuulnerabant ipseque

*Prælium
nauale.*

ipseque Laurentius sagitta confixus fuit. Tunc qui cum illo erant, eum hortantur, & admonent, vt quando ventus minimè flaret, & æstus aduersus esset, & inde minimè posset in hostium nauem, vt cupiebat, inuehi, retro nauem suam regredi pateretur. Quod consilium ille iuuenit quadam audacia, & animi magnitudine motus, cum arbitraretur, se, si id faceret, in ligno dedecus subiturum, accipere noluit. Dum hærent reliqui, & quid optimum factum esset, in re tam implicita expedire non possunt, alia rursus sagitta, in facie ipsius Laurētij immissa grauissimum illi vulnus imposuit. Vt tamen cominus rem gereret, ipse & Petrus Barretus vltius progrediuntur: non ita tamen, vt possent cum hostili naue coniungi, eamque manibus ferreis iniectis alligare. Tormentis res gerebatur, & vtrinque multi aut occisi sunt, aut concisi vulneribus è prælio excedere cogebantur. Lusitanæ triremes, & naues humiliores, quæ facilius poterant, quamuis æstus aduersus esset, in hostium reliquas naues incitari, strenuè decertabant. Pelagius Sousa triremi sua inuectus est, & primus in triremem hostium in silauit: eum secutus est Ambrosius Pazagna, & Fernandus Petreius Andradus, & reliqui, qui molestè ferebant, se in ea dignitatis contentione superari: & sic factum est, vt illam cum hostium

*Bonū consi-
liū repudia-
tum.*

*Laurētius
bis sagitta
vulnera-
tus.*

*5. Festum
triremes
captæ, reli-
quæ fugatæ*

*Inanis su-
perstitio Sa-
raceni cura
inudam.*

5. Festum
triremes
captæ, reli-
quæ fugatæ
Inanis su-
perstitio Sa-
raceni cura
inudam.

vellet cum hostium rostrata naue cōgredi, sed eam, & alias tormentis eminus vsq; eo verberaret, dum omnes deprimeret. Id consilium Laurentius aspernatus est. Dicebat enim naues hostiles esse magnas, & omnibus rebus instruitas. Itaq; melius esse eas omnes capi, quod fore confidebat, quàm demergi. Sequēti die Melichiazus, quem substitisse extra fluminis ostiū diximus, vento secundo, & estu minimè repugnante, se ad Mirhocemi nauem cū classe sua contulit. Illius aduentu hostibus animus additus est, & nostri sanè perturbati sunt. Eam enim classē nondum conspexerant, & Chaulenses ciues clamores lætitiæ significantes ediderunt, & signis clarissimis ostēderunt, se nihil male, quàm nostris modis omnibus perniciem & interitum machinari. Nauarchi in nauī prætorīa cōiūcti, quid in eo casu gerendum sit, in tempesta nocte deliberant. Omnibus visum est, cū maxima Lusitanorum militum pars & vulneribus, & summa prælii contentione esset vehementer afflicta, & ipse Laurentius dupli-
 plici vulnere laboraret, & naues ipsę partibus perforatę in summo discrimine versarentur, & hostiū classē tanto supplemento resecta terribilem speciē exhiberet, & ciuitas ipsa hostilem in nostros animum declararet, esse temeritatis summę diutius in eo portu consistere. Tandiu igitur expectandum, dum recederet æstus, & ventus etiam flaret, vt tunc noctis silentio in altum properarent. Consilium fuit omnium sententiā comprobatum. Itaq; post mediā noctem vela faciunt. Res tamen non potuit tanto silentio fieri, vt hostes minimè nostrorum consiliū sentirent. Naues igitur festinanter expediunt, & Lusitanā classē insequuntur, prætoriamq; nauem, quæ agmen coge-
 bat, emissis telis remorantur, eamq; vnam multæ circumueniunt. Tormenti præterea vnus ictu perforata, a quę magnam vim intra sentinam admisit, cuius pondere grauata clauo dirigi haudquaquā poterat: atq; tandē in piscinorum munitionē, quę sub aqua latebat, incidens, impingit. Quod animaduertens Pelagius tradidit: deinde

Hosium cōiunguntur, copia.

Lusitanorū de rei summa delib. ratio.

Lusitana classis è Chaulensi portu discedit.

Lusitanorū nauis, Prætorīa in fundū impingit.

triremem suam remis vehementer incitari fecit. Nauis ita in fundo fixa permanebat, vt nihil omnino moueretur. Melichiazus cū nauē immobilem cerneret, illa relicta, quā in suam potestatem omnino redactam esse minimè dubitabat, triremem vt nauibus suis circumueniret, accelerauit. At qui erāt in triremi, cum se faucios, & labore nimio fractos & debilitatos viderent, neq; posse hostib. repugnare cogitarent, imprudente Soula, funem, quo triremis erat nauī prætorīæ alligata, præcidunt. Quo factō triremis tanta vi æstus abrepta fuit, vt quāuis Soula magnis vocib. inhibere iussisset, nihil omnino proficeret. Peruenit tandē ad locum, in quo Petrus Barretus, & Odoardus Melius & Iacobus Petreius, & alij nauarchi consistebant. Qui omnes cū maximè cuperent cū Laurentio societatem discriminis iniire, æstus vehementia prohibiti, se cum dolore summo continebāt. Fuit Laurentius à suis admonitus, vt in paronem, ad eā rem paratum, summa celeritate præditum desiliret, vt posset ad suos confu-
 gere. Quo consilio grauiter offensus, acriter illis, qui consiliū illud dabant, minatus est. Nec enim sibi decorum fore dixit, id periculum deuitare, in quo commilitones suos desereret. Se non mortē, sed dedecus extimescere. Præterea cōfideat, tandiu se posse cū illo præsidio, quod sibi fuerat reliquum, nauem tutari, dum æstus reciprocatione possent rursus reliquæ naues ad opem ferendam accedere. Erant tunc in nauī septuaginta homines vulnerati, & triginta tantum sani. Ex omnib. tres instruxit acies, vnā attribuit Emmanueli Pazagnæ, qua foros defenderet, alteram Francisco Nabacio, cui præcepit, vt prorę castellū tueretur: ipse tertiam sibi reseruauit, vt præsidio quo posset puppim firmaret. Hostes cū cernerent, quā acri animo nostri se ad resistendum pararent, cum hominib. fortibus & animosis, & in vltimū discrimen adductis, in quo etiam ignauissimus quisq; desperatione ductus, hostes sepe numerò signis insolite virtutis exterrit, congregari noluerunt. Eminus tantū rem gerebant: crebris tormentorum

Laurentij magnanimitas.

torum ictibus omnia personabant: sumi caligo densissima aspectum omnibus adimebat. Nostri tormentis similiter in hostes globos frequentes iaciebāt. Laurentius hortator & spectator aderat, & omnibus rebus occurrebat, optimique Imperatoris officioungebatur. Tandem cum femur illius pilæ ictu dilaceratum fuisset, se in cathedra ad nauis malum collocari præcepit, & inde suis animo maximo imperabat, eosque virtutem factis egregijs ostenderent, hortabatur. Hæc maximis vocibus admonentem alia pila in pectus illius emissa interemit. Nauis erat iam maxima ex parte armamenti nudata, atque multis in locis dissoluta, & aquis opplata. Hostes igitur vndique confluunt, vt in eam insiliant. Ter tamen fuere ab ijs, qui erant in nauis, acerrima contentione repulsi. Tandem cum nostros vires deficerent, hostes fidenter ingressi, eadē magnam ediderunt. Nostri, vt in vltimo illo casu non multi caderent, fortissimè dimicabant. Id cum Melchiazus animaduerneret, indignum facinus esse putauit, homines ad eō fortes interire. Viginti tantum, nam reliqui omnes occiderant, humanitate illius cōseruati sunt. Mortui sunt in nauis prætoris octoginta viri: in alijs autem ad septuaginta, inter quos multi fuere & nobilitate & factis insignes. Duces reliqui, qui æstu prohibiti fuerant, ne opem afferre Laurētio possent, cum animaduernerent nauem esse captam atque depressam, vltius contendere sine fructu noluerunt. Itaque passis velis in altum prouecti, Cananorem petierunt, & inde Petrum Gnaiam Cochimum mittunt, qui Almeidae acerbum filij casum nunciaret. Attulit is nūcius Lusitanis omnibus insignem mœstitia, cum multis lacrymis atque luctu coniunctā. Erat enim Laurentius Almeida non solum egregiè fortis, sed humanitate singulari præditus, qua quidē omnes ad sui amorem vehementer alliciebat: morum verò integritate patrem imitari nitebatur. Itaque omnibus cum illo vixerant, mirū sui desiderium reliquit. Rex Cochimēsis eo casu perculsus, ad Almeidae continuè venit, vt

Laurentij
Almeida
mors.

Lusitanorū
fortitudo
& cades
vtriusque.

Cæcorum
numerus.

Lusitanorū
de Laurentio
luctus.

illum à mœstitia, quoad posset, & doloris societate, & verbis amantissimis auocaret. Almeida tamen cum multis signis antea varijs in locis, quāto animi robore se-
Almeida
fortitudo
in signis.
mè declarauit. Cum enim vnicum filiū, virtute & moribus excellentem amississet, ita dolorē vultu compressit, vt illū nullius solatio indigere cuncti perspicerent. Quin ipse reliquos, nē lugerent, admohebatur. Se namque non diurnam vitam filio, sed virtutem insignē à Deo præcatum fuisse. Humanæ vitæ spatium esse breuissimum, virtutis autē præmiū sempiternum. Omnia, quæ acciderent, ad consiliū diuinū referere, Deoque gratias agebat, quod iuuenem illū honestissima morte ornare voluisset. Confidere porro, vt illum etiam opibus illis, quæ nunquam essent interitura, muneraret. Ad hæc autem adiungebat, Qui filium meum carum habebat, non lacrymis, sed virtute amorem ostendat. Illius enim eadem vlisci statuo. Qui mihi alacrius in hoc opere perficiendo opem tulerit, eum eximabo maiore caritate filio meo deuinctum fuisse. Hæc & alia eiusmodi dicendo, quod maiorem sui admirationē commouebat, plures lacrymas circumstantibus excitabat. Quod enim altior & constantior illius animus apparebat, eō minus dignus ea calamitate videbatur. Dum hæc in India fiunt, Rex Emmanuel re-
RES AFRI-
am Africanarū curam minimè depoñebat. Azamo-
CANABE.
est Mauritaniæ ciuitas, in ea parte sita, quæ Oceano
Azamora
atlantico cōtinetur, quæ admodum de Sabinio dictū
ciuitas.
ciuitate abest passuū 80. millia Septētriones
est. Ingens autē fluuius, quem Asamā esse quidam
Asama fl.
nuntiant, eam præterfluit. Hanc vrbē Emman. expu-
rare cupiebat. Vt autē hoc fore facillimū in animum
Bellum A-
aduceret, effecit Mauri cuiusdā Principis aduentus.
Zamorense
autē illi nomen Zeiamus, & regnum in ciuitate,
am Mequineziā appellant, in mediterranea regio.
Mequine-
Ziam, nō procul Fessā distātem, possederat, & mul-
zia ciuitas.
titudine vrbibus atque pagis imperabat. Erat autem
pater patruelis Mahumetis, qui Fessensē regnum
imperio

L I B E R

*Nazari-
us F. J. Rex.*

*Zeamus
Azamorē
sis Rex
Emmanue-
lis opem
implorat.*

*Io. Mene-
sij ad bel-
lum Aza-
moren e-
profectio.*

*Azamora
oppugna-
tio.*

*Zeami
perfidia.*

imperio tenuerat, sororemque illius vxorem du-
xerat. Nazari Regis Mahumetis frater, Fessē Rex ea
fide, quam gens illa colit, fœdus & sanguinis commu-
nitione, & connubij affinitate firmatum, conseruauit,
illum nanq; regno expulit. Is dignitate & opibus spo-
liatus, Azamoram contendit. Existimauit enim fore,
eò quòd esset ciuibus illius ciuitatis carus, vt ei ciuita-
tis imperium traderetur. Id ciues tunc facere nolue-
runt. Ea igitur spe depulsus Zeiamus, ad Regem Em-
manuelem se contulit, ei que fidem dedit, se perpetuo
in illius potestate futurum, atque perfecturum, vt nō
Azamoram solum, sed quamplurimas alias ciuitates
expugnaret, mediocri classe maximum bellum proli-
gari posse. Se namque multos in ea ciuitate cognatio-
nibus, & affinitatibus, & clientelis implicatos habere,
quos omnes confidebat futurum, vt ciuitatem liben-
tissime proderent. Esse namque tyrannide, qua preme-
bantur, offensos: & fama clemētiæ, qua Emmanuel
bi quamplurimas nationes alliciebat, inuitari, vt se
illius fidem & patrociniū conferrent. Id Emma-
nuel, quòd author rex esset, & indignè iniuria vexat,
& iusto odio commotus, & quia ipsi authori mentis
minimè expedire videretur, & quod caput est, quòd na-
tura facillimè ea, quæ valdè fieri cupimus, facta credi-
mus, Mauro fidē adhibuit. Itaque classē non valde
gnam festinanter instruendam curauit, eiq; Ioannem
Menesium præfecit. Qui soluit Olyssipone. XXV. Id.
mensis Iulij, anno. M. D. Viiij. Exercitus erat quadringentorum
equitum, peditum verò supra duo millia.
Ad ostium fluminis tandē naues appulit. Noctē
secundo per fluuium inuectus, ad mœnia Azamoræ
classē constituit, & urbem oppugnare cepit. Cui
acri animo resistebat, & faces, & tela, & pilas ingen-
tissime iaciebant, & rates pice oblitæ & incensas in Lusitan-
classe machinis detorquebant, vt eam inflārent.
Multi præterea ex vrbe egressi circūcurfabāt, & nostros
ne copias in terrā exponerent, enixè contendebat. Me-
nesius Zeami opem expectabat, qui iam è Lusitania
Azamoram

Azamoram redierat. At is, vt est hominū ingenium
varium & cōmutabile, fidemq; minimè colens, prin-
cipio quidem se venditare, & spem auxiliij polliceri,
varijsq; modis Menesium ludificari. Deinde apertè
nostros exitium machinari. Iam enim illi cum ciuib;
benè cōueniebat, & sedecim millia hominum sub si-
gnis habebat, cum quibus in campo secundum flumi-
nis ripas concursabat, & quemadmodum perniciem
nostros quam maximā posset inferre, rationē inibat.
Intra ciuitatem erant octo millia hominum in præsi-
dijs, vt à mœnib; Lusitanorum impetum propulsarēt.
Nihilominus tamen Menesius cum copijs omnib; e-
gressus, castra fecit. Mauri, cum essent loci valdè inf-
dij opportuni, tribus in locis syluestribus inter littus
atq; mœnia in sidias collocarūt. Deinde cum reliquis
copijs è mœnib; egressi, nostris obuiam progressi sunt.
Menesius certamen minimè detrectauit. Triplicem
autem aciem instruxit: primam, quæ centum equites
continebat, Tentugalensi Dynastæ attribuit: secūda,
in qua erant equites centum & quinquaginta, Ioan-
nem Mascaregnā præfecit. Tertiam sibi reseruauit, in
qua erant equites ducēti & quinquaginta, & peditum
etiā phalanx, quæ equites vtrinque dispositi firmabant.
Hoc ordine in hostes inuasit: qui valida impressione
pulsī, se multò celerius, quàm fuerat statutū, in oppi-
dum receperunt. Consiliū enim fuerat, vt paulatim
cederent, vsq; eo, dum Menesius in insidias incideret,
& ita copijs vndiq; circumdatus cū omni exercitu con-
cideretur. Oppidani, nè nostri hostium tergis inhærē-
tes, in oppidum penetrarent, fores occluserunt. Cū
igitur Mauri se exclusos animaduertent, ea despera-
tione confirmati, restitēre. Præliumq; fuit magna v-
trinque cōtentione redintegratum. At qui erant in in-
sidijs, repente profiliunt, & magno impetu in nostros
inuehuntur. Tentugalensis Dynasta, & Ioannes Mas-
caregnas, Menesij iussu in subsidijs post terga relictī
eorum impetū, qui in insidijs fuerant, acri animo su-
stinebat. Zeiamus cum manu valida, vt suis opē affer-
ret, acce-

*Matoriti
in Lusita-
nos insi-
die.*

*Lusitano-
rum acies*

*Prælium
terrestre.*

*Lusitani
sedunt, or-
dinibus ser-
uatis.*

*Cælorum
numeru.*

*Ioannis Ro-
derici peri-
culum.*

*Soluta Aza-
mora abji-
cto.*

ret, accelerauit. Equites è pagis etiam, vt Lusitanos cir-
cumuenirent, atq; interneçione delerent, inſtuebant.
Menelius hæc omnia circunſpiciens retroceſſit, tanto
ordine atq; diſciplina, vt neq; trepidatio vlla, neq; tu-
multus exiſteret. Qui erant in ſubſidijs, poſtquam re-
ceptui ſignum datum eſt, eos, qui ex inſidijs impetum
dederant, perruperunt: & Menelius; qui extremũ tunc
agmen ducebat, illos, qui ex oppido nimis acriter in-
ſtabant, ſingulari virtute repellebat. Sic autem ſe pri-
mũ in caſtra, dein de in claſſem recepit. Sedecim e-
quites in hoc prælio ceciderunt, in quorum numero
fuere quidam viri & nobilitate & factis illuſtres. Ex
hoſt. b. vt poſtea compertum fuit, ceciderunt mille &
trecenti & ſexaginta quinque. Ioannes Rodericus Salũ
Menelius equo interfecto cecidit, & ab hoſt. b. circun-
uentus, paupum abſiit, quin occideretur. Duo tamen
fortiſſimi, quorum vnus fuit Ioãnes Homo, qui iam
ex India reuerſus in Portugaliã fuerat, alter Iaco-
bus Fernandus Faria, cum è media cede, hoſtibus par-
tim caſis, partim diſpuliſis, eripuerunt. Is equum Du-
cis; qui illius equum tranſfixerat; tunc Fariã manu
perempti, naçtus, periculum euasiſit. At Menelius cum
animo Zeiami perſidiam & fraudes reputaret, & mu-
nitiones atq; præſidia ciuitatis animaduerteret, intel-
ligeretq; fieri non poſſe, vt cum ea claſſe oppidũ tan-
tis præſidijs munitum expugnaret, minimè terepduũ
in obſidione tempus exiſtimauiſit. Anchoris igitur ſo-
lutis vela fieri iubet, Verũ cum ætus eſſent propter
lunã decreſcentis rationem languidiores, ita, vt ſtu-
men naues alueo ſuſtinere non poſſet, & nauẽ etiam
trepide oras ſoluerent, & anchoras vellerent, factum
eſt, vt aliquot nauigia vadis aliſa mergerentur, & ho-
ſtes vnã nauem longã in ſiccò deſtitutam circun-
ſiſterent, & triginta remiges occiderent: qui tamen an-
tequã caderent, duodeuiginti ex hoſt. b. interemerũt,
nauis autem fuit ab hoſt. b. incenſa. Menelius verò e-
ducta in altum claſſe, in fretum Gaditanum curſum
tenuit. Quod nõ humano cõſilio, ſed diuino motu &
inſtinctu

inſtinctu factum fuiſſe, poſtea à multis ſapientiſſimè
iudicatum fuit. Quin etiam Zeiami fraus, & Regis
Emmanuelis in illa claſſe comparãda celeritas, & A-
zamora alieno tempore, & paruis copijs oppugnandẽ
parũ ſapiens cogitatio, non abſq; cœleſtis numinis
prouidentia, quã Emmanuelis reb. fauebat, ſuſcepta
fuiſſe videbatur. Si enim illa omnia ſic nõ eueniſſent,
maxima à noſtris clades accepta cũ maximo dedeco-
re fuiſſet, antè quã quĩſquam auxilium reb. in vlti-
mum diſcrimen adductis afferre poſſet. Menelius ex
Azamora finib. egreſſus, in fretò Gaditano naues ali-
quot hoſtiles cepit, & Ioannem Rodericum Salã Me-
nelium regis Emmanuelis iuſſu, in oppido; quod Al-
caſſarem appellant, quod Luſitano etiam præſidio te-
nebatur, Ducem & Præfectum conſtituit. Dum autẽ *Bellum Az-*
hæc gerebat, rumore diſſipatum fuit, Feſſenſem Re. *7. lenſe.*
gem, vt Arzilam obſideret, cum maximis copijs ad-
uentare. Fuerat autem exercitus illius tanta diſſim-
ulatione coactus, vt nemo id futurum conijcere poſſet,
antè, quã acies explicatas, & maximis munitionib.
& bellicis inſtrumentis armatas aſpiceret. Habebat *Feffenſis*
autẽ ſub ſignis equitum 20. millia, peditem verò mil-
lia centum atq; viginti. Arzilã præerat Vaſcus Cou-
tignus Dynaſta Borbenſis. Cũ verò Feſſenſis rex mœ-
nib. appropinquaret, Coutignus aliquot Mauros ex
inſidijs capiendos curauit, vt ex illis intelligeret, an ip-
ſe Rex ad eſſet. Quo factò comperit & Regis ipſius a-
nimũ, & exercitus magnitudinem, & reliqua om-
nia, de quib. ſe fieri certiorẽ conueniebat. Itaq; lite-
ras conſeſſim ad Odoardum Menelium, qui Tingita-
nẽ ciuitatis præfectus erat, & ad Ioannem Menelium,
quĩ oras illas cum claſſe peragrabat, dedit, quib. ſigni-
ficauit, quãtũ periculum immineret. Xix. die men- *Arzila ab-*
ſis Octob. Anno à Chriſto nato. M. D. VIII. Rex Feſ- *ſidio*
ſenſis exercitum ad urbem admouit. Sequenti die tor *Oppugna-*
meters muros quater, propugnatores deſis ſagittis ob- *tio.*
ſiue, teſtudines, & ſcalas admouere, muros excidit. *Lusitanorũ*
re parat. Erant tunc in oppidi præſidio 400. tantũ *preſidium.*

viri, qui hostium impetum fortissimè, vt poterant, re-
 pellebant. Fuit oppugnatio ea die ad noctem conti-
 nuata. Sequenti die nostri oppidum circumfessum, sta-
 tiones muniras, aggetes excitatos, tormenta disposi-
 ta, acies instructas aspiciunt. Ad hæc, nonauiibus in
 urbem aditus esse posset, hostis stationes crebras in lit-
 tore munivit, & vineas excitauit, & dolia, quæ tor-
 mentis opponeret, tellure & arena compleuit, tormen-
 taque ordine collocauit, quibus nostros, si auxilium
 afferre vellent, propelleret. Multi præterea scorpionibus,
 & balistis, & fistulis ferreis, vt stantes in muro cõ-
 fingerent, collimabant: & cum primùm aliquod caput
 aut quoduis aliud membrum eminebat, in id tela con-
 iiciebant, ita vt nemo auderet in muro consistere. Ad
 hæc, testudinibus ad motus muros suffodere incipiunt,
 tanta celeritate, vt cum fessis integri succederent, &
 opus non esset momento temporis intermissum, ead-
 em die magna pars ipsius muri corrueret. Per eam
 partem hostes irruerunt. At Coutignus cum equiti-
 bus quinquaginta in eos inuectus, eorum impetum
 sustinebat. Sed cum sagitta brachium illius transi-
 xum fuisset in arcem se contulit, Georgiumque Bar-
 retum generum suum interim reliquit, qui hostes,
 quandiu ipse curaretur, in sua virtute reprimeret. Sed
 cum ij, qui cum hostibus præliabantur, eorum mul-
 titudine obruerentur, & Ducem abcessisse cognosce-
 rent, in arcem confugiunt. Erat valdè miserabilis mu-
 lierum plangor & eularus, & militum trepidatio, &
 eorum omnium perturbatio, cum nemini in tanta &
 tam repentina calamitate consilium & ratio aut con-
 sistendi, aut fugiendi, aut fortiter & animosè mortien-
 di consisteret. Hostes omnes, in quos impetum fere-
 bant, crudelissimè necabant, & pueros infantes ad saxa
 atque rupes allidebant, multaque facinora fumme
 cuiusdam immanitatis in senes, & pueros, & virgines
 sine villo vel ætatis, vel sexus discrimine faciebant. Cũ
 omnes vndiq; in arcem concurrerent, & alij alios in
 introitu præpedirèt, clamores in cælum editi, & que-

rimo.

rimoniæ eorum, qui ingredi nequibant, & mulierum
 vociferationes, quæ paruos filios complexæ, non sibi,
 sed liberis misericordiam cum multis lachrymis im-
 plorabant, eos, qui arce tenentantur, exanimabant. Cy-
 piebant enim miseris opitulari, sed nullo modo pote-
 rant. Tandem cum hostes magna vi fugientes inse-
 querentur, & arcem ingredi contenderent, maximo
 cum labore fores oclusæ sunt, & multi in hostium po-
 testate relictæ: à quibus crudelem in modum interfe-
 cti fuerunt. Tunc hostes ad prædam conuersi, urbem
 diripiunt. Huius cladis nuncius fuit Menesio confe-
 ssim allatus, qui iam Arzilam properabat, & naues a-
 lias & Duces ascieuerat. Vbi verò ad portum peruenit,
 ingredi statim voluit: sed fuit salo & tempestate pro-
 hibitus. Est enim portus ille, maximè cum ventus in-
 crebrescit, valdè propter breuia periculosus & infestus.
 Herebat præterea, cum nesciret, an arx esset iam ab ho-
 stibus capta. Si enim in hostium potestate fuisset, in-
 telligebat, in consideratissimæ temeritatis esse, in ter-
 ram ingredi, vt parua illa manû cõstipatus, cū maxi-
 ma hostium multitudine sine villo fructu dimicaret.
 Tribus ita diebus in anchoris consistit, cum in tali ca-
 su, quid optimè factu esset, explicare nõ posset. Duos
 deinde homines è suis familiaribus, quibus plurimùm
 confidebat, in scapha egregiè instructa, quæ remis plu-
 rimùm valebat, per fluctus illos immisit, qui ad arcem,
 ea namq; mari imminebat, accederent. Illi nõ modò
 per fluctus atq; salum maximo cum vitæ discrimine,
 verùm per medias flammæ, & desas pilas, in eos vndi-
 que ex propinquis stationibus, emissas, inuectur, & ar-
 ci inuitissimis hostibus, appropinquant. Id vbi qui erant
 in arce, conspexerunt, è fenestra vexilla regia cum re-
 gis insignibus, ostenderunt, & voce maxima Portuga-
 liæ nomine sæpè repetito cõclamârunt. Mulieres par-
 uos filios, quos vnus gestabant, in eorû aspectu propo-
 nebant, vt eos, qui foris erant, ad misericordiã in extre-
 morum discrimine tribuendã vehementius incita-
 rent. Coutignus præterea cū literis cera circumlitis ho-

V 5 mines

Arzila ca-
pitur.Lusitano-
rum fuga.Hostium
in deni-
stos imma-
nitatis.Io. Mene-
sij sub-
ditum
Arzile se-
rò missumRara duo-
rum vene-
sij familia
rum vir-
tas

mines natandi peritissimos ad Menesiu misit, ex quibus posset intelligere, quanto in periculo versaretur. Illum præterea admonebat, quo ordine rectius posset in arcem præsidia & comæatum, cuius penuria valde laborabant, inferre. Menesius in humiliores naues, quæ in vadoso portu tutius consistere possent, milites imponit, & per præconem omnibus qui erant criminibus alligati, propter quæ secundum leges erant vel morte, vel exilio multandi, veniam & impunitatē, si postridie in littusegressi rem strenuè gererent, pollicetur. Primo deinde, qui in terra vestigiū posuisset, quingentos nummos aureos in virtutis & audaciæ præmiū, proponit. Huiusmodi institutis, postridie æstū sequutus, naues remisit, & incitari præcepit. Coutignus, qui ex arce hæc cōspiciebat, ut erat inter eum & Menesiu constitutum, equites triginta equis insidentes, & reliquos præterea equites, quorum virtuti multum fidebat, pedibus ex arce per posticiū egredi iussit, ut nostris in egressu operam ferrent. Id erat signum, quod Menesius admonitus, copias erat in terrā expositurus. Itaque primum tormentis omnibus ignem admouere, & pilas in hostes emittere præcepit: quo facto hostes ingenti fremitu & strepitu, & multorum exitio vehementer exterriti, littus deserunt. At ex nostris quantum quisque potest enititur, ut primus in terram desiliat. Aliū enim auri præmiū, aliū impunitas proposita, multo plures expectatū decus ad periculum ad eundem inuitabat. Primus tamen qui in terram egressus est, Tristanus Menesius fuit, qui scapha Ioannis Roderici Salæ Menesij vehebatur: qui Ioannes Rodericus, & Henricus Menesius secuti sunt. Post illos Ioannes Homo scapha similiter inuectus in terram descendit. Ex primarijs autem Ducibus, qui primus terram attigit, fuit Ioannes Mascaregnas, equitum leuis armaturæ Magister. Hic cum iam littus esset à Christianis occupatū, hostes accurrunt, & in prælium ruunt, quod magna utrinque contentione commissum fuit. Multi occiderunt, plures tamen vulnerati sunt, donec tandem cessare. Nostris stationem, quæ proxima

*Prælium
terrestre.*

erat, oppugnauerunt. Qui ex arce fuerant egressi, strenuè operam in eo prælio nauauerunt. Sex tormenta, quæ erant in statione collocata, in arcem importata sunt, & ducenti milites cum tormentario puluere, & telorum & armorum vi, & comæatu, bellicisque munitionibus immissi. Hos Ioannes Mascaregnas agebat. Hoc subsidio animi eorum, qui obsidione premebantur, mirifice confirmati sunt ad obsidionem tolerandam. Erant enim, cum casus ille præter expectationem accidisset, ab omnibus rebus imparati, quæ sunt ad obsidionem ferendam necessaria. Et homines erant fame, siti, labore, periculo confecti, multiq; vulneribus impediti, usque adeo, ut vix esset quisquam, qui telum vibrare posset. Dynasta Tentugalenensis in ipso littore fuit ictus gladius plumbeus grauius admodum sauciatus, ita, ut cogere retur Tingum, unde descenderat, reuerti. In prælio cecidit Emmanuel Coutignus, & Ioannes Pimenta, & alij præterea viri fortes, quorum eo die virtus spectata valde fuerat. Menesius Regum Emmanuelem per litteras admonuerat, ut subsidia summa celeritate compararet. In Bæticâ præterea nuncios miserat, per quos auxilium postularet. Petrus autem Nauarrus, qui tunc magnum in rebus bellicis nomen obtinebat, classem Regis Fernandi, cuius ipse præfectus erat, ad Calpam in Guebaltarsensiu portu collocarat. Ab eo etiam Menesius opem obnixè contenderat. Omnes certatim ad auxilium afferendum se comparabant. Arx interim summis viribus oppugnabatur, neque dabatur aliquod obfessis laxamentum. Qui primus è Bætica tulit auxilium fuit nobilis quidam vir, cuius nomen scriptum minime reperio, qui tunc in Xariso ius nomine Regis administrabat. Is nauem militibus & armis, & comæatu omnibusq; rebus ad bellum necessarijs, incredibili celeritate comparatam adduxit. Et cum hostes exciratis aggeribus ita muniti essent, ut ex tormentis, quæ erant in arce constituta, nullum detrimentum acciperent, is oram maritimam præteruectus, in eo loco consistebat, unde castra hostium imminuta conspiceret. Inde tor-

*Subsidium
arce immis-
sum.*

*Tentugale-
sis vulnera-
tus.*

*Menesij ad
diuersas lit-
teras.*

*Subsidium
è Bætica
missum.*

Stratagemas.

mentis

mentis quam plurimos necabat, magnumq; tumultū in regijs castris faciebat, & cum illi tormenta in eum conuertebant, tanta se inde celeritate proripiebat, vt omnes hostrium conatus, qui nauem illius deprime cupiebant, inanes redderet. In illos rursus securos incitabatur, tantumq; damnū his artibus hostibus intexit, vt cogeretur Rex castra mutare. Petrus autem Nauarus, vt erat vir in rebus gerendis acer, auxilium afferre minimè distulit. Ducebat autē sub signis ter mille & quingentos milites. De belli autē gerendi ratione cū Meneū deliberat. Vtriq; visum est, Regis Fessensis castra quam primū adoriri: quod in sequentem diem distulere. Rex vbi conspexit auxiliū obfessis aduenisse, non de obsidione diutius cogitandū existimauit. Itaq; oppidum incēdere iussit. Erat in illius castris vir quidam valdè nobilis, quem Meneū pugnando ceperat, & captiuum humanitate singulari tractauerat: qui postquam redemptus fuit, multa de Meneij virtute & benignitate commemorare solebat. Is à Meneio per nunciū postulauit, vt sibi faceret illum salutandi potestatem. Ea imperata, ad Meneiū viginti equitibus stipatus recta contendit. Ibi cū multis sermo vltro citroq; habitus amanter esset, tandem Maurus inquit: Magnū profectō cumulum tuis summis laudibus addidisti, cū tali tempore huic vrbi contra regem potentissimum auxilium attulisti. Maximo præterea beneficio Arzilā tibi deuinxisti, nisi enim tu aduisses, arx profectō à nostris iam præsidijs teneretur. Sed tam præclarum facinus nullo modo, nisi à præclara illa virtute, quæ in te semper eluxit, confici potuisset. Ad hæc Meneius. Quod aliquid lucis huic vrbi in rebus aduersis attulerim, pertenuis mea laus re bene cōsiderantibus esse videbitur. Hoc. n. non tam mihi, quā regi præstantissimo, è cuius disciplina homines multo me meliores prodire solent, adscribendū arbitror. Vester rex est, qui gloriari meritō debet, quod urbem Regis Emmauelis non solū aggressus sit (quod ipsum erat in laudem non mediocri ponendū) sed eam armis occuparit.

Itaque

Itaq; quoddam muros disturbaret, quoddam urbem ceperit, quoddam arcem oppugnet, id laudē sempiterna dignum censeo: quoddam verò faces in aedes priuatas iniecerit, & ædificia intra muros inflammare instituerit, id neq; regium, neque decorum existimo. Bellum adhuc integrum est. Si victoriam sibi proponit, cur tam malè rebus suis cōsultit, vt urbem, qua se breui positurum confidit, flammis absumat? Si victoriā desperat, cur doloris sui penas à tectis expetit? Num ideo tantum exercitum comparauit, vt bellum parietibus atq; tignis inferret? Nē, inquit Maurus, regis nostri humilis atq; demissus animus est, sed excelsus atq; planè regius. Nec vt domos euerteret, sed vt bellum contra Regem virtutis gloria præcellentem gereret, exercitum coegit. Si non inuērit assequutus, quod optabat, nemo poterit illum meritō vituperare. Principis enim officium, qui ad regiam laudem aspirat, est, magna & ardua moliri. Victoria verò non in hominum virtute, sed in Dei consilio & moderatione consistit. Quod verò ad ignem attinet, confirmare tibi planè possum, eum imprudente Rege coniectum fuisse. Itaq; cū primū illū conuenero, & ei rem aperuero, dabit operam, vt ignis confestim extinguetur. Maurus continuo discessit: & iussu regis incendiū fuit maxima hostium industria restinctum. Multi suspicati sunt, in eo Mauri comitatu ipsum Regem fuisse. Meneium namq; videre maximo opere cupiebat. Nomen namq; illius apud Saracenos ipsos erat cū admiratione celebratum. Rex tamen cū cerneret arcem iam firmo satis præsidio munitam expugnari difficultimè posse, & auxilia vndiq; illius tuendæ gratia conuenire, & classē è Lusitania intra paucos dies adfuerat, & arcem, propter Hispaniæ vicinitatem, eius conditionis esse vt si primo impetu minimè caperetur, esset valdè periculosum multis diebus in illius obsidione cōmorari, noluit diutius in eo certamine rebus absq; vllō fructu cōsumere. Noctē igitur illa obsidionem soluit, & Alcazarē Quibirium versus iter instituit. Sequenti die Meneius signis explicatis cū omnibus

Arce Arzē
lenit: obse-
dio soluta
& quare.

Subsidium
Petri Na-
uarri.

Oppidum
incensum.

Meneij cū
quoddam Mau-
ro collo-
quium.

RES E
ROPEAE.Emmanuel
les in rebus
gerendis
summa ce-
leritas.

mnibus copijs vrbe ingressus est: cui Coutignus & illius vxor, & omnes ciues, qui erāt in arce, illi obuiam cum ingenti læticia prodire, atq; tanquā parenti, qui omnibus vitam dederat, gratias egere. Emmanuel interim cū primum nuncium de aduentu Regis Felsenensis accepit, erat Ebore. Quo audito, nullam moram interponendam existimauit, quin ipse per se oppido subueniret. Itaq; literas eadē die ad omnes Portugalię vrbes, & ad viros Principes, & vniuersam deniq; nobilitatem dedit, & omnes literis euocauit, & quæ potuit subsidia, continuò in Algarbięse regnū misit, vt indè quamprimū possent, in Africā transmitterent. Post quatuor aut dies, ex literis a lijs Meneßij intellexit, ciuitatem esse captā, & arcem obsessam, & in summas angustias adductam. Hoc cū accepisset, equum sibi pernicitate mira præditum in sterni præcepit, tantaq; celeritate iter in Algarbium suscepit, vt septem tantū aut octo ad summum comitibus circumseptus, in viā ingrederetur. Dies verò atq; noctes iter ita continuabat, vt vix vllum tempus reficiendi corporis gratia sibi sumendum existimaret. Cernebat enim, momento temporis maximas in alterutram partē inclinationes fieri & ideo periculofum nimis esse in rebus bellicis, occasionem vllam rei benè gerendæ prætermittere. Elapsam namq; temporis opportunitatem reuocari non posse. Timidi & ignaui hominis esse, præteritam facultatem frustra lamentari: fortis autem & industrij, nihil, quo res in tempore fieri commòdo posset, elabi permittere. Præterea summum esse Regis flagitium, in rebus afflictis suos ope sua præsentī destituere, eos præsertim, qui Regis ipsius gratia erant in extremum discrimen salutis inducti. His cogitationibus stimulat, tantam in via celeritatem suscepit, vt in montibus, qui Algarbium à reliqua Lusitania distinguunt, equus, in quo insidebat, ex nimio labore concideret, & repente moriretur. Ibi verò fuit illi nuncius allatus de auxilijs, quæ Arzilam conuenerant, & de præsidijs atque munitionibus, quæ in arcem hostibus frustra

pugnan-

pugnantibus inductæ fuerant. Ipse tamen nihil de alacritate suscepta remisit. Verebatur enim, ne cuniculis crebris, qui in arcem, vt audierat, agebantur, arx ipsa corrueret, nisi fuisset maturè subuentum. Peruenit tandem Balsam, si ea est ciuitas, quæ hodie ab incolis Tauira nominatur. Hoc autem Regis studium rei gerendæ flagrantissimum, & hæc incredibilis alacritas & diligentia tanto studio Portugaleses inflammauit, vt vndique cerratim equites & pedites concurrerent. Sic factum est, postquam Balsam peruenit, vt intra dies quinque, supra viginti millia militum in eam ciuitatem confluerent. Importata præterea sunt Olyssipone tormenta, & comæatus, & munitiones, & naues quamplurimæ, vt ille iusserat, adductæ, quæ vt celerimè rebus omnibus instruerentur, summa vigilantia contendebat. Cū autem conscendere vellet, literæ sunt allatæ, quibus continebatur, obsidionem esse solutā, & regem desperatione fractū, exercitum dimisisse. Ipse nihilominus transmittere statuebat. Sed consilio eorū, qui nomine prudentię insignes esse videbantur, fuit ab ea sententia deductus. Si obsidionē, inquit, soluere vis, ea iā soluta est: si Africā subijcere paras, nondū hinc eas copias habes, quibus id aggredi possis. Nō decet tantū Regem, id suscipere, quod vel minime necessariū est, vel exequi cū dignitate nō possit. Trāsmisso in Africā tūc laudabilis erit & prædicāda, cū id, cuius causa trāseris, efficere cū gloria magna potueris. Aliter. n. nō decus, sed ignominia tibi cōparabis. Nūc verò hoc tuorū decus, quo rex Africæ potētissimus illis cessit, est ad tuum nomen atq; decus merito referendum. Quanta namq; opinio excitāda iure de tua virtute sit, ex eo cōijci potest, quod per tuos rex Felsenensis pulsus cū ignominia est, & obsessi magna cū tua gloria liberati. Hoc igitur nomē tibi opera tuorū partum deformabis, si aliqd, in quo hominū opinioni nō reipōdeas, gesseris. Hoc autē a te nō expectari debet, si in Africā signa intuleris, vt cū Mauris signis collatis vno aut altero plio cōstigas, sed vt vniuersā Mauritaniam

Balsa, n.
forte Tauira.

Novus Africanus belli apparatus.

Belli Africani ad Emmanuelem oratio dissuasoria.

sub ditionem & imperiū subiungas. Si igitur hominū expectationi minime satisfeceris, gloriam tuam non, nulla labe dedecoris inquinabis. At nūc eas copias nō habes, quibus tātum facinus aggrediare, postquam redieris, & opes omnes, quę ad eā rem gerendā necessarie fuerint, paraueris, tum demum licebit tibi in Africam cum dignitate transire. Aliter enim consilium te merarium existimabitur, & offensio, si aliquid secus, quā oportet, acciderit, haud mediocrē nomini tuo maculam dedecoris inuret. Eiusmodi consilijs hominum non valdē laudis militaris studio flagrantium, ab ea mente destitit, in qua si tunc perstitisset, maximum sibi decus cōparasset. Erat enim tunc mirifica facultas oblata. Nam in Mauris neque fidei religio, nec in Reges vlla pietas, nec pudor vllus vigebat, qui eos valdē à dedecore & flagitio dererreret. Armis autē pars eorū maxima carebat. Erant præterea reguli per multi acerbo inter se odio dissidentes. Qui plus armis poterant, humiliores iniurijs quam plurimis opprimebāt: iniuria vexati, insidias in potentiores cōparabant. Ad hæc accedebat, quod gens nouitatis appetens, quā primum occasionem sibi dari inconstitię suę atque perfidię demonstrandę conspiceret, non erat dubium, quin eam confestim arriperet, minimoque pretio corrupta, facillimē Principes & patriam proderet. Regio verō ad alendum exercitum, omnem com meatū abundē suppeditaret. Est enim valdē fertilis, & homines pecunię cupidi, libenter vndique cum annona & vario ciborum genere conuenirent, quamuis regionem vastari & exuri cernerent. Si verō clementer & moderate nostros vti victoria conspexissent, dubium certē non erat, quin illa benignitatis species eos facillimē ad studium Emmanuclis alliceret. Itaq; omnia, quod ad hostes attinet, erant in eo statu, quem Emmanucl optare debuisset. Contrā verō in Portugalensib. summa fides, insignis in regem caritas, acerrimum bellandi studium, & incredibilis bellicis in rebus audacia. Adde, quod tunc temporis erant tanto animorum ar-

dore

dore atque impetu concitati, vt omnes ferme viri nobiles suis sumptibus vellent pro parte sua operam & industriam in tam præclara contentione consumere. Quod si Regis omnibus carissimi festinatio, qua tanto studio & alacritate in extremam Lusitanie partē se contulit, vt suis opem afferret, tanto studio Portugalię vniuersam cōcitauit, vt intra paucos dies tot hominum millia ad eum se tanta alacritate conferrent: quid futurum fuisset, si is tunc in Africam cum eo exercitu traiecisset? Deindē facilis & expedita ex Hispania Bætica in Africam transmissio, dubiū non est, quin maximam ex ea regione multitudinem ad auxilium ferendum cōcitaret. Cū verō in bello administrando omnia reū opportunitas & occasio gubernet, nullaq; præstantior occasio dari possit ea, quæ militum ardore & hostiū metu continetur, iudicari merito potest, omnia tunc Emmanuclis feliciter euentura fuisse, si tanto suorum ardore contra hostes infelici euentu perterritos vti voluisset. Postremō, quod caput est, optimi Regis pietas atq; religio, quæ illum stimulabat, vt longinqua etiam bella religionis gratia susciperet, effecisset, vt omnia illi ex animi sententia succederent. Quamuis tamen hæc ita sint, regis animus, qui ad tantam gloriam aspirabat, laudandū: consilium eorū, qui eum à tāto studio dignitatis abstraxerunt, repræhendum arbitror. Sed vt ad intermissam orationem redeamus, quamuis Rex à sententia sua, qua transmittere statuebat, suorū consilio deductus fuisset, reliqua, quæ gerenda videbantur, summo studio perfecit. Arzila namq; militū præsidia, & maximum com meatum misit, & fabros præterea & nouum & maximum, qui ardes diruras, & mœnia collapsa reficerent, & arcē multo fortius muniret. Habebatur enim tunc oppidū illud, propter cæpestris regionis opportunitatē & fertilitatem, & propter illius litum, firmissimum orā illius maritimæ, quę Lusitanorū præsidij tenebatur, propugnaculū. Perro autem Nauar. ro sex millia numerum aureorum dono misit: quod

Arzila sum
stauratio
& nouum
præsidium.

Emmanue
lis in Perro
Nauarum
& abus li.
beralium.

X

MUNUS

Dissuasorū
belli Africa
nici repre-
bensio, &
regi insti-
tuti com-
mendatio.

munus ille accipere nullo modo voluit. Se nā dixit regis Fernandi causa, cuius stipēdijs alcebat, gessisse, q̄ gesserat, ab illoq; tantum laboris & industriæ suæ sibi præmiū polliceri, cuius erat alumnus. Idem fecit prætor Xarissis. Ambo tamen postea multis ab Emmanuele beneficijs affecti fuerunt. At Menesius, postquā naues cum præsidijs & munitiōib. Arzilā peruenēre, in Lusitaniā reuersus, fuit ab Emman. cum laudib. suę virtuti debitis honorificè & amāter exceptus.

Disceptatio de finibus regundis inter Lusitanum & Hispanum Reges.

Hoc eodē anno cū esset inter Emmanuelē & Ioannam, Fernandi & Isābelæ filiā, orta disceptatio de regionum limite, qui fuerat à Ioanne rege Portugal. & Castellæ Regib. designatus, intra quas cuiuslibet ex regionibus liceret, absq; alterius iniuria, Saracenos expellere, & regiones etiam incognitas occupare, fuit ea contentio summa æquitate partis vtriusq; decisa: & Emmanuel maxima Mauritaniæ parte cessit, quę videbatur ad illius terminos pertinere, & Regib. Castellæ armis occupandā permisit. Ioanna vicissim de iure, quę existimabat in Aethiopia retinere, decessit, cū eam regionem Portugalæ regib. assignatā esse cognouisset.

Religiosi in Congui regnum missi

Sub eiusdem anni finem misit Emman. in Aethiopiā ad Congui regnū multos viros religiōis & sancti moniæ fama præstantes, qui Christi disciplinam multo diligentius gentib. illis traderent, & regiones illas clariore lumine perfunderent. Et hæc quidē sunt, quę in Africa & Lusitania hoc eodem tēpore gesta sunt.

RES INDIÆ.

Quæ Trifstanus Cugna, cū in Indiam nauigaret, in cursu gesserit, quas vrbes aut expugnārit, aut armis ad ortus fuerit, & quomodo tandē ad Zacotoram naues appulerit, & arcem à Zaxemenfi Rege ædificatam cepit, & in ea Norognā præfectum reliquerit, deinde in Indiam cursum tenuerit, & quomodo in Lusitaniā redierit, exposuimus. Quid autē post illius ab Alfonso Albuquerque digressum, Alfonso ipse designārit, & quas res gesserit, explicare nō dum licuit. Is igitur fuit à Trifstano Cugna relictus, vt cum ea classe, cuius præfectus erat, illud mare, quod ad Arabiā felicè pertinet,

pertinet, perāgraret, & naues hostiles omnib. quibuscunq; posset in commodis afficeret. Sed cū esset animo maximo, se indignum putauit, instar piratæ prædas spectare, & non multo maiora & altiora moliri: Itaq; Armuzien se regnum oppugnare constituit. Armuzium autē est insula intra ostium sinus Persici, nō ita lato mari à Carmania distūcta. Nomen autē duxisse videtur ab Armuza, antiqua Carmanię ciuitate, cuius hodie nomen oblitteratum cum memoria antiqui splendoris euauit. Et fortasse hæc insula fuit Armuzæ antiquæ Colonia, & idcirco indē nomē obtinuit. Ambitus illius decē & sex passū millib. continetur. Est autē ostio sinus propinqua, à Carmania verdē 12. millib. passū distat: ab Arabia autē ea parte, qua Carmaniam respicit, 40. millibus. Insula est nimis arida & sterilis, & solum aded macrum, vt nihil omnino, quod ad vsum vitę valeat, vel natura, vel hominū cultu proferat. Perennib. aquis omnino caret. tres tātū putei in insula procul à ciuitate sunt. homines cisterinis vtuntur: & cū reliqua omnia ex vicinis insulis, & ex Carmania & Arabia ad victū idonea importentur, aqua etiā ex istdē locis in eam afferri solet. In ea modico collis assurgit, q̄ sulphuris magnā vim in vno latere, in altero autē salis multitudine in lapides densatā gremio cōtinet. Duos portus habet tutissimos: vn⁹ ad occidentē solem, alter ad orientē pertinet. Hi duo port⁹ lingula, q̄ in mare lōgius excurrit, diuiduntur. Horū portuum cōmoditatem secuti mercatores ex India, Perside, & Arabia, & è quā plurimis alijs regionibus, eam insulā frequentare cōeperūt. Ea tandem frequentia & celebritate factū est, vt ciuitas ædificaretur in planicie sita, quæ progressū tēporis ad summā amplitudinē peruenit. Viæ sunt latę & directæ, ædes magnificæ, & coenaculis sublatę, & tectorijs pulcherrimè factis exultæ. Regia est nō modò ad habitandū amplissima, verū ad vim hostium propulsandā munitissima. Solis ardores sunt vehementissimi: in quib. propulsandis omnis lautorū industria multiplici modo

Armuzii insula descriptio.

Collis salis abundans & sulphuris.

Armuzienis ciuitas.

De rebus gestis Alfonso Albuquerque.

& ratione consumitur. Incolæ sunt maxima ex parte Arabes atq; Persæ, Mahumetisq; superstitione confli-
ctati. Ardēt libidine, amorib; indulgent, obtratio-
ne laborant: mulieres ne ab alienis viris conspici que-
ant, faciem velare compelluntur. Homines vt pluri-
mum specie liberali præditi sunt. Muscen summo stu-
dio colunt, vestibus elegantissimis excoluntur. Arma
frequenter exercent, literis libenter incumbunt, histo-
rijs mirificè delectantur. Homines doctrina præstan-
tes in summo honore habent: illisq; assiduè operam
dant, & illorum disciplinis erudiri summum decus
existimant. Respub. est commodis legib; astricta. Om-
nia, quæ veneunt, pondere veneunt. Summum flagi-
tium est apud illos, fallacib; vti ponderib;. Eum enim,
qui per libram atq; lancem fallit, omnem generis hu-
mani societatem euertere censent, & vt ciuilib; iuris
hostem terribilissimum execrantur. Insula verò cum ni-
hil omninò proferat, quo vel homines ali, vel orna-
possint, tantis tamen fructib; & frugibus, & cibis, atq;
delicijs affluit, vt vix vlla regio sit magis omnibus re-
bus, quæ ad victum & elegantiam vitæ pertinent, ab-
undans. Nullæ namq; sunt vitæ deliciae vel in Ara-
bia, vel in Perside, vel in India, vel in quacunque alia
regione, è qua naues in insulæ portus inuehantur, quæ
non omnes terræ opes in eam inferant. Ita fit, vt cum
nihil ex se ipsa gignat, multis tamen regionibus opi-
mis rerum omnium abundantia præferatur. Reges è
portorijs ingentes sibi opes pepererunt, imperium de-
indè latè propagarunt, ita vt multis insulis, & vrbib;
etiam non paucis in Carmania & Arabia sitis impe-
rarent. Exercitus satis magni illorum sumptib; alebā-
tur. Sed tandem cum eorum ministri ad summas opes
peruenirent, & tyrannidem vehementer affectarent,
& ipsi Reges otio atq; luxu diffuerent, factum est, vt
regium tantum nomē penes Reges esset: ministri por-
rò regni opib; ad suum scelus atq; flagitium abuterentur.
Hic erat regni illius status eo tempore, quo Albu-
quercius illud sub Emmanuclis imperium subiunge-

re cogi-

re cogitavit. Itaq; xx. die Augusti. anno à Christo nato *Bellum At*
M. D. VII. è Zacotora profectus in Arabia promonto *murzinum.*
rium, quod Rozalgatem appellant (antiqui regionū
explicatores, Corodamum nominabāt) aduectus est. *Corodamū*
Duces, quos secum ducebat, erant sex homines in reb; *Arabia*
bellicis spectati & cogniti, quorum hæc nomina fu- *prom. n. Ro*
re, Franciscus Tauora, Emmanuel Tellius, Alfonso *zalgates.*
Lupius Costa, Nonius Vascius Albicastroensis, Anto- *Albuquerque*
nius Campensis, iohannes Nonius. Exercitus erat qua *cij duces*
dringentorū septuaginta militum. Cum hac tam exi- *militares.*
gua classe ad regnum illud opulentissimū expugnandum
signa in eas oras inferre cōstituit. Arabia igitur
oras præteruectus cum ad primum oppidum, quod ad
Armuzij regnum pertinebat (Calaiates appellatur, est *Calaiates*
autem id intra sinus introitum) naues appelleret, pa- *oppidum.*
cem incolis obtulit, ea conditione, vt classi commea-
rum præberent. Indè in oppidū aliud aduectus, quod
appellat Curiatem, cum milites cibum fumere vel- *Curiates*
lent, se delusos aspiciunt. Nam in vasa, in quæ Calaja *oppidum.*
tenses commeatū intulisse simulauerāt, sordes inges- *Calaiaten-*
ferant, & in summo varia ciborū genera collocarant, *sium dolus*
vt nostris illa vana specie commeatus illuderent: cu-
ius quidem fraudis postea debitas pœnas exoluerunt.
At Curiatenses non dolis, sed armis cum nostris agere
maluerunt. Erat enim ibi quidam Regis Armuzien-
sis præfectus, vir impiger, qui portū fossa & vallo mu-
nierat, & ea præsidia collocarant, quibus se confidebat
multò maiores copias facillimè repulsurum. Ea confi-
dentia cū Albuquerqueius ei pacem obrulisset, illam re-
pudiavit. Albuquerqueius reprius cum ducib; alijs com-
municata, & copijs eo ordine, qui cōuenire videbatur,
instructis, in terrā egressus est. Hostes, qui illū littoris
aditu prohibere nitēbatur, erāt ad tria millia. Fuit a-
trox præliū commissum: nostri tamē hostes pellūt, &
vallū deindè expugnant, & in oppidū tandem irrumpunt,
idq; iam præsidio nudatū impunè diripiunt, & subiectis ignib;
inflāmant, Naues præterea tam quæ in anchoris erant, quàm
quæ in litrus subductæ fuerant, incendunt.

*Masate
oppidum.*

incendunt. Inde in aliud oppidum eiusdē regni multo maius & opulentiū inuecti sunt. Id Masate nō minatur. A bestia autē à Curiate 40. passuum millia. Est autem in planicie situm, & duob. montibus, qui illud vtrinq; muniunt, inclusum. Montes in littus oppidi procurantes, portus aditum per angustum efficiunt. Incolæ fossam latam à monte in montē perduxerāt, & aggerib. & duplici vallo muniunt. Valli atq; fossæ aditus, quos ad vsus ciuium maritimos in ea statipne fecerant, erāt duo, ijq; nimis angusti. Albuquerque tamen in portum ingressus cum oppidi præfecto paciscitur, vt exercitui cōmeatum nomine tributi subministraret. Parabatur autē cōmeatus, cum subito dux Regis Armuziēsis cū præsidio aduenit, præfectumq; quod cōmeatum promiserat, malè accepit, totaq; se ciuitas ad resistēdum cōparauit. Erant in armis ad 4. millia virorum. Albuquerque, vbi quod hostib. consilium esset, animaduertit, urbem per totā noctem tormentis acerrimè verberare, & mœnia cōcutere præcepit, vt nō solum mœnium ruinas ederet, verum & hostes formidine perterritos per uigilio fatigaret. Die sequenti aciem triplicem instruxit, vnam Francisco Tiuaoræ attribuit, cui præcepit, vt cū Alfonso Costa valli partem extremā, quæ ad vnum ex montib. pertinebat, oppugnaret. Similiter vt in aliam partem munitiois eiudem ad alterum montem spectantem Iohannes Nonius, & Antonius Cāpensis cum acie secunda irrumperēt, imperauit. Ipse Tellium sibi socium assignauit, vt cum acie tertia munitioem mediā aggredere-
tur. Primus Tauora cū socijs in terrā egressus, ad partem sibi assignatā contendit: & quāuis pilæ & sagitte innumerabiles in nostros acciderēt, illi tamen hostes repulerunt, & faces in vallum cōiecerunt, quib. excitate protinꝰ incendio, hostes eam partem deferere coacti sunt. Albuquerque iam vallum medium nimis acriter oppugnabat, hostes vi summa resistebant. Neque segnius qui alterā valli partem fuerant aggressi, remigerebant. Nostri tandem vallum transgressi, hostes fundunt

*Paffiacum
Masaten
bus rupia.*

*Masatis
Oppugnatio*

fundunt, & fugientes insequuntur: oppidum capiūt, Masate eā diripiunt, & incendunt. Octo tamen è nostris in præliis ceciderunt. Inde, aliquot primū dieb. ad corpora et incensa. ra è labore nimio reficienda datus, Albuquerque soluit, & in aliud oppidum regni eiusdem, quod Soar appellabatur, inuectus est. in eo arx erat munita. Illius tamen præfectus, cum fama de vastitate, quæ fuerat repugnantib. illata, regiones illas peruasisset, se repetēte dedit. Ex eo oppido profectus Albuquerque, in aliud se cōtulit, Orfazamum nomine, muris & tormentis munitum, in quo dux erat sanè fortis, & multum bellicis in reb. exercitatus: qui tamen nullo modo ciues continere potuit, quin vbi primū anchors demitti cernerent, de fuga cogitarent. Igitur ea nocte, quæ post clāsis aduentum secuta est, cum omnib. bonis, quæ inde asportare potuerunt, præcipiti fuga sese in montes proximos proripuerunt. Postridiē vrbs spoliata, & incensa fuit. Hoc erat vltimum Arabiꝰ oppidum ad Septentriones spectans, quod Armuzij imperio in illa ora continebatur. Inde autem cursum in ipsam insulam conuertit. Erant in portu naues permultæ Saracenorum, rebus omnibus, si pugnādum esset, instructæ. Albuquerque duces in prætoriam nauem, cui ipse præerat, arcessiuit, vt de belli gerendi ratione consultaret. Cum variæ sententię fuissent, tandem id fuit communi cōsilio decretum, ciuitatem oppugnari minime posse, antè, quàm naues aut captæ, aut depressæ fuissent Armuzium nanq; cōmune Saracenorum omnium patriā existimari: proinde fieri nō posse, vt si viderent urbem illam incōmodis vexari, id negligerent. Urbis illius propugnaculū non mœnibus, sed classe cōtineri. Itaq; classe deuicta, facilius multo fore bellū, quod erat cōtra Armuzium gerendū. Hoc consilio cōprobato, anchors iaciunt, Albuquerque per nunciū regi continuò significauit, se, nō vt malū aliquod machinaretur, sed vt pacē cum illo faceret, eō naues illas appulisse. Pacē verò non alia ratione consistui posse, quā Regis Emman. salutari imperio in illis oris

*Orfazamū
capitū &
incensura.*

*Consultatio
de bello
bellando
Armuzio.*

*Albuquerque
ad Armuziensem
Regem nūti-
tius.*

lis oris egregiè confirmato. Eam namque virtutem & benignitatè Emmanuelis esse, vt multò præstantius esset ad vitæ securitatem, illius imperio subdi, quam multis gentib. imperarè. Imperium namq; sine disciplina salutari, odiosum & inuisum esse, multisq; periculis & fortunæ procellis obnoxium. At Regis optimi & inuictissimi disciplina & patrocinio vitæ atque salutis firmamentum contineri. Si vellet in regis Emmanuelis fidem & clientelam recipi, fore, vt contra omnes hostium insidias tutus & incolumis permaneret. Secus autem opus esse sibi armis experiri, quod cõ filio obtinere minimè posset. Rex fama rerum, quas Albuquerque in illo cursu gesserat, exterritus, se pacis cupidum simulauit, & simul ad illum vnũ è suis domesticis cum literis atque muneribus misit. Is literas cum accepisset, munera repudiauit. Nulla enim ratione munus se accepturum dixit, antè, quàm pax firmaretur. Rex ad pacem se propensum asserbat. Id tamè de die in diem differebat, vsq; eò, dum classis, quam ille exspectabat, in portum introiret. Interim Lusitani quidam, fide illius freti, in vrbe vagabantur. Sed vbi classis cum magna militum multitudine portũ subiuit, Rex Lusitanos omnes, qui erant in vrbe, cõprehendi cõtinuò præcepit. Naues interim maximas secundum litus collocari, minores autem in altum deduci iussit, eo consilio, vt si Lusitani in naues impetũ darent, rates ex alto in nostras naues inuectæ, eas circumuenirent, vt nullum eis vndiq; vehementer oppugnatis per fugium relinqueretur. Insequenti die cum Albuquerque ordinem cerneret, quo classis hostium erat instructa, percepit eos ad pugnanđũ paratos esse. Pugnã verò minimè detrectauit. Itaq; solutis anchoris, in naues in portu collocatas impetũ fecit. Id cõspicatus Coicatarus (hoc enim nomẽ erat prefecto, q. ratib. perat) in altũ euectus, mutata velificatiõẽ cursum in nostras, vt eas à tergo circumueniret, inflexit. A nostris acre iam certamen erat cū nauib. quæ vrbis aditũ tuebantur, institutum, & fumi densa nebula vndiq; tormentorum

Fraudulenta pacis simulatio.

Classis hostium.

Albuquerque pugnalis.

mentorum flammis excitata, aspectum cunctis ademerat. Coicatarus opportunitate caliginis vtēs, propius accessit. Itaq; non solum pilis eminens emissis, vnum & sagittis & iaculis res ab hostibus admodũ strenuè gerebatur. Tanta autem vtrinq; contentione dimicatum est, vt terra dehiscere, & cælum tenebris obduci videretur. Rex è turri præcelsa certamen animo valdè curis anxio spectabat. Multæ mulieres grauidæ horrendo tormentorum strepitu perturbata, abortione conflictatæ sunt. Tandem cum multæ naues dissipatæ fuissent, reliquæ se fugæ mandârunt. Nostris igitur illo periculo, quod ex alto impendebat, liberati, multò liberius contra naues, quæ in aditu portus consistebant, depugnabãt. Hostes tamen, qui in illis erant, acerrimè rem gerebant. Nihilominus tamen nauis, qua Princeps regni Cambaiensis hæres, & ex ea periculum acri animo propulsabat, demersa est. Altera deinde Melichiazij nauis similiter depressa fuit. Reliquæ naues erant iam multis in locis dissipatæ, ita, vt hostes permulti desperatione salutis inducti, in mare desilirent, vt nando cædem effugerent. Albuquerque militibus in scaphas festinanter impositis imperauit, vt omnibus, qui natabant, cædem afferrent. Naues, quæ fugere potuerunt, summa celeritate in fugam conuersæ sunt, vna tamen constitit, cuius nauarchus erat vir singulari animo præditus. Nostris in illã ingressi, neminem reperiunt. Hostes enim se in sentinam abdididerant. Nostris cum suspicarentur omnes excessisse, paucis in nauis relictis, naues reliquas fugientes insequuti sunt. At hi, qui se occultarant, repente ex infima nauis parte profluit, & multi paucos circumstant. Hi suorum opem magnis vocibus implorant, & interim acriter in repentino illo discrimine pugnant. Qui opem inuecti scaphis afferebant, non tam citò subuenire potuerunt, quin nostri prius vulnera permulta ab hostibus acciperent. Hostes ipsi partim concisi, partim metu in mare præcipitati sunt: maxima eorũ pars

Pars hostium classis fugata.

Alterapugna.

Lusitanorum victoria.

Hostium caedes.

in fluctibus interfecta fuit, pauci nando in littus euaserunt. Tanta autem cædes hostium fuit, vt mare sanguine redundare videretur, & fluctus ipsi in sanguinis colorem reuersi, spectantibus terrorem iniicerent. Hoc certè constat, tantam fuisse hostium trepidationem, postquam rem inclinari conspexere, vt conuersis arcibus se ipsos sagittis configerent. Itaq; maximus numerus hostiũ interfectorum fluctibus eiectus in littus fuit, sagittis transixus, cum à Lusitanis nulla sagitta mitteretur. Georgius Barretus, qui in nauem illam, vt opè circuitu uentis afferret, ingressus fuerat, cerneret eam propè urbem consistere, & tormentis aptissimè dispositis instructam esse, eisdem tormentis hostilib. urbem quater, & moenia quantum fieri posset disturbari precepit. Cũ iã hostis nullus appareret, in naues hostium seuitũ fuit. Multæ depressæ, multæ flammis exustæ sunt. Quo factò urbem propius Albuquerqueius accessit, ita, vt regis appropinquaret. Qui in regia consistebant, quãuis essent stupore vehementer oppressi, vt sagittis nostros propellerent, cõtendebant. Albuquerqueius & Menesius, & quidã alij viri nobiles vulnerati sunt. Inde oram illã præteruictus Albuquerqueius, quã plurimas alias naues exussit, donec ad quandã stationem peruenit, quæ ad Carmaniã spectabat, in qua centum & octoginta naues, quæ nõdũ in mare fuerat deductæ, consistebant, quæ omnes fermè flammis absumptæ sunt. Templũ etiã in suburbano magnis sumptibus extructũ, & religione Mahumetana consecratũ excitato incendio deflagrauit. Nostri sic studio certaminis efferebantur, vt in urbem inuadere properarent. Eos tamen Albuquerqueius cõtinnuit. Erãt. n. pauci admodũ, & labore nimio defessit: in ciuitatẽ verò magnus numerus militũ confluxerat. Præliũ horis octo continuatũ fuit: E nostris decẽ desiderati, supra quinquaginta vulnerati sũt, inter quos Gaspar Diazus vexillifer extitit cui manus dextera vno ictu præcisa fuit. Ex hostibus circiter duo millia hominum cecidèrẽ. Hæc victoria magnam metum hostibus iniicit, sed multò grauiorem turbam.

Classis hostilis depressio & incendium.

Cæsorũ & vulneratorũ numerus.

turbationem illis afferebat in flammatio nauibus illata. Vita namq; & salus insule nauibus continebatur, quibus sublati, vastitas & interitus imminebat. Rex igitur re prius in consilio deliberata, per duos Saracenos vsu rerum peritos, & autoritate graues, quorũ vnus appellabatur Coiebeirami, alter verò Abdala, qui erat Hispanus Granata oriundus, ab Albuquerqueio pacem petijt, & humiliter atq; demisse postulauit, vt errori suo veniam impertiret. Se namq; temeritate adoleſcentiæ, & hominum perditorum consilio in eam fraudẽ deductum fuisse. Satis iam pœnarum dedisse, & malis eruditum ita fuisse, vt sperandum esset, semper se in officio futurum. Itaq; libenter imperium Regis Emmanuelis agnoscere, & tributum, quod imperatum esset, pendere velle. Deinde Albuquerqueium obsecrabat, vt ei loco parentis esset. Se namq; ei perpetuò pietatem non minorem, quàm si esset illius filius, præstiturum. Admonebat deinde, vt animaduerteret sapienter, quã rem gereret. Armuzium iam ad additionem & imperiũ Emmanuelis pertinere. Si igitur insulæ vastitatem & inflammationem inferret, bonam partem imperij Portugalensis interituram. Insulam namq; esse hominũ frequentia celebrem, opibus abundantem, & ita Persidis & Arabiæ regionibus imminentem, vt qui eam teneret, facillime posset imperium dilatari. Insule verò firmamentum in nauibus esse constitutum, ita, vt qui naues exureret, interitum sempiternum insule illius commodis esset illaturus. Vt enim (dicebãt illius legati) arbor excisa radice arcescit: ita Armuzium excisis nauibus, quibus vt radicibus alitur atq; sustinetur, interibit. Si igitur opes tui Regis augeri & amplificari desideras, opus est, vt insulam conserues, è cuius incolumitate magnus ad eius imperium cumulus accedet. Præterea, quemadmodum maximos imperatores, quorum nomen est immortalitati consecratum, virtute atque factis egregijs imitaris: ita clementiæ exempla, qua non minorem admirationem gentibus quàm victorijs attulere, tibi ad imitandum proponas.

Hoc

Legatio Regis ad Albuquerqueium de pace.

Hoc enim sibi ad nominis immortalitatem præclarè existimabant, ut quos virtute deuicerant, misericordia conseruarent. Sic autem cum virtutis magnitudine terrore hostibus essent, humanitatis laude cunctos mortales ad studium sui nominis excitabant. Quod ad virtutè attinet, tantum facinus edidisti, ut sis cum omnibus summis Ducibus comparandus. Reliquum est, ut quemadmodum in bellis inuictus semper extitisti, ita parta victoria à nemine clementiæ & humanitatis laude vinci patiaris. Quare cum iam dignas erroris pœnas pertulerimus, fac ut malis innumerabilibus percussis & abiecti, tua benignitate recreemur. Maximi namque hominis est, in summa felicitate imbecillitatis humanæ memoriam retinere, & hominibus in summa calamitate constitutis ignoscere. A te igitur per numen sanctissimum, quod colis, per dexteram istam tuam semper inuictam petimus & obsecramus, ut misericordiam a filiis tribuas, & errori regis adolescentis, quem valdè temeritatis suæ pœnitet, ignoscas, & ignem, quamprimum fieri poterit, extingui permittas. Quod si feceris, non solum laudem Ducis fortissimi, verum & gloriam Principis humanissimi consequeris, & opibus regis tui multum prospicies. Ad hæc Albuquerque respondit, se molestè ferre, quod non multo prius cum hac legatione ad eum venissent. Quod si fecissent, non tantum damni factum fuisset. Irent igitur, & ignem festinanter extinguerent. Se namque fidem dare, eos nullum interim incommodum à nostris accepturos, dum naues reliquas, in quas nondum incendium peruaserat, ex imminente clade proriperent. Quod verò ad pacis conditiones attineret, se responsum postea daturum. Cum hoc responso Coiebeiranius ad regem reuersus est. Abdala verò fuit obsessi loco retentus, & ignis absque villo impedimento singulari multorum industria & sedulitate restinctus. Postridè fuerunt à Rege missi Principes ciuitatis, inter quos erat Noradinus: sic enim appellabatur, qui regis nomine ciuitatem patrijs institutis & moribus regebat

Albuquerque ad legatos responsum.

gebat. Per hos cum Albuquerque pax firmata fuit. Pacis conditiones hæc fuerunt: Ut Zeisadinus, hoc nomine secundus, Armuzij rex, stipendiarius Regis Emmanuelis esset, & ei tributum nomine quindecim aureorum numorum millia penderet: & præter hæc, ipsi Albuquerque pro impensis in id bellum factis solueret quinque millia. Ut Rex assignaret locum in vrbe, quem Albuquerque vellet, in quo posset arcem adificare. Huius pactionis literæ fuerunt in aureis laminis insculptæ Arabica & Persica lingua. Persicum exemplum, ut penes ipsum Regem seruetur: Arabicum, ut ad Emmanuelem mitteretur. His pactionibus firmatis & obfirmatis, Rex ab Albuquerque postulauit, ut ei vnum vexillum Regis Emmanuelis patroni sui insignibus illustratum mitteret, cuius admonitu disceret, Regem absentem, cui se addixerat, debita fide & pietate venerari, & ut intelligerent omnes, eum in illius patrioconio latere, cuius tam clarum apud quamplurimas nationes nomen esset. Vexillum ab Albuquerque missum, cum maxima ciuitatis totius lætitia, & faustis acclamationibus, quasi felicitatis perpetuæ signum exceptum fuit, & in regia turri collocatum. Albuquerque deinde è nauis egressus, in regiam concessit, quæ erat instrata peristromatis aureis & bombycinis. Rex illum magni amoris significatione complexus est, multaque sermo de pace fuit ab illis institutus, quam iterum iureiurando valdè sancto & religioso confirmarunt. Inde cum se rursus in classe Albuquerque reciperet, Rex munera ad illum misit satis ampla, Regisque magnificentia digna. Balteus erat ex auro factus, multique gemmis maximis precij distinctus, & sica cum vagina ex auro & gemmis simili ratione perfecta: & quatuor annuli, inter quos erant gemmæ eximij splendoris inclusæ: & equus miræ pulchritudinis & pernicitatis, ephippio & phaleris valdè preciosis instratus. Duce etiam reliquos muneribus elegantissimis affecit. Albuquerque illum vicissim remunerauit donis atque monilibus opere singulari perfectis. Itaque persuasum erat

Pax cum Armuzio inita, eiusque leges.

Vexillum Emmanuelis ab Armuzijs summa cum lætitia susceptum.

Armuzius ad Albuquerque munera.

erat omnibus, nihil esse posse illa pace constantius. Lusitani igitur egressi, in domibus, quas Rex illis designarat, sine ulla suspitione fraudis habitabant. Aliquot naues fuerunt in littus, ut reserentur, absque ulla metu subductæ. Arcis fundamenta continuo iacta sunt, Albuquercius cum Saracenorum mores exploratorum & cognitos haberet, & quanta perfidia uti solerent, intelligeret, prope locum, ubi arx edificari incipiebat, in lingua littoris ipsius turrim excitauit, in qua tormenta disposuit, quibus si Saraceni opus impedire conarentur, eos dispelleret. Omnes Lusitani certam operam strenuam nauabant: nullum erat generis & dignitatis discrimen: qui plus laboris in illud opus infundebat, is nobilior habebatur. Albuquercius instabat acriter operi, & laborantes urgebat, eorumque laborem & laudibus & sermonis urbanitate leuabat, & frequenter admonebat, totam firmamenti & securitatis rationem in eo positam esse, ut opus summa celeritate perficeretur, ut si Regem foederis percussis poeniteret, fidem frangere si vellet, postquam arx munitissima ceruicibus illius impenderet, minimè posset. Ipseque, ut exemplo reliquis esset, operi etiam plerumque manus admovebat. Rex materiam operum suorum abundè subministrabat. Et quia, ut fit, seditiones inter Lusitanos & Armuziensis excitabantur, ne nostris iniuria à ciuib. inferri posset, Noradinus quadringentis militibus stipatus, summa Regis ipsius voluntate præsidio nostris erat. Duo filij Noradini de Regis nece coniurauerat, & detecto scelere, antequam poenas darent, aufugerat. Vnus appellabatur Delamixa, alter Zerafus. His Albuquercius propter singulare studium, quod in Emmanuelem præ se ferebant, à Rege veniam & reditum in patriam impetrauit.

HIERO.

Arcis Armuziensis initium.

Duorum Noradini filiorum in Regem coniuratio.



HIERONYMI OSORII SILVENSIS

ALGARBIORVM IN LV-
SITANIA EPI-
SCOPI,

DE REBUS EMMA-
NVELIS, LVSITANORVM
REGIS INVICTISSIMI,
virtute & auspicio gestis,

LIBER SEXTVS.



DE VM hæc geruntur, duo legati Armuziū aduecti sunt, ut tributum Ismaëlis nomine, qui tunc Persidem, & quam plurimas orientis Solis regiones imperio deuinctas continebat, quod Armuzij Rex, ut alij permulti Reges stipendiarij, ex foedere debebat, exigent. Erat Ismael is, quem, Sophum cognominabant, Princeps inter Saracenos omnibus artibus illo loco dignis excellens, qui propter ingenium & industriam, cum se primum religionis nomine veditaret, deinde magnū virtutis specimen in bellicis rebus ostenderet, ad summas opes peruenerat, imperiumque latissimè propagarat.

Persia ad Armuziū regem legato.

rat. Armuzij autem Rex, ut alij permulti, metu & imperio coactus tributum illi pendebat. Tunc igitur cum legati tributum peterent, Rex animo suspensio & anxio, quid sibi agendum esset explicare non poterat. Res ad Albuquerqueium retulit. Is cum sine cura esse iussit. Itaque legatis per vnum de suis comitibus de adventu, & de valetudinis firmitate gratulatus est. Deinde eos admonuit, ciuitatem illam & Armuzij regnum Regis Emmanuelis esse, belli iure subactum, & Armuzij Regem in fidem Emmanuelis Regis præcellentissimi receptum, ita, ut sibi necesse esset iniuriam ab illo propulsare. Quod verò ad tributum attinebat, se tributum regis ipsius nomine continuo soluturum. Ferculum deinde, in quod tributum erat impositum, coram legatis ipsis euolutum fuit. Erant autem in ferculo globi ferrei, & sagittæ, & hastarum cuspides, & ferreæ fistulæ. His explicatis, & in legatorum conspectu propofitis, adiecit is, quem Albuquerqueius miserat. Hoc est tributum, quod Emmanuel Portugaliæ, & Algarbiorum, & Indiæ, & Armuzij Rex pendere solet ijs, qui à Regibus sibi subditis tributum exigunt. Hoc responso legatis, quamuis minimè ferendam iniuriam Ismaeli Regi omnium potentissimo factam esse clamarent, & minas etiam iacerent, inanes tamen in patriam redierunt. Arx interim ad tantam altitudinem pertenerat, ut præsidio relicto defendi facile posse videretur. Duces verò molestissimè ferebant, se diutius in eo opere detineri. Animo namque reputabant prædas, quas agere de nauibus hostium potuissent, si circa Arabici sinus introitum mare illud peragrauissent. Ardentes igitur cupiditate, consilium ineunt, ut nomine Regis ab Albuquerqueio contendant, ut arcis præfecto, quem vellet, relicto inde discederet. Postulatum hoc scribunt, & nominibus obsignant, & obtestantur, ne contra Regis imperium vellet diutius tempus in eo opere contere, ad quod efficiendum iussus non fuerat. Aderat scriba cum postulato, ut fidem scriptis faceret, illum, si postulato non satis faceret, officium prodidisse. Is postulatum de ma-

Albuquerqueij ad Persarum legatos responsum.

Hostile ferculum.

Ducum Lusitanorum aduersus Albuquerqueium conspiratio

de manibus scribæ cum accepisset, legere noluit, sed sub lapidem, qui erat in arcis limine, ad eam rem paulo alius machina sublatum, abdidit. Hac contumelia Duces offensi, ad Coieatarum, qui maximum apud Regem locum obtinebat, a deunt, eumque admovent, Albuquerqueium nihil eorum, quæ contra regem Armuzij gesserat, ex Emmanuelis Regis imperio gessisse: sed hominem effrenata mente præditum & præter modum & rationem laudis appetentem, ea molitum fuisse, quæ fortasse non mediocrem essent offensionem animo moderatissimi Regis allatura. Nec enim Emmanuelem velle, ut nostri Regibus, à quibus nullas iniurias accepissent, bellum inferrent. Id Coieatarum cum ab illis accepisset, lætitia incredibiliter elatus est. Existimauit enim sibi licere minore cum periculo fraudes machinari. Itaque ad Albuquerqueium accedit, eumque post longum sermonem vehementer admonuit, ut classem inde deduceret. Illius enim metu mercatores eò naues minimè cum mercibus, ut antè solebant, appellere. Et ob eam causam Regis vectigalia, quæ maxima ex parte in portorij consistebant, imminui, ita, ut tributum, quod fuerat impositum, soluere propter rei familiaris angustias minimè posset. Dabat præterea fidem, se perfecturum, ut arx illo absente perficeretur, & ita muniretur, ut Albuquerqueius ipse cupiebat. Albuquerqueius ad ea sic respondit, ut intelligeret Coieatarum, illum ab instituto consilio minimè discessurum. Itaque alia via concinnare fraudes instituit. Quinque nauas pecunia corrupti, ut Albuquerqueium defererent, in quibus erant quidam qui tormenta ænea cõflare sciebant. His autem in continentem traductis, iussit omnia, quæ ad tormenta cõficienda pertinerent, largè subministrari, eosque visu lautissimo, atque muneribus deliniri. Id cum Albuquerqueius cõperisset, misit ad regem & ad Coieatarum, qui nauas sibi continuo tradi postularet. Respondent illi, homines minimè cõparere. Se tamen operam daturos, ut eos, si laterent, extraherent, & ad illum mitterent. Post triduum

Lusitanorum ad Coieatarum de Albuquerqueio querelæ.

Coieatarum in Albuquerqueium fraudes.

Y per nun.

per nuncium significant, homines ex insula in contumacem traiecit. Se tamen curaturos, ut inde abduceretur. Interim vero hi summo studio tormenta partim ænea, partim ferrea faciebant. Coieatarus, homo quibus impatiens, & fraudulētus, arma cōportari, milites adduci nocte, ne res palā fieret, iubebat, & bellū tanto silentio & calliditate cōparabat, ut quāuis Albuquerqueus sagax & callidus esset, id odorari nōn posset. Tandem Saracenus quidam, nomine Abrahamus, illi rem totam aperuit, atque demonstravit, quosdam Lusitanos Duces Coieataro causam illius sceleris attulisse. Id Albuquerqueus admiratus, Deo summas gratias egit, Saracenumq; admonuit, ut omnia, quæ posset explorare, ad illū continuō deferret: se namq; perfecturum, ut cum debito præmio largēturq; munificē cū amplificatione dignitatis afficeret. Deinde per nuncios Regē & Coieatarū admonebat, nē vellent foedus tanta religione percussam, propter quinq; transfugas violare. Deum, qui est iusiurandum negligentibus infensus, metuerent, & belli renouandi materiā contra interpositam fidem præbere nolent. Illi iurant, se de hominibus illis, quo in loco essent, nihil certum habere. Albuquerqueus Duces ad consilium euocauit. Fuere qui dicerent, non esse sapientis Ducis, bellum quinq; perditorum hominum causa cum salutis atque dignitatis certissimo periculo moliri. Se namq; admodū paucos esse, belliq; proximi laborib. attritos: hostes autem innumerabiles. Si quidquā fuisset in contentione suscepti temerē certaminis offensum, multo maius dedecus illum subiturū, quā fuerat illud decus ex insigni victoria comparatum. Fore namq;, ut multi victoriam fortunā, ruinam temeritati tribuendam merito iudicarent. Non esse vires Lusitanas, cum essent exiguæ, temerē distrahendas, & sine graui causa in summū discrimen inducendas. Quare censebant, nihil fieri posse dissimulatione sceleris atq; conseruatione pacis antiquius. Constitueret porro in arce præfectum cum præsidio, & ipse cum classe discederet. Hoc ille

Lusitanorū
& Armuzinorum in
Albuquerqueus
suum detestatio.
Et conspici-
ratio.

Albuquerqueus
cum Ducibus
consulatio.

ille consilium accipere noluit. Neq; enim erat è sana mente depromptum, neq; sapiēter de bello statuebat. Erant enim iam in ciuitate auxilia vndiq; cum multis armis, & tormentis, & bellicis instrumentis inuenta. Nemo erat inter hostes, qui de conseruanda pace cogitaret. Nihil erat in illis simplex, nihil non mendacium, & scelere, & calliditate subnixum. Ducem cū præsidio in arce nondum perfecta, neq; satis adhuc munita relinquere, non erat hostes coercere, sed suos hostibus prodere. Arcem verò tanto labore fundatā prorsus omittere, summum dedecus, & minimè sapiens consilium videbatur. Timiditatis enim erat, incepto desistere: stultitię autem summæ, hostium opes munitio, ne illa, Lusitanorum opera & contentione perfecta, confirmare, nē faciliè deinde esset, ciuitatem arce illa defensam expugnare. Consilio ita minimè comprobato, nuncios ad Regem iterum misit, qui idem ab illo obnixè postularent. Cū verò nihil impetrasset, & eiusdem Saraceni, qui illum de instituto scelere certorem fecerat, indicio percepisset, arma in certum locū comportari, milites vndiq; conuenire, stationes muniti, & in illis præsidia disponi, & tormenta collocari, nocte vna Lusitanos omnes cum rebus omnibus maioris pretij erāt, in classem recipi iussit. Hæc cū fieri rex animaduertisset, detectam fraudē esse cognouit, & idcirco minimè dissimulandā, aut rem differendam ratus est. Armati igitur vndiq; prodeunt, præsidia cōcurrunt, tormenta in nostros apertè dirigunt, milites concursantes feritatem oculis & aspectu denunciant. His reb. excitatus Albuquerqueus Duces in scaphas descendere, & propius urbem accedere, & mœnia tormentis quatere præcepit. Coieatarus naues, quæ in anchoris erant, in portum subducere imperauit, nē à Lusitanis capi & incendi possent. Lusitani confestim accurrunt, & naues cōiectis ignibus in flāmant. Nullū diem intermitteri patiebatur Albuquerqueus, quin tormentis quamplurimū damni mœnibus inferret. Sed cum hoc belli genus illi nimis lentū videretur, aliud

Bellum Armuzien-
se secundum.

Classis ho-
stilis incen-
sa.

Armuziū
oppugnatum.

excogitauit, quo multò vehementius hostes affige-
ret. Iussit enim summa diligentia mare custodiri, ne
quidquam cibi in urbem importari aliundè liceret.
Emmanueli Tellio, Barreto, & Antonio Campenfi,
& Alfonso Lupio Costæ hoc munus assignauit. Illi
quamuis inuicti imperata conficiunt, rates aliquot ca-
piunt, & ad Albuquerqueum adducunt. Is facinus edi-
dit inhumanū, & illius reb. gestis indignum. Omnib.
enim, qui erāt nauatæ, aut sagittarij, aures & nares atq;
manus præcidi: reliquis, præter aures atq; nares, mediū
pedem secari iussit. Eos deinde in terrā deduci præce-
pit, & admonuit, vt Coieataro dicerent, idem suppli-
cium fubituros omnes, qui annonā in urbem inferre
conarentur. Erant hostes vehementer exterriti, ciborū
penuria ciues afflictabat: plebs tum multuari incipie-
bat: fames atq; sitis eos premebat. Multi igitur ad Re-
gem adeunt, de clade, quæ illos vexabat, maxima vo-
ce conqueuntur, & iratis precibus ab eo contendunt,
vt vel pace, vel quacunq; alia ratione posset, illorum
malis remedium præfens adhibeat. Secus enim, sibi o-
pus esse remediū tantis miserijs inuenire. A dhæc Coie-
atarus (Regium enim est apud barbaros, aliena sem-
per vti lingua, & in infantia grauitatem positam ar-
bitrari) Regis nomine respondet, quod ad depellendā
sitim attineret, cisternis ipsius vrbs, & puteis, qui in-
de qua tuor millib. passuum aberāt, in loco, quem Te-
rumba quem appellant, posse ciuium sitim facillimè
restingui. Ciborum autem copiam tantā esse in vrbe,
quanta satis esset ad bellū tolerandū, vsq; eo, dum clas-
sis maxima reb. omnibus instructissima, quam prope
diem a futurā confidebat, portum in sulæ subiret. Es-
sent porò bono animo. Se namq; vincula Lusitanis
illis omnib. iniecturum, vt viui pœnas improbitatis
atq; perfidiæ luerent. Hac inani spe, ciuiū à se furore
& impetum repressit. Re aut vera nec in cisternis, nec
in puteis erat aqua, qua tanta multitudo sustentari
posset, & ciborū erat extrema quædam inopia. Albu-
querqueus, vt hostes grauiore cruciatu vexaret, & citius
ad dedi-

*Inhumanū
Albuquerque-
cij facinus.*

*Armuzien-
sium irata
ad Regem
preces.*

*Responsum
Regis.*

*Albuquer-
cij strata-
gema.*

ad deditionem compelleret, obstruere puteos Terum-
baquenses instituit. Itaque negotium dedit Georgio
Barreto, & Alfonso Lupio Costæ, vt puteos obtura-
rent. Hi scaphis inuecti, oram legunt octoginta mi-
litibus stipati. Barretus sex viros nobiles, & in reb. ge-
rendis industrios in terram exposuit, qui viderent, an
arte quadam possent aliquem hominem corripere, è
quo, an putei essent custoditi, cognoscerent. Hi duos
homines capiunt, è quibus intellexere, puteos seruari
à Duce, nomine Cidehamer, qui sub signis viginti
quinque equites, & ducentos pedites sagittarios habe-
bat. Hoc cum Barretus acciperet, remis, quantum fic-
ri potuit, accelerauit, vt in terram cum omnibus co-
pijs egressus ante lucē (erat enim nox) hostes inopinā-
tes opprimeret. Quod quidē sic euenit. Nostri enim
hostes dormientes offendunt: ducem interimunt, &
præter paucos admodum, qui semisomnes excitati
profugerant, omnes interfecti sunt, & putei hominū
& equorum cadaueribus oppleti. Nè autem cadaue-
ra extrahi possent, Albuquerqueus Laurentio Syluæ,
Castellano viro valdè nobili, & in armis acerrimo cu-
ram dedit, vt cum viginti militibus puteum custodi-
ret. Is cum ab hostium multitudine circumuentus es-
set, Albuquerqueus, qui semper rebus omnib. intentus
erat, & inde tunc non procul aberat, cum centum &
quinquaginta viris accurrit. Hostes erant permulti,
Rex hortator & spectator aderat. Coieatarus admo-
nebat suos, vt in eo certamine vitā omnium contine-
ri perspicerent. Instant illi: nostri multitudine penè
obruiti retrocedunt, quos hostes acriter insequuntur,
& multos conuulnerant. Albuquerqueus erat vndiq; te-
lis impetitus: Delamixa, cui Albuquerqueus veniam &
reditum in patriam consecutus fuerat, multò acrius, *ingratum*
quàm reliqui omnes, in nostros ferebatur, donec tor-
do.
mèro grauius ictus, se à cædendo & à persequendo con-
tinuit. Albuquerqueus eo die maximū vitæ discrimen
adiuit. Littus erat propè: id fuit in causa, vt nostri om-
nes, præter vnū ex Albuquerqueij domesticis, qui in plio
Albuquer-
cij periculū
ces, cecidit,

*Pugna ter-
restris.*

*Delamixa
ingratum*

*Albuquer-
cij periculū*

*Armuzini
populi que-
rimonia.*

cecidit, euaderent. Maxima tamen eorum pars vulne-
rata discessit. Mare tamen summa vigilantia à nostris
obseruabatur, nè cōmeatus vllus inueheretur. Multi-
tudo à Rege misericordiã implorabat: se diutius fa-
mem atq; sitim tolerare nõ posse dicebat. Nollet pau-
cis obtēperando ciuitatem vniuersam morte acerbis-
sima cōficere. Hæc clamorib; & interdum etiam mi-
nis, & eiulatu valdè lugubri cum multis lacrymis a-
gebant. Hos Coicatarus aliquando verbis lenib; ali-
quando etiam minis à Regis aditu & cōgressu repellē-
bat. Sed malum illud iã tolerari non poterat: itaq; ne-
cesse erat, ditione tandē miserã, quæ vrbē premebat,
finem imponi. Sed in hoc rerum statu, res accidit dede-

*Turpissima
Lusitanorū
Ducum ab
Albuquer-
cio defectio*

core sempiterno dignissima. Duces enim, quãuis essēt
& nobilitate & factis egregij, odio parū iusto sui Im-
peratoris excæcati, cum bellū propè confectum esset, si
dei & in sitæ nobilitatis oblitī, Albuquerciū, sub quo
militabant, repentē deserunt, & passis velis in Indiam
inuehuntur. Hi fuerūt Emmanuel Tellius, & Alfon-
sus Lupius Costa, & Antonius Campenlis. Cūm igi-
tur Albuquercius cerneret, copijs ad hunc modum di-
minutis, se non posse bellum diutius sustinere, disces-
sit indè fremens & indignabundus, quod victoria nõ
hostium virtute, sed suorū flagitio de manibus erepta
fuisset. Est nõ procul in sula ad idem regnū pertinens

*Armuzium
obsidione
solutum.*

(Queixume nominatur) in eam delatus, in oppidum
nomine Arbez inuasit, & ducem cum multis militi-
bus occidit, locumq; spoliavit. Maximus autē ex præ-
da commeatus fuit in naues impositus. Ibi cū certior
factus esset, arcem Zacotoram esse in maximas angu-
stias propter annonæ penuriam adductā (bello enim
premebatur, per quod cōmeatus in arcem inuehi mi-
nimè licebat) & simul accepisset, 70. nauium classem
ex intimo sinu, qui Persidis extremo ex ea parte ter-
mino definitur, soluisse, vt Armuzio opem afferret,
vidit sibi, tum vt classis congressum deuitaret, tum vt
Lusitanis afflictis subsidio occurreret, nõ esse diutius
in ea regione cunctandum. Prius tamen, quàm indè

discederet

discederet, in aliud oppidum eiusdem insulæ Queixu
mensis inuectus est. Appellabatur Homeal. Erat autē *Homealis
oppidi ex-
pugnatio et
direptio.*
magnis præsidijs munitum. Atrox prælium commif-
sum fuit: oppidum tamen cum magna hostium cæde
caprum & direptum est, & duces hostium cæsi. E no-
stris autem vnus nauta desideratus fuit, & duo Sara-
ceni, qui sub Albuquercio stipendia faciebant: Ioan-
nes Nouius vulnus accepit. Indè cū Nouium in In-
diam dimississet, in Zacotoram peruenit. Illius aduen-
tu fuit bello finis impositus: hostes enim metu pterri-
tissimi fugerunt. Cū verò hostes ab illo pacem peterent, gno disce-
dit.
illam ea lege concessit, vt certū numerum bouum & a-
rietum commeatu arcem muniret, Franciscū Tauorā
in Melindem rei frumentariæ cōparandæ gratia mi-
sit. Ipse verò in Goardafumenſe promontorium con-
cessit. Tauora cū in Melindensi regno imperata fa-
ceret, Iacobus Melius, & Martinus Coelius, qui in Mo-
zambique hyema uerant, in eundem portum aduecti
sunt. Qui relictī in Melinde fuerant, vt ad Aethiopiæ
Imper. deducerentur, adhuc ibi commorabantur, eò
quod neminem rex Melindius nancisci potuisset, cu-
ius fidei rectè cōmitti possent. Itaq; in naues recepti
sunt. Tres igitur illi nauarchi ad Albuquerciū se cō-
tulere: in via autē nauem vnā cepere, quæ spoliata pri-
mum, incensa deindè fuit. Alteram autē nauem Albu-
quercius ipse ceperat: qui horum nauarchorū aduen-
tu mirificè delectatus est. Erat autē in nauī, quæ in ma-
nus Albuquercij inciderat, Saracenus quidam ex A-
rabia, vlti rerum peritus, qui apud Aethiopiæ Imp-
ratorum diu versatus fuerat, & gentis mores, & regio-
nis instituta cognouerat. Hunc ad Regem Emma-
nuelem Albuquercius misit, vt omnia quæ scire cu-
piebat, illi diligenter explicaret. Tres autem illos, qui
ad Aethiopiæ Regem mittendi erant, in oppidū non
procul à promontorio sitū induci præcepit, qui indè
eò, quod missi fuerāt, absq; vllō incōmodo peruenēre.
Rex, qui tunc imperiū tenebat, Dauid appellabatur, *gem aduen-
tū.*
mater autē Helena: quæ propter prudētiam nõ vulgaris
opinio.

opinionem, eò quòd Dauid adhuc puer esset, regnum gubernabat. Hi cùm Emmanuelis literas accepissent, incredibilem lætitiæ significationem dederunt, & legationem ad Emmanuelem decreuerunt, cuius sententiam alio in loco referemus. Hinc profectus Albuquerqueius, in Zacotoram delatus, hyemè traduxit. Inde cùm primùm per anni tempus licuit, vigesimo die Augusti, Calaiatem versus iter instituit, vt simul & quæ in Armuzio post illius digressum euenerant, intelligeret, & Calaiaten sibus doli patrati poenas imponeret. Ibi cùm naues ab incolis cõspectæ fuissent, duo

Duorum Saracenorũ Calaiaten sium cum Albuquerqueio congressus.

Saraceni, homines opibus & auctoritate præstantes, lintre inuecti sunt, & nauem prætoriam sine vlllo metu conscenderunt. Existimabant enim illas naues è Lusitania tum primùm ad eas oras appellere, neque scire posse, quæ in Armuzio gesta fuerat: & intelligere cupiebant, quid in Lusitania de rebus Indicis ab Emmanuele designatum esset. Hi verò cū Albuquerqueiũ cognouissent, & intelligerent eam fraudem, quæ Calaiaten sibus præfectus cõstârât, exanimati metu conciderunt, & suppliciter admodum misericordiam implorârunt. Ille veniam ea conditione promisit, vt vera de ijs reb. quæ scire cupiebat, enũciarent. Illi se id facturos spondent. Ab illis aut cognouit, & quãtis opibus Armuzium esset munitum, & simul intellexit, eundem ducem, qui fraudem fuerat machinatus, in oppido esse, idemq; munus obire. Hoc ibi percepit, in portum inuehitur: hostes cum ipso duce protinus, vt resistent, accurrunt. Sed paruo certamine in fugam cõuersi sunt, in templumq; littori propinquum se trepidè recipiunt. Templum fuit repeatè captum. Hostes expulsæ, in urbem contendunt. Lusitani illos statim insequuti sunt vsque eò, dum in oppidum compellerent: quod statim oppugnare cum vellèt, fuere ab Albuquerqueio prohibiti. Nox enim appropinquabat, & viæ erant angustæ, & ædes excelsæ, è quibus poterant hostes in nostros lapides & tela contorquere: quos si fieret in tenebris, non mediocrem periculum nostros

Pugnacum Calaiaten sibus.

imminebat.

imminebat. Ea igitur nocte in templo substitit. Cùm verò diluxisset, in oppidum inuasit. Hostes inde fortissime perurbati confugerant. Nostri ad prædam cõuersi sunt. Ibi cùm Albuquerqueius diebus aliquot cõmoratus esset, dux impiger, nomine Zafaradinus, cùm mille viris acerbis vna nocte in nostros impetum silentio nostros intulit: quos non imparatos, vt suspicatus fuerat, offendit. Ea namq; erat Albuquerqueij disciplina, vt vix quidquam illi posset inopinato contingere. Itaque magno cum damno atque dedecore repulsi sunt. Hic rursus Albuquerqueius odio gentis inductus, simile exemplum immanitatis edidit illius, quod in Armuzio præbuerat. Omnibus enim, quos viuos cepit, aures atque nares amputauit. Oppidum deinde & templum, quod erat excellenti opere factum, & viginti septem naues, quæ erant in portu, flammis exussit. Inde aquatione prius in cursu cum magno periculo facta, Armuzium contendit, vt oculis vrbis statum & munitiones vsurparet, & simul aliquod damnum ciuibus inferret. Ibi cùm propius naues appellerat, arcem, quam ille fundârât, duplici contignatione sublata, & tormentis egregiè munitam conspexit. Urbem tamen tormentis concussit, & naues aliquot interceptit, & quibus signis potuit, odiũ quod in Coicatarum & reliquorum perfidiam animo continebat, exprompsit. At Coicatarus ad illum literas Almeidae misit, quibus Coicatarum admonuerat, Albuquerqueiũ absque Regis Emmanuelis iussu bellum Armuzien sibus intulisse. Sibi que summopere displicere, quod damni factum fuerat. Se libenter Emmanuelis nomine, cuius vice in regionibus illis vniuersis imperium tenebat, pacem & amicitiam cum illo firmaturum. Ex his literis Albuquerqueius non mediocrem molestiam cepit. Nihilò tamen secius urbem, & aliquot oppida, quæ erant in illius ditione, damnis quamplurimis affecit. In continentem deinde traiecit, oppidũ

Calaiate ciuitas capta & direpta

Zafaradinus in Lusitanos impetus.

Albuquerqueij in vrbes immanitas.

Armuzium bellũ redintegratum.

Habande oppidum incensum.

que Habande (sic enim appellant, vnde aqua in insulam ferebatur) incendit & puteos, ne aquatio deinceps illa

Lusitanorum de Persis victoria. illa fieret, tellure cōpletos obstruxit: & in duos Ismaelis Persarum imperatoris duces, qui, vt præsidium afferrent mercatoribus, qui cum maxima camelorum multitudine comœatum & varias merces importabant, inuasi t. Et acri prælio commissō, duces interfecit, & illorum copias, quæ erant quingentorum militum, partim cecidit, partim in fugam compulsi. Iacobum verò Melium in insulam Laram nomine misit, vt alios similiter puteos obturaret. Omnes enim a quationes impedire volebat, vt urbem siti conficeret. At Melius cum Albuquerquej iniussu aliquid laude dignum gerere vehementer expeteret, fraude Saraceno rum inductus, in hostiles rates incidit: qui tamen quantum potuit, animo satis acri hostib. in se immisisse repugnauit. Sed tandē ipse cum nouem hominibus Lusitanis interfectus est. reliqui autem velis secundo vento plenissimis euaserunt. Rebus ad hunc modum gestis, Albuquerqueus in Indiam nauigauit, & in Cananoris portum ingressus est tertio die Nouembris, Anno à Christo nato, M. D. viij. quo tempore iam, vt dictum est, Laurentius Almeida in prælio contra Sultani duces in toto tormētis dilaceratus occubuerat. Sub id tempus accepit Almeida literas ab Emmanuele Rege, qui, bus illum in Lusitaniam reuocabat, atq; præcipiebat, vt Albuquerque imperium traderet. Erat autem ille comparandæ classis vehementer intentus, qua Mirhocemum inuaderet, & ab hostibus de filij nece pœnas expeteret. Prius tamen, quàm in hostes iret, septem naues, quæ erant in Lusitaniam profecturæ, diligenter instruxit: è quibus duæ in alto mersæ sunt, quinque incolumes in Lusitaniam peruenere. Deinde cum ea classe, quam para uerat, Cananorem petijt. Ibi in medio belli totius apparatu Albuquerqueus interuenit, qui fuit ab Almeida cū non mediocrib. amoris signis exceptus. Et postridiè illum in prandii arcessiuit, atque post epulas ei literas Emmanuelis ostendit, quib. præcipiebat, vt in Lusitaniam rediret, & Albuquerque eadem prouinciã moderandam relinqueret. Se deinde ostendit.

ostendit esse paratissimum ad ea, quæ Rex præscripsit. *Simultas* rat, exequenda. Sed eo anno id fieri commodè non potest. *inter Almeida et Albuquerque.* Nam classem illã esse iam à se magnis laboribus & sumptibus instructam, quibus erat bellum Myrhocemum atq; Calecutensib. qui se cū illo coniunxerant, illaturus: neq; iustum uideri, illũ, quod instituerat, minimè perficere, & sui doloris ulciscendi munus alteri delegare. Ad hæc Albuquerqueus respondit, Almeida non rectè se gerere, si non præscripto Regis obtemperaret. Quod verò ad hostes attineret, se id bellũ, si illi classis, quæ parata iam erat, traderetur, ita gesturũ, vt Almeida muneri ei commissi minimè pœniteret. Id Almeida se facturum negauit. Inde simultas orta ueriusq; animum ab altero alienauit, & Lusitani in duas factiones diuisi, quidam ad Almeida, alij autē sese ad Albuquerqueiũ con tulere. Ita factum est, cum omnib. esset hoc studium, vt odium inter duos viros optimos & singulari virtute præditos excitarent, vt inter eos minimè cōueniret. Vterq; autē cum esset laudis appetens, titulũ belli illius confecti vehementer expetebat, & ideo eam gloriam sibi præripi alterius partis studio & contentione, molestissimè ferebat. Ita tamē erant animis dissidentes, vt nec armis, neq; maledictis inter se contenderent. Imò cū Almeida iam vellet inde proficisci, vt cū hostium classe confligeret, Albuquerqueus operam suam obtulit, & per communes amicos Almeida obsecrauit, vt se in id bellum duceret. Almeida gratias illi summas egit, sed æquum non esse dixit, vt is antè, quàm esset à tanta belli contentione, & à maris etiam iactatione refectus, laborem illũ susciperet. Quiesceret porrò, & se ad alia bella non minus periculosa, quæ erant illi, postquã imperandi munus susciperet, administranda, pararet. Albuquerqueus cum se ab illius belli societate profus exclusum cerne ret, Cochimum profectus est, & ibi cum nonnulla indignitatis illius, vt interpretabatur, offensione confisit. At Almeida cum classe vnde uiginti nauium soluit inde duodecimo die mēsis Decembris eiusdem anni.

Erant

*Almeida
in Calecu-
tienteses ex-
pediitio.*

Erant in classe mille & trecenti milites Lusitani, & quadringenti Cochimenses. In cursu autem Omoris oram præteruectus, naues aliquot Calecutientes, que erant in portu, incendi iussit: quod non absque multo sanguine partis vtriusque fieri potuit. Inde cum prium in Anchediuam aquationem fecisset, in portu Dabulis cursum direxit. Ea namq; ciuitas ad Zabai, qui Goæ regnabat, ditionem pertinebat. Zabaius autem cum Myrhoemo, & Calecutienti, & reliquis Lusitani nominis hostibus societatem coiuerat, & Sultatum literis ad bellum Lusitanis inferendum sollicitat. Id autem Almeida mouerat, ut urbem illam, si fieri posset, excinderet. Porro autem Pelagius Soma vnus ex Ducibus aquationis & comœatus gratia se se à reliqua classe disunxit, & in terram egressus est. Cum verò illius milites incolas iniurijs affecissent, incolæ iniurijs irritati, cum vicinitatis vniuersæ opem implorassent, impetu in nostros facto ducem interemerunt. Reliqui verò cum ducem occisum aspicerent, se fugæ mandârunt. Pelagium multi dicebant temeritatis pœnas luisse, quòd imperatoris iniussu in terram absq; vlla graui causa descendisset. Nec enim tanta erat penuria, ut illi necesse esset imperium Almeida non expectare. At Almeida cum propè Dabulis portum consisteret, præmisit ea nocte, qui portus altitudinem diligenter explorarent. Ciuitas ad radices montis amœnissimi iacet. Est autem ampla, & ædibus magnificis exulta, in planicie sita, & erat tunc firmo atque valido præsidio firmata. Præfecerat illi Zabaius Saracenum impigrum ducem, qui habebat sub signis sex millia militum, in quibus erant quingenti Turcæ. Erant præterea in intimo portu naues non pauca, tormentis, & armis, & militum præsidij instructissimæ. Dux tantum & sibi & copijs cõfidebat, ut vxorem ex omnibus, quas habebat, carissimam, in urbem arcesseret, & eos, qui erant in vicinis pagis, euocaret, ut victoriæ, quam sibi pollicebatur, spectatores esse possent. Sequenti die cum æstus accederet, & se-

cundus

Dabul opp.

*Pelagij Soma
se cædes
sociorũ su-
ga.*

*Dabulis
descriptio,
& status.*

cundus etiam ventus à puppi naues impelleret, Almeida solutis anchoris, passisq; velis, in portum ingressus est. Triremes præibant, humiliores deinde naues sequebantur, altiores agmen postremum claudebant. Scaphæ erant expeditæ, in quas cum tempus flagitaret, nostri desilirent, ut in hostes in terra consistentes irrumperent. Hoc ordine cum Almeida hostes aditu arcere non possent, ipse cum acie prima signis explicatis terram occupauit. In turrim egregiè munita aciem dirigebat, cum dux ciuitatis cum omnibus copijs more gentis instructis illi obuiam processit. Nostri tanto animorum ardore in hostes inuecti sunt, ut impressione facta ducem, & multos homines primarios occiderent, & reliquos in fugam vertent. Cum verò se se in urbem reciperent, nostri in eorum tergis inhærentes, in urbem simul irruerunt. Fuit tunc in omnem sexum & ætatem sæuitum, vsque ad eò, ut neque foeminis, neque pueris infantibus, quos matres complexu in extremo illo vitæ spiritu arctissimè continerent, vlla conditione parceretur. Multi pro redemptione, auri & argenti magnam vim, & gemmas, & pretiosam suppellectilem cum miserabili luctu & multis lachrymis offerebant, quorum tamèn preces neminem è tanta multitudine ad misericordiam inflexerunt. Fuit cædes ad Solis occasum continuata. Almeida veritus, ne nostris in vrbe dispersis, & in cæde, atque præda furenter occupatis discrimen aliquod, ut fieri plerunq; solet, vbi militaris disciplina negligitur, impenderet, signum receptui dedit, & se cum omnibus suis copijs in templo quodam satis amplo continuit, & multos, qui se excellentius in eo prælio gesserant, equestribus ornamentis affecit. Sequenti die militibus prædam concessit, quæ fuit maxima, ita ut milites non possent rapiendi cupiditate ab vrbe diuelli. Quod animaduertens Almeida, clam submisit, qui partem ciuitatis incenderent. Itaque cum flamma per ædificia contentia peruaderet, omnis ciuitas cum delubris, & mœnibus, & rebus maximi pretij deflagauit,

*Almeida
Dabulem
adnauigat.*

*Prælium
cum Dabulis
sensibus.*

*Dabul ca-
pta.*

*Lusitanorũ
in victos
sæuitia.*

*Dabulensis
ciuitas spo-
liata et in-
censa.*

*Cæſorū nu-
merus.*

*Almeida
victoria.*

*Melichiazij
ad Almei-
dā literæ.*

*ANNVS
à Chriſto
nato, 1509.*

Maim ſtu.

*Herculis
miliū ſe
pulchra.*

uit, naues omnes ſimiliter exuſtæ, & multi etiã ci-
ues, qui la titabant, flammis abſumpti ſunt. Deniq; ex
tanta multitudine, quæ præter milites ed conuenerat,
pauci admodum in montes euaserunt. E noſtris fede-
cim deſiderati, ducenti verò vulnerati ſunt, Almeida
ſigna etiã in montes intulit: multa caſtella atque
villas exuſſit: hoſtes, qui illi multis in locis occurre-
runt, partim cecidit, partim fudit, atq; fugauit: armè
& pecudes ad com meatum claſſis abduxit. Ad hunc
modum proſtigatis hoſtibus, in claſſem reuerſus eſt,
vbi literas à Melichiazio & à Luſitanis captiuis acce-
pit. Literæ autem Melichiazij officij pleniffimæ vide-
bantur, & de redemptione Luſitanorum oſtendebat,
ea quæ Almeida vellet, illum libentiſſimè facturum.
Luſitani verò ſignificabant, ſe ſe à Melichiazio com-
modè rebus omnib. haberi. Petebant tamen, vt de eo-
rum redemptione, dum hoſtis eam lenitatis & man-
ſuetudinis ſpeciè præ ſe ferebat, cū illo paciſceretur, ne
ſi ab eo res abiret, multò difficilior eorum liberatio fo-
ret. Vt autem compertum poſtea fuit, ea legatio non
tam Almeida conciliandi, quàm illius explorandi ab
homine callidiſſimo inſtituta fuit. His literis Almei-
da, non literis, ſed rebus ipſis reſponſum pro dignitate
dare conſtituit. Tormentis igitur, & rebus alijs, quas
noſtri ceperant in naues impoſitis, inde ſoluit, quinto
die Ianuarij, Anno M. D. ix. Et oram illam præterue-
ctus, tributa, quæ in locis illis ex foedere debebantur,
exegit. Tandem in fluuium delatus eſt, qui per Cam-
baię regnum in mare inſluit. Fluuiū appellat Maim.
Ibi vidit in oppido peruetuſto maximum & ampliſſi-
mum templum, & campum latiſſimū, in quo erant ſe-
pulchra innumerabilia. Cum ab incolis ſciſcitaretur,
quid infinita illa mortuorū monimenta deſignarent;
reſponderunt illi, qui ſapientes exiſtimabantur, anti-
quiſſimis regionis illius ſcriptis atq; monumentis con-
tineri. Herculem in Indiam cum maximo exercitu pe-
netraſſe: & in eo loco bis cū Rege quodā potentiffimo
collatis ſignis conſiſſiſſe, & vtroq; prælio ſuperatum
 fuiſſe.

fuiſſe. Vt autem tam præclari facinoris memoria ſecu-
lis innumerabilibus conſeruari poſſet, inſtitutum ab
antiquis fuiſſe, vt locus ille, in quo milites Herculis
cecidierant, religione conſecraretur, & illa ſepulchra
inuiolata permanerent. Hæc quidem illi prædicabat:
quibus quanta ſit habenda fides, liberum ſit ei, qui ve-
lit, iudicare. Almeida inde proſectus, Diuina vela dare
iuſſit. Ibi Mirhocemus cū in altum naues educere,
& cum Almeida mari aperto dimicare conſtituiſſet,
quanuis Melichiazius id conſilium minimè proba-
ret, omnes duces conſeſtim iuſſit ex anguſtijs prodire.
In Mirhocemi claſſe erant tres conſtratae naues ingen-
tes, & tres aliæ roſtratae, ſex triremes, quatuor naues
Cambaienſes, & longæ Melichiazij naues, quarum
iam mentio facta fuit. Calecutienſes verò parones e-
rant etiã permulti. Erat deniq; numerus hoſtilium
nauium ſupra centum. Milites quos Mirhocemus ad-
duxerat, & armis & animis præferoces, victoriam ſibi
certiſſimam pollicebantur. idem animus erat in reli-
quis nationibus, quæ cum illo ſocietatem coiuerant.
Spes & odium illos acriter ſtimulabat, vt & libertatē
tuerentur, & gentem inuiſam extinguerent. Quod ve-
rò indigniſſimum fuit, non minus ardoris in Chri-
ſtianijs quibuſdam, qui eadem claſſe vehabantur, erat
ad manus cum Chriſtianorum claſſe conſerendas,
quàm in illis, qui propter religionis odium Chriſtia-
num nomen extinctum cupiebant. Hi erant partim
Veneti, partim Dalmatae, qui triremes duſtabant. Va-
riæ deinde fuerunt imperatoris vtriuſque cohorta-
tiones, cū Mirhocemus milites rerum ab illis ge-
ſtarum commemoratione, imperij amplitudine, &
Saracenorum omnium libertate, Chriſtiani que no-
minis odio, & ſpe opum atque munerum, quæ o-
mnia vno illo prælio continebantur, excitaret. Vi-
derent præterea ſocios ſpectatores eſſe. Si vincerent,
ſe laudem ſempiternam adepturos: ſi victi eſſent, de-
decus & ignominiam ſubituros nulla temporis vetu-
ſtate delendam. In illo prælio Indiæ imperiū, ſociorū
ſalu.

*Mirhocemē
claſſis.*

*Chriſtiano-
rū quorun-
dam in Lu-
ſitanos ho-
ſtilis ani-
mus.*

*Mirhocemē
ad milites
concio.*

*Almeida
ad milites
oratio.*

salutem & libertatem, eorumque, qui dimicarent, dignitatem nullis seculis interituram consistere. Almeida verò CHRISTI nomen, religionis sanctitatem, sectæ Mahumetanæ scelus commemorabat: neque solum spem amplissimæ dignitatis & gloriæ, verum & celeste præmium proponebat. Dicebat præterea, omnem salutis spem vna virtute contineri. Si victi eo prælio essent, reputarent animis, esse se hostibus innumerabilibus circumfessos, qui metu tenebantur, ne conceptum odium in nomen Christianum exprimerent. Hoc autem metu sublato, fore, ut vndique ruerent, ut Christi memoriâ in illis regionibus deleerent. Subsidia esse longinqua; hostes autem circumfusus. Nulla fore tutum in calamitate receptum, fidem vbi que lubricam, fraudem ad fidem violandam paratissimam. Idcirco, quod fortium virorum esset, cogitarent, eo prælio esse omnibus aut cum magna gloria vincendum, aut cum magna virtutis significatione moriendum. Referebat deinde filij Laurentij omnibus casifimi necem, ad cuius vindictam omnes, qui dolorem non mediocrem ex casu illius exceperant, acriter incitabat. Considerent porro, CHRISTI numen, pro cuius gloria præcipuè dimicabant, ad futurum. Hiis & alijs eiusmodi verbis Almeida Lusitanos satis sperte sua concitatos ad certamen acuebat. Deinde vela fieri iubet. Sed cum ventus remitteret, & hostes ex angustijs egressos in statione teneri animaduerteret, & ipse substitit tantisper, dum rursus cum æstus reciprocatione ventus increbesceret. Sed cum citius, quam sperabat, ventus paulò vehementius inflaret, sublatis dolonibus, signoque dato hostibus appropinquauit ita tamen, ut tantum interesset inter classem vtranque spatium, quantum sat esset ad certamen tormentis minus gerendum. Longius enim progredi non potuit, propterea quod nondum æstus accesserat: & timebat ne naues in vado, quod inter vtranque classem inerat, afflitterentur: & hostes idem fecerunt. In vrbis muris, & in turri, quæ mari immincebat, erant tur

ment

menta magna aptè disposita. Cum igitur hostes & non Prælium
stri iam essent in vrbis ipsius aspectu cõstituti, ex mu
ris & è turri, & è classe innumerabiles globi iaciebantur. Nostri vicissim vehementissimi è hostium classem oppugnabant. Certamen fuit tenebris intermissum. Almeida quamuis statuisset, in acie prima cum nauis
sua in Mirhocemi nauem inuadere, precibus nauarum
chorum ab ea mente deductus fuit. Dicebant enim fore, si is aliquod discrimen adiret, ut classis & imperio illius destituta, & Imperatoris sui periculo perturbata, ordinem ab eo præscriptum desereret, ut illi subueniret. Ille, consilio paruit, quamuis id molestè ferret. Sed videbat aliter rem fieri cõmodè non posse. Itaque Nonio Vascio Percire id munus assignauit, ut in Mirhocemi nauem inueheretur, ei que viros acres ad rem gerendam attribuit: Georgium verò Melium Perciram subsequi iussit. Nauarchus quilibet ea nocte ordines diligenter instruxit. In qualibet enim nauis opus erat secundum puppim atque proram, & vtrunque laetus acies quatuor instrui, & cui libet vnum ducem assignari. At Mirhocemus cum Almeida ad confligendum acriter animatum perciperet, consilium Melichiazij, quod antè repudiarat, sequi constituit. Itaque vadum transire noluit, imò retro classem deduxit, ut vrbis auxilio multò tutius atque confidentius cum nostris dimicaret. Nam fore confidebat, ut è muris ex propinquo posset grauius damnum nostris importari, & auxilium, vbi opus esset, ex vrbe summitti. Classem aut hoc ordine instruxit, Naues suas, quas sex fuisse diximus, in acie prima collocauit. Binas autem naues ferreis vinculis inter se colligari præcepit, ita, ut tribus in locis binæ naues coniunctæ, & inuicem alligatæ, ad opem sibi ipsi mutuo ferendam consisterent. Ipse in media acie nauem, qua vehebatur, collocauit. Post has naues ad hunc modum deuinctas, triremes & naues longas cum paronibus, ut subsidio, quoties opus esset, occurrerent, & per media intervalla in nostros inuehi possent, & quoties necesse esset, retrocedere, ut nauium

*Lusitanorum
acies.*

*Hostium
acies.*

Z MAIORUM

maiorum præsidio munirentur, cōstituit. Naues autē Cambaienses prope vadū secundum littus, vt primū impetum sustinerent, cōsistere iussit. Postridiē, signo, quod cōuenerat, dato, Nonius Vascius Pereira, vt Almeida iusserat, vela facere præcepit: quem Georgius Melius negligentia magistri sui non continuo subsecutus fuit. Reliqui omnes eo ordine, quo iussi fuerāt, inuehuntur. Melichiazus cū nostros prouehi cerneret, è muris, & è turri tormentis omnibus Lusitanā classē verberare præcepit. Tormenti autem vnus ictu decem viri, qui in nauī Pereiræ veli maximi sinū, vt vento vehementius impleretur, contrahebant, occisi sunt. Nihilo tamen secius Pereira progreditur, vt in nauim Mirhocemi manus ferreas injiciat. Id Mirhocemus animaduertens, nauem, quam alligatā tenebat, laxari iussit, vt cū Pereira eius nauem adortus esset, illum altera ex parte aggrediretur, vt incipiti prælio distentum facilius opprimeret. At Pereira cū id cerneret, ingens tormentum, quod erat secundum aquæ summam faciē collocatum, in hostilē illā nauim, quæ se à prætoria distinxerat, conuertere præcepit. Quo factō, globus tanta vi coniectus in hostilē nauem fuit, vt vtrunq; latus parte infima perforaret. Quo factō, hostes, dum, nè nauis ea parte, quam vulnerari cōspexerant, aquam admitteret, metuunt, omnes in alteram se confestim conferunt, & coniectis sarcinis aliquantū deprimere conātur, vt eius lateris inclinatione, periculum lateris aduersi declinarent. At cū ea pars, in quam propendebant, nō minus laboraret (quod illi prorsus ignorabant) factum est, vt nauis subitō mergeretur. Iacobus Petreius, vt erat ab Almeida constitutū, triremi prouectus. Pereira præibat, vt fundū exploraret. Cū verò periculum à vado impendere perspiceret, dato signo Pereira admonuit, nè vltorius tenderet. Pereira velis demissis substiit. Quod cernens Mirhocemus, in illum ferociter inuasit. Nauib. ad hunc modum harpagone deuinctis, nimis atrociter fuit vtrinq; pugnatū. Nostri tamen in nauem

Pugna naualis.

nauem hostis ingressi, eos paulatim cedere compellunt. Hoc in certamine Henricus Machiadius vir egregie fortis occubuit. Hæc in nauis foro gerebantur. At super densos funes pice oblitos, qui reticulati supernè à prora in puppim pertinebant, aliud prælium non minus periculosum gerebatur. Nostri enim maximo cum labore eò conscenderant, quibus hostes acerrimè resistebant. Interim nauis hostium rostrata à reliquis diuisa, in aliud nostræ nauis latus inuecta, auxit vehementissimè laborē, in quo nostri versabantur, & periculum multò grauius inuexit. Pereira cū id cerneret, multò ardentius dimicabat, vt cū ex ea parte, qua hosti resistebant, impetum hostilem reprimeret, ad alterā partem se cōferret. Sed cū, vt aliquid laxamenti caperet, buculā sibi detraxisset, fuit sagitta guttur illius transfixum. Victoria tamen adhuc in neutram partē inclinabat. Franciscus Tauora periculum, in quo nostri versabantur, animaduertens, in Mirhocemi nauem inuasit, & latus alterum acriter oppugnans, milites, qui in funium retē scanderent, immisit. Pondere porrò factū est, vt reti perfacto, omnes, qui è superiore loco dimicabant, in forū deciderent. Quo factō, pugna recruidit. Hostes tandem partim ceduntur, partim sese in mare deiciunt. Qui erant in nauī rostrata, quæ se cum Mirhocemi nauī coniunxerat, cū milites & nautas maxima ex parte cæcos, & ipsam nauē multis in locis laceratam, & armamenta cōuulsa perspicerent, se in fugam dederunt; & cū nemo iam esset, qui nauem gubernare posset, æstus ipsius impetu in littus eiecti sunt. Reliqui duces Lusitani, dum hæc geruntur, non minus impigrè rem gerebant. Nam Petrus Barretus aliam Mirhocemi nauem pugnando cepit: similiter & Antonius Campēsis nauem rostratam expugnauit, & Georgius Melius vbi primū se expedire potuit, in naues Cambaienses impressionem fecit: & Petrus Canus in aliam rostratā nauem tanto impetu inuectus est, vt antequam eam iniectis manib. ferreis alligaret, in retis ipsius contignationem

Henrici Machiadi cædes.

Lusitanorū discrimen.

Pereira guttur illius transfixum.

guationem cum triginta & octo militibus infiliret. Qui in foro versabantur, nostros ex inferiore loco vulnerebant: nostri verò, reticulatis illis funibus impediti, gladijs vti non poterant. Quod Canus animaduertens, desilire cupiebat, vt in naus foro cum hostibus manum confereret. Itaq; cum per ostium ingredi vellet, caput immisit, quod vno ensis hostilis ictu præcisum repente fuit. Naus alia vt nostris in maximo periculo constitutis opem afferret, accelerauit. Cuius aduentu nostri liberati, & hostiū naus capta, & omnes hostes ferro cōcisi sunt. Almeida prælij spectator aderat, & quid opus esset factu, decernebat, & tormentis interim rem acerrimè gerebat, ita, vt vnā magnam nauem, & aliquot lōgas naues, & parones nonnullos deprimere. Melichiazus copias identidem è terra submittebat, vt cū fessis integri succederent, nihil de prælij contentione à suis remitteretur. In littore præterea ense districto concursabat, & què è prælio fugientem viderat, aut occidebat, aut vulnerabat: reliquos in certamè redire morte proposita cōpellebat. Nostri tandè hostes maxima contentione profligârunt, tantumq; eorū numerū interfecerunt, vt fluctus in sanguinis colorè verterentur. Qui primi effusa fuga sese ab imminenti clade pripuerunt, Calecutienses extiterè, qui in altum prouecti repente sunt. At Melichiazij naues lōgg cum Mirhocemi tremib. sese in intymū portus illius sinum, atq; fluminis ostium receperunt. Eas insecutus Rodericus Suarius, qui humilioris cuiusdam naus præfectus erat, cum duas triremes coniunctas aspiceret, cursum per angustum illud inter vtranq; spatium interiectum tenuit, & in earum medio cōstitutus, ex vtroq; auis suæ latera anchoras demitti in eas impetravit, & ita alligatas cum primū hostes aut occideret, aut in mare desilire cogeret, remulco ad Almeida traxit. Vna tamen naus reliqua erat, quæ adhuc expugnata non fuerat. Erat enim altissima, & munitissima, & corijs crudis, vt si nostri in eam ingredi vellet, eorum vestigia labarent, obducta. Et similiter si

facet

faces conijcerent, incendium excitari non posset. Milites in ea dispositi erant permulti, & ad periculū propulsandum viribus, & animis, & armorum exercitatione paratissimi. Vtrunq; autem latus erat tãta crassitudine & firmitate præditum, vt nullis globorum ictibus vulnerari posset. Tandem cum nostræ naues illam circumfisterent, & diu atq; vehementer oppugnarent, demersa est, & propugnatores se in mare demiserunt. Nostri eos nanres celocibus insecuti, in flustibus occiderunt, ita vt pauci admodum euaderent. Prælium à meridie in noctem protractū fuit. In quo ex hostibus circiter quatuor millia ceciderunt, in quorum numero fuere illi Sultani milites, quos Mamaluchos appellabant. Ex octingentis enim duo tantum atque viginti cladi superstitès extiterè. Mirhocemus, cum, ne Melichiazus voluntatem cum fortuna commutaret, & illum Almeida proderet, anxie formidaret, ad Cambaia Regem se incredibili celeritate contulit. Tres naues ingentes cum multis paronibus atque longis nauibus deprecia: duæ naues rostratæ, duæ triremes, & quatuor aliæ magnæ naues captæ sunt. Erat in captis nauibus magna tormentorum & armorū vis, magnum pecuniæ ex auro & argento conflatae numerus: vestes præterea stragulae partim aureæ, partim bombycinæ & gossipinæ pulcherrimè factæ. Præda fuit militibus diuisa, è qua Almeida nihil attingere voluit. E nostris in prælio duo & triginta ceciderunt, tercenti autem vulnerati sunt. Naues aut Lusitanæ tantis locis dissipatæ atq; conuulsæ fuerunt, vt esset necesse multum tempus in classe reficienda cōsumi. Victoria fuit præclara. Quæ tamen Paulus Iouius, cum de Sultani classe hac in Indiam cõtra Lusitanos clara narraret, silentio suppressit, iratus videlicet, quod cum Lusitanæ historię scribendæ munus Ioāni, huius nominis tertio, Lusitanie regi venale pponeret, rex optimus non illi numeribus Indicis ad res Lusitanorū virtute gestas monimētis illustrandas inuitauit. Erat aut exercitus hostium ex tam diuersis gentibus cōflatus, vt in classe mul-

Z 3 ti libri

*Canus caput præcisum.**Lusitanorū victoria.**Robustissima naus expugnatio**Cæsurus numerus.**Mirhocemi fuga.**Præda.**Paulus Iouius notatus.**Exercitus hostium.*

ti libri Latino & Hetrusco, & Dalmatico, & Gallico, & Hispano sermone conscripti inuenirentur. Tria etiam Sultani vexilla capta sunt. Almeida, quamuis res illi ex animi sententia procederet, nè tamen classis ea nocte aliquid incommodi pateretur, eam ab vbelongius abduxit. At Melichiazus postridiè ab illo pacem per literas petijt, crimenq; suum in casum atq; fortunam transiit, cuius vi fuerat in tantam fraudem impulsus. Errati verò sui veniam suppliciter implorabat, fidemq; dabat fore, vt deindè nemo vel in officio diligentior, vel in amicitia tuenda constantior erga Lusitanos inueniretur. Se nanque & eorum in armis virtutem expertum esse, & in societate conseruanda si dem ex testimonijs multorum cognouisse. Itaq; minime commissurum, vt mallet cum suo damno atq; decore virtutem deinceps experiri, quàm fidei cum vtilitate & dignitate constantiam. Deinde commemorabat, quanto vsui posset Lusitanis esse, si amicitiam illius non aspernarentur. Has literas attulit Saracenus, nomine Cidialle, natione Granatensis Almeida valdè notus iam ex eo tempore, quo is in Granatensi bello sub Rege Fernando militauerat. Almeida respondit, se pacem nõ daturum, nisi & Lusitanos captiuos, & Mirhocemum cum Sultani militibus, & naues hostium, quæ ex prælio euaserāt, sibi traderet. Melichiazus verò per eundem Saracenum respondit, se Lusitanos quidem & naues sine vlla cunctatione traditurū, Mirhocemum verò fugisse, neq; se, vbi is esset, exploratum habere. Et quanuis eum tum in potestate haberet, nullo tamen modo in se tam immane facinus admitturum fuisse, vt homines, quos in fidem receperat hostibus eorum proderet. Nec enim id officium esse hominis in armis educati, qui facile turpi vitæ honestam mortem anteponeret. Almeida libenter assensus est. Lusitani redditi, & hostium classis tradita, è qua triremes Almeida iussu protinùs incensæ sunt. Nec enim erat tunc is militum, & nautarū, & remigum numerus apud illum, quo posset eas triremes instruere. Pacis

foedere

foedere firmato, Almeida misit indè Antonium Norognã cum duab. nauibus, & multiplici comætu in Zacotoram, vt arcem præsidio firmaret. Tristanū autem Agaum in illo portu cum duab. hostium nauibus reliquit, cui negotium dedit, vt comætu & tormentis, quæ ceperat, & alijs munitionib. in eas impostis, iter Cochimum susciperet. Ipse verò indè profectus, oram illam omnem, quæ inter Diu & Cochimum interiecta est, ita peragrauit, vt omnib. Regibus atq; Dynastis tributum imperaret, & perfidos coereret, omnesq; sub Regis Emma n. imperium atq; ditionē subiungeret. Petro autem Barreto, & Garçê Souzæ, atq; Martino Coelio naues assignauit, quib. mare Saracenis in festum redderet. Cananorem deinde petijt, & in ardis conspectu facinus barbarum & immane fecit, quo magnam partem decoris sui bonorum iudicio detrimauit. Nam Sultani milites, quos iure belli ceperat, qui tanquàm serui illius non solum dominari, verum etiam patrocinio tenebantur, partim suspendere, partim tormentis dilacerare iussit. Ibi tum, dum suos à labore reficeret, & vrbs starum firmaret, dieb. paucis commoratus est. Indè Cochimum delatus, à Rege, & à Lusitanis omnib. cum ingenti lætitia, & gratulationibus exceptus fuit. Interim verò perditorum hominum opera factum est, vt odij seminariū, quod inter illum & Albuquercium institutum fuerat, adolesceret. Nam qui Almeida factionem sequebatur, illum hortabantur & admonebant, nè Indiæ procurationem homini temerario & infano committeret. Esse quidem illum nimis acrem, sed illius furore & amentia fieri posse, vt omnia parta decora de manib. elaberentur. Illi autem præcipuè, qui eum in Armuziensis bello defenderāt, vt proprium flagitiū hominis indigna vituperatione defenderēt, illum accusabāt, quod regis iniussu bellū inutile & periculosum sumpsisset, quæ gentē, à qua incommodum nullum acceperat, armis euertendā suscepisset, quod cū parua admodum classe, cū classe maxima & instructissima sine vilo consilio & ratio-

Z +

nis mo-

Melichiazij
de pace Lega-
tio.

Almeida
responsum.

Melichiazij
fides.

Pax cum
Melichiazij.

Trisburum
victis im-
positum.

Almeida
in captiuos
immanitas

Lusitanos
de Albu-
quercio que-
rela.

nis moderatione conflixisset, quod regis Emman. dignitatem, & hominum, quos imperio continebat, salutem in maximum discrimē inulisset. Dei quidem beneficio factum fuisse, vt periculum illud, quod intentum omnibus illius temeritate fuerat, euasisset. Per illum verò omnib. qui ea classe vehebantur, fuisse pestem & exitium comparatum. Non enim esse rerum exitu, sed consilio, quo res instituebantur, de Ducis aut sapientia, aut temeritate iudicandum. Quod si fieret, nemini dubium esse, quin Albuquerqueius eo munere, quod illi rex Emman. commiserat, indignus haberetur. Si regis, inquit, offensionem times, magis metuere debes, si sciens homini temerario, quod Rex ignorabat, prouinciā tanto sanguine partā commiseris, quā is sit continuo funditus euersurus. Rex, si illum per literas admonueris, consilium tuum, vt conijcere licet, comprobabit. Quod si non fecerit, non est animi magni magis iniustam regis indignationem, quā indignum Lusitanæ gentis exitiū, cum ipsius regis detrimento & dedecore pertimescere. Ad hæc, hominis in fatigandis hominib. immoderationem criminabatur, & iocis etiam immodicis & maledictis absentem vexabant. Hæc omnia Albuquerqueius per homines nō minus ad ferendas discordias natos intelligebat, qui illius segnitiam obiurgabant, quā tantam contumeliā tam molli animo pateretur, & non vt ius suum obtineret, summa ope contenderet. Homines inuidia rerum, quas ille gesserat, insanire, vsq; eo, vt etiam regis imperium contemnerent, & contra leges & instituta patriæ, & reuerentiam Regi debitam scelus supplicio dignum machinarentur. Iret porro, & publicè ab Almeida contenderet, hominumque fidem imploraret, iusq; suum modis omnib. persequeretur, armisq; etiam, si ita necesse esset, Almeida Indiarum possessione, quā, vt apparebat, occupare nitebatur, expelleret. His dictis stimulat Albuquerqueius, cum Almeida in arcē se reciperet, & illum ad epulas inuicaret, Almeida cōuiuuium aspernatus, magnis vocib. arcē sibi cōtinuò tradi

Albuquerqueius contra Almeida ab inquitis incitatur.

Albuquerqueius cum Almeida cōsentio.

tradi postulat, illiusq; postulati publicum testimoniū multorum nominibus consignatum, quod ad regem deferatur, si Almeida non præscripto Regis obtemperaret, à scribis sumere contendit. Almeida cum se paratum esse diceret ad prouinciā tradendam, iramq; illius sedare conareretur, seq; frustra in eo contendere cerneret, & ea de causa, nē tumultus fieret, vereretur, Albuquerqueium Cananorem duci, & in arce diligēter custodiri iussit, ita tamen, vt omnes ei debiti personæ illius honores haberentur. At Emmanuel cum ijs interim curis excubabat, vt Indiæ possessionem firmo præsidio retineret. Cum igitur intellexisset & Campsonis Sultani potentiam, & illius in Christianum nomen odium, & opem, quam Sultani ducibus Rex Calecutij & literis & operibus ostendebat, classem non mediocrem parauit, qua Indiæ præsidia stabiliret. Ea autem erat nauium quindecim, in qua mille & quingenti milites Lusitani vehebantur. Classi autem præfecit Fernandum Coutignum, virum & nobilitate & virtutis opinione præstantem, qui Regijs castris metandis præerat. Huic autem negotium dedit, vt Albuquerqueio Indiæ prouinciā moderandam traderet, & Almeida in Lusitaniam redire cogeret. Is autem soluit Olyssipone duodecimo die Martij, Anno M. D. ix. Mense verò Octobri in Indiam peruenit, & naues ad portum Cananoris appulit, cuius aduentu Albuquerqueius lætitia incredibiliter elatus est. Era enim ei & sanguinis propinquitate, & amicitia non vulgaris ratione coniunctus. Indè profectus Coutignus, secum Albuquerqueium Cochimū perduxit. Fuit autem ab Almeida valdè honorificè & amanter exceptus. Is autem dedit operam, vt inter Albuquerqueium & Almeida pacem conciliaret: quod non illi admodum difficile fuit. Repulsis enim malis vtriusq; partis fauoribus, necesse erat, cum vterque eorum esset probitate non mediocri præditus, & idem sibi quamuis sententia & ratione dissimili proponeret, vt non grauare alter cum altero in gratiam rediret. Itaque instruta

Albuquerqueius captus

Classis Lusitania 15. nauium in Indiā missa.

Fernandus Coutignus in Indiam aduenit.

Pax inter Almeida & Albuquerqueium.

Almeida classe, quæ erat in Lusitaniam ventura, Almeida
ex India prouinciam Albuquerque tradidit, & nauë conscendit
discipulus. nec in terram egredi postea voluit. Albuquerque autē
Bellum Ca omnia, quæ ad illius comitatum & usum pertine-
leuceniense. bant, officiosè & diligenter administravit. Almeida
 ad hunc modum profecto, Coutignus literas Regis
 Emmanuelis Albuquerque legendas dedit, quibus cō-
 tinebatur, vt vterque coniunctis viribus Calecutium
 excindere, & Regem opibus euertere niterentur, & in
 eo Albuquerque Coutigni sententiam sequeretur.
 Albuquerque cōfirmat se nunquam officio hominis
 gratissimi defuturum. Pergeret porro, & illius opera
 fidenter, perinde atque si gregarius illius miles esset,
 vteretur. Ambo de bello Calecutiensib. inferendo cū
 Rege Cochimensi deliberant. In primis placet, Coie-
 biquium, (is erat in Lusitanos egregia voluntate pro-
 pensus, & Calecutij domiciliū habebat) clam arcessi-
 ri, vt ex eo cognoscerent, qualis eo tempore Calecutij
 status esset. Ex eo perceperunt, Regem Calecutij tunc
 abesse, eò quòd bellum cum Rege quodam finitimo
 gereret: urbem tamen esse & armis, & hominum mul-
 tudine, & fortium militum robore munitam. Dum
 verò bellum summo studio & contentione parant,
 Vasco Sylueira appulit. Is à Lemio, qui cum classe
 Arabicum mare peragrabat, literas afferebat, quibus
 Prætozem admonebat, vt sibi milites & nauies in sup-
 plementum mitteret. Esse namque copias imminu-
 tas, & classem etiam fluctibus & naufragijs magna ex
 parte debilitatam. Respondit Albuquerque, id se cu-
 raturum, postquam Calecutio rediret. Sylueira se so-
 cium ad bellum illud libenter adiunxit. Erat enim
 vir militari virtute præcellens, multa squeres memo-
 rabiles in bellicis rebus effecerat. Sub idem tempus E-
 boreus natus est Emmanueli regi ex vxore Maria filius,
 quem Alfonso nominauit, qui sacerdotijs amplissi-
 mis ornatus, & in Cardinaliū collegiū coopertus, sin-
 gulare specimē religionis, & probitatis, & magnificē-
 tiæ præbuit. Hoc eodē anno cū pirata quidam Gallus,
 nomi.

Lemij ad
 Albuquerque
 cū litera.

RES EV-
 ROPEAE.
 Alfonso
 Emmanueli
 natus.

nomine Mondragonius, nauë ex India venientē cepit
 set, & Emmanuel per legatū suū de hac iniuria apud
 Galliarē regē conquestus fuisset, & nauë cum opib. quæ
 in eam fuerant impositæ, sibi frustra restitui postula-
 set, quatuor naues parari iussit, quibus Odoardum Pa-
 cietū præfecit. Is verò qua celeritate potuit, in Mondra-
 goniu inuestus est: quē in ora Callaica, vbi finē terræ
 nominant, offendit, qui certamen minimè detrecta-
 uit. Fuit vtrinque acerrima contentione dimicatū. Pa-
 cietus tamen nauem vnā piratæ depreffit, & tres cepit,
 ipsūq; piratū vincitū ad Emmanuelē traxit. Qui
 cum omnia, quæ ceperat, restituisset, fidemq; dedisset
 se fore semper Regi Emmanueli deditissimū, nemi-
 niq; Lusitano iniuriā deinceps illaturum, custodia li-
 beratus, in patriā reuersus est. At in India classe sum-
 ma industria intra breue tēpus instructa, Coutignus
 & Albuquerque Calecutiū profecti sunt, cū duobus
 millibus Lusitanorū militum, & Indis militib. sex-
 centis classem in portu constituunt, & de belli geren-
 di ratione deliberant. Hic Coutignus ab Albuquer-
 cio primā aciem sibi assignari postulat. Addit deinde,
 Tu, qui es in India inter tā feroces gentes diu mansu-
 rus, satis amplā glorię segetem paratā habes. Mihi, qui
 sum breui in Lusitaniam rediturus, non est, cur hanc
 laureolam inuideas, maximè cū tantis necessitudinib.
 implicati simus, vt nihil alterutri esse debeat ab alteri-
 us cōmuniōne seiunctum. Huic Coutigni postula-
 to Albuquerque nō libenter assensus est. Hominē e-
 nim nōrat acri quidē animo præditū esse, sed mente
 præcipitē, & parū in rebus maximī momenti geren-
 dis, quid incidere posset, consilio prouidentem. Rebus
 autem omnibus ad egrediendū paratis, prima luce se-
 quentis diei Albuquerque & Coutignus in terrā cum
 instructis copijs descendere conātur. Hostes summa vi
 resistunt, stationes namq; munierant, validaq; in eis
 præsidia collocarant. Aedes autem quasdam Regias,
 quæ inde non procul extra ciuitatē aberant, & torren-
 tis, & telis, & militum multitudine compleuerant,
 Inq;

De Mondragonio
 pirata ca-
 pto & di-
 misso.

RES IN
 DICAE.

Coutigni
 ad Albu-
 quercium
 ratio.

Politatio.

Inde & ex stationibus densæ glandes plumbeæ, & ingentes pile in nostros iaciebantur: quod ubi Albuquerque animaduertit, feruandum Coutignum adinuit, minimè tutum exitum in terram fore, si coniunctis ita confertim copijs per medias stationes, è quibus nullum frustra in nostros telum emitteretur, egredi niterentur. Itaque præstare, diuisis militib. qua quisque primùm parte posset, terram occupare. Cùm id Coutigno placuisset, vterque eorum ab altero disiunctus, locum speculatur, quo posset commodius in terram descendere. Albuquerque cùm se expeditam cernebat, sephas & celoces remis vehemèter incitari precepit, & in terram ea parte, quam petierat, egressus in hostes, qui illum aditu prohibere conabantur, irrupit, & acri prius prælio commisso, eos fudit fugauitque proximamque vallum & munitionem, per medias flammæ aggressus, excidit hostes in Regias aedes se trepida fuga receperunt. Qui erant in aedibus occurrunt, conferti nostros excipiunt. Fit atrox prælium, multi cadunt, plures vulnerantur. Nostri tandem hostes in fugam pellunt, regia illa domus expugnatur & flammis tandem absumitur. At Coutignus qui multò lentius mouerat, cùm iam in terram egressus fuisset, & vallum oppositum superasset, horrendo tormentorum strepitu & flammis admonitus intellexit, Albuquerque cum hoste conflixisse: quod molestissimè tulit. Itaque dolore & iracundia flagrans, Albuquerque, maledictis omnibus insectatus est, perfidiam altero quoque verbo nominans, nenapè qui contra se dem primus in hostes inuasisset. Albuquerque ubi id accepit, ad illum rectà contendit, & se quantum potest oratione moderata purgat: dicitque bella multis in locis non anticipato consilio, sed incidentibus inopinatè rebus administrari. Se non potuisse milites continere, quin opportunitatem oblatam arripere, & in hostes violenter irruerent. Qui si consistere vno in loco voluissent, magnam fuisset eis periculum ab hostibus, illorum cunctatione ferocius incitatis, adeundū

Præ

Pugna terrestri.

Regia ab Albuquerque capta et incensa.

Coutignus de Albuquerque querela.

Albuquerque iij purgatio.

Præterea nondū esse debellatum. Illudque velitatione, non iustum prælium fuisse. Integrumque adhuc bellū restare, ex quo posset in signem gloriam consequi. Se illi omnia debere, & idcirco minimè conuenire, vt se- cus de se existimaret, quàm de homine maximis illius beneficijs obligato, & referendæ gratiæ cupidissimo. Maius enim se dignitatis pondus in animo grato atque beneficiorum memore, quàm in victoria collocandū existimare. At Coutignus ira vehementer excæcatus, nec vllam satisfactiōnem accepit, neque quidquam illo præse de maledicendi contentione remisit. Tū Gasparem interpretem in clamans, ait, Duc me in urbem regiam, atque ad eam in regias ipsas aedes, quas hodie flammis exuram, vt intelligi possit, quàm vanus sit eorum sermo, qui Regum Indorum opes atque vires verbis exaggerant, vt ipsi aliquid gessisse videantur. Cupio cū viris in ipsa vrbe media decertare. Hos namque, qui tam subito victi sunt, adduci non possum, vt credam viros extitisse. Albuquerque conuitia patienter tulit, & temeritati repugnare non potuit, illumque, non quòd consilium probaret, sed quòd hominem absque flagitio deserere nō posset, sequutus est. Ciuitas namque euerti alia ratione, cùm muris non esset cincta, potuisset, arboribus antè præcis, è quarum densitate maximum periculum militibus nostris erat intenuum: & agris antea peruastatis, & exercitu non raptim, sed explorato ex omnibus locis, in quibus insidiæ latere poterant, educto. Coutignus tamen nullo, qui nomē aliquod in bellis obtinisset, consulto, duobus tormentis, quæ aciem præcederent, in curru impostis, signa protinus inferre iussit. Misit deinde qui Albuquerque admoneret, sibi in animo esse in urbem inuadere, regiasque aedes incendere. Illi verò liberum esse, quidquid liberet, efficere. Habebat autem sub signis Lusitanos milites octingentos, & aliquot præterea Cochimesum militum auxilia. Albuquerque quamuis hominem cerneret in pestem ruere, illum subsidijs antea in littore constitutis, & duce Antonio Norogna cū sub-

Coutignus temeraria oratio.

Cæca Coutignus temeritas.

subsidij

*Coutigni
prælium.**Regia ca-
pra.**Confiliū bo-
nū m alē re-
pudiatum.*

fidijis antea in littore constitutis, & duce Antonio No-
rogna cum subsidijs relicto, cum sexcentis militib. in
eam viam, quam fore infaustam & infelicem augura-
batur, ingressus est. Hostium tamen prius munitio-
nes, & naues, quæ in anchoris consistebant, incendi, &
hostilia tormenta cum reliquis instrumentis bellicis
in naues Lusitanas imponi, & scaphas & celoces dili-
gentissimè custodiri iussit. Coutignus duce Gaspare
in regias ædes tandem non absq; certamine peruenit.
Naires enim conferti in illum incurfabant, deinde se
summa celeritate recipiebant. Conglobati rursus im-
perum faciebant: deinde cū nostrorum vim minimè
sustinerent, sese præcipiti cursu à cæde & exitio sedu-
cebant: aliquot è nostris vulnerabant, & ex illis tamen
multi cadebant: in regia certamè multo periculosius
inirum fuit. Multi namq; cò conuenerant, vt pro Re-
gis nomine, quod ab illis valdè sanctum habetur, pro
illius opibus, quæ erant innumerabiles, pro ciuitatis
totius incolumitate, quæ ædium illarum defensione
contineri videbatur, præsentī animo dimicarent. Ni-
lulominus tamen ædes expugnatae, & milites ad præ-
dam conuersi sunt. Emmanuel Pazagna vir strenuus
& in bellis exercitatus, cū milites cerneret spoliolum
cupiditate dissipari, Coutignum admonuit, vt eos re-
cipi, & in ordinem rursus cogi festinanter imperaret.
Grauius enim periculū imminere, quàm ille suspi-
cetur. Nec enim hostes tā facile ædes deseruisse, nisi ea
mente, vt in dissipatos & oneribus impeditos inuade-
rent. Coutignus ad hæc respondet, se exploratū habere
nec in Saracenis, qui Calecutiū incolebāt, nec in ipsis
militibus Calecutiensib. qui ætatem in armis contri-
uuisse videbantur, quidquam roboris inesse. Se velle cò
quiescere tantisper, dum se à labore reficeret. Lusitani
interim & ordinis & discipline prorsus obliti arma de-
ponebant, & in ædes irruebāt, vt opibus onerati disce-
derent, passimq; sine vllō metu per omnes vias & com-
pita vagabantur. At hostes vndiq; confluebant, & iam
ædib. Regijs appropinquabant, cūm Albuquerqueius ad
ædes

ædes accessit, in quas tamen ingredi noluit. Per nun-
cium tamen Coutignum admonuit, vt receptui signū
daret: magnum enim certamen imminere. Respon-
dit Coutignus, vt is milites in ordinem reuocaret, atq;
præcederet, se continuò illum sequuturum, cū m pri-
mum regias ædes, quas incendere iusserat, flammis
absumi perspiceret. At Albuquerqueius iam eo tempore
erat ab hostibus acriter oppugnatus, & multi ex acie
illius erant vulnerari. Itaq; in licus copias suas subdu-
cere confestim instituit. Vulnerati præbant, sani atq;
valentes, vt subsidio illis essent, sequebantur. Coutig-
nus duabus horis in Regia consumptis, postquā om-
nia inflammari vidit, egressus est. Hostes autem bifa-
riam diuisi, partim in Albuquerqueiū, partim in Cou-
tignum impetū dant: multos conuulnè: ant, multos
etiā sagittis & gladijs interimunt, atq; tandè Coutig-
num circumsistunt, qui quidem acri animo vim ho-
stium, vt poterat, in extremo illo vitæ discrimine re-
pellebat. Albuquerqueius vt opē illi afferret, enixè cōten-
debat. Sed milites meru percussi, Ducis imperium de-
tractabant, & aditus erat iā ad Coutignū multitudine
hostium, qui illū circunueuerant, interclusus. Couti-
gnus verò cū prius in crure maximū vulnus accepisset
tandem concidit, & cū illo Emmanuel Pazagna, & a-
lij itē permulti: qui tamen antè, quàm extremū spiri-
tum ederent, genibus in terra nixi, hostes vulnerarūt,
& quosdam etiam interemerunt. Cū Coutigno non
pauci viri nobiles à circumfusus hostib. interfecti sunt,
inter quos Vascus Sylueira fuit, qui è vallo, vt illi o-
pem afferret, desiliens, priusquam vulneribus multis
concisus occumberet, tres, qui illum audacius fuerant
aggressi, necauit. Albuquerqueius verò cum omnibus,
qui ex acie Coutigni ad illum confugerant, cedebat:
sed via non erat admodum lata: vtrinq; possessiones
erant fossa & aggeribus munitæ: hostes tela in nostros
exaggeribus intorquebant. Cū ita telū nullum fru-
stra in aciem confertā accidere potuisset, factum est, vt
multi vulnerib. isti cōciderēt. Albuquerqueius secundū
fini.

*Redintegra-
tū prælium**Regia in-
censa.**Coutigni
periculum.**Coutigni
aliorumq;
nobilitū ca-
des.**Lusitana
aciei disci-
men.*

sinistrum brachium grauissimum vuluus accepit, & sagitta similiter in ceruicem illius immissa, cum in summum vite discrimen induxit. Postremò ingenti saxo, quod quidam ex hostibus in pectus illius coniecit, percussus, absque vlllo sensu decidit. Fuit tamen continuo sublatus, & secuto cum labore atque periculo maximo delatus in littus, vbi subsidia fuerat illius opera constituta: quæ cum hostium impetum repressissent, tutum nostris receptum præbuere. In hoc prælio ceciderunt ex nostris octo & septuaginta milites, in quibus permulti viri nobiles, rebus gestis illustres, numerati sunt. Hostibus tamen non incruenta victoria constitit. Mille namque centum & triginta ex illis cecidere. Et præter hos, quingenti & septuaginta homines flammis in edibus regijs absumpti fuerat. Respirauit Albuquerque, Cochimumque reueisus, à medicis, quamuis de illius vita spem deponerent, curatus, pristinam sanitatem recuperauit. Deinde classes duas, quæ erant in Lusitaniam reditura, diligenter instruxit, & militarem disciplinam constituit. Hic casus Coutignum virum animo excelso, nõ tamen sapiente præditum vita priuauit. Sed longè funestius exitium Almeidam sustulit. Antequam enim promontorium Bonæ spei superaret, & ab illo non procul abisset, aquationem facere constituit. Quidam è nostris, qui in terram egressi fuerant, incolarum consuetudine familiaris visus, omni metu sublato, in eorum oppidum, qui inde quatuor millibus passuum aberat, concessit. Hi hominem benè acceptum dimiserunt, & ingenti ariete in amicitia signum donarunt. Is ad Almeidam refert, gentem esse singulari humanitate & simplicitate præditam, & multis pecorum gregibus abundare. Almeida illum cum alijs duodecim hominibus in oppidum remisit, vt oues & boues, quibus classis indigebat, coemerent, & gentes illas barbaras muneribus, quæ apud illos in pretio sunt, ad consuetudinem & familiaritatem alliceret. Incolæ eos ad epulas invitauerunt, & muneribus, quæ tellus illa fundit,

Cæsarum numerus.

De Almeidæ exitio.

Baybayorum erga Lusitanos hospitalitas.

affectos, cum gregibus, quos emerant, dimiserunt, & humanissimè prosequuti sunt. In via factus est illis obuiam homo quidam cum arietibus, vt eos cum muneribus, quæ nostri afferbant, etiam vt alij fecerant, commutaret. Hic quidam ex nostris, hunc, inquit, per vim abducimus ad Almeidam, vt cum humanitate tractatus, & vestibus excultus ad suos redierit, eos nobis arctiore consuetudine & familiaritate conglutinet, vt cum nostri huc aequatum venerint, securè & cum emolumento sese à labore & iactatione reficiant. Consilium placet. Itaque in hominem insiliunt. Is clamorem ingentem sustulit: oppidani festinanter accurrunt, hominem è nostrorum manib. extorquunt, eosq; saxis & lapidibus cædunt, maleq; mulctatos eiciunt, & gregibus etiam spoliant. Hi reuersi, nè id eis fraudi esse posset, re longè aliter atq; acciderat, Almeidæ retulerunt. Res consultatione digna permultis visa est. Si enim crimen illud impunitum dimitteretur, fore dicebant, vt nunquã eo posset quisquã aquationis gratia naues appellere, quin malè acceptus abiret. Gentem enim illam ferã non nisi malo coactã officium facturã. Itaq; iniuriam vindicandam, & gentem imposito supplicio coercendam esse, nè in posterum simile facinus moliri auderet. Contra quidã disputabant, non esse temerè bellum cum gente fera gerendum. Iniuriam leuem esse, & magis contemptu, quàm vltione dignam. E victoria præmium nullum vel decoris vel utilitatis expectari: ex offensione magnum discrimen dedecoris imminere. Præterea non constare, quantum culpa id, de quo nostri conquerebantur, accidisset. Credibile autem esse, vt incolæ nostrorum insolentia & temeritate prouocari, non prius iniuriam intulissent, sed illatam repulissent. Alij verò in eo perseuerabant, quasi in ea vindicta salus & dignitas Lusitanæ nationis ageretur. Eoq; rem adduxerunt, vt Almeida eã grauitate & dignitate virum, annos sexaginta natum, rerum gestarum gloria circumfluentem, sine vlla graui causa cum gente, moribus & vitæ consuetudine

Malum cæsarium.

Consultatio de bello cum Barbaris gerendõ.

*Infaustum
Almeida
cum Barba
ris bellum.* belluarum simillima bellū fuscipere coegerint. Itaq; de media nocte in scaphas desiliens, in terram cū centum & 30. militibus egreditur. Petrus Barretus & Georgius Barretus, qui primam aciem ducebant, in oppidum ante lucem peruenēre. Inopinatoq; gentem adorti, terrorem præbuerunt. At oppidani continuo orem sublati clamoribus implorāt. Accurrunt vndiq; permulti cum sacculis è corio crudo confectis, in quibus vim lapidū congefserant, vt nostros, qui iam cum præda redibant, obruerent. Gestabant præterea iacula innumerabilia non longa, quibus erant cuspidēs hamatæ trium palmorum longitudine præfixæ. Hæc magna, lacertorum vi coniecta, nostros grauissimè fauciebant. Homines sunt nigri, capillo, vt reliqui Aethiopes, crispo & adusto, facie deformi: in bellis, gestibus truculentis, vt ferociores appareant, vtuntur. Tunc verò aspectu truculento, & gestibus horrendis, & dissonis vocibus metum incutere nitentur. Nostri re inopinata percussi retrocedunt, & se ad Almeida, qui Regio signo, vt opem afferret, explicato, in oppidum veniebat, recipiunt. Is non vterius cunctandum ratus, in litus se conferebat. At scaphæ fuerant indè subductæ in locum alium magis tranquillum, vnde conscensio facilius apparebat. Almeida in eum locum iter instituit. Greges erant in agmine medio, reliqui qui agmen cogebant, hostes à tergo agrè sustinebant. Illi tamen in principio non ita grauer nostros vrgēbant. At vbi auxilijs vndiq; confluentibus copias suas amplificatas aspexerunt, edito clamore greges vnum in locum compulerunt. Sic enim pecudes & armenta assuescunt, vt illorum vocibus aut moueantur, aut subsistant, aut eò properent, quò illi iubent. Itaque neque longius abibant, & nostros interdum impediēbant. Hostes, gregibus ad hunc modum conseruatis, in nostros ferocius irruunt, & postremū agmen carpunt, ordinemq; disturbāt. Almeida cū cerneret multos adhuc in pecoribus abigendis occupatos, gregem dimittere, & è

medio

medio agmine confectim expellere iubet. Deindè copias illas exiguas in vnum compulit, vt confertæ facilius hostium impetum repellent. Quod longè fecus accidebat. Nam cū hostes in confertum agmen lapides & tela conijcerent; & nostri inermes, eò quòd gentem contempserant, prodijissent, illi vulnera grauissima nostris infligebant: cū interim nostri hostibus nocere nullo modo possent. Nam cū essent illi summa celeritate præditi, facillimè poterant cursu sese à clade proripere, & rursus eadem celeritate in nostros incurfare. Nostri erant summa lassitudine præditi: ætus enim eos adurebat, lassitudo conficiebat, ita vt vix plantas in arena ardentissima altius impressas euellerent. Tantaque erat in plerisque debilitas, vt in vestigio consistere non possent. Multi formidine perterriti, dissipari cœperunt. Hic Georgius Melius, qui erat vnus ex Ducibus, & Albuquerque partes fuerat in India secutus, ad Almeida conuersus, inquit, Vellem, vt hi, qui se tibi in India venditabant, hoc in loco non innoxios criminando, sed pro salute tua capita sua in discrimen offerendo, amorem, quo te complecti simulabant, ostenderent. At Almeida, parum, inquit, tempestiua commemoratio. Quin tu ista, quæ tempus minimè flagitat, omittis, & illud regium vexillum tueris, nè si in belluarum istarum manus veniat, regis clarissimi nomen ludibrio sit? Nam quod ad me attinet, tot annis, & tot vitijs coopertus sum, vt si mors hoc in certamine mihi oppetenda sit, ea nec immatura, nec immerita possit existimari. Hęc dicens, vexillum Melio tradidit. Deindè cū rursus hostium imperum sustinere voluisset, hostis quidam coniecto iaculo guttur illius transfixit. Quo facto, is dolore vehementer afflictus, & viribus omnino destitutus, ita pcubuit, vt genib. in terram flexis, & oculis sublati manus in cælū tenderet. Itaq; illo signo insite religionis in extremo illo spiritu ijs, qui cū illo erant, osteso cecidit, vir pbitate, & liberalitate, & reb. geftis immortalitate dignis admirandus: qui tamē, quod

*Melij cum
Almeida
disceptatio**Almeida
mors.*

valdè luctuosum fuit, nonnulla dedecoris macula a-
ctæ vitæ decus aspersit, cum tamen temerè leuium ho-
minum sermonibus inductus, in id se discrimen inie-
cit, è quo nullum præmium vel dignitatis ad sui no-
minis gloriam, vel vtilitatis ad patriæ fructum polli-
ceri vlla ratione poterat. Consilij poenâ acerbissimo
casu luit, & simul exemplo suo mortales humanæ im-
becillitatis admonuit, nè nimis præfenti felicitati cõ-
fiderent, cum animaduernerent illum, cuius in bello
Granatenfî tam clara virtus extiterat, qui maximos
in India exercitus fuderat, qui Campfônis Aegypti
Imperatoris opes infregerat, & debilitarat, qui multis
Regibus frenum iniecerat, à paucis hominibus, neq;
moribus & institutis patriæ cultis, neq; armis & mi-
litari disciplina ad decus eruditus, sed inermibus atq;
nudis, & non multum à beluarum immanium ferita-
te distantibus occisum, & eorum pedibus proculcatum.
Eo, vt diximus, interfecto, nostri diffugiunt. Laurenti-
us tamen Britius, & Martinus Coelius mori in ve-
stigio maluerunt, q̃ Almeida in sepulchrum deferere.
Hi fugientes magnis vocibus compellant. Quam, in-
quiunt, rationem in Lusitania vestri Ducis, ò viri im-
memores dignitatis & ingrati, reddetis? Illum, qui vos
tantis auxerat beneficijs, in discriminè induxistis, indu-
ctum prodiidistis, & nunc in sepulchrum deferitis? Cum
verò clamando nihil proficerent, in hostes conuersi
sunt, eorumq; multitudine circumfusi, lapidibus, &
iaculis, & fustibus oppressi conciderunt. Quinque &
sexaginta Lusitani in hac infauista & infelici pugna
interfecti sunt: in quibus erant Duces vndecim, viri
magnanimi, maximisq; in rebus cogniti: qui cum per
medias flammâs, per pilas innumerabiles, per tela, per
gladios sine vlla formidinis significatione ruentes,
maximum terrorem hostibus intulissent, & insignes
victorias cõtra innumerabiles hostes adepti fuissent,
tunc à paucis hominibus inermibus atque nudis in-
terfecti, & spoliati fuerunt. Creditum est illos, eò quòd
se in solentius in prosperis successibus extulissent, &
victoria

*Humana
fragilitatis
exemplum*

*Lusitanorum
fuga & ca-
des.*

*Cæforum
victoria*

victoria non moderatè, sed nimis interdum crudeli-
ter vsi fuissent, eas poenâs diuino iudicio pertulisse.
Nostri se maximo cù labore in scaphas recepère. Geor-
gius Barretus & Georgius Melius postquam hostes
discedere cognouerunt, in terram egressi sunt, vt mor-
tuos sepelirent: quos omnes nudatos in uenère. Funus
non exequijs, sed lacrymis curatum fuit. Accidit hic
acerbissimus casus kal. Mart. Anno M. D. X. Naues in-
dè profectæ, Olyssipponem incolumes peruenère: cla-
disq; nuncius in signem Regi mœstitiam, & vniuersæ
nobilitati mœrorem & luctum attulit. Quid interim
dum hæc omnia gesta sunt, Iacobo Lupio Siquere ac-
cidit, est hoc loco referendum. Is soluerat Olyssippo-
ne cum nauibus 4. quinto die April. anno salutis. M.
D. VIII. In insulam verò S. Laurentij peruenit 4. die
August. quam secundum eam partem, quæ spectat ad
Austrum, peragrauit, & aliquot nauas, qui fuerant
in comitatu Ioannis Gomecij Abregi, reperit: à quibus
intellexit, Abrazum, vt dictum est, dolore & mœrore
contabuisse. Indè in Cochimum delatus est, & ab Al-
meida (adhuc enim imperium tenebat) fuit honorifi-
cè & amanter exceptus. Almeida illi nauem vnâ cum
sexaginta hominibus, in supplementum exiguæ illius
classis, attribuit. Huius nauis erat nauarchus Garfia
Soufa: Cum ijs quinque nauibus in insulam, quam o-
lim Taprobanam, modò Zamatram appellant, perue-
nit. Ea est æquinoctiali circulo subiecta, & aureæ
Chersoneso ea parte, quæ ad Austrum pertinet, oppo-
sita. Patet in longitudinè milliariis nongentis & 60.
Latitudo verò illius non supra 200. & 40. passuum
millia dilatatur. Regio est mira fertilitate prædita, re-
gnisq; multis distincta, varijsq; nationibus, quæ in-
ter se moribus & institutis dissimillimo ritu dissi-
dent, frequentata. Quidam enim Mahumetis sectam sequun-
tur: quidam simulacris dediti sunt. Alij ad eò imma-
nes & feri sunt, vt humanis carnibus vescantur. Alij
rursus moribus humanis excoluntur, & benignita-
tem præ se ferunt. Abundat ea insula plurimum au-

*Anno 2
nato Chr.
sto 1510.*

*Derebus
gestis Iaco-
bi Lupij si-
queræ.*

*Lupius Ta-
probanam
primus ac-
cedit.*

*Taprobanæ
descriptio*

*Pedir Ta-
prohane
regnum.
Pacemopp.
Malacam
Siqueira
accedit.
Malaca de
scriptio.*

*Siam ve-
gnuri.*

ro, cuius gratia in eam mercatores vndiq; conueant. In eam insulam delatus Siqueira, naues in portu regni, quod Pedir appellant, constituit, & per Legatum pacem cum Rege firmavit. Idem fecit in alia ciuitate, quæ Pacem nominatur, quæ indè octoginta millia passuum aberat. Indè Malacam, quæ est in continenti Septentriones versus, cuius explorandæ causâ missus ab Emmanuele fuerat, traiecit. Ea est in aurea Chersoneso ad ostium fluminis non valdè magni sita. Erat autem tunc celeberrimum Orientis emporium: quatuor millibus passuum in longitudinem patebat, latitudine erat perangusta. Arboribus & varijs fructibus abundat: frugibus, & rebus alijs ad victum pertinentibus, importatis vititur. Fluuius, qui mediam urbem interfuit, distinguitur: vtraq; tamen vbis pars inter se ponte coniungitur. A Edes & vrbis moenia erant magnificè & eleganter extructa. Gens est colorata, & moribus atq; vitæ cultu ad humanitatem propensa. Lingua ad eò suavis existimatur, vt omnes finitimæ regiones, & insulæ etiam, quæ cõmercium cum ea ciuitate vllum habent, valdè ad vrbani- tatem & elegantiam pertinere arbitrentur, linguam & orationem ciuitatis illius vsurpare. Gens est vestitu & cultu lautissima: musicis oblectatur: in bello tamè est acris, & quæ facillè pro decore & dignitate mortem oppetat. Pertinebat hæc ciuitas olim ad regnum latissimum & opulentissimum, quod Siam appellat. Rex enim Siamensi Regi parebat. At cùm ex portorijs ingentibus summas sibi opes cõparauisset, & maiores quosdam diuitiarum magnitudine spiritus assumpsisset, à Siamensi Rege defecit. Hanc deinde libertatem partim armis, quibus Siamensi ferociter obfistebat, partim muneribus, quibus illius consiliarios, vt Regem à bello deterrerent, detinebat, facillè tuebatur. Rex erat Mahumetanus, & Mahumeres etiam, vt nomen cum secta consentiret, appellabatur. Siqueira classem in portu collocauit. In anchoris autem in eodem portu quatuor Sinarum naues fortè constiterat.

Sinæ

Sinæ vbi nostras naues conspexere, Siqueiram ad eum & cum illo sermonem humanissimè conferunt. Illorum autem humanitate & vrbanitate, Siqueira captus, familiaritatem cum illis libentissimè contraxit, vsque ad eò, vt in eorum naues ingressus, nullum officium amicitia confirmandæ necessarium prætermitteret. Rex misit portorij ministros, qui percontarentur, quæ gens illa esset, aut cuius rei gratia iter in eas oras suscepisset. Siqueira respondit, se ex Occidentis Solis extremis terminis à Rege clarissimo missum esse, vt cum eo rege, de cuius amplitudine multa per- ceperat, amicitiam firmaret. Confidere se illud amicitie fœdus vtilissimum vtrique Regi futurum. Id vt signis intelligi potuit, fuit Regi, & illius patruo, qui regnum administrabat, longè gratissimum. Putabatur enim valdè ad Regij nominis amplitudinem pertinere, cum Regibus externis tanto terrarum interuallo distinctis societatem coire, nomenq; suum per occidentis Solis regiones cum nonnulla sui decoris celebritate peruagari: & simul ex Lusitanorum commercio Regis Malacensis opes amplificatum iri confidebant. Itaq; Rex ad Siqueiram viros primarios de suo comitatu misit, qui ei nomine illius omnia fuerunt, quæ ad commodum & dignitatē Emmanuelis pertinerent, largè polliciti. Fuit deindè constitutum, vt Siqueira urbem ingrederetur, vt coram de pace cum rege commodius ageret. Fuit is à Rege cum multis amoris signis, & honorificis etiam caremonijs de more gentis illius exceptus. Ibi cùm de pace ageretur, fuit ab vtroque statutum, vt pacis conditiones per interauncios tractarentur. Pax denique fuit inter v- trunque facta, & solenni iureiurando sancita, & do- mus confestim Roderico Araugio, qui Regis Emmanuelis negotia erat in ea ciuitate gesturus, attribu- ta. Nostri igitur omni metu soluti, in vrbe dispersi va- gabantur. At Sinæ cùm nostrorum securitatem & cõ- fidenciam animaduertissent, Siqueiram admonere, Siqueiram nē tantam fidem Malacensibus haberet. Gentē esse fal-

*Malacensis
Regis ad Sa-
queiram
nuncijs.*

*Pacis ste-
dus inter
Malacensem
& Lusita-
nos.
Sinarū ad
Siqueiram
admonitio*

fam atq; fallacem, & fraudib. atq; perfidia sceleribus astrictam. Simulatq; nostros incautos, & nihil hosti. se suspicantes aspicerent, eos omnes oppressuram. Boni Ducis officium esse, suorum salutem in vigilantia sua, non in aliena fide sitam arbitrari. Saracenos tantisper fidem retenturos, dum se nihil posse nostris nocere confiderent. Vbi verò sibi occasionem datam aliquid cum fraude gerendi viderent, eam minimè prætermitturos. Humanitatem esse laudabilem: nimiam in aliena terra confidentiam vituperandam: maximè verò cum hominibus ex fraude & mendacio compositis fides adiungitur. His & alijs eiusmodi sermonibus Siqueiram nauarchi Sinarum admonebat, ut infidias præcaueret. At is & foederis Sacramento, & specie benevolentia, quam Malacenses præ se ferebant, & postremò, quòd natura id, quòd felicem successum interturbare potest, non facile euenturum suspicamur, non modò Sinarum monita neglexit, verum multò confidentius & Lusitanos in vrbe versari, & Malacenses in nauibus suis negotiari permisit. Interim verò mercatores partim ex insulis ad Austrum sitis, partim ex ea India parte, quam Indus alluit, Regem nostrorum formidine perterritum, ab eorum coniunctione distraxerunt. Dicebant enim, nostros esse piratas cunctis nationibus infestissimos. Per simulationem verò probitatis fraudes machinari, & illis ipsis, cum quibus foedus amicitia seriebant, pestem & exitum moliri. Multas ciuitates euertisse, multis gentibus libertatem & opes eripuisse, & illis, qui non permetterent arces in eorum ciuitatibus ædificare, crudele bellum intulisse. Arcium verò ædificationem eò pertinere, ut libertate primum omnes, qui eos admittebant, spoliarent: deindè bonis omnibus per summum scelus euertent. Nullam denique esse nationem vel tantu omnia rapiendi cupiditate furentem, vel tam immanibus moribus, & institutis efferatam, quæ esset cum Lusitanis auaritia & crudelitate conferenda. Non verbis, sed factis esse credendum. Interrogaret omnes

*Mercatorum
de Lusitania
quis quere-
re apud Ma-
lacenses
Regem.*

omnes mercatores de illis malis, quæ vel in India vel in Arabia atque Perfide à Lusitanis gesta fuerant. Prudentis autem Principis esse, alienis malis admoneri, ne in similes calamitates incideret. Vnum autem periculi depellendi remedium esse, gentem, antè, quam maiores opes assequeretur, opprimere. Serò namque facultatem prætermittam eos lamentari, qui, quandiu licet, securitati suæ minimè prospiciunt. Lusitanos esse admodum paucos, & inermes, & imparatos, atque foederis confidentia in vrbe, tanquam in patrio solo versari. Eos itaque de medio tolleret, ut paucorum internecone, reliquis aditum in eas oras intercluderet. His & eiusmodi sermonibus Regem iuuenili temeritate præcipitem, & in fraudibus nutritum, & religione à nostris maximè dissidentem, facillime à Lusitanis abalienarunt. Huius autem consilij authores præcipui fuere Nahodabegua Cambaiensis, & Vteti mutaraia Iauensis, qui opibus, & potentia, & gratia apud Malacenses, inter omnes, qui in ea ciuitate negotiabantur, excellebant. Hi verò non oratione tantum, sed muneribus etiam Regis patrum, penes quem erat totius regni moderatio (Bendaram appellabant eum, qui munus id gerebat) corruerunt, ut fidem datam violaret, & Regem in eandem fraudem impelleret. At eorum consilij vehementissimè repugnabat Lamsamana, rerum maritimarum præfectus. Nullum enim grauius periculum intendi dicebat eò, quòd ex violata fide communibus rebus immineret. DEVM enim, quem nihil laterè posset, iusiurandi neglecti, atque religionis violatæ vindicem fore. Ad hæc accedere fraudis atque mendacij dedecus & turpitudinem, quo nullum detestabilius, ad Regis nomen macula sempiterna deformandum, excogitari posset. Præterea Lusitanos, se compertum habere, omnia quæ gesserant, iure gessisse. Ab illis enim tantum qui foedus fregerant, pœnas, ut æquum erat, exegisset. Homines namque esse in fide tuenda constantissi-

*Consilium de
tollendis è
medio Lu-
sitanis.*

*Lamsama-
na profæ-
dere seruã
do oratio.*

Regis Malacensis perfidia.

Infidia Regis in Lusitanos detecta.

Aliere in Lusitanos infidia.

mos, & in perfidia vindicanda, & iustissimis pœnis animo maximo repetendis acerrimos. Itaq; præstare eos imitari, qui eorum societate hostium iniurijs facile propulsabant, quàm eos, qui illatis iniurijs sibi ipsis causam iustissimæ cladis afferebant. Hæc Lanfamanæ sententia non potuit vlllo modo Regem à decreto iam scelere reuocare. Itaque statuit Siqueiram cum reliquis ducibus interimere. Quod vt commodius fieret, ædem maximam ex ligno propè pontem extruxit, & Siqueiram ad conuiuium, quod in ea domo instruendum curauerat, inuitauit. Is Regis tam propensam in eum, vt apparebat, voluntatem non aspernatus est. Erat tum Malacæ Persis quædam Mahumetana, quæ hospitium publicè certa pecunia præbebat. Apud eam diuersabatur sartor quidam Lusitanus, qui Persicam linguam probè nouerat. Is linguæ communiõe in maximam mulieris familiaritatem venerat. Ea cum infidias indicio cuiusdam hominis sibi valdè familiaris percepisset, per sartorem à Siqueira postulauit, vt eam ad colloquiũ secreto admitteret. Vitam namque illius & dignitatem agi. Siqueira moxita mulieris irrisit. Illa verò cum idem iterum atque tertio à Siqueira contenderet & nihil proficeret, omni periculo contempto sartori infidias detexit. Is Siqueiræ omnem rationem sceleris, vt instituta erat, aperuit. Vbi igitur dies conuiuii præstituta venit, Siqueira morbi simulatione periculum declinauit. Itaque cum hæc sceleris via minimè processisset, aliã excogitarunt, Siqueira querebatur, quod aromata & merces reliquæ, quas in naues, vt mercatores reliqui faciebant, imponeret, sibi minimè pretio traderentur. Rex mercatorum importunitate id se imprudente factum esse confirmabat. Se daturum operam, vt postridie Siqueiræ postulatæ cumulatis satisfaceret, illumque admonet, scaphas omnes præsto ad littus haberet. Interim naues humiliores armis complectere, & arma cibus varijs & omni genere cœmetus occultari iussit. Hominiibus deinde armatis, vt ar-

ma

ma cultu atque veste mercatorum contegerent, imperauit. Habitu igitur mercatorum, tanquam cibos venderent, erant in Lusitanas naues ingressuri, vt simul atque signum (id autem fumo dandum erat) in vrbe sublatum conspicerent, Duces imparatos aggredere-
tur. Erat autem constitutum, vt signum non daretur, antequam scaphæ, vt onera acciperent, in littore consistere, vt simul & naues exinanitas, & scaphas in littore sine vlla sceleris suspitione constitutas adorirentur. Postridie, qui se mercatores esse simulabant, cum animaduernerent scaphas omnes, præter vnam, ad littus accedere, ipsi nauigia sensim in naues dirigunt. Sceleris Principes erant iidem, qui fuerant consilij auctores. Ij cum nauium lateribus appropinquarent, interrogarunt, an vellent vel fructus, vel cibos emere. Pretium, quod petebant, erat vilissimum. Nostri & ciborum, quibus indigebant, copia & pretij vilitate prouocati, homines in naues admodum libenter admittunt. At Garcia Soufa cum multo plures, quàm par erat, in nauem suam ingressos animaduerneret, eos omnes abire iussit, & repugnantes armis eiecit. Deinde Fernandum Magallanum in scapha sua, quæ sola cum reliquis ad littus missa non fuerat, ad Siqueirã misit, qui eum admoneret, ne getem perfidiam in nauem suam ingredi permitteret. Conuiuij recordaretur, quod proximis illis diebus à Rege instructum mortifero veneno fuerat. Siqueiram eo iam tempore octo ex hostibus circumdederant, qui signum expectabant. Ipse verò schachorum ludo vsque adeo intentus erat, vt Magallani oratione ludendi studium non intermitteret. Nautam tamen vnum è nauis magistris, malum scandere, & è carthesio scaphas speculari iussit, an iam mercibus onustæ redirent. Magallanus ad Soufam redijt, vt illi opem (erat enim paucis admodum stipatus) afferret. At magister è carthesio conspexit vnum ex Malacensib. qui in prætoriam nauem admissi fuerant, à Siqueiræ tergo sicam distringere, alterũ verò ex aduerso oculis innuere, appropinquaret, nondũ enim signũ datũ.

Siquei.

Detectus dolus.

Siqueira in summo periculo securitas.

*Hostium
fuga.*

Siqueira, & qui cum eo ludebant, sic erant affixi ludo, vt non animaduertent, se solos esse hostibus octo circumuentos. Hic cum nauta è carthesio maximis vocibus Siqueiram, vt vitaret insidias capiti imminentes, in clamaret, Siqueira sanè perturbatus, arma poposcit: accurrunt vndique ij, qui relictī in nauī fuerunt hostes re inopina percussī, in nauigiā sua defiliunt. Idem reliqui, qui naues alias circumstitebant, effecerūt. Qui enim ex improviso nostros adoriri cogitabant, & signum expectabāt, cum viderent nostros arma certim corripere, sibi fuga consulendum existimarunt. Illis verd à nostra classe diuulsis, signum in vrbe sublatum fuit. In nostros, qui in vrbe vagabantur, acerbè seuitum est. Viginti tantum in Roderici Araugij domum se receperunt. Franciscus Serranus, qui etiam in vrbe versabatur, scapham nactus, cladem effugit. Siqueira consilium habuit. Fuere qui dicerēt, iniuriam illam esse protinus vlciscendam, & naues omnes, quæ erant in portu, Sinarum nauibus exceptis, inflammādas, & urbem tormentis acerrimè quatiendam. Sed id fieri commodè non poterat. Multi namque fuerāt ab hostibus interfecti: reliqui erant admodum pauci, & duæ scaphæ fuerant ab hostibus captæ. Præterea ratio ineunda videbatur, quemadmodum Araugius, & qui cum eo erant, aliqua pacto in libertatem vindicarentur. At Bendara veritus, ne Siqueira portum subiret, ad Araugium peruenit, eumque bono animo esse iussit, fidemque dedit, ei se viuo neminem nociturum. Rex cum Bendara deinde nūcium ad Siqueiram mitteret, qui eum admoneret, facinus illud imprudente se fuisse à perditissimis hominibus admissum. Cuius quidem illos pœnas daturos esse, vt hostium igitur vindictam oculis vsurparet, in urbem amicam & per hospitalem iniret. Se namque nullum hominis amantissimi officium & munus omisurum. Araugium & Lusitanos reliquos esse liberalissime tractatos, quos omnes se traditurum, confirmabat, si is urbem ingredi vellet. Siqueira respondit, Lusitanos antè liberos sibi traderet,

*Lusitanorū
clades.*

*Siqueira
de Malacē-
sibus con-
sultatio.*

*Regis per
nuncios pur-
gatio.*

deret, vt eo pignore facilius in animum induceret, cum reliqua omnia bona fide præstiturum. Id cum Rex facere nollet, imò hominem varijs fraudibus ludificare cogitaret, & nauigandī tempus abiret, Siqueira Indiam intra gangem petiuit: duas in eo cursu naues hostiles cepit: è classe autem sua nauem vnā hominum penuria coactus incendit. Aliam autem nauem vadis allisam amisit, ita tamen, vt nullus eo naufragio periret. Sic tandem ad promontorium Cori peruenit. Ibi cum accepisset Almeida, cuius ille partes sequutus fuerat, in Lusitaniam profectum esse, & Albuquerqueium Indiæ prouinciam moderari,

metuens illius offensionem, in Lusitaniam nauigauit.

*Siqueira
in Indiam
reditus*

HIERO-





HIERONYMI OSORII SILVENSIS ALGARBIORVM IN LV-SITANIA EPL SCOPI,

DE REBVS EMMA-NVELIS, LVSITANORVM REGIS INVICTISSIMI, virtute & auspicio gestis,

LIBER SEPTIMVS.



Timoia ad Alb. querciu de bello Goensi oratio.

Albuquercius cum statueret Armuzium petere, classem viginti trium navium instruxit, in quibus erant Lusitanorum duo milia, & aliquot praeterea auxiliares ex Indicis militibus assumpti. Cum vero Batilalam peruenisset, Timoia pirata, qui tunc Emmanuelis imperium sequebatur, & in parua quadam insula Onori obiecta consistebat, ad Albuquercium contulit, eumque incepto deterruit. Vehementer namque se Ducis sapientissimi consilium admirans dixit, qui longinqua bella cum maiore periculo, & minore fructu sumere, quam propinqua cum multo maiore

maiore laboris premio suscipere mallet. Praeterea non esse sapientis, hostem a tergo potentem impunitum relinquere, cui liberum esset, in Lusitanos illius ope destitutos inuadere. Goam & propter insulae situm, & urbis opulentiam, & regionis viciniam, & hostis audaciam, esse illi prius expugnanda, quam aliquid aliud moliretur. Admonuit praeterea illum de belli apparatu, in quo Zabaimdalcamus, Goae princeps & dominus, totis viribus incubabat. Viginti enim naues maximas edificabat, & naues etiam longas ornabat: mille Turcas, acres in bello viros, stipendijs alebat, & alios praeterea milites per multos mercede conducebat eo animo, ut nostros aggrederetur & imparatos opprimeret. Nihil igitur vel ad salutem prouidentius, vel ad dignitatem praclarior cogitari posse, quam consilium hostis antevertere, & antequam classis illa in altum deduceretur, ex improviso Goam adoriri. Esse praeterea rei bene gerendae occasionem diuinitus oblatam. Nam Zabaimdalcamum post Zabaij patris mortem, eo quod multi principes in continenti ab eo defecerant, esse bellis molestissimis implicatum, & in continenti traiecisse, ut rebelles domaret. Ea autem de causa coactum fuisse, maximam exercitus sui partem eo traducere, ut citius bellum conficeret. Operam deinde suam Timoia pollicitus fuit, sibi que nihil optabilius esse dixit, quam vitam, si opus ira fuisset, pro Regis Emmanuelis dignitate profunderet. Albuquercius hac oratione permotus, consilium habuit. Omnes Timoiae consilium comprobauerunt. Albuquercius igitur, cum Goam oppugnare constituisset, Timoiam praemisit, qui terram arcem Zabaimi, in oppido Zinracora egregie munitam, armis inuaderet. Ipse vero Goam petiuit. Vix autem classem in ora collocarat, cum Timoia ad illum peruenit, & arcem esse iam a se funditus euersam, & flammis absumptam exposuit. Classis autem Timoiae erat 14. longarum nauium, armis, & tormentis, & bellicis munitionibus instructissima. Goa est insula & urbis commune nomen. Fluuius ingens in duas partes in mare influens.

Bellum Goense. Zabaimi arcis expugnatio.

Timoia classis.

Goa descriptio.

influentes diuisus, infulam efficit. Ambitus illius milia passuum circiter viginti tria continet. Vrbs erat cincta muris, & munita turribus, & tormentis permultis atque varijs instructa: ædes amplæ. Cæli temperies, & regionis amœnitas, & portus securitas multos mercatores inuitabat, vt libenter in ea domicilia collocarent. Emporium erat valdè frequens & opulentum. Vigeabant in ea armorum studia, multiq; milites, partim equites, partim pedites, Zabari stipendijs alebantur. Vestigijs namq; patris insistentis, omnes, quos in bello virtutis speciem præbuisse nouerat, ad se congiarijs vberrimis alliciebat. Insula multò maiorem, quàm pro illius magnitudine, hominum multitudinem sustentare potest. Est enim dēsis arboribus valdè fructiferis vestita, abundat varijs frugibus, pecora innumerabilia nutrit, variaq; alimenta profundit, & a quas multas atq; perennes habet. Tempia ritu Mahumetano erant maximis sumptibus ædificata, & prouentibus etiam, quibus sacerdotes alerentur, opulenta. Nemini autem licebat in insulam ingredi, priusquam in aditu aliquo nomen suum, & patris, & patriæ scripturæ magistris in quinq; locis, quibus in insulam facilior erat transmissio constitutis, exponeret qui etiam hominis colorem, & staturam, & signa literis consignabant. Accidit porò postquam insula in Lusitanorum potestatem peruenit, vt dum Lusitanus quidam domus altiora fundamenta iaceret, crucem ex ære factam reperiret: quod maximo argumento fuit, eam fuisse olim à Christianis habitatam. Albuquerqueius verò primùm omnium Antonium Norognam, & Simonem Andradium, & Simonem Martinum, quorum naues humiliores erant, & remis incitari, & in vadis consistere poterant, præmisit, qui turrim quandam, quæ nostris damnum inferre poterat, oppugnarent. Ijs autem Georgium Fogazam, Hieronymum Teixiram, Georgium Syluciram, & Ioannem Nonium, & Garfiam Soufam scaphis egregiè munitis inuectos, comites adiunxit. Magistro autem clas-

*Christianis
mi vestigi-
gia Goere-
perta.*

*De turri
duarū ex-
pugnatione
atque incedio.*

sis vniuersæ præcepit, vt fundum exploraret, & videret, an maiores naues possent absq; naufragij periculo portum subire. Timoræ verò imperauit, vt aliam turrim, in qua erant similitè & tormenta, & præsidia militum disposita, in continente non procul ab insula sita acriter impugnaret. Omnes impigrè sibi commissum munus exequuntur. præsidia namque armis partim cæsa, partim in fugam coniecta, & turres capte & incensæ sunt: & magister renunciat; nullum esse à vado periculum. Inde Albuquerqueij iussu vtriusq; progressi, oppidum insulæ, Pangin nomine, satius magnum, & militum non exigua copia munitum inuadere parant. Hostes accurrunt, vt nostros aditu prohibeant. Fit atrox prælium; hostes tandem fugati que sunt, & oppidum coniectis facib. exustum. Postridiè Albuquerqueius naues humiliores misit, quæ secum Norogna coniungerent. Maiores enim naues propter malaciam subistere. Ipseque in triremem, cui præerat Iacobus Fernandus Begiensis, ingressus est. Ibi Sataceni quidam ad illum supplices aduenerunt, se Cambaienses esse dicunt, & Goam rei gerendæ gratia conuenisse, & Melichiazij scedere contineri: orare & obsecrare, vt foederatos atque supplices insula fide & benignitate conseruaret. Eos Albuquerqueius in fidem recepit. Querit ab illis deinde, quo in statu ciuitas ipsa sit. Narrant illi, maximum esse metum ciuibus iniectum. Seditiones etiam inter Principes excitari. Multos namque propter exitium militum numerum deditionem facere vellet: quosdam verò illis, qui hoc animo essent, acriter aduersari. Ad resistendum porò neque consilium, neque mentem in alterutra parte consistere. Albuquerqueius nè vi propius illata, eos, qui dissidebant, inter se conuenire cogeret, & simul, vt vtriusq; citius in potestatem redacta, liberior ad reliqua, quæ animo designaret, exequenda relinqueretur, eosdem Saracenos Legatos ad ciuitatis Principes mittendos esse duxit. Legationis sententia hæc erat.

*Pangin oppi-
dum incen-
sum.*

*Saraceni a-
liquo in de-
ditionem
accepti.*

Albuquerque erat, se non vt exitium Goensibus importaret, sed vt eos à dominatu durissimo ad imperium multò cle-
cij ad Goen mentius adduceret, eò classẽ appulisse. Si in dedi-
ses Legatio tionem redigi vellent, se omnium libertatem tuen-
 dam suscipere, & vt suis legibus, & ea religione, qua à pueris imbuti fuerant, vitam instituerent, si Christianam sequi nollent, facillè permissurum: & tertiam præterea partem tributorum, quæ Zabaimo pendebant, remissurum, ea tamen lege, vt milites illius potestati traderentur, vt de eis quod optimum illi videretur, statueret. Ciues condiciones accipiunt. Aliqui tamen cum aliquot militibus aufugerunt. Rebus ad hunc modum constitutis, sequenti die, qui fuit. XV I. Februarij, Anno salutis. M. D. X. Albuquerque in urbem ingressus est. Urbis, & arcis, & munitionum omnium, & armamentorum possessionem nomine Regis Emmanuelis occupauit, fidemque à ciuibus accepit, eos fore semper imperio Emmanuelis obsequentes, neque ab illius vnquam fide discessuros. Erant in mœnibus & armamentis quadraginta ingentia tormenta ex ære facta, è minoribus incredibilis multitudo, maxima pilarum, & tormentarij pulueris vis, & reliquarum munitio-
Mira bell-
corum in-
strumento-
rum vis
Goæ reper-
ta.
 rum tanta copia, vt admirationem commoueret. Erant in statione nauali naues maximæ quadraginta, celoces sedecim, & longæ præterea naues quamplurimæ. Erat præterea in Zabaimi stabulis non mediocris equorum, qui fuerant è Perside & ex Arabia aduecti, numerus. Ad has commoditates accedebat varius & multiplex commeatus. Albuquerque in urbs tantæ celebritatis parùm firmo præsidio munitur, in ea hyemare constituit. In locis, quibus aditus in urbem patebat, præsidia disposuit: urbis custodiam Antonio Norognæ, arcis præfecturam Gaspari Paiuæ commisit: regis facultatis procurationem Francisco Coruineo tradidit. Magistratus deinde, qui annonæ, qui ædibus, & vijs præessent, qui communi consilio res ad victum publicum necessarias admini-

Goensis
Reipub. cõ-
stituitio.

administrarent, delegit, ordinemque ciuilem singulari temperatione constituit. Saracenos, & alios, qui portorijs & vestigialibus aliunde importatis præfuerant, minimè (sic enim temporis ratio flagitabat) muneribus priuandos esse duxit. Promissâ cumulatè præstitit, & vt omnium in se popularium animos alliceret, operam strenuè nauauit. Mulieres & virgines, quæ in Zabaimi ædibus, in quibus ipse habitabat, asseruabantur, ab omni petulantia militari custodiri diligentissimè iussit. Legatum deinde ad Narsingæ Regem mittere instituit: & Regem etiam Ven-
Albuquerque
cij ad Nar-
singæ Regem Le-
gatio.
 gaporensem, qui Narsingæ Regi parebat, per cuius regnum Legatus iter facturus erat, vt ad suas partes alliceret, operam dandam esse statuit. Legatus fuit Gaspar Chanoca, qui Bisnagam urbem Narsingæ maximam & opulentissimam, totiusque regni metropolim, in qua Rex plerunque consistet, peruenit: vbi fuit à Rege cum magnis honoribus acceptus. Regis Armuziensis familiares atque domesticos, qui in ea urbe negotiabantur, muneribus affectos dimisit. Ismaelis Persarum Regis Legatos, qui Goam, vt negotia magni ponderis cum Zabaimo transigerent, conuenerant, humanitate summa prosequutus est. Ad ipsum deinde Ismaelem legationem decreuit. Legatus appellabatur Rodericus Gomezius Carualiota, qui Armuzià Coieataro, nè ad Ismaelem perueniret, veneno sublatu fuit. Urbem deinde muniuit: naues, quæ erant inchoatæ, perfecit: vestigialia locauit. Timoia redemptor extitit. Dñ hec geruntur, res noua præter opinionem incidens, Albuquerque in alijs curis omninò vacuus, Remp. optimè constitueret, impediuit. Nam quidam viri nobiles illi vehemèter aduersari cœperunt, atq; primùm illius actionib. obrectare, claculum omnia facta illius irridere, & siue virtutis inuidia, siue insita temeritate & infania nomẽ illius maledictis insectari. Deinde audaci, nè rem Lusitanã in summũ discrimẽ induceret, obrectari. Urbẽ illam esse magnã, hostibusq; innu-

Albuquerque
cij ad So-
phum Per-
sarum Re-
gem Legat-
io.

Lusitanorũ
quorundã
ab Abu
querque se-
cessio.

merabilibus circumfusam, neque posse tunc ab imminuentibus periculis vlla ratione defendi. Hyeme nullam opem aliunde propter aduersas tempestates afferri posse. Opes Zabaimi ingentes esse: odium finitimæ gentis in nostros acerbissimum. Fidem ciuium, qui se dederant, fluxam, & neq; sponte, sed metu & terroribus expressam. Si hostes hyeme, quod eis facillimum foret, fluuium traicerent, obsidionem sustineri non posse. Esse igitur urbem præsidio nudandam, neque propter vllius ambitionem, omnes Lusitanorum copias hostium immanitati prodendas. Ad hoc cum alij quidam se aggregarent, & Albuquerquei nomen apud multitudinem deferrent, & publicum etiam testimonium sumerent, supra nongentos homines Lusitanos Albuquerquei aduersarios & infestos reddiderunt. His rebus cognitis, Albuquerquei vna nocte tumultus auctores, ad clandestina colloquia in vna domo coactos oppressit, & in custodiam tradidit. Illi simulant se in illius potestate futuros. Is cum eorum ope indigeret, ab eis fidem accepit, eorumq; erratis ignouit. Aliquos tamen ex eis postea dimisit, ne ei grauiorem molestiam manendo exhiberent, quam discedendo afferre potuissent. Alij contra fidem datam eum deseruerunt. Hæc indigenas minimè latebant, & exploratores omnia Zabaimo per literas nunciabant. Interim Dynasta quidam ex ijs, qui rebus Lusitanis studebant, literis Albuquerqueium admonuit, exercitum ingentè à Zabaimo comparari: vicinos Principes ad auxilium accersiri: bellum, quod Zabaimus gerebat, æquabili compositione finire: vrbes eorum, qui in Lusitanos voluntate propendebant, vastari. Albuquerquei socijs opem afferre conabatur, sed tanta erat hostium multitudo, vt frustra in eo laborem & studium consumeret. Id, quod reliquum erat, summa vigilantia facere niterebatur, vt hostes insulæ aditu prohiberet, & urbem tutaretur. Sed ratio vtriusque muneris gerendi erat difficilis & impedita. Nam Lusitani erant pauci, & magna eorum pars ab

Tumultus auctores capiti, ac mox dimissi.

Zabaimi bellum aduersus Albuquerqueium.

Albu-

Albuquerquei sermonibus eorum, qui discordias exci-
tauerant, auersa. Ciues, cum quibus pacem fecerat, non suspecti tantum, verum Principem suum non obscuro studio repetentes: aditus in insulam neque pauci, neque difficiles. Itaq; eodem tempore erat Albuquerquei, vt & suos in officio contineret, & Goensium proditionem caueret, & hostium multitudini diuersis in locis resisteret, summa vigilantia laborandum. Aditus in sulæ primùm fossa & vallo muniuit, & in ijs, quæ potuit, præsidia disposuit: & duces, quorum virtuti confidebat, singulis præsidijs assignauit. Locus vnus, qui erat magis, quam reliqui, munitus (incolæ Benastarin appellabant) erat oppositus illi parti continentis, quam iam Pulatecamus, Zabaimi dux, castris occuparat. Vir nobilis, nomine Garsia Soufa, stationi illi fuerat ab Albuquerquei præpositus. Is candidum vexillū ab hostium castris sublatum conspicit. Quod cum cerneret, aliud similiter vexillū candidum tolli præcepit. Id erat signum securitatis ei, qui vellet propius accedere. Vir deindè ex colle, quod hostium castra tegebat, in littus descendit. Illæ verò sunt estuarij atq; fluminis angustia, vt sermo vtrinq; ab ijs, qui in vtroque littore constituti sunt, haberi facillimè possit. Is igitur Soufam voce maxima compellebat, seque Lusitanum esse, & Ioannem Machiadum appellari dixit, & vnum ex exulibus illis, quos Capralis in Melinde reliquerat. Indè profectum, Diu peruenisse, & sub Melichiazio stipendia fecisse. Maiore deindè congiario à Zabaio Goæ Dynasta, Zabaimi patre, conductum, sub illius signis militasse: qui illi, cum eum Turcam existimaret, militum præfecturam concesserat. Sequè quamuis Turcam esse simularet, re vera, mente & intima fide nunquam à CHRISTI religione discessisse. Itaque animo Christiano, & amore in patriam debito persuasum, eò descendisse, vt Christianos admoneret, vt impendens omnibus discrimen declinarent. Zabaimum habere sub signis supra quadraginta hominum fortium

Albuquerquei munitio nes & præsidia.

Securitate signum ad- pud Goenses.

Ioannis Machiadi de rebus hostilibus inastium.

Zabaimi exercitus & instrumenta bellica.

Bb 3 millia:

millia: tam multisque tormentis, atque bellicis instrumentis abundare, ut Lusitani illius vim & impetum diu minimè sustinere possent. Quocirca se Christianos hortari & admonere, ut antequam hyems, exitum intercluderet, ex insula discederent. Soufa homini gratias agit, & rem omnem Albuquerque per nuncium exponit. Albuquerque id hostium calliditate fieri suspicatus, quo terrorem nostris iniiceret, admonitionem contempsit, indignumque se profus existimauit, antè, quàm experiretur, an Insulam tueri posset, ex ea decedere. Pulatecamus verò cum animum Albuquerquei obstinatum perspiceret, ut in aditum irrumperet, excogitauit. Itaque rates coniunxit, & nè ratibus noceri tormentis posset, stationem in fluminis ostio vallo & fossa, validoque præsidio munivit. Nostri cum id animaduertent, ut stationem hostium expugnarent, summo opere contendunt. Sed cum in eo frustra pugnarent, Albuquerquei admonent, operam in stationis oppugnatione frustra consumi. Albuquerquei eò se cum equitum turmis contulit, & hostium munitionem cõspicatus, Ducibus præcepit, ut ab ea oppugnatione desisterent, & in eo tantum industriam ponerent, ut hostes aditu prohiberent. Senamque confestim cum maioribus copijs adfuerunt, & Norognam cum minoribus nauigijs in mare missurum, ut sic demùm statione facilius expugnaretur. Idem reliquis Ducibus, quibus alios aditus tuendos assignarat, imperauit. In urbem reuersus, dat operam continuò, ut parua quedam nauigia, quibus Goenses utebantur, quæ remus impelluntur (Cotias autem appellabant) in vnum locum conueniant. At omnes Cotiæ erant ad hostes clam transmissæ, ut illas copias in insulam maiore cum facilitate traicerent. Id ubi rescituit Albuquerquei, eum, cuius id opera factum fuerat, cõfestim occidi præcepit. Interim hostes summa vi, ut in insulam penetrarent, contendebant. Sed nostri tam acri animo resistebant, ut eos semper à conatu repellerent.

Tandem

*Cotiæ Goẽ.
sum nauicula, clam ad hostes auerte.
Pulatecamis irruptio in Goam irrita.*

Tandem Pulatecamus cum desperaret, se die in Insulam tanta virtute defensam ingredi posse, nocte se id facilius effecturum existimauit. Noctem pluuiam & caliginosam, (hyems enim instabat) expectauit, qua nostri tempestate & imbre præpediti, neque tormentis uti, neque omnibus locis occurrere possent. Cum igitur ea nox, quam optabat, aduenisset, quæ fuit decimo septimo die Maij, Zufalarimum, virum impigrum, & in rebus bellicis administrandis intrepidum cum mille delectis hominibus ratibus inuehi, & Benastarinum petere iussit. Melichium verò Cufforgium, qui Goensi exercitui præfuerat, iussit alium aditum, Zancalinum nomine, qui inde non procul aberat, Cotijs, quas ad eam rem para uerat, aggredi. Se cum reliquis copijs, ut eis subsidio occurreret, transmissurum. Zufalarimus quamuis & noctis silentio, & tempestatibus opportunitate uteretur, nostros perpetuò vigilantes latere non potuit. Hostes tamen cum essent tanto plures numero, & in nostros tenebris & pluuijs impeditos, & in quam primùm partem accurrerent, non satis explicantes irruerent, & eodem simul tempore vtrunque aditum oppugnarent, terram tandem occuparunt, & nostros ex stationibus expulerunt. Quod tamen non absque summa armorum contentione fieri potuit: in qua aliquot vtrinque ceciderunt, in quibus Georgius Soufa fuit. His rebus ita gestis, ij, qui expulsi fuerant, cum alijs, qui aditus aliquos custodiebant, in urbem se receperunt. Albuquerquei verò cum Goensibus militibus, quibus se vsurum dixerat, parum fideret, ut ciuitatem eorum insidijs (iam enim inter se de prodenda ciuitate coniurauerant) liberaret, omnes iussit abire: quibus simulatè eam curam dedit, ut Benastarini aditum armis tuerentur: seque dixit illis opem confestim allaturum. Nec enim de omnibus poenas sumere poterat, & hostes intra muros versari periculosus existimabat, quàm cum omnibus in campo conflare. Illi continuò sese cum Pulatecamo coniungunt. Demercatoribus tamen, qui re-

Albuquerquei strategema.

Bb 4 manserant

Questio de proditorib. habita, & eorum supplicium

manferant (eos enim, à quibus minus timebat, eijsce, re noluit) quæstionem habuit, & quendam Mircaze- mum nomine, opibus & existimatione Principem, cum nonnullis, qui socij coniurationis extiterant, capitali supplicio affecit. Pulatecamus verò in loco castra posuit, qui duobus passuum millib. ab vrbe distabat. In dè crebras in vrbem excursiones faciebat. Albuquercius naues, quæ in statione erant, per Iacobum Fernandum Fariam, virum fortissimum, incendere præcepit. Sed incendium fuit continuò ab hostium multitudine restinètum. Vrbs muri multis in partibus laborabant. Eas omnes Albuquercius stationibus firmare constituit. Octo stationes muniuit, easq; octo ducibus custodiendas cum præsidijs assignauit. Nauigium deinde in mare deduci iussit, vt Cochimû quàm celerimè fieri posset, nuncjaret discrimen, in quo ipse cum omnib. Lusitanis versaretur, & Georgiû Syluium atq; Hieronymum Teixeiram (hi erant ex illis, qui turbas contra illius acta consueuerat) ad subsidium euocaret. Quod illi siue odio Albuquercij imbuti, siue desperatione quadam salutis occupati facere neglexerunt. Pulatecamus interim propius accedens, vrbem summis viribus oppugnabat: nostri summa etiam contentione resistebant. Antonius Norogna, in vrbs parte, quæ erat muris propemodum nuda (magna namq; pars illius diruta fuerat) ex statione, cui præerat, hostium impetû egregiè sustinebat. Cùm verò hostes pertinacius instarent, ipse aperto ostio copias eduxit, & impressione facta hostium impetum repressit. Verùm cùm se recepisset, magnû periculum aduuit. Ea die fuit vrbs tribus horis omnibus partibus acriter oppugnata, sed multò acrius defensa, ita vt cogeretur Pulatecamus copias, nè plus damni acciperet, quàm inferret, à muris abducere. Insequenti nocte in loco propè littus, in quod naues reficiendas subducere mos erat, stationem vallo muniuit, & in ea tormenta cum valido præsidio disposuit. Prima deinde luce vrbum ea parte, quam Arius Syluius tuebat, accepit.

tur, acerrimè verberare, & omnes simul vrbs partes oppugnare iussit. Sed hostes etiam ea die cum nõ medio-cri damno repulsi sunt. Nostri tamè erant iam co tempore & laboribus, & vigilijs, & vulneribus, & reliquis incommodis, quibus obsessi, omniumq; præsidio destituti circunueniri solèt, afflicti: in primis autem Albuquercius. Qui tamen cùm esset grauissimis curis implicatus, omnia maximo animo perferebat. Et nunc consulando, nunc obiurgando, aliquando spem salutis afferendo, & ignominia metum proponendo, iacentes animos excitabat, exemploq; suo ad laborem & audaciam multos incendebat. Nullum enim impigri interdum militis, & summi semper ducis officium prætermittebat. Machiadas interim, cuius antè mentionem fecimus, clam ad illum ex hostium castris venit, atq; indicauit, Pulatecamum de incèdenda illius classe cogitare. Cùm hæc cura illum vehementer sollicitum haberet, Georgius Cugna & Franciscus Pereira Coutignus, Franciscus Sousa Manzias, & alij quidam qui fuerant dissensionis concitandæ principes, instāt, vrgent, obtestantur, publicum testimonium petunt, rem esse perditam clamitant, vrbe[m] continuò deferendam esse dicunt, plebem eiusmodi verbis exanimant, ita, vt non facile posset Albuquercius statuere, essent ne magis hostes, quàm ciues ipsi, homines præsertim nobiles, qui multitudinem ad defectionē sollicitabāt, metuendi. Hæc tamen omnia singulari alacritate & prudentia curauit. Classem enim vigilantia sua incolumem ab incendio conseruauit, & tumultus oratione grauitatis plena compescuit. Attamen Zabaimus omnibus copijs in insulam traiectis (fuerat enim Pulatecami literis a scitus) castra prope vrbe[m] collocauit. Saraceni verò, qui in vrbe relictī fuerant, & fidem metu simulabant, vbi Zabaimi castra conspexere, arma corripiunt, & in nostros inuadunt. Ibi Albuquercius cum & hostis potentiam, & mœnium infirmitatem, & quorundam parum firmam fidem, & hostes in festo nos scelere & odio furentes aspiceret, in arcem cum o-

Lusitanorū difficultates.

Albuquercij magna munus.

Lusitanorū quorundā contra Albuquercij munus.

Albuquercius cū suis in arcē se confert.

Zabaimus
Goa posi-
tur.

in nibus copijs se continuò recepit. Zabaimus nemine repugnante in urbem introiuit, omnesq; sine vlla cunctatione animi neruos intendit, vt nostris exitum intercluderet. Arx fluuio imminebat. Alueus fluuij erat profundus & angustus, hunc alueu primùm molibus obstruendum curauit, ne nostri nauibus per illum inuehi possent. Itaq; nauem maximam in alueo constitutam perforauit, vt mergeretur, vt ita nullum pateret nostris effugium. Deinde machinas ex arida materia sulphure & pice oblitras cõparauit, quibus in nostram classem immisis, eam incenderet, & sic demum arcem omni spe salutis incisa armis expugnaret, & Lusitanos in eam inclusos interneccione deleteret. Hęc omnia cum Brachmanæ cuiusdam exploratoris indicio, quẽ ad id munus Timoia in hostium castris versari iusserat, Albuquerqueius intellexisset, statuit noctis silentio ex arce copias educere. Et quãdo altum petere propter hyemem nõ poterat, in portu classem collocare, & inde bellã continenter gerere cum Zabaimo constituit. Deinde cum ver appeteret, cum maiore nauium atq; militum numero, rursus ad urbem oppugnandã accedere. Primùm tamẽ prætorij nauis magistrum misit, vt exploraret, an intermersã in alueo nauem, & litus ipsum, esset aliquod spatium, per quod naues egredi tuto possent. Magister renunciat, exitum non fore difficilem. Albuquerqueius igitur cum primùm centum & quinquaginta Saracenos, qui proditiõis conuicti, & vinculis alligati fuerãt, interfici iussisset, arma, tormenta, munitiones, æs, & ferrum, instrumenta bellica & com meatum multiplicẽ, & Zabaimi mulieres atq; virgines, & quosdam Saracenos foederatos, atq; postremo milites in nates imponi præcepit: ipse omnium postremus prætoriam nauem conscendit. Id tamẽ tanto silentio fieri nequiuit, vt hostes eorum profectiõnem non sentirent. Norogna enim armamentarium pice, & sulphure, & oleo refertum incendi præcepit: flammis ad hunc modum vehemẽter excitatis, hostes quod fieret intellexerunt. Itaq; subito ad litus cum ar-

Albuquer-
cius cũ suã
arcem dese-
ruit.

mis

mis accurrunt. Atrox ibi prælium ortum est, in quo maximẽ Antonij Norognæ, Hieronymi Limici, & Emmanuelis Lacerdæ, & aliorum virorum nobilium, qui cum valida manu hostium impetum sustinebãt, virtus enituit. Sic autem factum est, vt omnes Lusitani naues conscenderent, quamuis eorum multi fauiciti è prælio abirent. Ad hunc modum Albuquerqueius ex vrbe discessit, trigesima die Maij, cum illius possessionẽ tribus mensibus cũ dimidio tenuisset. Ad oppidum deinde, quod Rapandar appellãt, secundo cursu delatus, ibi hyemem traducere statuit. At Franciscus Sousa Manziã illius iniussu, vt sese ab illius ductu segregaret, altum petijt: sed fluctibus, & aduersis tempestatibus eò relatus, vnde soluerat, fuit ab Albuquerqueio nauis præfectura spoliatus. At Zabaimus cum per exploratores accepisset, Albuquerqueium velle in fluuio hyemem transigere, primùm eum locum, in quẽ nostros aquationis gratia conuenire nouerat, quem Bardes appellant, vallo muniuit, in eoq; tormenta & fortium militum præsidia, vt nostros aquatione prohiberent, disponenda curauit. Huiusq; stationis præfecturam Melchicuso Gorgio dedit. Pangini verò castellum, quod est ad fluminis ostium diligentius refectum atq; munitũ, valido etiam præsidio confirmauit. Et quia castello collis imminebat, è quo poterat damni quãplurimum ipsi, qui illud custodiebant, inferri, Pulatecamo imperauit, vt cum tribus millib. militum collem insideret. Ex illis munitionibus multos è nostris vulnerabãt, ita, vt cogeretur Albuquerqueius inde soluere, & classem in ea parte constituere, quam æstuarium in insulam nomine Diuar & continentem reciprocationib. interfuit. Ibi rursus hostes festinanter vndiq; conuenere, vt alias munitiones excitarent, nostros telis atq; tormẽtis obruerent, quamuis autem nostri locum sæpè in varias partes commutarent, incommoda tamẽ vitare nullo modo poterãt. Præcipuẽ eos tamẽ fames atq; sitis (iã enim cõmeatus eos defecerat) excruciebat. Famem tamen piscatione, vt poterant, quando-

Atrox præ-
lium.

Albuquerque-
cius ad op-
pid. Rapan-
dar in hy-
berna se
confert.
Marziã
defectio pe-
nit.

Albuquerque-
cius statio-
nẽ mutare
coactus.

Lusitanorũ
difficulta-
tes, et præci-
puẽ fames.

quandoque depellebant. Sitim verò, cum propter im-
bres immodicos, quibus amnis amplificatus in mare
influebat, aquæ maris fuissent in dulcedinem versæ,
ipsius æstuarii aqua quis extinguebant. Nihilominus fa-
mes in dies ingrauescebat. ea compulsi Albuquerque, cum
vt Antonium Norognam cum Menaique (erat is ex du-
cibus Indiciis, qui in fide manserat) in Charamensem
& Diuarem insulas non lato inter se mari disiunctas
mitteret, vt inde com meatum aliquem classis suppedi-
tarent. Is cum in insulas descendisset, multò prius suorum
sanguine profuso aliquot vacas abduxit. Cum tamè
eos fames supra modum vexaret, & spes omnis defice-
ret, quidam plebei homines, fidei prorsus immemo-
res, & Christianæ religionis obliti, ad hostes nando
transfugerunt, qui Zabaimo, quibus difficultatibus Al-
buquercius esset implicitus, indicarunt. Hic rursus
Machiadi indicio certior factus est Albuquerque, Za-
baimum machinas ingentes instruere, quibus ad clas-
sem admotis, in nauibus ignem implicaret. Machinas
deinde classem octoginta nauium subsequi iussam,
vt nostras naues partim ambustas in cædio, partim dis-
sipatas formidine deprimeret. Albuquerque hoc nun-
cio conturbatus, animum in omnes partes versabat,
vt illud malum, quod impendebat, aliqua ratione re-
pelleret, in primis autem statuit experiri, an arcem Pan-
ginensem, vnde grauius illi damnum, quam ex reli-
quis hostium munitionibus imminere, expugnare
posset. Consilium temeritatis & amentia plenum vi-
debatur, cum paucis hominibus, ijsq; fame confectis,
arcem multiplici tormentorum genere, & multorum
hominum robore defensionem capere conari. Sed fames
& desperatio, quæ plerunq; homines mortis contem-
ptores, & in aduendis atq; sustinendis vitæ periculis
valdè pertinaces, & ea de causa inuictos multis in lo-
cis efficit, hominem in eam mentem impulit, vt id cõ-
silium susciperet. Itaq; Norognam, & Simonẽ Andra-
dium cum centum hominibus ea parte, quæ ad occasum
Solis spectat, in collem, quem Pulatecamus insidebat,
præ-

*Christiano-
rum ali-
quos perfu-
da.*

*Zabaimi in
Lufitanos
machina-
tiones.*

*De Panginensis
arcis
& castrorum
Pulaticami
expugnati-
one.*

præmisit, qui illum prælio destinerent, ne opem suis
afferre posset. Simonem verò Martinum iussit Septen-
triones versus angustias itineris cuiusdam, quod ex
colle in arcem ferebat, custodire, vt Pulatecamum si-
militer, si occurrere suis vellet, angustijs occupatis im-
pediret. Ab Australi plaga propius ostium fluminis
Iacobum Fernandum Begiensem cum trireme, & Al-
fonsum Personam cum naue longa constituit, vt inde
tormentis castra pertubarent. Ij, quibus curam dedit,
vt à fronte & à tergo arcem aggredierentur, in duas erant
acies distributi. In vna Emmanuel Lacerda, Sebastia-
nus Miranda, Nonius Vascius Albicarensis: in altera
Hieronymus Limicus, Arius Syluius, Georgius Foga-
cia, Ioannes Limicus, Fernandus Petreus Andradus
extiterunt. His ita cõstitutis, tanto silentio profecti sunt,
vt ne pulsus quidem & incitationem remorum quif-
quam auribus vsurparet. Prima luce in terram descen-
dunt. Ibi cum omnes certatim alacritate incredibili,
quod sibi fuerat imperatum conficerent, & Albuquer-
cius tubis & tympanis, & tormentorũ fragore, & sub-
latis clamoribus signum pugnae proponeret, hostes ex-
territi, atq; semisomnes, inopinatoq; terrore perculsi,
fugam faciunt. Sic autem euenit, vt vno temporis mo-
mento & arx & castra Pulatecamum expugnarentur, &
hostes de somno suscitati, non quomodo repugna-
rent, sed quemadmodum se fuga ab imminente clade
proriperent, cogitandum arbitrarentur. Nec enim in
animum inducebant fieri posse, vt nostri tantis diffi-
cultatibus impediti, tantum facinus suscipere aude-
rent, nisi fuissent auxilijs aliunde accersitis confirma-
ti. In hoc prælio ex hostibus ducenti & quinquaginta
cecidèrunt: nec enim licuit fugientes longius insequi,
quàm securitatis ratio flagitabat, è nostris quatuor
desiderati sunt. Tormenta omnia, quæ fuerant in arce
& castris disposita, in naues tractata fuerunt, & oppi-
dium direptum, & com meatus in naues importatus.
Hæc res cum præter expectationem accidisset, vrbẽ ter-
rore compleuit, & Zabaimum perturbauit. Ita que ne-
nostri

*Castrorum
vni mensura.*

*Zabaimi
perturbatio
nostri*

nostri rursus ad urbem copias adducerent, extra ciuitatē turres excitauit, multa loca muniuit, vt facilius nostrorum impetum ab vrbe repelleret. Pacem deinde per Ioannem Machiadum ab Albuquerque petiit. Machiadus autem Albuquerque clām admonuit, ne pacem nisi conditionibus vtilissimis daret. Zabaimus enim nunciū acceperat, Narsingæ Regem cum maximo exercitu ad ciuitatem, quam in continenti Zabaimus expugnarat, quæ Taracol appellabatur, & ad conditionem & imperium Narsingæ pertinebat, appropinquare. Præterea timebat, ne classe nostra vestigia sibi detraherentur, portorijis sublatis, maxime verò ex equis, qui ex Perside & Arabia Goam aduehebantur. Albuquerque quia nolebat ijs fœderibus alligari, quæ illum impedirent, quo minus licitè posset iterum Goam armis inuadere, eas pacis leges scripsit, quibus Zabaimus, si dignitati & vtilitati suæ prospicere vellet, assentiri non poterat. Sic Albuquerque hyemem traduxit, vt non modò cum hostibus, atque fluctibus, rerumq; omnium penuria, verùm & cū suis sæpè confisteretur. Accidit eo tempore, vt mulieres, quas ille diligentissimè seruari iusserat, vt eas vel in Lusitaniam ad Reginam Mariam mitteret (erant enim eximia pulchritudine) vel Christianis sacris initiatas apud Lusitanos matrimonio stabili collocaret, animos hominū quorundam nobilium indomita cupiditate parū honestæ libidinis inflamarent. Huius flagitij monitor & impulsor quidam Rodericus Diazus scribæ filius, qui mulierem vnam Saracenam ex illis ad amabat, eique iam sæpius assueuerat, extitit. Itaque omnes clām in nauī prætoria nocte ad mulieres, Albuquerque impetuo neglecto, ventitabant. Is vbi id rescīuit, hominē suspendere iussit. Homines nobiles, qui socij criminis fuerant, ad illum adeunt, & obnixè precantur, vt illi misero veniam tribuat. At cum is eorū postulata rejiceret, illi querelis & conuitijs rem expedire contendūt propter quæ necesse fuit, eos in custodiam dari. Postea verò cū Albuquerque cerneret, se in tanta virosum penuria

penuria eorū opera carere nō posse, illos custodia liberari præcepit. Fremunt illi, tantamq; hominib; ea nobilitate præditis illatam contumeliam indulgentia illa compensari minimè posse. Se nolle è custodia vllis conditionibus emitti, sed arctissimis etiam vinculis alligari, vt ita ferro vincti, in Lusitaniam deducantur & apud Regem Albuquerqueij nomen deferant. Is vbi hoc accepit, eos insaniere permisit, honoribusque priuauit, eorumque præfecturas alijs viris nobilibus attribuit. Machiadus interim, qui omnia, quæ ab hostibus gererentur, diligenter explorabat, Albuquerqueium admonuit, classē octoginta lōgarum nauium a Zabaimo comparari, quibus illum ex improviso aggredetur. Albuquerque non expectandum putauit, dū classis omnibus rebus instructa in nostros inuaderet: imò antè, quam omnes naues in mari deduci possent, illam vt inopinatò opprimeret, excogitauit. Antoniū Norognam decem celocib; instructissimis in eas inuadere iussit: duas præterea triremes, & vnam nauem longam cum vno parone præmisit, vt in certo loco consisterent, & insidias in terra collocarent, quibus, aliquē ex incolis interciperent, ex quo possent hostium consiliū perscrutari. Cū verò diu expectaret, & nemo in illos incideret, progressi sunt vsque eò, dum urbem tormentis attingere liceret. Quidā ex ducibus nomine Ioannes Gundissaluus urbem præteruectus est. deinde se ad triremes sine vllò damno recepit, quamuis hostes in illum ingentes pilas atq; glandes emitterent. Tandem Norogna cum celocibus & scaphis appropinquauit. Cū verò cerneret à tergo triginta parones, qui ex Diarenfi insula duce Zufalarimo in classē illius ferebātur, & alios, quos ex vrbe remis impelli videbat, classē in duas partes distribuit. Habebat autem in classē trecentos viros summa audacia & militari virtute præditos, in quibus erant illi, qui è custodia emitti noluerant. Qui tamen Norognæ studio ducti, non vt duces, sed vt milites voluerant illi in eo certamine operam nauare. Norogna classis partem iussit

Zabaimi legatio ad Albuquerqueiū de pace.

Taracol ciuitas expugnata.

Lusitani aliquot captiuarū amore capti.

Lusitanorū in Albuquerqueiū ob captiuas contumacia vinculis ex decore pu-

Classis hostilis 80. nauium in Lusitanos strata.

Io Gundissaluus audecia.

*Prelium
nauale.*

*Hostium
fuga.*

*5. Lusitano
rū audacia*

*Norognæ
crus trans-
fixum.*

*Egregia
Andradio-
rum fratrum
virtus.*

iussit naues propius urbem constitutas adoriri, ipse cū reliqua classe in Zufalarimum inuectus est. Zufalarimus certamen minimè detrectauit. Acerriè utriq; & diu dubia victoria dimicatum fuit. Sed tandem cū hostes permulti caderent, Zufalarimus conuersis propriis classē in terram subduxit, Idem fecere reliqui, qui cum ducibus alijs prælium inierant. Similiter enim naues in littus incredibili celeritate subdixerūt. Pugna iam propè urbem in Zabaimi conspectu gerebatur. Norogni cum Zufalarimum auidius insequeretur, Zufalarimi nauis impexit. Simon Andradius, & Fernandus Petrejus Andradius fratres in eam insiluerunt: hos alij tres sequuti sunt, & in hostes ferociter irruentes, omnes fugere compulerunt. Cum autem Norogna vt opem quinq; illis hominibus afferret, qui in nauem insiluerant, in eam ingredi conaretur, & pedè iam in nauis latere poneret, sagitta è muris emissā sinistra illius crus repentè transfixum est: quo vulnere is in scapha sua concidit. Scapha à longa naue corporis successu diuisa est. In ea trepidatione dum omnes certatim, vt Norognam è certamine deducerent, nitentur, nemo illis quinq; viris, qui fuerant in hostili naue relictis, suppetias afferebat. Aestus decesserat, & nauis in sicco destituta facultatem præbuit hostibus nostros inuadendi. Sed tanta Andradiorum fratrum virtus extitit, vt Zabaimo admirationem ingentem efficeret, & tres socios, qui cum illis in nauem irruerant, egregiè tueretur. Neq; scaphæ, neq; celoces accedere poterant, propterea quòd a lucus propter æstus decessionem vix scaphas sustinebat. Magister verò nauis, cui Ludouicus Coutignus præerat, illum admonuit, vt scapham exonerare iuberet, se namq; cū solis septem nautis velle Andradius ab imminente clade deducere: quod factum sine vlla mora fuit. Cū tamen magister nauis appropinquauit, iam Begienfis ad eandem nauem accesserat, vt magistrum & nautas ab hostium incursiōe tutaretur. At cum magister in scapha viros accepisset, Begienfis vt hostilem nauem remulco tra-

co traheret, summa ope nitēbatur, quam tandem, cū cerneret se frustra contendere, dimisit. Eo prælio multi ex hostibus conciderunt. Nostri cum præclara victoria reuertissent, ni mors Norognæ eos omnes ingenti mœstitia conturbaret. Nam post tres dies è vulnere mortuus est. fuit illius funus cum multis lachrymis non Albuquerque tantum auunculi, qui illum non secus, atque si filius esset, amabat, sed exercitus vniuersi procuratum. Erat enim non solum virtute singulari præditus, verum etiam moribus commodissimis ornatus, & propter naturæ clementiam omnibus charus atque periucundus. Zabaimus Andradius fratres per nuncios summis laudibus affectus, & operam suam, & opes etiam illis paratas exposuit. Se namque virtutem, in quocumq; hominum genere elucere perspiceret, vehementer admirari. Itaque illos propter ea facinora, quæ ab illis geri conspexerat, non hostes, sed amicos arbitrari. Illi eadem verbanitate responsum Zabaimo dederunt. His rebus gestis, Zabaimus in continentem transmisit, vt Narvingæ copijs occurreret. Indè tamen per interpretes de pace rursus actum est. Sed nihil inter eum & Albuquerque conuenire potuit. Albuquerque indè (iam enim per anni tempus licebat) Anchediuam cursu petere, & indè Cananorem proficisci constituit, vt classem reficeret, & ægrotos atque vulneratos à morbis & laboribus, quibus fuerant afflictati, recrearet. Sed ante, quam promōtorium, Rama nomine, superaret, quod ad Goæoram pertinet, quinq; naues Lusitanas in alto conspicatus est. Ex illis quatuor erat classis, cui præerat Iacobus Mendezius Vasconcelius, cui Emanuel imperauerat, vt Malacam peteret. Reliqua erat ex Fernandi Coutigni classe, quæ Mozambique hyemauerat. Hoc supplemento nauium & hominum fuere Lusitani mirificè confirmati. Dum hæc in India geruntur, in Africa hæc acciderunt. NONIUS Fernadus Ataidus Arzila cum copijs egressus, in Ben-guanemen Regis Fessensis præfectum incurrit, eumq; prælio

*Norognæ
mors.*

*Insigne ho-
dradios fratres per
stis de An-
dradiorum
virtute te-
stimonium*

*Rama præ
monitoria.
Subsidium
Albuquerque
cro missum*

*RES APRI
CANAB.*

Cc prælio

Lusitanorum praelio superauit. Hostes partim caecidit, partim capti
de Fessensi uos cepit, ipseque praefectus in praelio interfectus est. Va-
bus victo- rios, & nihil hostile suspicantes esse per exploratores
ria. intellexerat, inuasit, & multos occidit, & quosdam et-
iam uiuos cepit, magnamque pecorum & armentorum
praedam abegit. Barraxa uero & Almandarinus (hi iam
enim sub Fessensi Rege militabant, & inter illius pre-
fectos multum reliquis opibus, & opinione virtutis
militaris antecellebant) exercitus alij ducibus cum va-
lido exercitu, usque ad Arzilae portas excurrerunt,
sed nihil, quod memoria dignum esset, effecerunt, imo
tres equites amiserunt. Fessae Rex cum magno rursus
exercitu Arzilam obsidere conatus est. Sed cum intel-
lexisset, Arzilam esse tunc & militum copia, & comen-
tus abundantia, atque munitionibus instructissimam,
obsidionem soluit. Iterum Barraxa cum Almandarino,
& nonnullis alijs ducibus, ac magna equitum multi-
tudo Arzilam peruenit. Fernandus Castrensis, iu-
uenis singulari virtute praeditus, ut primus omnium
in hostes inuaderet, accelerauit. Sed cum portae prefe-
cti iussu clauderentur, is cum vno tantum famulo fo-
ris relictus est. Speculatores & exploratores, (erant au-
tem ij numero decem, qui in ciuitatem confugiebant)
se cum illo coniungunt. Ibi cum Castrensis equo cal-
caribus, incitato in hostes inuasisset, fuit hostium mul-
titudine circumuentus, & occisus. Reliquis autem por-
tis apertis, fuit auxilium allatum, & omnes multi-
prius vulneribus acceptis in oppidum admissi, & ho-
stes repressi, & portis rursus oclusis a pugnandi con-
tentione depulsi. Eodem anno Georgius Vieira 30. &
duobus equitibus stipatus, excursionem fecit, & in Ci-
dem Hametum praefecti Alcaffaris Quibirij filium
incidit, qui centum equites ducebat. Praelium conti-
nuo summa contentione pugnatum hunc exitu habu-
it, ut Vieira, & alij multi acerrime dimicando occi-
derent, reliqui caperentur, & pauci equorum pernicita-
te se

*Arzila bre-
uis obsidio*

*Fernandi
Castrensis
mors.*

*Infelix Ge-
orgij Viei-
ra excur-
sio.*

tes ab illa clade subducerent, Franciscus Portugalen-
sis, qui postea Viminofensis Dynasta fuit, cum quin-
quaginta equitibus suis, & alijs quadraginta, quos il-
li Courtignus adiunxit, in pagum inuasit, & multos
occidit, & alios uiuos cepit. Sed signo ab hostibus da-
to, cum hostium multitudo undique in eum irrueret,
maximum vitae discrimen adiit. Nam lapide ita per-
cussus fuit, ut sensibus oppressis concidisset, nisi fuisset
Aluari Branchensis opera suffultus. Aliquot viri no-
biles in ea pugna ceciderunt: ipse tamen Portugalen-
sis 16. ex hostibus cepit, & Arzilani cum victoria reuer-
si sunt. Eodem anno Emmanuel quatuor classes instruxit,
vnam, cuius metio facta est, cui praerat Iacobus Men-
dezius Vasconcelius: quae soluit Olysiippo 7. die
Martij. Altera erat nauium septem, cui praefecit Gon-
dissaluus Siqueiram, quae 17. die mensis eiusdem Olysi-
ppo profecta est. Et haec in Indiam missae sunt. Tertia
porro classis erat trium nauium. Nauarchus fuit Io-
annes Serranus, cui Rex negotium dedit, ut in insulam
S. Laurentij peteret, & pacem cum Regibus illius nomi-
ne firmaret, & si quid videret in ea insula, quod esset
aestimatione dignum, naues oneraret. Quarta classis
fuit nauium supra triginta, quibus praefuit Nonius
Fernandus Auidius (proximis enim illis diebus in
Lusitaniam venerat) ut cum ijs Safinius peteret, eam-
que ciuitatem Regis nomine cum imperio teneret.
Quomodo Vasconcelius in Indiam peruenit, expo-
situm est. Siqueira uero vna nauem amissa, saluis tamen
hominibus ad Cochimi portum reliquas naues appu-
lit, & inde Cananorem profectus est, eod quod intelli-
geret, ea tunc in ciuitate Albuquerquei confidere. Ser-
ranus uero post varios casus in S. Laurentij insulam
delatus, Australem illius oram peragravit: cum ali-
quot regibus amicitiam iunxit: nauem vnum ex illis,
qui cum Gomecio Abreo relictis fuerant, in nauem ac-
cepit: a quo intellexit, non esse vllum laboris praemium &
emolumentum, propter quod multum tempus in ea insu-
la perlustranda consumeret. Inde igitur varijs tempe-
statibus

*RES ER-
ROPEAE,
ET INDI-
CAE.*

*4. Emma-
nuelis clas-
ses.*

*Siqueira
navigatio
Indica.*

*Serrani na-
uigatio.*

Vasconcelij res gestæ. statibus agitur, in Indiam iter instituit. At Vasconcelius postquam portum Goæ subijt, Albuquerqueum salutauit, & ei literas Emmanuelis tradidit, quibus iubebat, vt omnia, quæ essent Vasconcelio necessaria ad cursum, quo Malacam petiturus erat, illi præberet. Hic fuit communi consilio decretum, nullam rem esse, Goensi bello præuertendam, dignamque negotium, cui Vasconcelius interesset. Quod verò ad Malacam attineret, non esse opus illud tanti ponderis atque momenti quatuor tantum nauibus efficiendum. Goa expugnata, tunc demum fieri posse vt Vasconcelius multo pluribus nauibus iter illud ad eod periculum sum susciperet. Vasconcelius libenter assensus est. Inde in Anchediuam delatus Albuquerqueus, Franciscum Pantoiam in Zacotoram cum oneraria naui commeatu plena dimisit, & Antonium Norognam alij cuiusdè nominis, alterius sororis filium, qui tunc, vt dicitur, est, Zacotorensi regi præerat, per literas euocauit: ad Lemium verò literas dedit, quibus per Goense bellum sibi minimè licuisse confirmabat, naues quas illi fuerat antè pollicitus, in supplementum mittere. Inde Onorem petijt, quo in loco Timoia illi cum fructibus & com meatu obuiam prodijt. Ibi Vasconcelius literas Emmanuelis amanter scriptas, Timoia dedit, quibus sibi grata esse significabat omnia, quæ gratia illius egerat, seque daturum operam, vt illum officij cum tanta fide præstiti minimè poeniteret. His literis Timoia multò vehementius in studium Regis incitatus, fidem dedit, se nullo vnquam in loco famuli fidelissimi officio defuturum. Albuquerqueus inde Cananorem aduectus, cum Rege in loco propè littus ad colloquium destinato orationem habuit, qua Regem multò magis ad amicitiaæ foedus conseruandum, & promissis & sermonibus amantissimè astrinxit. Inde Ducem nomine Simonem Martinum Caldeiram misit, vt cum tribus nauibus oram Calecuti custodiret, nè nauis vlla ex Arabia posset portum ingredi, aut Calecutio soluere, quin ab illo caperetur.

Varia munera Ducibus ab Albuquerqueo præscripta.

Goense bellum communi Lusitanorum consilio decretum.

Emmanuelis ad Timoiam littera.

tur. Idem Garsia Souzæ munus, cum alijs tribus nauibus assignauit. Gaspari verò Painæ, vt oram Goensem cum tribus etiam nauibus similiter obseruaret, imperauit. A Vasconcelio autem petijt, vt cum quatuor nauibus reliquam illius Indicæ regionis oram peragraret. Omnes imperata conficiunt, & aliquot naues capiunt. In vna reperti duo Iudej fuerunt, qui ad Christi religionem conuersi, interpretum munere cum summa fide perfuncti sunt. Dum hæc admistrantur, accepit Albuquerqueus nuncium de Regis Cochiniensis morte, quem supra retulimus singulari fide foedus cum Lusitanis istum conseruasse, atque postremò sese ab omnibus regni negotijs abstraxisse, vt in templo dijs, quod reliquum erat vitæ, dicaret.

Regis Cochiniensis mors.

Hic sororis filius de gentis more successerat. Erat autem in more positum, vt si Rex aliquis religione tæsus, se regni administratione abdicaret, vt in templo aliquo ab humanis tumultibus secreto vitam in religione cõsumeret, post illius mortem, is, qui in locum illius successerat, cogeretur regni procuracionem relinquere, & in idem templum gratia religionis immigrare: vt quemadmodum in regno auunculi successor extiterat, ita religionis etiam hereditatem quam. nis in uitus adiret. Is deindè, ad quem Regni hereditas legibus ueniebat, regnum occupabat. Id fiebat, quoties Rex aliquis voluntate sua se regnandi munere religionis gratia priuabat. Porro autem eo tempore, quo Odoardus Paciecus Regis Calecutiensis impetum reprimendum susceperat, is Princeps, qui erat in regno successurus, ab auunculo defecerat, & sese cum Calecutiensi illius hoste cõiunxerat. Ea de causa fuit successio iure spoliatus, & alius eodem propinquitatis iure, qui illi succederet, ascitus. Is autè, qui se ad Calecutiensem nefariè & flagitiosè cõtulerat, cum auunculum mortuum intellexisset, cepit cum cõsobri- no vehementer agere, vt regno illi cederet, & religioni seruiret. Rex consilio cū nostris habito, qui nullo modo patiebantur, hominem perfidum & sceleratum, & per-

Mira Cochiniensis Regum in regni successione consuetudo.

Bellum Cochimense,

& perennem Lusitani nominis hostem in regni sede, quæ erat in Lusitanorum tutela atque patrocínio, collocari, consobrini postulata contempsit. Is vero, qui regnum petebat, cum religionem negligi cerne-
ret, & regnandi cupiditate flagraret, magno exercitu, quem illi Calecutiensis Rex attribuit, stipatus, in Cochimensis regni fines inuasit. Id ubi Albuquerqueius rescivit, Cochimum petijt, & regni opes firmavit, & viros fortes, qui hostibus obfisterent, ad custodiam regis amici reliquit. Hoc autem metu, qui regnum ar-
nis petebat, abscessit. At postquam Albuquerqueius Cananorem reuersus est, rursus redintegrato bello, Regni fines oppugnare constituit. Sed cum Nonius Valerius Albicastroensis, & Laurentius Morenus illi acie instructa obuiam processissent, & prelium initum fuisset, hostes fusi fugatique sunt, multiq; in acie caesi, & ipse Princeps vix euasit. Sub idem tempus venit ad Albuquerqueium legatus à Rege Cambaiæ missus, qui regis sui nomine significauit, dissipatum rumore fuisset, Albuquerqueium classem, vt in Arabicum sinum penetraret, apparare. Si ita esset, Regi gratissimum fore dicebat, si in transcurso aliquem illius portum pete-
ret, in quo possent ambo de pace deliberare. Affer-
bant præterea literas à Lusitanis quinquaginta, qui apud Cambaiæ Regem captiui tenebantur. Hi cum Alfonso Norogna Zacatora soluerant. Coorta vero tempestate, cum nauis in ora Cãbaiensi frãgeretur, Norogna & reliqui, qui tabulis nixi, se in mare præcipites demiserant, fluctibus hausti fuerant. At qui se in ipsa lacera naui tenuerunt, cum æstus omninò discelsisset, pedibus in terram euaserunt: & ab incolis capti, ad regemq; perducti sunt. Hi ab Albuquerqueio petebat vt eos quacunq; ratione possset, in libertatẽ assereret. Responsum Regi quale ad voluntatem illius confis-
mandam conueniebat, datum est, & captiui spe liber-
tatis ostensa recreati. Eo tempore iam Albuquerqueius classem instruxerat triginta & quatuor nauium. Du-
cebat autem in ea classe mille & quingentos Lusitanos,

Cambaiæ Regis ad Albuquerqueium legatio.

Albuquerqueij classis 33. nauium.

nos, & trecentos milites Indos. Cananore autem profectus, ad Onoris portum appulit. Ibi Timoia illi obuiam factus, exposuit, urbem Goam fuisse post illius discessum stationibus, & vallibus, atque fossis, tormento rumq; multitudine egregie munitam: præsidia verò esse supra nouem millia militum, in quibus erant Turcæ quamplurimi. Ducebat autem Timoia eo tempo-
re filiam Reginæ cuiusdam, quæ in regione Gozom-
pensu, quæ erat sedibus illius finitima, regnabat. His nuptijs, vt debitis honoribus Timoiam afficeret, Albuquerqueius interfuit. Consilio deinde habito, statutum fuit, vt Timoia pedibus in insulam à continenti trajiceret: tres autem naues, quas habebat, cum Albuquerqueij classe coniunxit, earumque præfecturam Medio Rao, cuius virtuti multum fidebat, attribuit. Is in portum inuectus, eum terrorem præsidio, quod Panguinũ munitabat, iniecit (metus enim casus illius, quæ repentino Albuquerqueij in cursu subierat, homines valdè perculerat) vt in urbem se trepidè reciperent. Aliqui tamẽ capti, ad Albuquerqueium perducti sunt: ex quibus cognouit, quo in statu res Goenses essent. Iactis deinde anchoris, Hieronymum Limicum & Ioannem Limicum fratres, & alios nonnullos Duces præmisit, qui propius urbem secundum littus accederent: qui maximo cum periculo mandatum protinus exequuti sunt, atque renunciãt, urbem esse munitissimam, & præsidia militum, vt apparebat, firmissima. Nihilò tamen secius Albuquerqueius ad eam oppugnandam se comparat. Et quia ea mente erat, vt omnem rei benè gerendæ rationem in celeritate poneret, sequenti die, quæ fuit vigesima Nouembris, eam adoriri constituit. Primum enim cogitauit præsidia, quæ erant in stationibus disposita, armis expellere: deinde castris positis, & stationibus munitis, muros qua-
tere, vsq; eo, dum aliqua pars muri corrueret, qua nostri possent in urbem irrumperere. Sed longè feliciter ea oppugnatio, quàm is in principio suspicari poterat, illi processit, vt statim videbitur. Ea nocte triremes atque

Timoia regiæ.

Albuquerqueij de Goæ oppugnatio ne consiliis.

naes humiliores præmisit, & Ducibus imperauit, vt sine intermissione urbem tormentis verberarent, vt hostes somnum capere non possent, & ita postridè peruigilio confectos opprimeret. Is de quarta vigilia in scapham descendit: idem reliqui omnes Duces effecerunt, & summo silentio cum primùm diluxit, in terram copias exposuit, & acies diligenter instruxit. Ipseque cum Lusitanis quingentis, & Indis trecentis in stationem, quæ ad Septentriones spectat, inuasit. Reliqui Duces aliam stationem, quæ littus circumdabat, aggressi sunt. Limici fratres, & Lacerda, & Begienfis, & alij nonnulli Duces cum trecentis militibus in eam stationis partem, quæ ad urbem pertinebat, impetu feruntur. Vasconcelius & Pãua, quibus idem munus erat assignatum, cum ducentis militibus in stationem mediam impetum faciunt. Andradij fratres, Arius Syluius, & alij similiter ordinum ductores, eam partem, quæ ad Timoix æstuarium (sic enim appellabant) protendebatur, oppugnandam suscipiunt. Qui erant in statione, tormentis nostros propellere contendunt, sed id frustra fuit ab illis tentatum. Nostri enim neque pilis, neque glandibus, neque globis ingentibus deterreri potuerunt, quominus ad stationem hostibus inuitis appropinquarent. Erat in porta, quam nostri sanctæ Caterinæ nominant, dux quidam hostium, vt subsidia, ubi esset opus, submitteret, & ipse, si ita necesse fuisset, occurreret. Is ubi rem cominus geri perspexit, & quo impetu Lusitani in hostes incitarentur, animaduertit, ex urbe plures copias euocauit. Accurrunt multi, quorum aduentu pugna recruduit, prælium atrox & nimis horrendum committitur. Hostes multis partibus nostros numero superabant: nostris tamè cæleste numen adfuit. Itaque munitionem ea primùm parte, qua Limici rem gerebant, expugnant. Idem reliqui faciunt. Hostes in fugam versi sunt. Nostri eorum tergis inhaerentes, ita se cum illis agglomerarunt, vt cum hostes portas occludere vellēt, id eis per nostros minimè liceret. Dio-

Stationes aliquot Gouernium oppugnate et Lusitanorum victoria.

Prælium atrox.

God expugnatio.

ret. Dionysius namque Fernandus Melius primus ingressus est, hastâque magna crassitudine transfuersam obiecit, vt disclusas fores distineret. Idem alij fecerunt. Hostes nihilominus, vt fores occluderent, summo opere contendebant, fuit res summi certaminis. Hostes enim in eo vitam & salutem suam verti statuebant, si foribus occlusis aditu nostros arcerent. Nostri se subito victores fore confidebant, si fores aperta manerent. Itaque modò hostium magno conatu adducebantur, modò Lusitanorum contentione discludebantur. Tandem cum eas nostri maxima quadam vi, hostibus frustra repugnantibus impulissent. Tredecim primis, qui ad portam acerrimè pugnarant, repulsis hostibus, urbem militari audacia præcipites inierunt. Hostes cedebant, ita tamen, vt cedentes vim sagittarum atque telorum in nostros immitterent. Et testis deinde & à fenestris lapides demissi nostros perturbabāt. Hostes conferti in eos iam perturbatos inuasert. Arius tamen Syluius & Mendezius Alfonsus Tingitanus, deinde Fernandus Petreius Andradius, & Emmanuel Cugna, & Antonius Garcesius cum militum turma suppetias attulerunt. Redintegrato prælio, hostes in fugam passim effusi sunt: & quidam in Zabaimi cedes se trepidè receperunt: alij diuersis vijs ingressi, se fugæ mandarunt: quod fuit in causa, vt nostri rursus persequendi studio dissiparentur. Viginti eos, qui in Zabaimi domum cõfugerant, insequentes, magnum discrimen adierunt. Hostes enim conferti eos aggressi sunt. Vascum Fonsecam, & Vascum Coelium, qui furentius in eos irruerant, occidunt. Hieronymus Limicus cum multum sanguinis profudisset, & vires illum omnino defecissent, concidit, reliqui illorum casu perterriti cedunt. Ibi Mendezius Alfonsus, & Arius Syluius clamoribus magnis Lusitanos ad pugnam acerrimè reuocandam cohortati, tanto impetu in hostes inuasert, vt impressione facta eos prosternerent. Alij deinde Lusitani in aedes ingressi, magnum & debellandum momentum in ea pugna suis attulerunt: in quibus

13. Lusitani Gouerni irruunt primi

Lusitanorum in urbe periculum.

Hieronymi Limici mors.

*Rara Limi
si magnani
milit.*

quibus Ioannes Limicus fuit. Is tamen cum fratrem iacentem atque spirantem cerneret, victus amore fraterno subleuit. At frater, perge, inquit: nec enim decet te in tali tempore vlla perturbatiōe victum, officium hominis fortis ommittere. Nullus te ex casu meo dolor attingat. Officio namq; meo defunctus occumbo. Ioannes quamuis dolore cruciaretur, verbis tamen fratris morientis, cui is vitam dare non poterat, admonitus, in hostes eò furentius irruit, quò grauius illum mors fratris amantissimi sollicitabat. Erat ante vestibulum ædium ipsarum campi non angusti planiciēs, & inde collis modicus assurgebat. In eo campo res gerebatur, cum multi equites atque pedites ex Zabaimi ædibus, qui erant amplissima, confluentes nostros circumuenerunt: & omnes occidissent, nisi Vasconcelius cum suis copijs interuenisset. Hic enim acie instructa cū in urbem ingressus esset, hostes cedentes insequabatur, ita ut nunquam eos, quos ducebat, dissipari permitteret. Ibi cum in hostes circumfusos impetum daret, duces hostium in collem copias subducere, atque cū nostrorum paucitatem a nima duerterent, confirmati rursus in nostros inuecti sunt. Nostri oppressi multitudi- ne, sensim cedere compelluntur, & scalarum gradus, qui erant instar theatri Zabaimi ædibus coniuncti cōscendunt. Ibi rursus cū se parumper à labore refecissent, & hostes diu sustinuisent, in eos impetum tulerunt, quasi tunc recentes prælium inirent. Multos cæderunt, inter quos fuit Aethiops quidā vir fortissimus, qui equo insidebat. Is ubi decidit Emmanuelis Lacerda famulus quidam equum cepit, eumq; Lacerdę tradidit. In eo prælio Lacerda sagittæ vulnus secundum malam grauiissimum acceperat. Hastile sagittæ deciderat, ossi ferrum inheferat. Magna vis interim sanguinis ex vulnere profuēbat. Illum tamen neq; sanguinis emissio, neq; doloris magnitudo ab ardore dimicandi retardabat. Itaq; cū equum ascendisset, in equites osto tam ferociter inuectus est, ut eos in fugam compelleret. Hostes reliqui multum de feritate pristina remi-

*Lusitanorū
in vrbe dis-
crimen.*

*Lacerda
virtus in si-
gnis.*

fermiferunt. Primum vix resistunt: deinde cedunt: postremò effusa fuga vitæ prospiciunt. Tantà verò fuit trepidatio, ut multi se è muro præcipitarēt. Albuquerque interim, qui, ut alteram stationem in loco procul à mari munitam oppugnaret, in aliam viam fuerat ingressus, editum collem superauerat. Ibi cū tormentorum fragorem, dissonas vocēs, clamores ingentes, & muliebres eiulatus auribus accepisset, vnum è suo comitatu misit, qui prælij statum ei renūciaret. At tamen animus hominis acer, & more totius impatientis, & in omnem rerum occasionem semper intentus, responsum expectare non potuit. Itaque ad urbem gradum celeriter intulit. Ibi cum multi ex hostibus ex vrbe profugissent, in illum inciderunt. Prælium ibi rursus nimis atrox exortum est. Hostes enim erant acres, & numero superabant, & fugæ dedecus & indignatio, & vrbs tunc repetendę desperatio eos ferociores efficiebat. Nostri quia reliquis prælijs in vrbe commissis non interfuerant, ne socijs virtute inferiores esse viderentur, incredibili ardore dimicabant. Maxima tandem hostium parte cæsa, reliqui in fugā versi sunt. Albuquerque in urbem ingressus, primum summas DEO gratias egit, cuius præsentis numine debellatū fuisse constabat. Quod enim signum clarius præsentæ diuinæ dari potuit, quàm intra sex horas urbem maximam, armis & tormentis, fortiumque militum præsidijs, hominumque multitudine refertam, à tam paucis hominibus expugnatam fuisse? Quod ut maiore admiratione dignum sit, illud certè constat, tanta pertinacia à quibusdam hostibus in ædibus Zabaimi eo die pugnatum fuisse, ut cum nostros eorum misericordia vehementer infleceret, neq; solum vitam & libertatem, verum & virtutis illius præmium pollicerentur, maluerint in vestigio mori, quàm vitam ab hoste, quod valdè ignominiosum reputabant, accipere. Supra tria hominū millia in vrbe cæsa dicuntur. E nostris quadraginta desiderati sunt, inter quos Hieronymus Limacus, Vasconcelius, Cosmus Coelius, Antonius

*Albuquerque
cū hosti-
bus fugiente
prælium.*

*Lusitanorū
eximia vi-
ctoria.*

*Hostiū quo-
rundā vir-
tutis milita-
riū.*

*Cæsarū &
vulnerato-
rum numerus.*

*Prudēs Al-
buquercij
factum.*

tonius Vogadus, Antonius Garcesius, Aluarus Gome-
cius, & Petrus Gomecius Limicus extiterē. Plusquam
trecenti Lusitani vulnerati sunt. Albuquerqueius veri-
tus, ne nostri pugnandi auiditate hostes longius inse-
querentur, & ea ratione palantes in aliquod se disi-
men, vt sit, vbi victoria homines insolentes. & discipli-
næ prorsus immemores plerunq; facit, iniicerent, om-
nes vrbis portas claudere repente iussit. Deinde per o-
tium suburbia (sic enim se facturum incolarum scele-
ribus offensus iurauerat) coniectis facibus in flamma-
ri præcepit. His reb. gestis, Timoa cum exercitu triū
milliū hominum peruenit, moramq; suam purgavit,
& Albuquerqueius satisfactionem accepit. Et quamuis
aliam causam iustiore non haberet, negotij conse-
ssi celeritas eum omni suspicione criminis liberabat.
Aliud tamen, credo in causa fuisse, cur ille copias in
tempore afferre nequiuert. Non enim erat æquum
vrbelli partem aliquam, quod numine Christi presen-
tis administrandum fuerat, homines ab illius sanctis-
simis sacris abhorrentes, sibi vindicare, & in gloriæ so-
cietatem se offerre, ratione aliqua niterentur. Præda
fuit, armorum, tormentorum, & munitionum, & cō-
meatus, & longarum nauium multitudo. Nihil enim
fuerat in vrbe relictum, nisi quod ad urbem tutādam
pertinebat. Albuquerqueius omnes Saracenos ex vrbis
finibus eiecit. Reliquos, qui non erant Mahumetanis
institutis imbuti, in insula habitare permisit, dummo-
do tributum, quod Zabaimo soluebant, Regi Emma-
nueli integrè penderent. Publicè deinde mercatoribus
edixit, se omnibus, qui Goam cum equis & mercibus
ingredi vellent, impunitatem daturum & summa fi-
de eos ab omni iniuria & maleficio tutos conseruaturum.
Emmanuelè verò Cugnam Cananoris arcis præ-
fecit: Rodericum Rabellum, qui Cananoris arcis præ-
fuerant, asciiuit, vt illum arcis Goensii præponeret. Fer-
nandum Petreium Andradium, Petrum Fonsecam
Castrensem, Antoniu Salam, iussit mare Goense per-
agrarē, & omnibus mercatoribus, qui Goam peterent,
tutum

*Præda Go-
ensii.*

*Constitutio
Goensii
Reipub.*

tutum receptum præbere. Georgio autem Botellio, &
Simoni Alfonso Isifacato, vt Calecutiense mare nauib.
suis infestum redderent, imperauit. Quilibet eorum
sibi commissum munus exequitur. Andradius nauē *Dabulis*
vnam Armuziensem, quæ vnde esset, profus ignora- *turris ex.*
bat, eò quòd vela demittere nollet, persequutus est, v- *pugnatio.*
que eò dū illa in Dabulis portu impingeret. Dabulis
præfectus tormentis è turri, quæ portui immincbat,
Andradium repellere conabatur. At ille in terram e-
gressus, turrim expugnaui, eamq; disiecit: & tormen-
ta, quæ erant in ea disposita, in nauem suam impo-
sui. Botellius in nauem maximam Saracenorum in-
uasit, quam cū diu oppugnasset, dilacerauit, magnaq;
præda potitus, nauem, quia nauigari minimè iam po-
terat, omisit. Albuquerqueius vectigalia diligenter exer-
cuit, & ciuitatis statum, & formam reip. collocauit: &
aliud deinde opus immortalī memoria dignum, con-
tra multorum sententiam, suscepit. De quo antè, quā
differam, nō alienum erit, quo sententia Albuquerqueij *Albuquer-*
ab Almeidæ sententia discreparet, paucis exponere. V- *cij & Al-*
terq; enim eorum cū esset animo maximo & singu- *meida col-*
lari virtute præditus, idem sibi proponebat: sed non i- *latio, in In-*
dem consilium sequebatur. Vtriq; enim erat proposi- *diæ admi-*
tum, pro Christi religione, & pro regis Emmanuelis *nistratioe*
amplitude vitam, si opus ita fuisset, in quoduis ma-
ximum vitæ & salutis discrimen inferre, & gloriæ &
immortalitati seruire. Sed alter ab altero in hoc dif-
sentiebat, quod Almeida minimè tutum putabat, vr-
bes expugnare, ne videlicet distractæ Lusitanæ vires
imbecillæ redderentur, hoc autem erat illi decretum,
mare tenere. Id enim statuebat, eum, qui maris impe-
rium possideret, Indiæ totius potestatem assequutum.
Itaq; maris erat illi antiquissima cura, & dum vnam
tutissimam stationem nauibus haberet, reliqua om-
nia contemnebat. Fieri enim non posse existimabat,
vt tantum militum in supplementum è Lusitania sin-
gulis annis mitteretur, vt firmis præsi dijs arces mul-
tas munire liceret. Quod si quis id facere tentaret, eū
Lusi-

Lusitanos omnes, qui viribus coniunctis hostibus terram incutebant, dispersos hostibus esse proditurum. At Albuquerque maiore quadam spe, quam animi excellentis altitudo afferre solet, non presentis tantum securitatis, sed futuri etiam imperij, quod amplissimum fore confidebat, consilia intimis animi sensibus agitabat. Nec ut piperis magnus numerus annis singulis in Lusitaniam importaretur, sed ut imperij fundamenta iacerentur, excogitandum censebat. Et quod auxilia magis longinqua erant, eò colonijs pluribus Indiarum occupandas statuebat, ut varijs Lusitanæ gentis seminarijs passim institutis, exercitus in India conscribi possent. Mare verò minimè tutum arbitrabatur ijs, qui terra simul opes suas nequaquam stabilirent. Classem maximam vnica tempestate deleri posse: at opibus in terra comparatis classes refici, & maris imperium recuperare non esse difficillimum. Periculosum deinde statuebat, in angustum locum classem Lusitanam includi, maximè verò, vbi macrum & sterile solum esset parumque idoneum ad exercitum in hybernis alendum. Itaque eos, qui Cochimi, aut Cananoris regnum opes Lusitanas satis firmari posse confidebant, inter tam multos sempiternos Christiani nominis hostes, & tam occasionibus ad perniciem Lusitanis afferendam opportunis intentos, parum tempore consequenti prospicere censebat. Non enim esse tutum locum, qui se vno tantum niteretur, sed in quem è locis pluribus auxilia, cum opus esset, mitterentur. Eam verò locorum occupationem maris imperium non immutare, sed potius amplificare. Quò enim classis plures receptus & stationes haberet, eò minore cum periculo nauigare, & faciliorem materiam ædificandis nauibus multa loca, quam vnum præbere. Postremò ei, qui non Indiæ possessionem hominis vnius ætate, sed æternitate, si fieri posset, temporis definitum cuperet, condecendam esse ciuitatem statuebat, quæ sobolem multiplicè procrearet, ita, ut non semper esset necesse temporibus difficillimis, ex auxilijs è Lusitania missis pederere: quæ

te: quæ sæpenumero in longissima & difficillima nauigatione vel morbi multiplices imminuunt, vel fluctus & tempestates exhauriunt, vel hyemes intercludunt, vel labores immensi debilitant. Quam prudenter autem id ab eo fuerit excogitatum, rerum exitus multis post illius obitum annis facile comprobatur. Cum enim Solymanus Turcarum imperator Aegypti rectorem cum maxima classe in Indiam misisset, ut Lusitanos possessione pelleret, & is arcem Diensem obsessam teneret, multisque diebus maxima tormentorum & armorum contentione vehementer oppugnaret, quamuis plurima detrimenta à nostris, qui in arcis præsidio manebant, accepisset, non tamen tam citò obsidionem soluisset, nisi certior factus esset de magnitudine classis, quæ contra illum Goæ comparata Diem petebat. Neque rursus cum Rex Cambaiæ eadem arcem cum maximo Turcarum auxilio sex mensibus obsessam tenuisset, tam facile à Ioanne Castrensi, qui tunc in India Ioannis Regis nomine imperij administrabat, victus atque superatus fuisset, nisi Goa maximum ad eam victoriam atque multiplex instrumentum suppeditaret. Ad eam namque magnitudinem ciuitas peruenit, ut facillimum sit, in ea iustos exercitus conscribi, & classes magnas ædificari. Id Albuquerque sapienter animaduertens ea ciuitatis fundamenta iecit, quibus nixa, non facile de statu conuelli posset. Cum verò Lusitanas mulieres non haberet, quod vnum remedium inueniebat, eas, quas bello ceperat, Christianis sacris expiatis apud Lusitanos milites matrimonio collocabat, eisque possessiones in ea insula, Saracenis iure detrectas, assignabat, eosque multis fauoribus atque præmijs ad eas nuptias alliciebat. Sic factum est, ut instar Romuli, qui urbem Romam condidit, aut Thesei, qui ciues Atticos è pagis in urbem compulit, aut aliorum, qui urbium fundatores extiterent, illius urbis, quam armis atque virtute cepit, conditor appellari posset. Dum hæc in India geruntur, in Africa hæc eueniunt. Atai-

*Albuquerque
cij laudat
le instituta
in constituenda
si ciuitate*

RES A- dius urbem Sasinū Regis Emmanuelis nomine tue.
FRICA- batur: & crebris excursionib. Mauros exterrebat, mul-
NAE. tasque ex illorum bonis prædas agebat. In primis au-
 tem Maurum quendam, quem reliqui Mauri, vt virū
 Maurus religione atq; sanctimonia præstantem, diuinis pro-
 quidam a- pemodum honoribus afficiebant, qui castellum, in
 pud suos quo domicilium collocauerat, præsidijs validis mu-
 sanctus ha- nierat, viuum cepit, & castellū expugnauit, multosq;
 bitus capi- partim cecidit, partim captiuos abduxit. Tanto deni-
 tur. que terrori multis esse cœpit, vt oppida atq; pagi, & v-
 niuersæ vicinities & præfecturæ pacem peterent, &
 leges acciperent, & imperata tributa persoluerent. Ve-

Maurorum rum cum gens sit natura fallax, & sanctissimæ religio-
perfida in nis ignara, facillimè ab alijs Mauris inducta, fidem fre-
Lusitanos git, & bellum summo studio contra Christianos com-
conspiratio. parauit. His alij innumerabiles adiuncti sunt, equites
 erant ad quinque millia, pedites supra sexcenta millia
 fuisse dicuntur. Decimo tertio die Decembris, Anno
 M. D. x. Sasinum obsidere incipiunt. Vigesimo tandē
 atq; tertio die mensis eiusdem positis castris obsidio,
 nis opera perfererunt, Multas namq; turres excitarūt,
 multas stationes fossa & vallo munerunt, & tormen-
 ta in locis aptissimè disposuerunt. At aidius cum pri-
 mum bellū parari per exploratores intellexisset, Em-
 manuelem Regem per literas admonuit, nauemq; in
 insulam, quam appellant materiæ, continud misit, vt
 auxilium inde conquireret. In insulæ præfectus Simon
 Gondisfaluus Camara non aderat, in Lusitania nam-
 que apud Regem versabatur. Vxor illius cum esset a-
 nimo virili, & mentem viri (erat enim ille vir egregiè
 fortis & liberalitate singulari præditus) exploratam
 haberet incredibili celeritate, & maximis sumptib. au-
 xilia comparauit, quibus præfuit Emmanuel Noro-
 gna eiusdem Camaræ Germanus frater. Aaidius sta-
 tiones distribuit & singulas stationes viris nobilibus
 in rebus bellicis spectatis, cum certo numero militum
 tuendas assignauit, nullumq; officium vigilantissimi
 ducis in vrbs munitione prætemisit. Ipse sibi eam
 militum

Aaidij vi-
gilantia.

militum copiam, quam potuit, referuauit, vt cum ijs,
 locis omnib. præsertim quibus periculum grauius in-
 tendi videretur, occurreret. Vt autem melius hostium
 castra speculari posset, cum equitibus trecentis & se-
 ptuaginta, & peditibus centum, & tormentis aliquot
 carpentis impositis urbem egressus, in edito colle, in
 specula constitit, pugnaeque signum, si vellent hostes
 manum cōserere, eo in loco proposuit. Cum hostes se-
 cōtinuissent, copias in urbem feduxit. Vigesimo ter-
 tio die mensis eiusdem, hostes urbem oppugnare in-
 stituunt. Fuit autem ea oppugnatio vehemētissima.
 Erat enim maxima hostium multitudo. Viri nobiles
 & acerrimi duces non hortatores tantum adferāt, ve-
 rum & ipsi vnde maximum periculum imminēbat,
 eō se intrepidè conferēdo, vt reliquos exemplo suo in-
 tenderent, summo perē contendebant. Scalas ad moue-
 bant, testudines applicabant, vt illis testis, muros sub-
 ruerent, sagittarum atq; pilarum multitudine, vt no-
 stros obruerent, laborabant. At nostri sagittis & glan-
 dibus, & valis tormentario puluere refertis, ignitisq;
 telis in eos emissis non mediocrem eadem edide-
 runt. Quadringenti namque ex illis eo die interfecti
 sunt: Postridiè Aaidius octo tantum equitibus cir-
 cūseptus egressus est, vt aliquem ex improviso cape-
 ret, ex quo hostium consilia explorare posset. Quod
 tamen eō quod minimè lateret, exequi nequiuit. Ita-
 que duobus hostibus, qui in illum inciderant, interfe-
 ctis, in urbem reuersus est. At hostes cum animadu-
 terent, se non posse diu propter ingentem multitudi-
 nem, quæ non facillè sustentari atq; regi poterat, in ob-
 sidione perseverare, statuerunt totis viribus experiri,
 an vno impetu urbem expugnare liceret. Trigesimo
 igitur eiusdē mensis die tanta vi in urbem inuasērūt,
 tantaq; telorum multitudine & armorū contentione
 eam per omnes murorū partes aggressi sunt, vt multi
 stationes, in quib. dispositi fuerant, metu perturbati
 desererent. Aaidius tamen omnibus locis occurrens,
 vbi hostes actius præliabantur, eō se cōterebar, & alios
 quidem

Sasinij op-
pugnatio
vehemen-
tissima.

Altera Sasi-
nij oppu-
gnatio.

quidem è suis oratione confirmabat, alios laudibus accendebat, & subsidia identidem, vbi maximè nostros vrgeri conspexerat, ex ea, quam habebat, copia, submittebat, & manu etiam strenui militis interdum officio fungebatur. Cùm verò ea parte, quæ ad mare pertinebat, murum vehementius oppugnari cognouisset, ibi constitit, vt præsentia sua facilius impetus hostium repellere posset. Hostes absque vlllo metu scalis alia ex parte muros ascendere, alio verò in loco machinis subruere, omnia tentare atque periclitari, quo eodem die possent vrbe potiri, & nostros internecione delere. Tanta tamen vi fuere de omni conatu depulsi, vt oppugnatione desisterent, cùm quatuor horis sine vlla intermissione in ea perstitissent. Ea die supra 600. amisere. Reliqui formidine perterriti, obsidionem trepidè soluunt. Vltimo die mensis Decem. eiusdem Anni tanto tumultu castra hostium mota sunt, vt fuga potius, quàm profectio videretur. Ataidius cum equitibus quadringentis, & peditibus centum, vt postremum agmen carperet, acceleravit. Aliquot eorum occidit, & nonnullos captiuos abduxit, eos longius insequi noluit, ne tanta multitudine freti, in eum ab vrbe procul abductum incurrerent. Hac obsidione soluta, multi Mauri rursus ex vicinis populis Emmanuelis imperio sese subdiderunt. At Ataidius quamuis quietis esset impatiens, & aliquid semper animo moliretur, quo possent in hostes pestem atque perniciem comparare, tamdiu tamen expectavit, dum illa multitudo dimitteretur. Postquam verò copias illas dimissas accepit, statuit in aliquam hostium præfecturam ex improviso inuadere. Cùm autem Mauri cuiusdam indicio percepisset, in locis quatuor passuum millibus ab Almedina disiunctis (Almedina verò oppidum est Mauritaniæ munitissimum, quod Saffinio Septentrionem versus triginta duobus millibus passuum abest) esse quinque hostium præfecturas, in quas nihil tunc hostile suspicantes inuadere possent, secundo Ianuarij die, Anno M. D. XI. cum equitibus qua-

Obsidio soluta.

Almedina Mauritaniæ oppidum

Annus à Christo nato, 1511.

bus quadringentis & triginta, & centum peditibus minoribus tormentis armatis, nocte profectus in locum peruenit. Hostes verò non offendit. Exploratores autè misit, vt specularentur, quò abcessissent. Illi re diligenter explorata renunciant, eos inde passuum duobus millibus abesse. sedes enim frequenter mutant. Itaque Emmanuelem Norognam, quem diximus vrbi obsessæ opem loco fratris attulisse, præmisit cum centum & octoginta equitibus, qui illos prælio distineret. Andream verò Caldeiram, & Ioannem Freitam (hi enim peditibus præerant) illum subsequi iussit, vt subsidio, cùm opus esset, occurrerent. At Norogna cùm iuuenis, & supra modum cupiditate laudis incensus esset, subsidia expectare noluit, sed tantâ celeritatem suscepit, vt se ab illis magno interuallo distingeret. Id conspicatus Ataidius, Emmanuelem Ceruariam cum equitibus triginta subsidio misit, cui mandauit, vt Norognam retraheret. Metuebat enim ne se præcipitem in aliquod summum discrimen iijceret. At Ceruaria cùm ad Norognam accederet, eum iam cum hostibus commistum animaduertit. Itaque Ataidium per equitem admonuit, prælium esse iam summa vtriusque contentione susceptum. Hoc audito Ataidius cum equitibus quindecim, vt opem celeriter afferret, appropinquauit: Aluarum verò Ataidium reliquas copias instructas adducere iussit. Res interim erat in magnum discrimen adducta. Eques Lusitanorum transfusus interierat. Bernardus Emmanuel, vir fortissimus, Regis cubiculo præfectus, graui plaga contusus ex equo deciderat. Maurus, qui illum strauerat, brachio illius altum vulnus infixerat, & Bernardi hasta, quam ceperat Christianis, qui iacenti opem afferebant, maximo animo repugnabat, & facinora in armis edebat. Georgius Mendezius Ataidius Algarbiensis in Maurum incurrens, equi ipsius, quo vehebatur, impetu Maurum strauit: qui continuo cæsus fuit, & Bernardus Emmanuel,

Ataidij in Mauros excursio.

Norogna temeritas.

Lusitanorum discrimen.

auel, cuius sensus omnes plaga vehementer stupefecerat, è terra sublatus, & in equo impositus, & ad locum, vbi maiores copiae relictae fuerant perductus, qui tamen antequam plagam illam accepisset, magnam caedem fecerat. Erat enim mente parum sana, sed in armis acerrimus. Prælium verò quamuis non sapienter commissum fuisset, exitum satis felicem habuit. Hostes enim, antequam A taidius interueniret, fusi fugatique: multi occisi, & centum capti sunt, & præda non mediocris abacta. A taidius iam se cum Norogna coniunxerat, cum non ita procul hominum multitudinem conspicatus est. Id quod futurum erat suspicatus: omnes copias, iam enim aduenerant, diligenter instruxit. Hostes erant armis & animis ad confligendum paratissimi. Numerus fuit equitum quadringentorum, mille peditum. Hi in nostros tanto impetu inuecti sunt, vt parum abesset, quin aciem perturbaret. In equum A taidij tres hastæ magnis viribus emissæ protinus adhæserunt. Is vt alium equum assumeret, retro cessit. Iacula interim lapides, & sagittæ, & equitum concursatio strepitum horrendum edebant, & non pauci vulneribus concisi cadebant. A taidius in prælium reuersus, Ioannem Hominem, cuius semper virtus in prælijs eluxerat, & famulum quendam suum honesto loco natū, pedibus (illorum enim equi iam interfecti fuerant) acriter pugnantem animaduertit, quos ab hostibus circumfusos eripuit. Prælium extrahabatur, & victoria neutram in partem inclinabat. Tandem cum A taidius maximis vocibus suos adhortaretur, omnes sic pugnandi studio incensi sunt, vt hostes supra trecentos occiderent, & reliquos in effusam fugam compellerent: quos A taidius insequi noluit, veritus, nè rursus hostes copijs vndiq; vt gentis mos est, influentibus adiuti, in nostros insequendi studio dissipatos inuaderent. Itaq; cū præda reuertere statim maluit. Sed ciuitas procul aberat: & hostes rursus à timore reflecti, cum maioribus copijs in eum inuecti sunt. Norogga corum imperum agrè sustinebant, ita tamen, vt

oride

ordo minimè turbari, quamuis hostes acriter instaret, vlla ratione potuerit. A taidius cum aliter summum periculum vitari non posset, omnem prædam & impedimenta dimisit. Fuere in hac excursionem atque reuersione è nostris homines tredecim desiderati, equi decem & septem occisi. Alios triginta equos A taidius interficere iussit, propterea, quod nimio labore fatigati, ingredi minimè poterant, & noluit eos in hostium potestate relinquere, nè illis contra nostros vterentur. Eodem rursus Anno A taidius, cum exploratum habuisset, quinque & viginti hostium turmas inde triginta duobus passuum millibus distare, eos adoriri constituit. Cum verò multi partim Iudæi, partim Sarraceni in urbem cum mercibus & vario commatu forte conuenissent, portas occludere, & custodes apponi iussit, nè quisquam illius iniussu egredi posset, nè hostes de re, quam is moliebatur, admoneret. Eodem die, qui fuit vigesimus tertius mensis Octobris, primis tenebris quadringentos equites & quingentos pedites eduxit. Agmineque silenti cum dilucesceret, eò, quò intenderat, peruenit, & hostes imparatos adoratus continuo fudit: supra trecentos occidit, quingentos atque septem viuos cepit: præda pecorum, & armorum & camelorum tanta fuit, vt duo millia passuum occuparet. A taidius tamen cum via esset longa, & confragosa, & timeret, ne hostes vndique asciti, in eum tantis gregibus impeditum incurfarent, maximam prædæ partem omisit, ipse cum reliqua profectus est. Cum verò viam explorato faceret, certior factus est, A lmedina trecentos equites egressos esse, vt illum aggredierentur. Is greges & impedimenta in mediū agmen inferri iussit, & agmen postremum, in quo hostes erant impetū illaturi, firmavit. Cum hostes igitur in postremū agmen impetū ferociter intulissent, tanta vi repressi sunt, vt non auderent deinceps propius accedere. A taidius absq; vilo impedimento urbem cum præda, cum iam nox esset, ingressus est. Cū hac ratione Mauri finitimi grauiam damna frequenter accepissent,

Dd 3 statue.

Lusitanorum
victoria.

Aliud præ-
lium.

Lusitanorum
victoria.

Redintegratum
prælium.

Lusitanorum
clades.

Alia Arabum
dij in Mauri-
os excursio.

Lusitanorum
victoria.

Mauorum
in Lusitanos
irritum
impetum.

Maurorum cum Lusitanis pax. statuerunt pacem postulare, & imperium Emmanuelis accipere. Fuerunt autem multi pagani, & montani, multaq; præfecturæ, oppida etiam complura, & vicinitates, quæ sub Emmanuelis imperium atq; ditionem subiunctæ sunt, & omnibus tributum, quod quotannis penderent, imperatum. Erat autem maximus frumenti numerus, qui hoc tributo continebatur. Tantus autem metus erat hostibus iniectus, ut Marrochiesibus etiam solitudinem non mediocre afferret, vsq; adeo, ut multi illinc in longinquas terras discederent, ne singulis propè horis cladis repetinæ nuncio trepidarent. Soli qui foederati, & vestigalis Emmanuelis erant, securi vivebant, & fundis suis impunè fruebantur. In omnibus his rebus siue ad belli administrandi rationem, siue ad vestigalium amplificationem pertinentibus, insignis opera fuit Iehabêta fusi, cui rex Emmanuel, ut diximus, veniam impertuit, eumq; donis atq; muneribus affecit. Quid Lemio, dum hæc omnia gerebantur, acciderit, antequam in Indiam perueniret (nondum enim id commodè facere licuit) consentaneū est oratione perstringere. Is è Gardafumensi promontorio profectus, Armuzium petiuit: ad Regemq; misit, qui diceret, se eò Regis Emmanuelis iussu peruenisse, ut ei rebus omnibus, siue quæ ad insulæ propugnacionem, siue quæ ad Regis ipsius dignitatem pertinerent, operam nauaret. Orabat deinde, ut omnes offensas, quas ab Albuquerqueo acceperat, obliuione contereret, & à Lusitanis deinceps omnia amicitia singularis officia expectaret. Quòd autem ad insulæ defensionem attinebat, se non ignorare, Regem multos Principes inuidia furentes circumstare, contra quos confidebat non inutilia vnquam fore Lusitanorum præsidia. Quibus tamen, ut sine periculo in insula considerare, et facilius urbem tueri liceret, opus esse loco munito, qui maius & utilius ipsi Regi, quàm Lusitanis præsidium afferre posset. Petebat igitur, ut fieret sibi potestas arcis illius perficiendæ, quam Albuquerqueus inchoarat. Co-

*RES INDI
CÆ.
De Lemij
rebus ge-
stis.*

*Lemij ad
Armuzien
sem regem
Legatio.*

icatarus respondet, omnia se, quæ cum Albuquerqueo pacti fuerant, libentissimè facturos: quod verò ad arcem attineret, nullo modo passuros esse, ad perfectionem adduci. Quindecim millia numerum aureorum, ut fuerant cum Albuquerqueo depacti, soluunt: Lemium liberaliter inuitant, & Lusitanos omnes comiter accipiunt. Lemius quia vires non habebat, quibus bellum inferret, pacis simulatione contentus, post duos menses (citius enim per anni tempus minimè licuerat) inde discessit, & Mascatè petijt, & inde, ut superius dictum est, Vascum Sylueiram in Indiam misit, qui in classis supplementum naues aliquot ab Almeida flagitârat. Zacotorâ deinde profectus est, vbi in morbum incidit, cuius depellèdi gratia (erat enim cælum regionis illius infalubre, & palustres humores infesti) in Melinden nauigauit. Albuquerqueus, iam enim imperium gerebat, per Antonium Nogueiram Alfonso Norogna arcessiuit, & Lemio per literas significauit, se propter incommodum Calecutij acceptum (timebat enim, ne multi sublati animis contra Lusitanum nomen res nouas molirentur) classem minueri non posse. Cùm primùm ipse motus comprimeret, tunc per se auxilium allaturum. Cogitabat enim in Arabicum sinum proficisci, ut cū Sultani classe, quæ rumor breui venturam nunciabat, dimicaret. Rumor tamen inanis extitit. Sed Lemius nondum Melinde redierat. Franciscus Pereira Berredus, & Alfonso Norogna in Nogueiræ nauē ingressi, cum illo mare interim peragrabant, ut prædæ agerent. Vnam verò nauem maximam Cambaiensem opib. maximis refertam cepere. His opib. elati, diutius expectare noluerunt, sed in Indiam transmissere. Præteruesti autè Baticalam, sæua tempesta te iactati sunt, & Cambaiensis nauis cū magistri Saraceni ductu Dabulem peteret, vadis allisa, atque perfracta fuit, & Lusitani capti sunt, & in Zabaimi potestatem peruenere. Eadem tempestate cū Nogueira Cambaiæ quendam portum ciuitatis, quam Damam appellant, subire con-

*Armuzini
Regis re-
sponsum.*

*Albuquerque
cij ad Lemium literæ.*

*Lusitanorum
aliquot ad
ueria fortuna.*

*Dama op-
pidum.*

tenderet, nauis illius fracta fuit, & Alfonso Norogna
 vt dictum est, eò quod se in mare, vt in litt^{re} enataret,
 preproperè cum nonnullis dimiserat, fluctib. haustus
 est, & omnes qui illum secuti sunt, eundè casum sub-
 iere. Reliqui omnes capti, ad Cambai^{es}; Regem per-
 ducti sunt, de quibus iam antea diximus, Franciscus
 Pantoia quem similiter Albuquerqueius Zacotora mi-
 serat, cum Indicum pelagus traiecisset, nauem ingen-
 tem, Meri nomine, cui præerat vir Cambaiæ regi Ian-
 guine coniunctus, quæ eadem tempestate conuulsa,
 iactū fecerat, intercepti, Zacotoramq; pduxit. Ibi O-
 doardū Lemium iam Melinde reuersum offendit. Ar-
 ci tunc Lemius Perriū Corream præfecerat. Præfectus
 enim morbo sublatu fuerat. Nauem verò, quam Pan-
 toia in cursu ceperat, frustrà repugnante Pantoia,
 Lemius ad ius suum pertinere disputauit, eò quod
 in regionib. sibi ad gerendum bellum assignatis cap-
 ta fuisset. Itaq; nauem & omnia, quæ in ea reperit, in
 suam potestatem redegit. indè profectus in Indiam,
 ab Albuquerqueio magnis honorib. acceptus fuit, mul-
 taq; illius gratia Albuquerqueius effecit, quib. quemuis
 facillimè ad studium alexisset, illū tamen nullo mo-
 do potuit ad rationes suas adiungere. Cum verò de
 consilio, quò statuebat Goam aggredi, cum illo disse-
 ruisset, Lemius operam suam pollicitus fuerat,
 At tamen multum de illius dignitate clam detraxe-
 rat, & laudib. illius passim obrectauerat, Goamq; ca-
 pi non posse, & si caperetur, nullam vtilitatem rebus
 Lusitanis allaturam esse disputauerat. Multi sermō-
 nib. illis libenter aures præbuerant, & sermones sere-
 bantur, quib. offensiones grauissimæ, & dissensiones
 turbulentissimæ concitari facillimè potuissent, ni Al-
 buquercio partim dissimulādo, partim lenitate & co-
 mitate, hominis vel ambitiosi, vel infidi insaniā mi-
 tigādo, malo nascēti restitisset. Sed non tantū profece-
 rat, vt Lemius fidē illi præstare, quā dederat, vlla con-
 ditione vellēt. Nec enim illi quidquam opis ad Goæ
 expugnationem conferre voluerat. Sed casus quidam
 interuenit,

*Cambaien-
 sis nauis
 à Pantois
 capta.*

*Lemij cum
 Albuquerqueio simul-
 tas.*

interuenit, quo materia omnis discordiarum ampu-
 tata fuit. Naues enim è Lusitania post expugnatam
 Goam cum literis Regis Emmanuelis appullæ sunt,
 quibus literis Emma uel Lemio præcipiebat, vt Al-
 buquercio classem traderet, & ipse in Lusitaniam re-
 perteretur. De captiuis interim Albuquerqueius agere
 cepit. In nauis, quam Pantoia ceperat, eiusdem nauis
 Dominus, nomine Aleacamus, vt diximus, Regi Cam-
 baiæ sanguine propinquus, captus extiterat. Huius
 Principis permutatione confidebat Albuquerqueius fa-
 cillimum negotium fore. Re igitur cum Aleacamo cō-
 municata, mercatorem in Cambaiam misit, qui cum
 Rege de redimendis captiuis, hominis propinqui per-
 mutatione, qui maximum apud illum locum obtine-
 bat, ageret, negotium expeditum fuit. Itaq; Iacobum
 Corream, & Franciscum Pereiram Rex missos statim
 fecit, ea conditione, vt si res minimè conueniret, rur-
 sus ad se redirent: ad quid sine fraude vlla gerendum,
 illi sese iureiurando constinxerant. Ex his intellexit
 Albuquerqueius, quo casu Norogna sororis suæ filius
 interierat. Lemius in Lusitaniam reuersus est. Albu-
 quercius post illius profectiōem graui cura liberatus
 est (nec enim Lemius contineri poterat, quin illi qui-
 buscunq; rebus posset officeret) animo magis vacuo
 Reip. conferuandæ, & munerib. assignandis incubuit.
 Mulieres indigenas, vt cum Lusitanis matrimonio
 iungeret, enixè operam dedit. Milites filios, eorum vxo-
 res nurus appellabat: eas domum deducebat, & viros
 muneribus alliciebat, ita, vt multo plura, quàm in il-
 lis ciuitatis noue (sic enim appellare licebat cam, in
 qua noui mores & instituta serebantur) initijs expe-
 ctari poterant, matrimonia celebrarentur. Neq; seg-
 nius reliqua omnia, quæ ad vrbs munitiones, & ciui-
 tatis ordinem & defensionem necessaria videbantur,
 excogitabat. Frequentes autem ad eum multorum re-
 gum legati veniebant, Alij tributa imperata defere-
 bant, alij vt pacem peterent, & amicitiam firmarent,
 veniebant: omnes operam suam in rebus omnib. quæ

*Captiuorū
 aliquot per-
 mutatio.*

*Lusitanorū
 cū Indis tra-
 ctatio.*

*Frequentes
 ad Albu-
 querciu Lem-
 gationes.*

ad Regis Emmanuelis amplitudinem pertinerent, pollicebantur. Eos non statim dimittebat. Volebat enim vt oculis vrbis munitionem, & classis, quam tunc ornabat, apparatus aspicerent, & totius operis, in quod mentem intendebat, magnificentiam sensibus vsurparent: vt earum rerum admiratione defixi, constantius in fide permanerent. Illi ad eum venerabundi accedebant, & alij hominis grauitatem admirabantur, alij suauitatem & comitatem laudibus efferebāt. Goæ celebritas & frequentia cum Regis maximi curia conferri merito poterat. Hæc omnia quamuis in natura Albuquerquei inessent, is tamen de industria omnia signis illustriora faciebat, vt maiorem sui admirationem incuteret, & ea grauitatis specie multo facilius homines in officio contineret. Hoc præterea assequebatur cum tam citò legatos non dimitteret, vt maioribus interim copijs infulam muniret, & virtutis documenta coram omnibus, qui eò conuenerant, statueret. Zabaimus enim Idalcamus infulæ repetendæ studium non intermittebat. Illius autem Dux Melichius Agriaius in eam magnis copijs stipatus inuasit: qui tamen eo tempore fuit à nostris cum strage & ignominia repulsus. Misit Albuquerquei inde Iacobum Fernandum Begiensem cum tribus nauibus in Zacatoram, vt arcem eam, quam prorsus rebus Lusitanis inutilē, & maximis periculis expositam iudicabat, euerteret, & Lusitanos, qui eam tuebantur, in nauibus acciperet. Interim Iacobus Mendazius Vasconcelius ad illum adiit. Merita in eum sua cōmemorauit, atq; petijt, vt classē, qua erat Malacā (quod sibi munus fuerat iniunctū) petiturus, instrui iuberet. Albuquerquei multis verbis eum ab instituto deducere conatus est. Sibi communi Ducum omnium consilio decretū fuisse, minimè conuenire, vt virum tanta virtute præditum, in pestem sine vllō fructu ruere permitteret. Opus esse difficillimum, quod non nisi classē maxima confici posset. Periculosū esse eodē tempore duas re difficillimas suscipere. Sibi iter instare, quo erat in Sul-

Zacatorensis arx ab Albuquerquei iussu eueriti.

Vasconcelij cū Albuquerquei de Malacensi professione contentio.

tani classē inuasurus. Fieri non posse, vt simul classis, qua Malaca poenas sceleris conflati lueret, instrueretur. Illum deinde multis verbis orare institit, vt secū vt in Goa fecerat, nauigare vellet, vt illius virtute facilius hostes opprimeret. Eo bello profligato, se daturū operam, vt is in Lusitaniam multis ornamentis, vt parerat, affectus rediret. Hoc responso Vasconcelius grauius offensus, sibi data esse verba conquestus est. Et quando tam malè meritis suis esset gratia relata, se Malacam omnino omnibus inuitis petiturum. Ideo namq; in Indiam se venisse dicebat, non vt Ducibus Lusitanis obtemperaret, sed vt Regis inuictissimi mā data conficeret. Albuquerquei cum illum in ea nauigandi sententia nimis obstinatum animaduerneret, illi & Ducibus, qui comites illius erant, exilij: magistris atq; nautis, extremi supplicij poenam proposuit, si eò portu inuisu ipsius soluerent. Nihilominus ille cum reliquis Ducibus vna nocte anchoris solutis eò portu discessit. Albuquerquei Duces alios cōfestim misit, qui triremibus & scaphis instructis illum consequerentur, atq; reuocarent: si id facere recusaret, naues illius in alto mergere iussit. Ii iussa fecerunt. Et cū Vasco celius parere noluisset, tormentis nauem, qua veheretur, acerrimè verberare instituunt, antenamque maximam deiciunt, & duos nautas interimunt, & illi exitium minitantur, nisi statim in portum vnde soluerat, rediret. Redijt tandem, & in custodiam traditus est: lataq; sententia fuit, vt is vincētus in Lusitaniam duceretur, & quidam ex nauarchis, Hieronymus Cernichius nominabatur, quia suafor & impulsor audacijs fuerat, & acrius, quā reliqui omnes, Albuquerquei imperio restiterat, securi feriretur: & magistri, qui imperium audacius contēperāt, suspenderentur. Duo ex magistris continuo ad suspēdiū adacti sunt. Reliqui ducebantur. Sed cū legatus regis Narsingē, & legatus etiam Regis Cambaia, nobilitatis Lusitanæ precibus adducti, ad Albuquerquei adijissent, & illum suppliciter orarent, vt erratis hominum illorum veniam

Vasconcelius ab Albuquerquei de fici

Vasconcelij cū Albuquerquei de Malacensi professione contentio.

niam præberet, is omnibus, qui nondum morte affecti fuerant, ignouit, eosq; exilio multauit: nauarchos nauium præfectura priuauit, & exilij gratia in Lusitaniam deduci iussit. Sic autem imperium seuerè sanxit & humanitatis etiam partes in iudicio suscepit, & legatos Regum maximorum non mediocri beneficio, ut præ se terebant, obstrinxit. Rebus ita constitutis, & vrbe valido præsidio munita, Goa cum classe viginti trium nauium profectus est. Cùm verò occasum verus, vt Arabiam peteret, cursum institueret, tempestatis aduersæ restatu Goæ rursus portum subiit. Ibi cùm idem ventus nihil remitteret, & nauigandi tempus elaberetur, consilio cum Ducibus habito, statuit Malacam (ad eam namque petendam ventus valdè secundus erat) nauigare. Itaq; Cochimum versus cursum direxit. Ibi Petrum Fonseca Castrensem, & Menendū Alonsum, & Simonem Vetulum, & Antonium Salam, cum certo nauium numero reliquit: quibus omnibus Emmanuel Lacerdam præfecit, & illis imperauit, vt cùm primùm ver appeteret, quod initio Augusti mensis aduentat, oram Calecutiensem peragrarent, & bellum Calecutiensibus, illorumq; socijs inferrent, & in Goam excurrerent, ne quisquam, dum is abesset, insulæ perniciem moliri conaretur. Rerum autem maritimarum præfecturam Odoardo Melio Serpensi commisit. Inde cum decem & nouem nauibus & octingentis viris Lusitanis, & sexcentis Indis vela dedit. Nauem vnā Cambaiensem in eo cursu, antequam Cori promontorium superaret, excepit. Ibi cùm classis maximis fluctibus agigaretur, vnā triremem amisit: homines tamen, qui ea vehebantur, conferuati sunt. Alias deinde tres naues mercibus valdè preciosis onustas, quæ Malacam similiter petebant, expugnauit. In Zamatram deinde insulam delatus, naues in Pedirensi portu constituit. Rex illi continuò nauem & Lusitanos dono misit. Ijerant ex illis, qui Malacæ relictæ à Siqueira fuerant, & inde fugientes sese in Pedirensis Regis fidem contulerant. Vnus ex illis, cui nomen

*Albuquerque
cij expeditio
Malacæ
lis.*

3. naues Malacenses captæ.

men Ioannes Viegas erat, Albuquerque narrauit, post Siqueiræ à Malacensi portu digressum, Bendaram Regem in sedibus comparuisse, & ob eam rem capitale supplicium pertulisse. Exposuit deinde, quomodo Nahodabeguea, qui Princeps erat illorum, qui simulachrorum superstitione conficta, à Mahumetis sacris nefarijs abhorrent, ciues ad Lusitanorum perniciem sollicitat: qui tamen cum Bendara sceleris societatem conerant, & huius maleficij conscientia oppressus, ausu gerat, & in Pacemensi regno, quod eiusdè insulæ pars est, tandem constitit. Albuquerque pace cum Rege Pedirensi sanctiore fœdere confirmata, Pacemense regnum petijt. Ibi colloquio cum Rege habito, ab eò, vt sibi Nahodabegueam traderet, enixè contendit. Is cùm fidem daret, se illum traditurum, non modo id non potestit, verum Nahodabegueam, vt subterfugeret, admonuit. Inde fœdere similiter percusso Albuquerqueius mouit, & nauem post dies aliquot maximam concipitatus, in eam inuectus est. Qui erant in nauis, nostris acri animo resisterunt. Ex illis tamen quadraginta ceciderunt. Cùm verò nostri nauem scandere properarent, flamma subito vectorum opera suscitata, nostros vehementer exterruit, & à nauis longè discedere compulsi sunt. Et, vt postea compertum fuit, flamma illa artificio quodam facta, non exurit, & facillè quoties eis, qui eam excitauerunt, libet, extinguitur. Inde cum classis in anchoris cõsisteret, nostri aliam nauem conspexerunt, quæ velis & remis, & aliæ multæ generis eiusdè, impelli solebant. Albuquerqueius misit continuò duos duces, vt scaphis inuecti, eam ad illum traherent. Nauis metu perterriti sese in mare præcipientes eiecerunt. Nahodabeguea ea nauis vehebatur, & Malacam petebat, vt Regi Lusitanæ classis aduentum nunciaret, vt ea sedulitate Regem ad veniam tribuendam inflecteret. Nahodabeguea cùm nullam vitandæ cladis meritè rationem inueniret, maluit cum famulis suis viri fortis officio functus occumbere, quàm supplicio suo nostrorum oculos satiare. Itaq; tanta vi repugnauit, vt nemo fuerit.

*Bendara
maiestatis
damnatus.*

*Pacemense
regnum.*

*Nauis
fallit & in
noxijs ignis
beneficio
seruata.*

*De alia nauis
captæ &
Nahodabeguea
cade. nullo
misit sanguine*

*Mira sisten-
di sangui-
nis in lapi-
de vi.*

*Zeinali Pa-
cemenfis re-
gū ad Al-
buquercū
legatio.*

fuerit è nostris, qui non ex eo certamine vulneratus abiret. Hostes omnes cæsi sunt. Nahodabeguea multis vulneribus concisus ita cecidit, vt nullum sanguinem è vulneribus emitteret. Cùm tamen nostri illum nudassent, & armillam ex auro factam, in quam erat lapis quidam inclusus, detraxissent, magna repente vis sanguinis ex illius vulneribus emanauit. Lapis ex bestijs quibusdam eruitur, quas Siamenses Cabritias appellant, qui mirificam ad sanguinem sistendum vim continere dicitur. Nostri progeffi vterius, duas alias naues ceperunt, quarum vna Malacæ soluerat. Qui a uehebantur, Rodericum Araugium, & reliquos Lusitanos, qui Malacæ relictī fuerant, incolumes esse nunciarunt. Tertius dies erat ab eo, quo nauis se primum armis, deinde flammis tutata fuerat, cùm eadem nauis se in nostrorum conspectum dedit. Ex ea homines duo in paronem desiliunt, & restā ad nauem prætoris deferuntur. Ibi cùm accepta fide nauem ingressi fuissent, Albuquerqueius eiusmodi verbis alloquuntur. Si verum fama prædicat, Imperator, adduci non possumus, vt arbitremur, te, si sciuissemus quam rem geramus, nauem nostram fuisse armis aggressurum. Nec enim piratæ sumus, vt sceleris conflati poenas luere debeamus: neque mercatores, vt diuitiarum magnitudine cupiditatem eorum, qui pecunias expetunt, acriter iritemus. Merces nostræ sunt, ea quæ nostræ nobilitati conueniunt, arma nempe, & virtus, atq; fides. Tuum verò munus est, scelera supplicio persequi, virtuti autem fauere. Nam & te Regis clarissimi & inuisissimi Ducem esse nouimus, & virtutis egregiæ significatio. nem quam plurimis in locis dedisse, compertum habemus. Hac igitur tui nominis fama prouocati, ad te fidenter accedimus, & suppliciter postulamus, vt homini per summum hominis malefici & iniusti scelus bonis omnibus euerso misericordiam tribuas. Sultanus Zeinalus Pacemense regnum legitimo imperio continebat. Tyranni verò fraude regno pulsus est. Nos verò milites illius sumus, fidem & officium sequimur,

& pro

& pro illius dignitate mori, si opus ita fuerit, minimè recusamus. Nunc verò Iauam cum illo petebamus, vt auxilium ab incolis insulæ peteremus. Verùm cum is classē istam videret, non aliam nobis operam quærendam existimauit. Si enim Regis nomen alias nationes mouere potest, multo magis te ad misericordiam, qui tanta fide pro Regis tui nomine nullum vitæ periculum recusas, inflectet. Te igitur Rex noster orat, vt hanc causam dignam tua fide, & tua virtute suscipias, & illum calamitate indignissima vexatum in regnum restituas. Quod si feceris, res à te gestas clarius illustrabis, hominemq; gratum & memorem beneficio tibi in perpetuum deuincies. Hac legatione Albuquerqueius valdè lætatus est, Regemq; primum per Fernandum Petreium Andradium, deinde per se, eò quòd acceperat illum in uale tudine laborare, saluauit. Pax inter illos facta, foedusq; percussum fuit, ea conditione, vt si Albuquerqueius illum in regnum reduceret, is stipendiarius Regis Emmanuelis esset, & singulis annis certum auri pondò pro regni facultate tributum nomine pensitaret. Hac re ex animi sententia gesta, Malacam secum Zainalum perduxit. Kalendis Iulij, anno, M. D. xj. ad insulam paruam, quæ Malacæ ictu tormenti distat, classē applicuit. Erant in eo loco naues quam plurimæ in anchoris constitutæ, quæ vt se inde proriperent, metu perterritæ festinabant. Albuquerqueius cùm publice testari fecisset, se non bellum nisi eis, qui hostilia molirentur, afferre, omnibus metum absterxit. Quinque Sinarum nauarchi, qui ibi consistebant, illum adierunt, & significarunt, Regem Malacæ cùm eum ad futurum literis & rumore multorum multis antè diebus cognouisset, se se ad bellum summo studio comparasse. Deinde si bellum fieret, operam suam polliciti sunt. Se namque & Regis perfidi sceleribus offendi, & Lusitanæ probitatis studio cõcitari. Deinde suorum merita Siquiram retulerunt, vt magis fidem facerent, sibi simi liter nihil antiquius officio futurum. Eos Albuquerqueius

*Albuquerqueius
cũ Pace
menſi Regis
fuit.*

*Albuquerqueius
in Mala
cense regnũ
aduertit.*

*5. Sinarum
cũ Albu-
querqueio col-
loquium.*

Malacensis *regis ad Albuquercium fraudulenta legatio.*
 cius in cœnam inuitauit. Quod conuiuium fuit à Si-
 nis Gallico & Germano more, maioribus poculis, & hi-
 laritate summa celebratum. Postridie Rex misit, qui
 Albuquercium nomine illius honorifice salutaret, &
 susceptum contra Lusitanos scelus in Bendarâ transfere-
 ret, quem dicebat ob eâ causam fuisse capitali sup-
 plio damnatum. Se verò nihil malle quàm pacem,
 eamq; libentissimè conditionibus equis accepturum.
 Albuquercius respondit, se minimè à pacis conditio-
 nibus abhorere. Sed vt intelligeret, Regè pacem velle
 & scelus contra Lusitanos nefariè conflatum detesta-
 tum fuisse, esse in primis necessarium vt Lusitanos li-
 beros ad se venire permitteret, & bona quæ direpta
 fuerant, restitueret. Ad hæc rex Lusitanos varijs in lo-
 cis dispersos esse dixit, & aliquot ex illis in Mahumietis
 nomen iurasse, quos per religionem Christianis tradi
 minimè liceret. Quod autem ad bona attineret, ea nō
 illius sponte direpta fuisse: & præterea maximam il-
 lorum partem in Lusitanis alendis fuisse consumptâ.
 Hæc & alia eiusmodi vltro citroq; per nuncios agebân-
 tur, ex quibus intelligi poterat, Regè velle Albuquer-
 cium ludificari, vt incautum & spe compositionis ere-
 ctum opprimeret. Hæc mente cernebat Albuquercius
 & ex literis etiam Araugij, & ex mercatorum quorun-
 dam sermonibus accepit, expectari ab illo classem ma-
 ximam quæ facilius nostros ancipiti prælio & à portu
 & ex alto distentos obrueret. In vrbe Rex ad nouè tor-
 mentorum millia partim ærea partim ferrea in muni-
 tionib. habebat. Et tã militū numero, quã omnib. bel-
 licis instrumentis erat ad bellandum paratissimus. Vt
 tutius tamen rem gereret, classem illam expectare sta-
 tuebat. Albuquercius verò vt apud omnes nationes,
 quæ illi negotiabantur, testatum relinqueret, se inui-
 tum ad bellum hominis iniustissimi fraudibus impel-
 li, rē de die in diem differerebat. Sultanus Zainalus hoc
 metu fieri ab illo ratus, graui diffidentia laborare cepit,
 & ad regem nocte transfugit. Albuquercius sequē-
 ti die in domos, quæ in æstuarijs erant, & in ædificiis
 subus

Malacensis
exercitus
et instru-
menta bel-
lica.

Belli Mala-
ensis initium

suburbana, & in tres naues Cambaienses, viris impi-
 gris ad eam rem gerendam missis, ignem conijci præ-
 cepit. Id non absq; magno certamine fieri potuit. In-
 cendium tamen hostibus frustra repugnantib. excita-
 tum, urbem terrore compleuit. Rex ea re cōturbatus,
 Araugium cū Lusitanis reliquis statim ad Albuquer-
 cium misit, seq; nihil malle, quàm pacem asseruit, il-
 lumq; orauit, vt incendium restingui permitteret. Al-
 buquercius facile precibus assensus est. Cambaienses
 tamen naues exuri iussit. Araugius illum admonuit,
 Regem fraudes & insidias machinari: nullam apud
 eum fœderis religionem sanctam fore: opes illius ma-
 lis artibus & sceleribus infinitis amplificari. Et tunc
 ed, quod classem expectaret, quam cum ea, quam in
 portu iam habebat, coniungeret dilationibus nostros
 eludere constituisse. Rex naues multas mercatorum
 impediærat, quo minus è portu solueret, vt illis in bel-
 lum, si opus esset, vteretur. Albuquercius Sinarū na-
 ues expeditas illis tradidit, eos tamen rogauit, nè prius
 abscederent, quàm prælium spectarent. Ad Regem de-
 inde misit qui diceret, si pacem fieri vellet, vt locum
 sibi in vrbe commodū assignaret, in quo arcem posset
 extruere, nè rursus Lusitanis perditorum hominum
 scelere periculum intenderetur. Rex verò respondit,
 loci designationem Albuquercio se liberam permis-
 surum. Sed cū nihil expediret, & fraudes, quas simu-
 latione contexerat, occultari diu minimè possent, Al-
 buquercius rem vltèrius differre noluit. Itaque vt ex-
 ploraret, quo loco commodius urbem oppugnaret, &
 quibus copijs Rex eam tueretur, & oriæ quo impe-
 tum reprimere niteretur, manè urbē se inuadere velle
 simulauit. Hac re tentata cognouit Albuquercius, vr-
 bis firmamentum in ponte, & in templo quodam, nō
 præcul à ponte sito, consistere. Itaque ea parte urbem
 oppugnare statuit. Insequenti igitur die tireme &
 humilioribus nauibus in urbem inuehitur. Hostes
 vt nostros aditu prohiberent, vndique prouolant. Ma-
 ioribus & minoribus tormentis acre nimis certamen
 instituit.

Malacensis
Regis reb-
na.

Albuquer-
cij ad Ma-
lacensem
nuncios.

Malace vs-
us oppu-
gnatio.

instituitur. Nostri tamen per medias flammās atque tela litus occupant. Albuquerqueius ibi duas acies instruxit. Vnam Fernando Petreio Andrado, & Ioanni Limico, & alijs quibusdam ducibus attribuit, quae eam pontis partem, quae erat cum templo coniuncta, armis aggredierentur: alteram sibi reseruauit, quae in frequentiorem urbis partem, ad quam pons etiam ex aduerso pertinebat, inuaderet. Vtrobique erant stationes munitissimae, & praesidia cum tormentis collocata, quibus pilarum multitudo, grandinis instar emissa, nostris terrorem ingentem praebuisset, nisi cōtēnendi periculi consuetudo, & laudis immensa cupiditas cum rei benē gerendae fiducia, & quod caput est, numen Christi propitium ab eorum animis metum omnino depulisset. Itaque intrepidē in stationes inuadunt, hostes summa contentione resistūt: vtrinque praesidium animo magno sustinetur. Hostes tandem pelluntur. Ea parte, qua Albuquerqueius cum copijs suis irruerat, hostes prius stationes deserunt, eosque Albuquerqueius cedentes insequitur. Qui primus in stationem ascendit, fuit Simon Andradius. Alteram verō stationem Ioannes Limicus primum subijt: hostes verō similiter ea parte pulsi sunt, & nostri illos acriter urgebant, donec ad agmen regium peruentum est: vbi hostes Regis praesentia confirmati consistere. Rex castello, quod elephāntus ingens tergo sustinebat, cum aliorum eius domesticis vehabatur. Hunc alij elephānti similiter instrati & armati sequebantur. Tela ē castellis frequentia decidebant. Elephānti enses dentibus alligatos gestabant: tantaque ferocia in nostros irruerant, vt antesignani pellerentur. Fernandus tamen Gomecius Lemius, & Vascus Fernandus Contignus minimē ea re perturbati, resistunt. Cū vterque eorum in opposita viae latera, qua elephāntus gradum violenter inferebat, concessisset, aditum ei liberum reliquerunt. Vtrinque deinde latera illius hastis perforant. Belua quauis in principio certaminis sit immanis & efferata, est tamen doloris impatiens, & facile in

cilē in suos quouis vulnere sauciata conuertitur. Itaque cū elephāntus transfixus vtroque latere fuisset, rectorem, qui illi insidebat, proboscide deturbatum proculcat. Exanimari deinde (sanguis enim illi vtrinque profluebat) mirificē cepit. Rex eo metu confestim desiluit. Elephāntus in suos conuersus, reliquorum elephāntorum aciem perturbauit. Omnes exterriti in fugam versi sunt, neque rursus ullis rectorum monitis aut minis in praesidium compelli potuerunt. Eo metu depulso, Lusitani multo acius institerunt. Hostes cū pro laribus & focis in Regis sui conspectu dimicarent, sortunarumque omnium discrimen adirent, in ferrum incredibili pertinacia ruebant. Rex cū in manu non mediocriter vulnere accepisset, e pugna dolore victus excessit, vt in aedibus suis curaretur. Id cū illius milites animaduertissent, se in collem, in quo aedes regiae sitae erant, paulatim subduerunt. Ibi verō conferti nostrorum imperum sustinebant. Alia verō parte res erat in magnum discrimen inducta. Albuquerqueius enim erat hostium multitudinem circumuentus. Ioannes Limicus praesidio, quod satis esse videbatur in potestate relicto, vt illi oppem afferret, accelerauit: tantoque impetu in hostes inuasit, vt multi se in fluuium demitterent. Nautae, qui erant in lebis, eos ad satietatem sine ullo impedimento caedebant. Albuquerqueius aduentu Limici ingenti periculo liberatus, suos ad pugnam de integro capeffendam cohortatus est, & tubarum etiam concentu, vt maiorem animus a lacrima adderet, omnes excitauit, & in hostium aciem, quae viam latam infederat, imperurum dedit. Hostes quauis principio acriter obstiterant, tandem fusi fugatique sunt. Itaque pontis parte praesidium non data, Albuquerqueius continuo stationem in eodem loco vallo, & fossa, & aggere munivit, tormentaque disposuit: munitionisque illius custodia Nonio Vascio Albicastrēsi, & Georgio Leoni commisit. Idem in alia pontis parte, quae ad templum & regiam pertinebat, facere conatus est. Sed tanta vi fuit opus ab hostibus impeditum, vt perfici nullo modo posset. Pugna à prima luce ad

Elephantum fugam

Rex vulneratur.

Albuquerqueij periculum Limici sub sidio depulsum.

Redintegratum à Lusitanis praesidium.

*Pars vrbis
Malacensis
incensa.*

ce ad meridiem perducta fuit. Albuquerqueius tamen
ne præsidia, quæ in statione disposuerat, ali quod gra-
uius incommodum ex ædibus vicinis acciperent, eas
omnes munitiones ex vtraq; parte incendere confe-
stim iussit. Incendium in templum vsq; & in ædes re-
gias penetrauit, bonamq; illarum partem exussit. Sol
in occasum præcipitabat, & nostri erant ardentissimo
sole, & maxima lassitudine ex nimio labore confecti.
Albuquerqueius igitur copias in classem ea mente red-
xit, vt cum primū posset, in vrbem plurib; copijs stipa-
tus ingrederetur. Hostium numerus, qui in eo prælio
cecorum
numerus.
cecidit, iniri minimè potuit. Constat tamen, ma-
gnam cæcorum multitudinem fuisse. E nostris trede-
cim cecidere, septuaginta grauius vulnerati fuere:
quinquaginta tormenta capta sunt, & ædes non pau-
cæ direptæ. Multi ea nocte mercatores ex vrbe profu-
gerunt, & Regulus quidam, qui illis dieb; Regis Mala-
cæ filiam duxerat, neq; nouæ nuptæ blanditijs conti-
neri potuit, quin se in fugam daret. Eo tempore Vte-
timutaria Iaocensis mercator, qui sedem & domici-
lium in ea ciuitate multis annis habuerat, erat opib;
& existimatione externorū omnium facilè princeps.
Is cum illius diei certamen cerneret, ea nocte ad Al-
buquerqueium cum muneribus adiit, & supplices etiam
preces adhibuit, fidemque dedit, se fore semper Regis
Emmanuelis ducibus addictum, & iussis illorum om-
nib; obsequentem. Is fuit in fidem & amicitiam li-
bentissimè receptus. Sinarū verò nauarchi similiter
ad Albuquerqueiū de victoria gratulatum venere, seq;
si per illum liceret, statim velle proficisci dixerunt. Is
eos comœatu iuuit, & munerib; affectos dimisit, v-
numq; Lusitanum ex illis, qui cum Araugio Malacæ
capti fuerant, qui linguam Malacensem probè noue-
rat, illis tradidit, quem erant in Siamensi regno, cum
oram illam legerent, relicturn. Per hunc enim regem
Siamensem salutare, & propensam in illum voluntatem
multis verbis ostendere commodum arbitratus
est, vt illum, cuius imperium erat amplissimum, ad

*Albuquer-
cij ad Sia-
mensem re-
gem lega-
tio.*

Emmanue-

Emmanuelis studium alliceret. Lusitanus quæcum-
sinis misit, Odoardus Fernandus appellabatur. Is en-
sem cum capulo & manubrio ex auro pulcherrimè fa-
cto, & emblematis elegantissimè distincto, ad Regem
cum baltheo operis eiusdem, Albuquerqueij nomine de-
ferebat. Nostri eam noctem in curandis corporib; &
rebus ad prælium, quod instabat, præparadis consum-
pserunt. At Rex alias stationes in locis magis in inti-
mam vrbem reductis, quibus nostri ex eo loco, quem
occuparant, impetum illaturi videbantur, multo di-
ligentius muniuit, in illoq; multò plura tormèta dif-
posuit. In eaque parte, in quam Lusitanos inuafuros
custimauit, clauos acutissimos è chalybe veneno-
mortifero tinctos sub terram abdidit, vt nostri cum
vestigium imprimerent, vulnerati conciderent, & cū
dolore summo spiritum ederent. Ea nanq; est veneni
illius natura, vt cum primū sanguinem attingit, in
viscera repètè vim suam mortiferam diffundat. Hæc
omnia Albuquerqueius in iudicio Ninachetuenfis, qui in
Lusitanos erat voluntate propensus, intelligebat.

*Hostium
munitioes.*

Cum verò in pontis expugnatione maximum belli
momentum statueret, hoc excogitauit. Nauis Sulta-
ni Zainalis, quam is cum fugit desertam reliquerat,
erat maxima & firmissima. Eam tormentis, & varijs
munitionibus, & comœatu etiam instruxit, facisq;
lanicio gossipino, similiq; materia, quæ mollicie sua
tormentorū ictus excipit, neq; facile dissipatur, in-
fertis, nauis latera firmavit. Ea cum æstu deferretur,
& ponti applicaretur, erat necesse, vt arcis instar in pō-
tem prominere. Sed eo tempore, quo maritimi æstus,
quos lunæ cursus & conuersio moderatur, propter ip-
sius lunæ rationem multò remissiores sunt, ad pon-
tem applicari non poterat. Aestus autem tunc vim
suam intendunt, cum Luna vel ad Solem propius ac-
cedit, vel ab illo longius abscedit. Cum verò vel maxi-
mus illius splendor imminui, vel ab exortu augeri in-
cipit, tunc paulatim eam vim, quæ ad summum per-
uenerat, in dies singulos remittit. Id igitur Albu-

Ec 3 quercius

quercius expectabat, & quò se vehementius in dies singulos ætus incitabat, cò nauis propius pontem summo nostrorum studio pellebatur. Hostes interim minime cessabant. Machinis enim multo pice, & oleo, multiplicique materia ad suscitandam flammam accommodata comparatis, atq; secundum fluminis naturam æstu decedente con torris, vt nauem flâmis absumerent, enixè contendebant. Nostri verò lembis & scaphis subsidio festinanter occurrètes, machinas harpagonibus iniectis in alterutram fluminis partem detorquebant. Hostes verò in nauem nocte atq; die pilas ingentes mittebant. Naui præerat Antonius Abruus. Huius cù vtraq; mala glandis vnus ictu transiit fuisset, Albuquerque illi vicarium repente substituit. Is verò sanè ferociter, Integri, inquit, mihi pedes sunt ad discurrendum, & manus firmæ ad præliū conferendum. Neq; mihi ad cohortandū oratio deest: mëtem verò ad imperandum Dei gratia sanã gero. Quin etiam si in lecto grauissimis vulneribus acceptis decubissẽm, ex eo facillimè possẽm, quẽ in rem essent, mëtẽ & consilio prouidere. Quare minime patiar, quantum animam duxero, aliũ in locum meum substitui. Ad hunc igitur modũ, cùm vicarium è naui pelleret, non segnus, quàm si nullũ vulnus accepisset, munere suo perfundẽs fuit. At nauis tandẽ cùm æstus maximi essent, ponti, cunctis hostibus frustra repugnantibus, applicata fuit. Postridẽ Albuquerque ante lucẽ copiis educis, in urbem, sicut antè fecerat, inuasit. Prælium ea die multo crudelius exarsit. Multi vtrinq; ceciderunt, & maxima hominum multitudo vulneribus debilitata fuit. Tandẽ statuo, quæ templũ & ædes Regias muniẽbat, à nostris capta, & hostes in effusam fugam conuersi sunt. Similiter cùm statio illa, contra quã Albuquerque copias eduẽbat, expugnata maximo cù labore fuisset, hostes indẽ se proriperũt. Pontẽ similiter Abruus omni præsidio nudauit. Ita vno tempore cùm è nauis præliũ iniretur, & quilibet hostes pro parte sua fundere conaretur, & diu fuisset vtrinq; fortissimè di-

*Animosi-
tam Abru-*

*Atrax præ-
lium.*

mè dimicatum, hostes omninò fusi sunt. Rex vt opẽ suis afferret, cum tribus millibus hominum elephantos insidens accurrebat. Sed cù omnes stationes expugnatas animaduerteret, in ædes suas concessit. Nostri illũ propter hominum paucitatem insequi noluerunt. Albuquerque in templum se contulit, iam à nostris occupatũ. Illius verò custodiam illis ipsis, qui illud expugnauerant, cõmisit. Indẽ in pontem redijt. In vtroq; autem pontis introitu stationes excitauit, easq; cupis terra opplertis, & ordine collocatis, atq; firmè reuinctis circumuallauit, crebraq; in illis tormenta, prælidiaq; firma disposuit. Cùm verò hostes interim in nostros pilas & glandes immitterent, & multos opere impeditos conuulnerarent, Albuquerque duas acies instruxit, quas ducibus electis attribuit, in illis imperauit, vt duabus vijs ab ea, quam hostes infestã faciebant, diuersis ingressi, eos ex transuerso adorirentur, neminiq; vitam concederent. Itaq; multi ex hostibus cæsi sunt, multo tamen plures se fugæ mandarunt. Albuquerque duas domus prope pontem, in frequentiore vrbs parte, quam ipse sibi expugnandam sumpserat, delēgit, in quarum tectis (nec enim fastigiata domus erant, sed ad libellam in summo constrate) tormenta collocauit. Lembos præterea & scaphas cum tormentis singulis in fluuij locis opportunis constituit. Nondũ enim debellatum crediderat, & quasi adhuc graue certamen instaret, omnia summo studio cõparabat. Sequenti die ædes regias oppugnare constituit. Sed Rex Regis Malacenses sua proxima illa nocte cù omnes opes, quas potuit, asportadas in mediterranea loca curauisset, aufugerat. Cũ Lusitani milites in Regiam se illius diripiendæ gratia contulissent, eamq; exinanitam reperissent, ea re grauius offensi, illam cõiectis vndiq; facibus incendunt. Hostes, adhuc enim supra 6. hominum armatorum millia in vrbe remanebant, in nostros impetũ sæpè dabant: sed cùm damnũ nullum intulissent, & cladem nõ mediocrẽ accepissent, aufugerunt. Albuquerque, in quo vt tetimutaria habitabat, & domibus

Malaca di-
reptio.

Ninachetuen sis, & Iaoensium, & reliquorum, qui in fidem recepti fuerant, exceptis, urbem diripiendam miliri concessit. Præda ingens fuit, supra tria millia tormentorum capta sunt: armamentaria erant vario cōmeatu, & instrumentis bellicis, & munitionibus re- ferta. Hæc omnia, quæ ad classẽ reficiendam, & urbem muniendam pertinebant, miles non attigit. Et tamen quinta prædæ pars, quæ ad Regem pertinebat, ducentis millibus aureorum numorũ aestimata fuit, quamuis nec aurum, nec argentum, quod occultari potuit, miles in medium contulisset. Vnde constat, si Rex & mercatores opulentissimi opes suas post primum prælium ex urbe in mediterranea loca non tra- duxissent, tantam prædam futuram fuisse, vt auari- tiam insipitam militum fatiaret. In his tamen prælijs è nostris circiter octoginta ceciderunt. Rebus ad hunc modũ gestis, Albuquerque mercatores, qui arma no- stris non intulerant, vt urbem incolerent, fauoribus allexit, omnibusque libertatem & leges suas restituit. Saracenis Vteti mutaraiam, reliquis gentibus, quæ si- mulacra colebant, Ninachetuensem præposuit, vt ta- men ab illis ad Lusitanos magistratus prouocatio ef- fet, instituit. Et cum Regem circiter passuum triginta millia prope flumen, quod in urbem influebat, muni- tiones excitare percepisset, manum comparauit, eoq; Duces misit, qui munitiones disturbarent, & hostes dispellerent. Præda inde non mediocri abducta, & e- lephanti septem capti sunt. Rebus ita constitutis, in eo neruos omnes Albuquerque intendit, vt arcem æ- dificaret. Materiam suppeditabant sepulchra regũ & Principum, & ædes magnificæ belli impetu disturba- tæ: operas feruorũ multitudo facillè præbebat, & ipse operi vigilanter instabat, ita vt opus intra breue tem- pus ad tectũ perueniret. Porro autem comitate & ora- tionis lenitate perfecit, vt magna hominum multitu- do vrbis colendæ gratia vndiq; cõflueret. Illis præter- ea leges dedit, pecuniamq; ex auro & argento constan- dam & cudendã, insignibusq; Regis Emmanuelis si-

Malacensis
Reip. ab Al-
buquerque
constitutæ
ratio.

Aux Mala-
centis ex-
truiunt.

gnandam

gnandam curauit: & ex stanno etiam monetam insti- tuit, grauiissimaq; pœna sanxit, si quis alio genere pe- cuniæ deinceps vteretur. Lassamanes, qui rerum ma- ritimarum apud Malacæ Regem præfectus extiterat, cum urbem non modò capram, sed legibus & morib. rectè constitutam, Regisq; Emmanuelis imperium optimè fundatum cerneret, Regemq; suum è vita dis- celsisse (dolore enim confectus interiit) animadu- eret, ad Albuquerqueium legatum misit, per quem po- stulabat, vt opera illius vteretur. Se namq; non mino- re studio pro Regis Emmanuelis amplitudine quod- uis periculum aditurum, quàm pro defuncto Rege multis in locis adierat. Fuit ea legatio Albuquerquei grata, dataq; fide illum euocauit. Sed cum multi ve- rerentur, ne si is in urbem rediret, aliquod maximum munus illi committeretur, inuidia ducti, hominem per literas absterrent, atq; persuadent, Albuquerqueium de interitu illius cogitare. Interim Odoardus Fernan- dus, qui ad Siamensem Regem missus fuerat, cum Sia- mensi legato reuersus est. Fuerat Lusitanus à Rege co- miter acceptus, & muneribus ornatus. Legationis au- tem, quam Albuquerquei Siamensis exposuit, summa hæc erat. Regi gratissimam fuisse illius victoriã: Em- manuelis regis imperium amplificatum cupere, & gẽ- tis clarissimæ vicinitate delectari, nullumq; se officium in omnibus rebus, quæ ad commodum & dignitatem Albuquerqueij, & Lusitanorum Ducum pertinerent, ho- minis amantiissimi prætermisurum. Cum hac lega- tione Albuquerquei dona misit, nempe aureum pocu- lum, & ensẽ cum aurea vagina, & annulum, in quẽ erat gemma maximi pretij satis eleganter inclusa. Al- buquerqueius per eundem legatum Regis matri ampla- tis munera misit. Siamense regnum oram fermè o- mnem extremæ Indiæ, quæ ad ortum Solis spectat, & ad Septentriones inflexa, sinu maximo, Sinarumque termino occidentali definita est, amplectitur: & inde ad Occasum cum regno Peguenſi coniungitur. Pro- montorio autem, quod Malaca circiter centum & vi-

Lassama-
nus ad Al-
buquerquei
legatio.

Siamensis
ad Albu-
querquei le-
gatio.

Siamensis
regni desci-
ptio.

Ec 5 ginti

*Varia lega-
tiones tam
ad albu-
quercum,
quam ab
eodē misse*

ginti passuum millibus abest, superato, Malacam etiā imperio, vt diximus continebat. Duodecim millia elephanorum habere dicitur, è quibus quatuor millia semper ad subitos bellorum casus armata sunt. Ad hunc Albuquerque, vt pax sanctiore fœdere firmaretur, legatos misit Antonium Mirandam Azeuedium, & Odoardum Coelium, cum muneribus Regia magnificentia dignis. Alius deinde legatus à Iaoenli Rege Malacam peruenit, cum muneribus, quæ militaris viri speciem referebant. Hastas enim continebant, & bellica facinora, quæ Rex ediderat, in stromate gossipino depicta, & aenea tympana, quibus apud gentem illam in bellis certamen acuitur. Similiter alij legati à Regibus finitimis, & à Zamatra, item à Rege Peguensi, cuius imperium, post Gangem fluuiū, ad Solis occasum pertinet, & latissimis illius oræ terminis continetur. Alij Reges pacem & amicitiam petebant, alij libenter se Regis Emmanuelis imperium accepturos ostendebant. Omnes Albuquerque laudibus exornabant, & muneribus etiam oblati studium nominis illius, quo erant vehementer, vt apparebat, incensi, testificabantur.

HIERO.



HIERONYMI OSORII SILVENSIS

ALGARBIORVM IN LV-

SITANIA EPI.

SCOPI,

DE REBVS EMMA-

NVELIS, LVSITANORVM

REGIS INVICTISSIMI,

*virtute & auspicio
gestis,*

LIBER OCTAVVS.



VM hæc in vltiore In- *De bello*
dia geruntur, in citeriore *Goensu.*
res Goenses in angustias ad-
ductæ sunt. Zabaimus enim
Dalcamus in possessiones, quæ Regis Emmanuelis nomine in continenti fuerant occupatæ, Pule-
tacamum cum tribus milibus militum, quorum
maxima pars Turcæ fuerunt, immisit. Contra hos
Melraus & Timoia, qui Lusitanorum partes seque-
bantur, quatuor hominū millia, & quadraginta equi-
tes eduxerūt. Principio quidē Puletamus in fugam *Melrai &*
versus fuit. Sed cū copias dissipatas collegisset, in ho- *Timoia sit-*
stes incautos inuasit, & Melraū atq; Timoiam in effu- *gam*

fam fugam coniecit. Hi ad Narſingę Regem, cum exercitum maxima ex parte concifum cernerent, & alii comparare minime poſſent, ſe contulerunt. Timoia Melrao deprecatore, a Narſingę Ręge veniam impetrauit. Deinde contra fidę, vt rumore diſſipatum fuit, Rex illi cędem per miniſtros fraudulęter intulit. Hac victoria ſublatus Puletacamus inſulam trajicere cōſtituit: atque primū inſulę habitatores ad defectionę ſolicitauit. Illi fidę violare noluerunt. Hoc fuit Crifnæ iudicio (is erat inter incolas opib. & induſtria princeps, & veſtigalia tractabat) ad Rabellum, qui præſectus vr̄bis erat, continuo delatum Is aditus inſulę muniuit, eaq; præſidia diſpoſuit, quibus hoſtes omni aditu prohiberet. Sed cum Puletacamus noctem vnā pluuiam & caliginoſam, & tempeſtatibus inſeſtam obſeruaret, copias per loca, quę magis, imminuta eſſe cognouerat, ratibus tranſmiſit. Duas Luſitanas naues cū tormentis omnib. cepit, milites Luſitanos, qui nimis acriter obſiſtebant, occidit. Reliqua incolarum præſidia in vr̄bem diffugiunt. Puletacamus excogitat quomodo ea Luſitanorum præſidia, quę erant in vr̄be, foras exire cogeret, vt ita in vr̄bem præſidio nudatam inuaderet. Coiebiquium (is vnus erat ex incolarum Ducibus, qui veſtigalia Regia tractabant) per vnū e ſuis ad copias educendas perſuadere conatus eſt. Miniſter huius fraudis, Puletacami nomine ſuppreſſo, ſic enim erat iuſſus, Coiebiquium alloquitur, & quaſi transfuga, qui gratiam captare vellet, nunciat ducentos Turcas in oppidum, quod Goa vetus appellatur, inuaſiſſe. Incolas eos vndiq; circumueniſſe: Turcas erumpere conari. Si ſubſidium firmum mitretur, fore, vt nemo ex Turcis euaderet. Rabellus Iacobum Fernandum Fariam exploratum miſerat: & manē cum acie inſtructa, vt, ſi opus eſſet, in hoſtes inuehatur, Fariam operiebatur, cum fraudis miniſter interuenit, & ea, quę fuerat iuſſus expoſuit. Rabellus Coiebiquium, quid ſibi videretur interrogat. Is auctorem ſibi minimē fide dignum exiſtimari dicit, At Rabellus

Goa incola
vr̄m erga
Luſitanos
fides.

Puletacami
techna
in Luſitanos.

bellus iuuenta, & audacia; reiq; benę gerendę fiducia, & optimis ſucceſſibus (facinora enim nō pauca in bellis feliciter ediderat) erectus, facilē in fraudem impulſus fuit. Itaq; minimē ſpectato Farię exploratoris aduentu cū equitibus quinque & triginta, & Indis quingentis egreſſus eſt. Proditor cum ſe quibuſdam aperuiſſet, abſceſſit. Inde cognita fraude ſubſiterant. Id Rabellus cum multum in via proceſſit, non animaduertit. Cum verō iugū collis ſuperafſet, tredecim tantum Indis ſe ſtipatum vidit. Inde circiter mille (tot enim inuentibus eſſe videbantur) hoſtes conſpicatus eſt. Eos autem equites quinque in ordinem cōgebant. Lahiruſus Rabellus de Coiebiquio querit, quid ſibi videretur. Malę, inquit. Tranſfuga minimē comparet: hoſtes ſunt multo plures, quā is nūciat: noſtri metu perterriti, ſubſistere fraudem eſſe hominis perditiciſimi ſuſpicari poſſumus. Idcirco in vr̄bem redeundū cenſeo. Ego tamen in omni conſilio, quod ſequutus fueris, me comitem fideliffimum ſine vlla recuſatiōe præſtabo. Deinde cum Rabellus reliquos interrogaret, & nemo reſponderet (verebantur enim, ne ſi vtile conſilium darent, id non prudentię, ſed timiditati triberetur) Rabellus inquit, Agite commilitones: hæc eſt dies, in qua quantum ſit in vnoquoq; virtutis, apparebit. Vir quidam nobilis, qui Emmanuel Cugna appellabatur, orationem illius excipiens: Hęc eſt, inquit, ſententia, quę mihi maximē placet. Omnes deinde e colle descendunt, & hoſtibus appropinquantes, concitatis equis tanto impetu in eos inuecti ſunt, vt omnes in littus, vbi Puletacamus maiores copias e continente venientes excipiebat, compellerent. Tantus autem erat hoſtibus metus iniectus, vt multi cum ſe in mare deijcerent, obruti fluctibus interirent. Puletacamus eos ab effuſa fuga continere non poterat. Ex Indicis copijs ducenti tantum (hi autem Malabares erant) aduenierant, & cum Luſitanis coniuncti, hoſtes metu diſſipatos inſequebantur. Hoſtes trecenti cęſi ſunt. Erant in ſummo colle parietinę. Aedes ita corruerant, vt ma-

Temerarię
Rabelli fa-
cinus.

Luſitanorū
victoria.

vt magna parietum pars adhuc integra permaneret. Puletacamus in eas cum Turcis octoginta, quorū pars pedites, pars equites erant, se à fuga recepit. Eos Rabelus confestim adoriri constituit. Coiebiqnius Rabelum à conatu deterrere conatus est. Ducebat enim Puletacamum intus latere: homines esse cum illo sanè fortes, & rabie atq; desperatione quodlibet magnū facinus, si cominus res gereretur, auros. Itaq; prestante, eminus eos sine vllō periculo sagittis configere. Stibique illam prouinciam deposcebat. At Rabelus victoria insolenter elatus, cum consilium prudens aspectaretur, cum equitibus quatuordecim (reliqui enim hostes fugientes cedebant) in parietinas ingressus est. Ibi hostes cum duabus ex partibus aggrediuntur, & equum hastis confodiunt, & illum, ruina vehementer oppressum interimunt. Simili casu Emmanuel Cugna eiusdē temeritatis poenas luit, reliqui ex omni parietinarum ambitu pulsi sunt. Hostes eos insequi non lucrunt. Erat enim periculum, ne si rursus præliū renouaretur, propter suorum trepidationem in summū vitæ discrimen inciderent. Itaq; satis habuerunt eodie duos viros primarios occidere, & reliquos à capitibus suis auertere. Eo die satis perspectum fuit, quantum inter bonum Ducem, & strenuum militem interesset. Rabelus enim cum esset in armis acerrimus, ea temeritatis signa dedit, vt multi consilium, quo fuerat Albuquerque Goa præpositus, improbarēt. Coiebiqnius autem eo die laudem viri fortis & sapientis Ducis obtinuit. Nam & valdè strenuè dimicauit, & optimū consilium dedit, cui si Rabelus obtemperasset, nunquam in eam calamitatem incidisset. Reliqui omnes in ordinem reducti, Goam incolumes peruenēre. Ibi communi consilio Franciscus Pantoia delectus fuit, qui ciuitati præesset. Is in quo quidem pusilli & angusti animi significationem dare visus est, oblatum munus repudiavit. Non enim in eo statu res Goenses esse dicebat, vt quisquam vir prudens ciuitatis tuendæ curam suscipere deberet. Nobilitas & ciues vniuersi eā prouin-

prouin-

prouinciam ad Iacobum Mendezium Vasconcelium detulere. Is cum munus animo sanè confidenti susceperet, omnia, quæ ad vrbs tuendæ defensionem necessaria videbantur, admodum strenuè comparauit. Omnem commeatum, quem potuit, in vrbs intulit, munitiones instituit, vigilias disposuit, omnia impigre & vigilanter administrauit. Crisna verò cum ab illo, vt intra muros cum suis admitteretur, enixè contenderet, id facillè consequutus est. Ducenti tantum Lusitani, & Indi ex fœderatis sexcenti in vrbe tunc inerat. His exiguis copijs erat bellum sustinendum, & obsidio etiam, si opus esset, toleranda. Puletacamus vero in insulæ totius possessionem occupauit. Porro autē Benastarinum (est id oppidum in insulæ aditu, qui ad Austrum pertinet, satis ad commeatum ex continenti subuehendū, & copias arcessendas oportunum) castris delegit. In eo loco arcem instituit: maxima illius fundamenta iecit: eamq; ad summum perduxit, & rorem ingentibus, & omnibus bellicis instrumentis atq; præsidijs egregiè muniiuit, vt inde tam acri bello Lusitanos vexaret, vt insulam deferere cogrentur. Et interim nunc aperto Marte, nunc ex insidijs ciuitatem oppugnabat. Sed Vasconcelius illum perpetuè repellere. Franciscus verò Pereira Berredius cum triginta viris Lusitanis eò se contulit. Cuius aduentu, (tanta erat hominum penuria) Vasconcelius mirificè lætatus. At Puletacamus cum bellum extraheretur, Zabaimo suspectus esse cepit. Neq; defuit, qui nomen illius apud Zabaimum proditoris in simularēt. Is fortiorum Rozalcamo, viro Turcæ, & in rebus bellicis spectato desponderat. Eum Rozalcamū Zabaimus cum sex millibus militum Goā misit, & Puletacamo, vt illi exercitum traderet, imperauit. Puletacamus ea ignominia grauiter offensus, imperium Zabaimi cōtempnit. Rozalcamo zacamus, vt Puletacamum castris exueret, ad Vasconcelium literas dedit, quibus dicebat, Puletacamum Zabaimi iniussu in possessiones in continenti sitas, quæ ad Emmanuelis imperium pertinebant, inuasisse, & in

Vasconcelius Rabelo suspectus

Goensis insula ab hoste recepta.

Zabaimi cōtempnit Puletacamo simularat.

Rozalcamo fraudulenter ad Vasconcelium literas dedit.

Rabelli mors, temere asseruita

Coiebiqnius laus.

Fr. Pantoia pusillanimitas.

& in insulā traiecit. Se cum exercitu venisse, vt à Pu-
 letacamo tanti facinoris pœnas expeteret. Si Vascon-
 celius illi opem afferre vellet, se Puletacamum intra
 paucos dies ex insulæ finibus expulsurum. Spem dein
 de ostendebat libertatis Lusitanis illis, qui apud Za-
 bamum capti detinebantur. Igerant, qui factio nauis
 gio, in Dabulis littus euaserant. Vasconcelius fidem
 homini perfido confestim adhibuit. Rozalcamus il-
 lius ope confirmatus, Puletacamum faciliè superauit.
 Quo facto tantum abfuit, vt Rozalcamus in fide per-
 maneret, vt potius Vasconcelio ferro flammaq; mini-
 taretur, si non protinus vrbe excederet. Bellum ita re-
 dit integrum multarum difficultatū causam nostris
 attulit, qui tamen ita hostium impetum ab vrbis mœ-
 nibus reprimebant, vt iam non auderent illi ad muros
 accedere. Hyems appetebat, quæ cum sit in illis regio-
 nibus valdè sæuâ atque turbulenta, maritimos exitus
 intercludit. Muri interim pars magna corruit. Illa ru-
 na Rozalcamus debellatū esse credidit. Itaq; ad eam
 partem, quam muro nudatam aduerterat, copias ad-
 mouit. Ibi atrox prælium commissum est, quod ad ve-
 sperum perductum fuit. Multi ex hostibus cecidere, &
 è nostris etiam nonnulli, inter quos Coiebiqius for-
 tissimè dimicans, glandis vnus ictu percussus occu-
 buit. Rozalcamus cum vi ciuitatem expugnare non
 posset, astu vt eam caperet, summo studio contende-
 bat. Perpetuò autem tubarum concentu, & simulata
 in cursione nostros vigilare cogebat, ita, vt per uigilio
 confecti, passim deciderent. Ioannes Machiadus, cuius
 antea mentio non semel facta est, cum apud hostes ad-
 huc habitu & specie Turcica versaretur, agmen vnum
 ducebat. Is Vasconcelium per literas admonuit, vt in
 locum, quem arbores binas appellat, cum primùm tu-
 ba perstraperet, copias educeret. Fore namque vt facil-
 limè turmam hostium, quæ cum tubicine ibi solita e-
 rat consistere, profligaret. Factum est ita. Multi ea no-
 cte cæsi, reliqui in fugam compulsi sunt, & muri pars,
 quæ collapsa fuera, incredibili celeritate resecta. No-
 sti

Vasconcelij
 creduitas
 periculosa.

Atrox præ-
 lium.

Coiebiqij
 mors.

Rozalcamij
 stratagemata.

Hostiū cla-
 des.

stri interim fame grauissima laborabant. Nam & hy-
 ems erat impedimento, quò minus commeatus in vr-
 bem inuehi posset: & Zabamus omnes insulæ adit-
 obfessos tenebat, ne cibaria ex continenti importaren-
 tur. Ea fames multis occasionem attulit Christianæ
 religionis abiurandæ, quæ ad Rozalcamum nocte cõ-
 fugiebant, & in Mahumeris nomen iurabant. Hi
 septuaginta fuerunt, qui fidei & religionis immemo-
 res, vt corpus ad breue tempus alerent, animos in pe-
 stem sempiternam furenter & impiè detrudebant.
 Inter quos quidam homo honesto loco natus, cui no-
 men erat Fernandus Lupius, extitit. At Machiadus,
 qui se ad eum diem Turcam simulârât, cum videret
 homines Christianos Sanctissimam Christi religio-
 nem detestari, dolorem eximium capiebat. Ea verò in
 dignitate commotus, eo tempore, quo Christiani fa-
 me confecti, & in extremas angustias adducti videbã-
 tur, vt fidem suam factis ostenderet, voluit eiusdem
 laboris & ærumnæ societatem inire. Is duos filios ex
 muliere Saracena susceperat, & vtrunque per se aquis
 lustralibus in Christi nomen expiârât. Hos ad se per-
 duci iussit, vt secum in vrbem inromitteret. Quod cū
 exequi minimè posset, facinus edidit valdè miseran-
 dum. Maluit enim in sanguinem suum sæuire, quàm
 pueros infantes secta Mahumeris pestifera imbuen-
 dos, in hostium potestate relinquere. Itaque nocte v-
 trunque suffocauit. Manè verò casum filiorum acer-
 bissimum deplorauit, & suam calamitatem cum mul-
 tis lachrymis lamentatus est: dicebatque filios lamia-
 rum præstigijs fuisse miserabiliter extinctos. Deindè
 cum fingeret, se molestiæ leuandæ gratia velle per in-
 sulam vagari, cum Lusitanis aliquor captiuis, & cum
 illis, qui CHRISTI religionem execranda perfu-
 dia violârânt, ad vrbis muros accessit. Ibi orationem
 luculentam habuit, qua de vitæ breuitate, de sempi-
 ternis supplicijs, de gloria immortalis differuit, & o-
 mnes adhortatus est, vt mallent in vita misera & ca-
 lida laboribus breuissimo temporis spatio definitis
 torque-

70. Lusita-
 ni apostate

Pius Ma-
 chiadi re-
 lio.

Miserandū
 Machiadi
 in liberos
 facinus.

Machiadi
 ad Lusita-
 nos apostata
 exhortatio.

torqueri, quàm in futura supplicij sempiternis excruciar. Orationem eius, nemo ex illis, qui à religioe defecerant, ad aures admisit. Ipse verò cum captiuus Vasconcelij fide, quam antea, cum primùm id induxerat in animum, acceperat, in urbem ingressus est. Eius aduentus non modò lætitiã Lusitanis attulit, sed animos etiam illorum ad spem salutis erexit. Id enim numine diuino factum fuisse credebãt, quòd cum illis presens adfuisset, nõ dubitabant, quin salutare præsidij esset intra breue tempus hominib. afflictis, qui opem illius implorabãt, allaturũ. Rozalcamus vrbs oppugnationẽ non intermittebat. Cũ verò Vasconcelij intellexisset, eũ in loco considere, ex quo ciuitatẽ quater tormentis maximis imperabat, cum equitib. 80. in illum inuectus est: & cum vtrinq; fuisset acerrimè dimicatum, nostri tandem impressione facta hostes fuderunt, & ita in urbem saluis omnibus reuersi sunt. Aliqui tamẽ vulnerati fuẽre. Rozalcamus ea nostro rum audacia perturbatus, spem expugnandæ ciuitatis abiicit. Itaq; oppugnatione prius omissa, in eo pugnat, vt nostros fame ad deditioẽ compelleret. Vasconcelius aliquid audendũ ratus, Franciscum Berrediũ, quanuis & anni tẽpus, & hostiũ vigilantia summum periculũ nauiganti proponeret, in Baticalã misit, vt indè cõmeatum adueheret. Berredius longa naue, cui præerat, euectus, imperata tanta vigilantia & industria confecit, vt cũ Kal. Iul. Goa solueret, eodẽ mense 20. parones cibarijs onustos Goam, hostib. inuitis, induceret. Ad hunc modũ fames depulsa, & homines recreati sunt. Hæc quidẽ in Gocnsi bello gerebantur. At Begiensis, vt fuerat ab Albuquerque iussus, Zaeocotora petijt: in cursu nauẽ vnã cepit, & Albuquerque, vt habebat in mandatis, aliquot dieb. expectauit. Cũ verò illũ ex diuturna mora minimè in Arabia eo anno nauigaturum esse cognouisset, ad Zaecotora naues appulit, & arcem disturbauit, & homines, & tormenta, & munitiones, & comæatum in naues imposuit: indè in Armuzium yela dedit, vt tributum exigeret.

*Machiadem
ad obfessos
Lusitanos
transfugit.*

*Prospera in
hostes Lusitanorum
exursio.*

*Comæatum
Goam
inuectus.*

*De Begiensis in
Zaeocotoram
professione.*

exigeret. Tributum fuit illi sine vlla recusatione persolutum, & honores non mediocres attributi. Indè in Indiam nauigauit, & in fine mensis Augusti Goam peruenit. Illius aduentus fuit vniuersæ ciuitati gratissimus. Ducebat enim centum Lusitanos sanos atque beneuales, & bellandi peritissimos. Principio mensis eiusdem redierat ex insula Sancti Laurentij Ioannes Serranus, & Pelagius Sala, qui simili ratione magnam lætitiã ciuibus vniuersis attulerant. Emmanuel item Lacerda, qui cum sex nauium classe, vt oram Calecutiensem infestam faceret, Indicum illud mare peragrãt, cũ primũ per Anni tempus licuit, in eandem urbem comæatum varium & multiplicem, & ducentos milites Lusitanos induxit. His præsidijs ciuitas erecta, hostium conatus pro nihilo putauit. Mẽse deinde Septemb. Christophorus Brittius in urbem similiter aduectus est, Is decimo nono die mēsis April. Olyssipone ductu, Garcia Norognæ soluerat. Garcia namque Norogna, filius fororis Albuquerqueij, cum classe sex nauium missus in Indiam ab Emmanuele fuerat. Quatuor ex illis in Mozambiquensi insula hyemauerant, duẽ tantũ in Indiam transmiserant. Vna, cuius Arius Gamma nauarchus erat, Cananorem petijt, Brittius Goam delatus est. Interim Rozalcamus bellum non segniter administrabat. Prælium tandem, in quo Brittius primũ agmen duxit, satis acre commissum est: hostes fusi fugatiq; sunt, & magna eorum pars à nostris, qui eos insequuti sunt, ferro concisa. Hoc prælio motus Rozalcamus, sese deindè à confligendo continuit. Satis habebat, in sulam præsidijs tenere, & arcem summo studio munire. Ea arce perfecta, in eam comæatum & munitiones conuexit, & tam valido atq; firmo præsidio muniuit, vt nulla ciuitas, aut castellũ, quod ad Zabaimi ditionem pertineret, esset cum illa toboris multiplicis firmamento comparandum. Duẽ interim naues à Melichiazio missa, cũ magno frumẽti & orizæ numero Goam peruenere. Melichiazio

*Nova Goam
vrbs præsidio.*

*Lusitanorum
de Rozalcamo
victoria.*

*Comæatum
Goam
à Melichiazio
missus.*

L I B E R

enim cum acciperet nostros inopia laborare, naues illas, vt nostros inopia leuaret, ad Vasconcelium misit: scque omnia, quæ in rem Regis Emmanuelis essent, summa voluntate perfecturum, multis verbis ostendit. Melichiazio gratiæ, vt par erat, actæ sunt, & muñera etiam missa. Belli deinde ratio mutata est. Nostri namque excursiones in arcem Benastariensem crebro faciebant, & an eam expugnare possent, sæpè

RES EV-
ROPEAE,
ET AFRI-
CANAE.

tentabant. Dum hæc in India geruntur, Pontifex Maximus Iulius secundus concilium Pisæ celebrandum literis publicis indixit. De rebus, quæ in concilio erant Regum Hispanorum nomine tractandæ, Rex Emmanuel cum Rege Fernando per Legatos egit. Fuit præterea negotium aliud maximi momenti, quod erat per vtriusque legatos agendum. Erat sub id tempus in Castello regno vir quidam valde nobilis, cui nomen erat Petrus cognomento Bastardus. Is fuerat author existimatus dissensionum quarundam quæ inter Fernandum Regem, post Isabelæ vxoris obitum, cum Philippo Rege Maximiliani filio, Fernandi ipsius genero, concitata fuerant. Philippo autem mortuo, cum Petrus Fernandi offensionem pertimesceret, in regnum Fessense concessit. Ibi cum apud Barraxam diuersaretur, cuius tunc nomen in illa Mauritaniæ parte erat maxime & virtutis, & potentie magnitudine celebratum, summam cum illo familiaritatem contraxit. Barraxæ autem gratia, cum is se medium per literas interposuisset, Fernandus omnibus Petri erratis clementer ignouit. Petrus cum Barraxæ literis ad Fernandum reuersus est. Literarum sententia huc in summa pertinebat, vt Fernandum ad bellum Fessense plurimis verbis hortaretur. Ad id vero Barraxa operam suam pollicebatur, sub ea conditione, vt Fessæ rex cum eo tributo, quod Fernando visum esset, ab eo crearetur. Hæc literæ Fernando, vt præ se tulit, non ingrata ceciderunt. Itaque Petrum cum literis ad Barraxam de eadem re continuo remisit. Petrus Alcastarem Saguerum, quæ ciuitas tunc Regis

Emma-

Emmanuelis imperio continebatur, se contulit, & ab Roderico Soufa, qui tunc illi vrbi præerat, hospitaliter acceptus est. Ibi cum Soufa Petrum de causa itineris illius percontaretur, is se dixit in grauissimam Regis Fernandi offensionem, non peccatis suis, sed maleuolorum hominum sermonibus rursus incidisse, & idem Fessam discedere. Rodericus Soufa cum esset mira sagacitate præditus, & in Petri verbis miram inconstantiam perciperet, & aliquid etiam suspitione consequeretur, hominem secum tantisper retinuit, dum literas, quas ad Barraxam ferebat, arte surriperet, atque resignaret. Eas deinde descripsit, & iterum summa solertia consignatas, in loco, vnde fuerant sublata, reposuit, hominemque dimisit, & literarum exemplum ad Emmanuelem perferendum curauit. Id quod animo Fernandus agitabat, Emmanuel indignissime tulit. Erat enim contra pacificationem, quæ de regionum diuisione inter illos facta fuerat. Pacificationis autem illius vi regnum Fessense ad ius Portugaliæ pertinebat. Vt igitur illum ab ea cogitatione reuocaret, Legatum in Castellum misit. Fernandus interim classem maximam comparabat: & quorsum eam instrueret, silentio comprimebat. Sed tantum dicebat, sibi esse in animo, quos posset hostes Christiani nominis bello premere. Sub id tempus Fernandus literas à Pontifice Iulio percepit, quibus idem Pontifex significabat, se cum Veneris & Helue-

Soleus Sou-
se factum.

Confedera-
tio in Regē
Galliæ.

tro Ioanne Olyssipponem appulsæ fuissent, is Ducem comiter accepit, & comæ tu iuuit: quod Fernando offensionem haud mediocrem fama vulgabat attulisse. Verum has offensas, & vtriusque probitas, & affinitas obliterauit. Classis tamen, quam Fernandus, vt in Mauritaniam transiret, instruxerat, Italicis motibus impedita, Emmanuelem ea sollicitudine, quæ animi illius distinebat, omnino liberauit. Eodem anno Henricus Britannæ Rex Legatos in Lusitaniam misit. Legatio nihil aliud continebat, quam singularis amicitiae signum, & foederis antiqui sacramenti, cognationis & affinitatis memoria renouatum. Dum in Europa tempus in his rebus teritur, Albuquerque nos Malacæ motus iudicij seueritate compefcuit. Vtetimutaraia, qui cum illo foedus egerat, vt dictum est, opes summas habebat, & regnum, cum esset intoleranda ambitione præditus, affectabat. Et iam antequam Albuquerque Malacam oppugnasset, id molitus sepe fuerat, vt Regem in sedijs pelleret, & ipse locum illius occuparet. Id tamen illi minimè processerat. Id sub Albuquerque felicius se perfecturum confidebat. Ciuitatem enim externis & longinquis præsidijs diuteneri, difficillimum fore statuebat: & vel propter amplissimas opes, ad quas ipse peruenerat, vel propter Albuquerqueij voluntatem, quam sibi deuinxerat, vel propter ingenij calliditatem, qua sibi omnia sapenmerò proponebat, imperium ciuitatis ingenti spe, & inani quadam fiducia deuorabat. Sed cum animaduerteret ciuitatis statum & formam Reipub. & numerum descriptionem, longè aliter, quam fuerat opinatus, ab Albuquerque collocari, & arcem munitissimam sic à fundamentis institui, vt non facile sibi foret id, quod animo designabat efficere, aliâ sibi rationem sceleris ineundâ existimauit. Mahumetis rex dolore nimio propter ciuitatis amissionem, vt diximus, excruciatu obierat. Is, ad quem eò mortuo regni hæreditas iure veniebat, pulsus fuerat. Vtetimutaraia cum eo per literas agebat, vt bellum cõpararet, se namque

opibus,

opibus, & clientelis, & artibus etiam perfecturum, vt Lusitanos facile pelleret. Hæc omnia cum occultari difficillimè possint, maxime vbi quisque victoris animum sibi conciliare studet, factum est, vt vtriusque literæ vltro citroque missæ in Albuquerqueij manus peruenirent. Id Albuquerque summa taciturnitate compressum cum Araugio solo communicauit. Cupiebat autem hominem comprehendere, quod propter illius summam potentiam fieri non poterat, nisi eum in arcem aliqua ratione pertraheret. Quod Vtetimutaraia facere recusabat. Nam præterquam quod illum sceleris conscientia timere compellebat, intelligebat de tyrannide illius apud Albuquerqueium frequentes querimonias haberi. Euenit interim, vt Persa quidam certum munus ab Albuquerque flagitaret. Respondit ille se nemini publicum aliquod munus, nisi primarios ciuitatis viros primò consulere, assignaturum Principes igitur ciuitatis acciret, & tum demum se de illorum sententia, quod optimè factum esset, libentissimè decreturum. Persa cum esset Vtetimutaraia valde familiaris, & suspicaretur, illo ad Albuquerqueium perducto, se omnia quæ vellet impetraturum, hominem cum filio atque genero, qui coniurationis erant participes, ad Albuquerqueium facile perduxit. Non enim solum officio, verum & honoris illius specie prouocati sunt, vt minimè conuentum illum vitarent. Illis ad hunc modum intromissis iniecta vincula confestim sunt, & iudicium ordine solito constitutum, & patroni, qui causam illorum defenderent, assignati. Capita accusationis præcipua hæc erant. Quod regni hæredem ad regnum armis reperendum, & arcem expugnandam, & exitium Lusitanis afferendum sollicitasset: quod Lamasana ab officio, quod Emmanueli regi præstare cupiebat, auertisset: quod illius consilio scelus in Siqueiræ pestem atque perniciem cõflatum fuisset: quod multis Lusitanis, qui cum Siqueira fuerant, crudelissimè cædis causam attulisset: quod opera illius Christiani quidam ex illis, cum multis incommodis premerentur, à

Ff 4 Christi

*Anglica ad
Emmanue-
lem Laga-
rio.*

*RES INDI-
CAE.*

*Vtetimuta-
raia ambi-
tio.*

*Albuquer-
cij in capi-
endo Vtei-
mutaraia
solers inu-
entum.*

*Accusatio-
nis aduer-
sus Vteim-
mutaraia
capita.*

*Albuquerque
cij iudicij
in perduel-
les.*

Christi religione decessissent: quod gener illius atq; filius, qui cum illo victi tenebantur, illius auctoritate permoti, eiusdem sceleris socij & administri fuisset. Vt timutaraia quædam negabat, quædam verò manum conuictus negare non poterat. Itaq; ad misericordiam conuersus, veniam suppliciter implorabat. Tandem iudicij & testibus apertissimè conuictus, capite cum filio & genere damnatus est. Fuit de tribus illis hominibus supplicium publicè sumptum, & illorum ædes disturbate, nè quod extaret in ciuitate hominū monumentum. Hoc iudicium Albuquerqueij laudes apud eos homines egregiè cumulauit. Hominem nanque esse dicebant, qui non solum in bello hostes vinceret, sed in pace tyrannidem iudicij seueritate & constantia profligaret. Et cum hominū improborū interitu lætarentur, tum non mediocri metu fracti cogitabant, non esse sub eo homine peccandum, què nullius opes à iudiciorū seueritate deducerent. Postquam verò illud scelus vindicatū debito supplicio fuit, in insulas, quas Malucas appellant, explorare constituit. Tres igitur naues instruxit: illis Antonijum Abreū præfecit, qui Malaca in fine Decemb. mensis, Anno, M. D. XLI. soluit, & cursum ad ortum Solis instituit. Albuquerqueius verò cum in Indiam citra Gangem redire festinaret, munus, quod Vtetimutaraia commiserat, nempe vt Saracenis ius administraret, ad Patecatirū, qui secundum Vtetimutaraiam opibus & auctoritate Princeps habebatur, continuò detulit. Is Vtetimutaraiam oderat, eò quod filiam, quam amabat, illi despondere nulla conditione voluerat. Postquam verò magistratum iniuit, vehementer Lusitanorum voluntates specie quadam probitatis allexit. At Vtetimutaraia vxor cum viri cædem vlcisci cuperet, Patecatirum & filia nuptijs, & promissis ingentibus eò traduxit, vt bellum Lusitanis moliretur. Mulier enim sex millia militum fortium illi tradituram promisit, quibus, si vir esse vellet, facilè Lusitanos inopinates opprimeret. Patecatirus & amore, & auaritia, & ambitio.

*Malucavū
exploratio*

*De insau-
sta Pateca-
tira in Lu-
sitanos con-
spiratione.*

ambitione cæcatus (non desperabat enim, modò adniti vellet, se regni opib. potiturum) mulieris precibus assensus est. Itaq; minimè procrastinandum ratus, nuptijs primùm summo silentio celebratis, frequentiorè ciuitatis partem coniectis ignibus incendere festinauit, & multos incolas occidit. Albuquerqueius cõfestim occurrit hominemq; armis expulit, & in fugam conuertit. Is in loco, quem Opi nominant, non procul ab vrbe distante, in quo sedem & domicilium habebat, tandem constitit, quem vallo & fossa & tormentis, varioq; armorum & telorum genere muniuit, & inde crebris excursionib. vrbs incolas sæpè perterrituit. Sed Albuquerqueius eam ad hominis audaciam comprimendā industriā adhibuit, vt is malis edoctus, facilè se ab inferendo maleficio contineret, Albuquerqueius deinde cū iter suscipere vellet, arcis & vrbs præfecturam Rodrico Britio Palatino commisit: quæsturam Aragonie tradidit: Fernandum Petreium Andradium maritimis rebus præfecit: quæsturam scribas instituit: Ninachetuensem incolas, qui non essent Mahumetana, secta imbutis, ius dicere iussit. Incolæ hunc magistratū Xabanderem appellant. Saracenos secundum varias regiones distribuit, & singulis proprium rectorem, qui eos regeret, assignauit. Omnes tamen Brittij imperiū sequi præcepit. Zainalus interim vensam ab Albuquerqueio per nuncios postulauit. Fatebatur autem, se desperatione victum ab eo desciuisse. Non enim putabat fieri posse, maximè cum bellum differri conspiceret, vt is vrbe opulentissimam ea classe quam ducebat, expugnaret. Tunc verò Lusitanorum virtute perspecta arbitrari, nihil tam munitū fore, quod non eorum armis atq; virtuti cederet. Errori veniam tribueret, & dexteram in bellis inuictam sibi porrigeret, vt testatum esset apud omnes mortales, illum non magis virtutis robore, quàm clementiæ laude præcellere. Albuquerqueius hominem data fide ad se venire iussit. Is iterum vt se in regnum restituat, suppliciter orat. Albuquerqueius se id facturum promisit. Verùm tempus e-

*Constituit
Malacæ ab
Albuquerque-
cio magi-
stratus.*

*Xabande-
res magi-
stratus.*

*Zainalus
veniam ab
Albuquerque-
cio petit.*

labi, quod si prætermitteret, iter sibi fluctibus interclu-
sum iri. Se postquam Goam peruenerit, & vrbs statū
constituerit, operam daturum, vt eum in regnū redu-
ceret. Zainalus cum sibi verba dari suspicaretur, iterū
clam cum suis omnibus ab vrbe discessit. Albuquer-
cius autem reliētis in vrbe trecentis Lusitanis, in clas-
se verò ducentis, præter Indos milites, & aliquot etiam
Malacenses, quorum fideli opera nostri vsi fuerant, eū
quatuor tantum nauibus Malaca profectus est. Cum
verò Zamatræ oram præterueretur, coorta subito tē-
pestas illum, quem primū potuit portum subire, & an-
choras iacere compulit. Ita tamen magni fluctus e-
ijciebantur, vt nullis anchoris nauis prætoriam firmari
posset. Factum igitur est, vt ad rupem, quæ sub fluctus
latebat, allisa frangeretur. Prora continuò submersa
fuit. Puppis verò cum in saxo subsideret, è fluctibus emi-
nebat. Aqua tamen sentinam compleuerat, & omnia
præter homines, qui in puppim se contulerant, flucti-
bus ipsi sobruta perierunt. Qui erant in prora, cum eā
mergi conspicerent, tabulis & dolijs innixi, partim in
Pacemense littus enatarunt, partim verò fluctibus hau-
si sunt. Nox erat densa caligo, turbines atq; procellæ,
tonitrua & fulgura terrorem cunctis iniecerant, & spē
salutis inciderant: votis, & precibus, & sublatis in ce-
lum clamoribus, veniam animis suis cum lachrymis
& singultu flagitabant. Albuquercius cum animad-
uereret puerum infantem aquis in nauem influen-
tibus penè mergi, illum sublatum humeris tantisper
sustinuit, dum alia ex nauis auxilium adueniret. Hæc
autem effatus est. Huius innocentia fretus, confido
me Christi benignitate è fluctibus emerfurum. In
hoc discrimine eū è nauis, cuius nauarchus erat Petrus
Alpoëmus, qui iuridicundo præerat, scapha demissa, &
in nauem prætoriam remis vehementer impulsus fuis-
set, Albuquercius & reliqui in nauem Alpoëmi adue-
sti sunt. Gregorius Nonius Leo, qui alij nauis præerat,
vi tempestatis à classe disunctus est. Qui erant in alia
nauis, cui Simonem Martinum Albuquercius præfe-
cerat,

Malace
præsidium
Lusitanis

Albuquer-
cij à Mala-
ten. vrbe
discessus.

Naufragiū
nauis Præ-
torie.

Albuquer-
cij è nauis
pericu-
lum.

cerat, in qua tredecim tantum Lusitani vehebantur,
& Leoni commissa fuerat, cum Iaoenses & Malacenses
essent, Lusitanosque omni præsidio destitutos aspice-
rent, in nauarchum, qui tunc graui morbo iactabatur
in alios insurgentes, omnes trucidauerunt. Quatuor
tantum nauis scapham adepti, in Pacemense littus e-
uaserunt: & nauis ipsa in portum Timiamensis ciui-
tatis, quæ est in eadem ora Zamatrensi sita, ventis de-
lata, & deinde fluctibus oppressa fuit. Sedata tempe-
state, Albuquercius institutum cursum tenuit. Homi-
num multitudo, quæ in Alpoëmensi nauem cum
Albuquercio tracta fuerat, erat valdè magna, & cō-
meatus penuria vexebatur. Nihil tamen eos acrius,
quam sitis afflictabat, qua quidem omnes funditus
interijissent, nisi duas naues, in quas inciderunt, acce-
pissent, aqua & cibarijs onustas. In vnam harum dua-
rum nauium Simonem Andradium cum quindecim
viris Lusitanis imposuit, & illius nauarchum pro ob-
side cum aliquot Saracenis secum retinuit. Saracenus
quidam erat nauis illius magister, qui ita illam guber-
nauit, vt Lusitanos omnes in insulam vnam ex illis,
quas Maldiuenses appellant, quæ Calecutiensium mi-
litum copia referta erat, induceret: vbi omnes con-
trucidati fuissent, nisi hostes veriti fuissent, ne pœ-
nas illius immanitatis Albuquercius ab ijs, quos reti-
nerat, vt ius & fas eflagitabat, expeteret. Omnes
tandem, qui euadere potuerunt, multis incommodis
agitati, Cochimum peruenerunt. Omnes opes amissæ
sunt, nihil tamen Albuquercium ea iactura commo-
uebat. Id tantum moleste ferebat, quod duos Leones
è ferro singulari opere perfectos, & armillam, quæ san-
guinem sistebat, amisset, quæ omnia cum multis do-
nis Emmanueli Regi mittere destinauerat. Cochimum
initio Februarij, Anno salutis M. D. xij. peruenit.
Ibi cum de rebus Goæ gestis certior factus fuisset, octo
celoces, cum valido militū præsidio confestim in eam
insulam misit, & Emmanuelem Lacerdam vrbi præ-
posuit, scq; illi subsidium intra paucos dies allaturum
confir-

Saraceni
nauarbi
perfidia.

Albuquer-
cij iactura
è nauis

ANNVS
salutis,
1512.

confirmauit. Lacerda confestim rescripsit, non esse eum
 appropere. Ciuitatem esse munitissimam. Expecta-
 ret è Lusitania naues, vt cum maioribus copijs posset
 castellum Benastariense capere. Secus enim se minimè
 dignitatis arbitrari, eum in insulam nauigare, nisi copijs
 illis stipatum, quibus castellum expugnaret. Assensu
 Albuquerque, & interim animaduertit in flagitia,
 quæ fuerant illo absente à Lusitania commissa. Sed ni-
 hil acerbius tulit, quàm illorum opera, qui fustuarij
 propter scelera meriti fuerant, Simone Rangelum,
 quod eos reprehenderet, in exilium pulsum fuisse: qui
 deinde à Saracenis in via captus, & in Arabiam perdu-
 ctus fuerat. Eo tempore Petrus Mascaregnas, qui cum
 Garlia Norogna Olysiptone soluerat, Cochimum ad-
 uectus est, & nūciauit, Norognam breui cum reliquis
 nauibus adfuturum. Legatus præterea quidam à regis
 omnium, qui Maldiuenses in insulas imperio tenebant,
 amplissimo, ad illum venit, & ab eo nomine regis sui
 postulauit, vt illum in fidem & clientelam reciperet.
 Illum nanq; velle Regis Emmanuelis imperio subdi-
 & tributum constitutum summa fide persolvere. Hu-
 ius promissi foedus statim fuit ritè percussum, & Sara-
 cenus quidam, Mammelles nomine, qui aliquot illius
 in insulas occuparat ex illis excedere iussus. Quod sine vi
 la recusatione confectum repente fuit. Hæc quidem
 in India gerebantur, quo fermè tempore Regina Ma-
 ria initio mensis Februarij filium edidit, Emmanueli
 patri specie & forma simillimum, qui Henricus appel-
 latus est. Eodè die, quo Princeps hic in lucè editus est,
 Olysiptis in qua quidem vrbe propter summam cali-
 temperiem, monstri simile est, partem aliquam niui
 intueri plurima niue conspersa fuit: quod multi sic
 interpretati sunt, ea niue mentis candorem, vitæ pu-
 ritate & continentia, virtutis eximia foecunditate,
 quæ in hoc principe mirabiliter eluxit, prædemonstratam
 fuisse. Sed vt auguria prætermittamus, hoc planè con-
 stat, in illius probitate, virtute, religione, constantia,
 & in sanctitatis exemplo Lusitani imperij firmamen-
 tum

*Petri Mas-
 caregne in
 Indiam ad-
 uentus.*

*Maldiuen-
 sis ad Albu-
 quercium
 legatio.*

*RES EV-
 ROPEAE.
 Henricus
 Emmanuelis
 nascitur.*

RES IN
 DICAÆ.
 tum consistere. At in India vltiore, postquam Albu-
 quercius Malaca profectus est, vrbis incolæ tam Sara-
 ceni, quàm simulacrorum superstitione conflictati, qui
 Lusitanorum partibus studebant, exanimati metu
 vagabantur. Nec enim existimabat illo absente ho-
 stium impetum ab eorum capiribus propulsari posse.
 Vt autem magis anxie trepidarent, rumor emanauit,
 Lasamanem cum maxima classe contra Lusitanos
 instructa tantum non appropinquare. Andradus illi,
 antè quàm in portu intraret, obuiam eundem censuit.
 Patecatirus, qui omnia per exploratores nouerat, cum
 accepisset, Andradium è portu soluisse, vt cum Lasa-
 mane conligeret, nocte in urbem ingressus est: & A-
 phraetum, cui Alfonso Chiaignus adolescens valdè
 strenuus præerat, cum improviso adoriretur, cepit:
 Chiaignum acriter resistere interfecit: reliquos, qui
 cum illo erant, captiuos abduxit. In Aphraeto tormen-
 tum ingens erat, Camellum appellant, illud etiam A-
 phraeto conuexit. Andradus Lasamanis classem cum
 minimè reperisset, in portum reuersus, Patecatiri sta-
 tionem oppugnare constituit. Alfonso personam cum
 mille & quingentis hominibus Indis, & paucis Lusi-
 tanis, terra secundum littus ire iussit, vt eodem tempo-
 re terra atq; mari Patecatiri munitio oppugnaretur.
 Ipse lembis & celocibus in uectus, fluiuium æstu secun-
 do subijt. Georgium verò Botellium agminis primi
 Ducem, hostes acriter inuadere iussit. Andradus con-
 tinuò subsequutus est. Alfonso Persona simul è ter-
 ra imperum fecit. Munitio cum magna hostium cede
 capta, & præsidia in effusa fugam compulsa sunt. Li-
 bi ligneum truncum magna crassitudine recenti san-
 guine conspersum aspiciunt. Is enim, qui tormento
 præerat, & à Patecatiro cum reliquis in seruitutem ab-
 ductus fuerat, iussus est illud in Andradium dirigere.
 Is morte proposita, ne tantum in se scelus admitteret,
 mortem oppetere maluit, quàm Christi numen offen-
 dere. Ea re Patecatirus grauiter offensus, illi caput in
 eodem trunco secuni præcidi confestim imperauit. Dū
 verò

*Aphraeta
 ab hoste ca-
 pitum.*

*Munitio
 Patecatiri
 nae expu-
 gnatio.*

*Eximia tor-
 mentarij
 cuiusdam
 magistri se-
 des erga Sa-
 periorum.*

verò alij castra diripiunt, alij tormenta cum Camelo, quem diximus, in naues inferunt, alij stationem subiectis ignibus incendunt, apparuit repente Saracenum acies instructa. Hi erant quadringenti, cum tribus Elephantis ingentibus, quorum singuli castella singula portabant. Viceni sagittarij in singulis castellis inerant. Georgius Botellius cum turma, quam ducebat, prior, eo quod propius fortè conlisterat, in hoc agmen incurrit, suosq; admonuit, vt elephantum, qui præcedebat, omitterent, rectorem tantum peterent. Hi cum viam Elephantum aperuissent, rectorem hastis vndique sublatum interimunt. Elephantum rectore destitutum constitit. Cum verò quidam è scapha Georgij Botellij, qui tormentis præerat, Elephantum cor pila percussisset, Elephanti repente concidit. Hac ruina reliqui consternati diffugiunt, & Saraceni similiter in fugam versi sunt. Naues erant in fluuio mercibus onustæ, quæ directæ continuo fuerunt, Nostri re bene gesta in urbem redièrunt. Patecatirus inde digressus quatuor passuum millia, locum alium magis natura munitum maiore vallo sepfit, validioreque præsidio munit. Illum deinde locum Andradius aggressus est. Primam stationem (quatuor enim erant) cepit, & incendit. Cum tamen reliquas inuasisset, tanta hostium multitudo ab eo, qui se Malacæ Regem nominabat, immissa fuit, vt nostros repelleret. In hac pugna duodecim è nostris desiderati sunt, inter quos Rodericus Araugius, & Christophorus Mascareguas, & Georgius Garceus, & Antonius Azeuedius extiterunt. Andradius & Petrus Faria cum multis alijs vulnerati sunt. Hac victoria Patecatirus insolenter elatus, animum addidit Principi, qui ad regnum Malacæ, vt diximus, aspirabat. Is continuo Lasamanem admonuit, vt cum classe, quam instructam habebat, se cum classibus Regis Darguimentis (Regnum illud ad Austrum pertinet, & est Malacæ finitimum) qui illi contra Lusitanos opem afferebat, coniungeret, & Malacæ portum obsideret. Andradius cum exploratum ha-

buisse

buisse, Lasamanem in ostio fluminis, quod Muar apellatur, classem constituiisse, eò inuectus, classem est aggressus. Prælium fuit atrocissimum, & ab vno die in sequentem ductum. Lusitani tamen victoriam consecuti fuerunt: hostes partim cæsi, partim in fugam pulsati, permultæ naues incense sunt. Sub id tempus tres naues cum præsidijs, & munitioibus & fabris, ab Albuquerque missæ Malacam venèrunt. Ciuitas tamen comætuus inopia laborabat. Andradius, vt ciues ea inopia leuaret, fretum Cincapuræ petijt (id autem Australem & vltimam regionis illius partem à continente dirimit) & nauem Patecatiri maximam commeatuonustam cepit: deinde Malacam reuersus, Lupum Azeuedium, & Georgium Botellium eodem iterum misit, qui inde tres alias Patecatiri naues cibarijs oneratas similiter abduxerunt. Georgius item Gomecius Cugna è Peguensi Regno (Rex enim cum Albuquerque pacem firmarat) cum alia naue commeatu similiter referta Malacam aduectus est. Eodem etiam tempore Antonius Miranda è Siamensi Regno, in quo fuit à Rege multis honoribus magnisque muneribus affectus, Malacam venit. Rodericus Britius rei bene gerendæ occasionem omittendam minimè putauit. Idcirco classem apparuit, qua nostri Patecatirum animo iam fractum, & inopia propter amissum commeatum grauissimè laborantem opprimerent. Illamque Andradio tradidit. Is cum alijs ducibus in hostes ire perrexit. Primum agmen Georgio Botellio, & Petro Personæ commisit. Ii cum maximo impetu primam stationem aggressi fuissent, eam cum magna hostium cæde transgressi sunt: alias deinde duas expugnauerunt. Hostes tandem se fuga proripuerunt. In coprælio Franciscus Machiadus vnum Elephantum occidit: alius captus, & Malacam adductus fuit: duo (quatuor enim erant) fugerunt. Eo casu Patecatirus exanimatus, in iuuenes insulas cum opibus & familia confugit. Is, qui se Regem appellabat, in aliam insulam ad ortum Solis obiectam,

Bin.

Prælium cum Saracenis.

Lusitanorum victoria.

Acce prælium Lusitanorum & repulsa.

Classis hostilis.

Regnum Darguimentense.

Muar fl. Prælium a. atrocissimum & Lusitanorum victoria.

Malacæ inopia comætuus inuasitur

Lusitanorum victoria.

Patecatirus aliorumq; fuga.

Abrei à Malacensi iure redierunt.

Amboinum insul.

Bandæ inf.

Myristica nux.

Serrani naufragi.

Novæ Lusitanorum classis in Indiã aduentus.

Bintam appellant, se recepit. Lasamana similiter, ut nostrorum congressum vitaret, mare nostris liberum reliquit. Andradius in urbem reuersus, ciues omni molestia & sollicitudine liberauit. Antonius Abreis sub idem tempus Malacam redijt. Nec enim potuit insulas, in quas Albuquerque iussu profectus fuerat, propter aduersam tempestatē, penitus explorare. In insulam tamen, Amboinum appellant, quæ non procul à Malucis abest, delatus est: Vnde Garofij pondus aliquot asportauit. Inde insulas Bandæ (quinq; autem sunt ad Austrum sitæ) petijt. Ibi tellus arbores, quæ nunc illas quas nos cadadas appellant afferunt, passim profundit. Arbores dicuntur esse Lauris simillimæ: flores quos offerunt, aiunt florum, quos mali Persicæ ferunt, speciem atq; similitudinem referre. Gens est agrestis & fera: Regem se imperio, quoties eis lubet, abdicare committunt, seniorumq; consiliū, quo regantur, instituit. Et sic variè statum Reip. commutant. Franciscus porro Serranus tempestate similiter iactatus, in insula quadam, quæ vna est ex Malucis, & Ternates appellatur, naufragium fecit. Qui tamen ab insulæ Rege commiter acceptus, multisq; muneribus ornatus fuit. Hæc in orientis Solis regionibus gerebantur. Cùm verò Albuquerque bellum maxima vigilantia comparasset, Garcia Norogna, qui Mozambique, ut dictum est, hæmauerat, interuenit. Duo autem Duces, quorum vnus Georgius Melius Pereira, alter Garcia Sousa nominabatur, qui eo anno profecti Olysippone fuerant, secundis tempestatibus vsi, cum classe duodecim nauium similiter appulerunt. Erant in his nauibus supra duomillia Lusitanorum. Albuquerque classe sedecim nauium instructa, Cochimo profectus est. Petrus Mascaregnas quamuis iam fuisset in Cochimensis arcis profectura constitutus, asseruit tamen se nullo modo passurum, ut bellum illud se absente conficeretur. Arce interim alij commissa, in eadem classe veetus fuit. Albuquerque in cursu Cananoris arcem Georgio Melio tradidit, & dissensiones inter mercatores Saracenos eiusdem

eiusdem ciuitatis incolas & Lusitanos summa æquitate sustulit: deindè Baticalam aduectus, ad vrbs profectum misit, qui diceret, se compertum habere nauem vnã Calecutio cum maximo numero piperis aduectam, quæ ad ius Saraceni, qui emerat Simonem Rangelum, pertinebat, eamque, ut sibi confectum traderet, imperabat. Quod sine recusatione factum est, & nauis Cochimum continuò deducta. Ibi Iudæus quidam literas à Lusitanis illis, qui, ut dictum est, cum Georgio Quadra nauarcho à classe Lemij aduersa tempestate segregati, naufragium fecerant, & à Saracenis captiui detinebantur, attulit, quibus significabant, Sultanum in ostio sinus Arabici arcem fundare, & Aden expugnare constituisse. Onorem deinde præteruecto Iudæus alius eadem nunciauit, adiecitque, nihil fore facilius Albuquerque, quàm ciuitatem illam capere, antèquam Sultanus ad eam copias suas adduceret, gentem ab eo defecisse, & offensio-nem illius extimescere. Idcirco facilius Lusitanorum imperium, quod clementissimum fore confidebat, quàm illius tyrannidem subituram. Melraus ibi Albuquerque conuenit, illumque admonuit, Zabaimum viginti hominum millia conscribere, ut Benastarinum copijs amplificatis fortius communiret. Proindè si vellet Benastarinum capere, properaret, antequam exercitus ille posset cum reliquo, qui oppidum tenebat, coniungi. Itaque nullam moram Albuquerque interposuit, quin statim Goam peteret, & classè Benastarinum obsideret. At qui erant in oppido, classẽ tormentis acerrimè quatiebant, præcipuè verò Camelus quidam (sic enim genus illud tormenti nominatur) plurimum damni nauibus inferebat. Sed opera excellentis artificis, qui tormentis præerat, cum globus tormento, quod Sphæram appellant, per os Cameli missus cum horrendo fragore fuisset, Camelus continuò dilaceratus & nostri illius metuliberati fuere. Albuquerque in cursu vrbs, ut inde cum copijs Benastarinum veniret, & terra hostes inclusos graui

Varij bellorum nunciij Albuquerque alati.

Bellum Goense.

Stratagemæ.

etiam obsidione continuò premeret, petijt. At Rozalcamus cum equitibus ducentis & quinquaginta, & maximo peditum numero ex oppido egressus, Goam versus iter instituit. Illi verò Petrus Mascaregnas, & Garsia Norogna, & Emmanuel Lacerda, & Lupus Vascius de sancto Pelagio, & Ioannes Fidalgus, & Rodericus Gundiffalvus Camigna, obuiâ prodierunt. Prælium commissum fuit, hostes fusi sunt: nostri in oppidum eos insecuti tanto impetu ferebantur, vt hastis innixi in muros scandere conarentur. Qui tamen acriter eo die rem gesserunt, fuere Lupus Vascius de S. Pelagio, & Petrus Mascaregnas. Qui oppidum tuebantur, omni telorum genere nostros detrudebant. Nonnulli cæsi, & quamplurimi vulnerati sunt. Emmanuel Lacerda saxo percussus, ex equo, quo vehebatur, in terram decidit, & occisus fuisset, ni Ioannes Decius illi opem confestum attulisset. Quod si Albuquerque, qui nostros rabie quadam furentes à muris abduxit, non accessisset, magnam ea die Lusitani cladē accepissent. Nemo enim eos impedire poterat, quò minus hastis in arcē euadere niterentur. Albuquerque in urbem regressus, post quos dies copias omnes eduxit, illis tantū relictis, quas ad vrbes custodiam necessarias esse conspexit. Habebat aut tunc sub signis Lusitanorum tria millia, adhuc Indorum cohortes aliquot erāt admixtæ. Exercitū tormenta in uectâ curribus antecede bāt, testudines admouebantur, & omnia quæ ad oppugnationē erant necessaria, summo studio fuerāt ab Albuquerque cōparata. Castris positis, nostri oppidum & arcē terra mariq; summis virib; oppugnare constituunt. Sed erat ea oppugnatio difficillima. Oppidum namq; erat muris latissimis cinctum: turres admodum frequētes, è quib; densæ pilæ nocte atq; die coniectæ, multis necem afferebant. Quò autem Lusitani vehementius rem gerebant, eò periculū grauius adibant, & omnes eorum conatus in nihilum recidebant. Vnum tantum genus erat oppugnationis acerrimum, nempè fames, qua exercitus hostium erat

in sum-

In summas angustias inductus. In eò enim Albuquerque omnes neruos intenderat, nè quidquam cibi intromitti in oppidum posset. Omnes namque aditus erant nauibus obsessi, & comœatus, qui antea fuerant importati, propter hominum multitudinem consumpti. Rozalcamus hac necessitate coactus, experiri voluit, an posset eruptiōe facta sese ex obsidione, qua premebatur, eximere. Noctē igitur de quarta vigilia, aliquot instructas acies cum Ducibus sanè fortibus emisit: ipse ad portam substitit, vt præsidia submitteret. Qui exierant, nimis acriter in stationem, cui præerat Emmanuel Soufa Tauaris, irruerunt, ipsum Soufam fortissimè dimicantem conuulnerarunt, & copias, quibus erat præfectus, cedere compulerunt, vscue eò, dum in aliam stationem, cui præfectus erat Garsia Norogna, qui subsidio occurrebat, similiter inuaderent. Ita cum & fames & rabies eos incitaret, Norognam etiam cedere coegerunt. Petrus Mascaregnas cum instructis cohortibus accedens, Lusitanos dissipatos in ordinem recepit, & hostibus animo magno repugnauit. Prælium tanta vtrinque pertinacia commissum fuit, vt res non tormentis, nec hastis, sed gladijs, & pugionibus, & interdum etiam lacertis gereretur. Hostes tamen cum vterius progredi non possent, in oppidum incolumes redierunt. Albuquerque, nè hostes possent deinceps erumpere, fossam latiore duxit, vallumque firmiter munivit. Hostes in extremum discrimen adducti, pacem petierunt. Pax his conditionibus facta fuit. Vt hostes traderent omnes Christianos, qui ad eos transfugerant, & Christi religionem violarant. Vt traderent præterea naues duas, quas, dum in insulam traicerunt, in aditu Noctis ceperant, & oppidū, & arcem cum equis, armis, & tormētis, & omnem præterea classē, quæ in insula consistebat. Albuquerque verò fidem dedit, se eos cum bonis omnib; abire permissurum, & Lusitanis, qui religionem abiurauerant, necem haudquaquam illaturum. His rebus summa fide confectis, hostes in contum-

Gg 2

nentem

Lusitanorum
victoria.

Albuquerque
exercitus.

Benastari
ni obsidio
& oppug
natio.

Rozalcamus
in Lusitanos
eruptio.

Prælium
acerrimum.

Pacis cum
Rozalcamo
initæ condi
tiones.

Benastari
ni opp. de
ditio.

*Singulare
apostatarū
supplicium*

*Goensis por-
tus vecti-
gal solerter
auctum.*

*Regis Ven-
gaporensis
de pace ad
Albuquer-
cium Lega-
tio.
Vengapor
Regio.*

uentem traiecerunt: nostri in oppidum ingressi sunt
Albuquerqueius in urbem regressus est. Lusitani, qui a-
pud Saracenos in Mahumetis nomen iurauerant, cęsi
quidem minimę sunt, sed nę quisquam auderet corū
scelus imitari, illud ab Albuquerqueio exemplū editum
fuit, quo non minus, quā si capitali supplicio omnes
affecisset, terrorem multis incussit. Omnib. enim na-
res, & aures, & dexteras manus, & sinistrarum polli-
ces abscindi pręcepit. In his fuit Fernandus Lupius,
cuius mentio facta est, qui postea à classe, quę in Lusi-
taniā nauigabat, in insula S. Helenę derelictus, eā
insulam admirabili sagacitate & industria frugib. &
oleribus, & arboribus ita conseruit, vt cū eō ex India
redeuntē nostri naues gratia aquationis appellunt,
mirę reficiantur. Albuquerqueius his rebus gestis, Noro-
gnam Cochimum misit, vt classē, quę erat in Lusi-
taniā profectura, diligēter instrueret. Et deindē ma-
re, quod ad Calcutij oram pertinet, obseruaret, nę vl-
la nauis Arabię egrēdi ē portu possēt, quin statim ca-
peretur. Aliam deindē classē Garfię Soufę commi-
sit, qua naues omnes, quę cū equis ē Persi de veniebāt,
Goę portum subire compelleret. Eos autē, qui portum
intrabant, comiter excipiebat, & de portorijs aliquid
diminuebant, qua libertate commoti mercatores, eō
cum equis & alijs mercibus libentissimē comēabāt.
Sic factum est, vt portus vectigalia multō maiore pre-
tio conducerentur. Rex Vengapor (est autem Venga-
por Regio mediterranea, cum Zabaimi regione con-
tinens) Legatum ad Albuquerqueium de pace misit.
Nomen enim illius per omnes illas terras cum homi-
num admiratione vagabatur, & multi ob eam cau-
sam, Regis Emman. imperium sequi volebant, vt in
illius tutela cōstituti, aliorum Principum tyrannidē
declinarent. Legatus ephippia, frontalia, phaleras, &
tegumenta, quib. equi insternuntur, & ornantur, Re-
gis sui nomine ad Albuquerqueium deferebat. Legatio
verō nihil aliud continebat, quā amicitię cupidi-
tatem, qua princeps ille dicebat se vehementer incen-
sum esse,

sum esse, & bellum cum Zabaimo, si opus esset, factu-
rum, & Lusitanis cibaria suppeditaturum, nullumq;
officium hominis fidelissimi, quod ad Regis Emma-
nelis obsequium pertineret, omitturum. Hoc autem
postulabat, vt liceret sibi equos trecentos precio, vta-
lij faciebant, persoluto, ex vrbe singulis annis educe-
re. Fuit huic postulato satisfactum, & legatus honori-
ficē dimissus. Legatū deindē ad Narfię Regē cum
muneribus instituit, qui ab illo Baticalam, quę erat
in ora Malabarensi sita, Emmanuelis Regis nomine
postularet. Ora Malabarensis Cananore incipiens, Co-
n promontorio definitur. Ciuitas autem Baticala ad
Narfię imperium pertinebat. Quamuis autem es-
set parum fructuosa, & multis periculis obiecta, Em-
manuelis tamen rationibus valdē conducebat, eam
pręsidio illius cinctam teneri. Legatus fuit Gaspar
Chanoca, qui iam eō cum Legatione missus extite-
rat. Sub idem tempus Zabaimus Dalcamus duos Le-
gatos ad Albuquerqueium misit, & per eos pacem po-
stulabat, & potestatem sibi dari petebat equos emen-
di, quibus in bellis contra finitimas gentes vteretur.
Id etiam concessum fuit, & Iacobus Fernandus Faria
ad eum missus, qui pacis & amicitię fœdus sub certis
conditionibus sanciret. Melichiazus Legatum et-
iam cum naue comēatu & cibarijs onusta ad Albu-
querqueium misit, vt illi de capta Malaca gratularetur,
& ipsum Melichiazium perpetuō in illius potestate
futurum, multis verbis ostenderet. Is Melichiazio gra-
tias egit, & Legatum muneribus affectum dimisit, &
comēatum muneribus alijs Melichiazio donatis
compensauit. Legatum pręterea Cambaiensis Regis,
qui Lusitanos captiuos adduxerat, muneribus simi-
liter ornatum in patriā remisit. Eodem tempore fuit
certior factus Albuquerqueius, Legatum ab Aethiopię
Imperatore ad Regem Emmanuelem missum à Da-
bulensi pręfecto vinctum custodiri. Hoc cū perce-
pisset, misit cōtinuō, qui nomine illius à Dabulis prę-
fecto peteret, vt Legatum missum repenti faceret. Is

*Albuquerque-
cij ad Nar-
fię Regē
Legatio.*

*Zabaimi
Dalcami
ad Albu-
querqueium
Legationes
duę.*

*Melichia-
zij ad Al-
buquerqueium
Legatio.*

*Aethiopię
Imper. ad
Emmanue-
lem Lega-
tio.*

sine vlla recusatone paruit: & Legatus Goam perdu-
ctus cum solenni pompa, & sacerdotum cantibus ex-
ceptus fuit. Gerebat enim crucem ex ligno Crucis il-
lius, in quam Christus, generis humani conditor atq;
liberator, sublatus fuerat, perfectam, quam Aethiopic
Imperator Regi Emmanueli dono mittebat. Omnes
aut̄ maxime lætabantur, cum cernerent in illis regio-
nib tam longo interuallo ab Europa distantib. Lega-
tum Christiani Principis, cuius fiducia erecti confide-
bant futurum, vt vbiq; Christi nomen sanctè colere-
tur. Alium etiam Legatum Regis Armuzienfis cum
litteris & mandatis à se dimisit. Dum hæc fiunt, Garfia
Norogna imperata conficit, & nauibus, quæ erant in
Lusitaniam profecturæ, comparatis, Calecuti se ma-
re diligenter obseruat. Interim Naubeadarimus re-
gni heres, qui, vt diximus, in Lusitanos voluntate ap-
pendebat, ad Norognam litteras misit, quib. contine-
batur, se, si Albuquerque id non aspernaretur, inter
illum & auunculum pacis interpretem futurum, atq;
perfectum, vt nostris in vrbe Calecuriensis potestas
arcis ædificandæ fieret, Hoc Norogna Albuquerque si-
gnificauit. Id tuit Albuquerque gratissimum. In mare
enim Arabicum nauigare statuebat, & ea de causa cu-
piebat res Indicas omni belli motu liberatas, & opti-
mè constitutas relinquere. Pax facta fuit, & arcis fun-
damenta in eo loco, vbi Regis edes, in quas Albuquer-
cius primus inuaserat, extructæ fuerant, iacta sunt. Is
verò in mense Martio, Anno salutis M. D. XII. cum clas-
se, de qua suo loco memorabimus, vt in Arabicum si-
num penetraret, Goa profectus est. Hoc anno Barra-
xa & Almâdarinus in Mauritania earum ciuitatum,
quas tuebantur, sinibus egressi, in Mauros Regis Em-
manuëlis stipendarios inuasere: agris & frugibus in-
flammationem intulere: in agrum Arzileniem excur-
sionem facientes, cum populati sunt. Inde in Tingi-
tanum agrum concessere. Odoardus Menesius, qui
Tingitanæ ciuitati præerat, habito consilio, quida-
gendum sit, deliberat. At interim hostes excurrunt
manipu-

*Armuzien-
sis Regis le-
gatio.*

*Pax cum
Calecutien-
sibus inita.
Annus na-
si Christi
1513.
RES APRI-
CANÆ.
Maurorum
extirpationes.*

manipulos in areas congestos (nondum enim fruges
excussæ fuerant) incendunt. Flamma frequentib⁹ in
areis excitata, noctis tenebras dispulerat, ita, vt nostri
hostium multitudinem è mœnib⁹ aspicerent. Nostri
vigilare, & arma comparare, omnibusq; rebus, quæ ad
hostium impetū repellendū, siue ad obsidionem tole-
randam vsui esse possent, prouidere. Odoardus Mene-
sius exploratū miserat, & cum primum diluxit, quid
exploratores afferrent, ad portam armatus cum in-
structis copijs expectabat. Renunciauit illi, hostes post
colles, in quibus speculæ erant constitutæ, confedisse:
magnam equitum & peditum multitudinem videri.
Cū tam exiguis copijs non esse sapientis Ducis, velle
in hostes multitudine feroces, & successib. elatos in-
currere. Odoardus enim Menesius habebat tunc sub
signis equites 200. & pedites 300. Odoardus nihilo-
minus progredi constituit: & superato colle, hostes a-
spexit, & numerum oculis, vt potuit, designauit. Illi
cedunt, vt nostros ab vrbe longius extraherent, nostri
sensim eos sequuntur. Vbi verò illi circiter duo passuū
millia progressi sunt, constitere: deinde clamores in-
gentes edidere. Hic Barraxa, Nō clamorib. inquit, est,
sed viribus agendum. Non sunt hi homines, qui vo-
cib. exterreri soleant. In virtute igitur, non in vlulati-
bus est spes victoriæ collocanda. Cupio nunc non eos,
qui voces inanes fundant, sed qui hostem feriant, aspi-
cere. Hæc vbi dixit, instructos equites in nostros in ci-
tauit. Primum nostrorū agmen, quod Petrus Leitani⁹
ducebat, sexaginta equites continebat, & fuerat de no-
ste præmissum. Hoc primum hostium impetum susti-
nuit. Hostes multitudine nostros obruebant. Menesius
tamen (Leitani namq; virtuti multum cōsidentum, nec
existimabat, esse sibi hominibus, tanquam in extre-
mum discrimē inductis auxiliū celerius, quā summæ
rei conueniret, afferendum) sensim ibat, vt ordines
iam propter prælium commistum perturbatos aggre-
deretur. Itaq; cum tempus opportunum animaduertit,
pedites iussit vnum hostium latus inuadere, ipse
Gg 4 in latus

*Barraxa
ad milites
oratio.*

Prælium.

*Lusitanorum
victoria.*

in latus alterum impeditum acerrimè tulit. Plus vna hora fuit vtrinq; fortissimè dimicatum. Tãdem cum hostes ardorem illum pugnandi remitterent, & nostri tunc multo vehementius impressionem facerent, illi fugam cepissent. Almandarinus (Is enim ante congressum Barraxam illuserat, quòd non vocibus, sed virtute cum paucis illis Lusitanis rem gerendam esse prædixerat) vt Barraxæ sententiam comprobaret, primus cum equitibus centum se fuga proripuit. Illum Leitanus insequutus est, aut eum vt viuum cepisset, aut saltem occidisset, nisi equites, quos ducebat, pedites hostium cædendo fuissent, Leitano frustrà eos reuocante, nimis impediti. Barraxa viri sanè fortis officio functus ea die fuit. Cùm tamen Almandarini fuga suos perterritos animaduerneret, ita cessit, vt ordinem cædendo conseruaret. Eum Menesius duodecim millibus passuum insequutus fuit. Tandem cum Barraxa copias in montem arcta via subduceret, Menesius suos ab hostium cæde reuocauit. Supra sexcentos ex hostibus ea die cæsi sunt, capti ducenti & quadraginta, inter quos fuit Almandarini primus agminis ductor, & Barraxæ signifer, & multi præterea viri nobiles: signa & tentoria capta, & præda ingens abducta. Ipse Barraxa summum discrimen adijt: ex equo enim cecidit: sed alius ei repente ab vno ipsius equite oblatus fuit, quo periculum vitaret.

*Cæsurum
& captorum
numerus.**Piè factum**Sasiniense
bellum.*

E nostris quatuor cecidèrunt: viginti tres vulnerati sunt. Odoardus Menesius, re benè gesta, in urbem reuersus, rectà cum omnibus copijs in templum ingressus, summas gratias Deo egit, cuius numine & beneficio prælium illud pugnatum fuerat. Nec Sasini interim præsidia quiescebant. Mauri namque vicini quamuis ex fœdere tributa debebant, ea tamen ope Principum freti, qui illis animos faciebant, solvere recusabant. Præterea illis, qui in fide permanebant, reliqui bellum frequenter inferebant. Itaque necesse nostris erat, vel vt rebelles bello frangerent, vel vt subditos iniuria liberarent, sæpenuerò in hostiũ

fines

fines incurrere. Hoc igitur anno Nonius Fernandus Ataidius Lupum Barrigam, virum impigrum, & aesignanorum ducem, Dabidam (Is locus Sasinio circiter quadraginta millibus passuum distat) misit, vt incolis contra Xiatimenses opem afferret. Dabida in edito colle Xiatimæ imminet propè fluuium, quem Aguz appellant. Xiatimenses tamen tunc Dabidenses numero superabant, & plurimas illis iniurias inferebant, quas tunc Barriga persequutus est. Illo regresso, cum Xiatimenses exploratum habuissent, copias Ichabentafusi castella circumire, vt tributa, quæ erant Regi Emmanueli persoluenda, à stipendiarijs exigerent, octingentos equites accersierunt, quibus eos se facile oppressuros esse confidebant. Ichabentafusus, qui tunc in castello, quod appellant Mirabellam, se cum centum & sexaginta equitibus continebat, vbi primum audiuit Xiatimenses appropinquare, quamuis copijs esset inferior, cum nonnullos Dabidenses asciuisset, in hostes acriter impetum dedit, & fusos insequutus est. Duos viros primarios cepit, & paucos occidit. Cùm tamen Dabidensis quidam princeps, A cum nomine hostes auidius insequeretur, & se à suis longissimè segregasset, ab Xiatimensibus captus fuit. Paucissimi eo prælio ceciderunt. Arabes enim, qui Mauritaniam incolunt, cum sint auarissimi, propter pecuniæ cupiditatè hostium vitæ parcunt, vt ex redemptione pecuniam comparent: & præterea multos à se in bello captos esse maximè omnium gloriantur. Bellum tamen hoc & permutacione captiuorum, & veteris fœderis instauracione finitum fuit, & stipendia Regi Emmanueli integre persoluta. Rursus Ataidius eundem Barrigam cum Ichabentafuso in pugnam Areze nomine, ad radices montis, quem Ferreum appellant, situm, misit, vt illum propter rebellionem bello contunderent. Illi vt imperata facerent, nocte profecti, prima luce in pagimuntiones irrumpunt, hostes nonnullos interimunt, & aliquot etiam capiunt: reliqui se in montem effusa fuga proripiunt. Nostri in urbem cum præda

*Dabida op
pidum.**Ichabenta-
fusi victo-
ria.**Dabidensis
Princeps
captus.**Pax cū re-
bellibus
Mauris.**Lusitano vñ
de Arize
victoria.*

*Victoria,
Lusitanorum
de Tazarot
tenibus.*

incolumes reuertuntur. Rursus cum incolæ cuiusdā oppidi, quod appellant Tazarot, cum Azezen sibus fecere coniuncti, excursionem in Sabiniensem agrum facerent, Ataidius cum copijs instructis egressus, eos fudit fugauitq; nonnullos occidit, & exercitum incolumem reduxit. Ludouicus interim Menesius, Ioannis Menesij Tarauensis Dynastæ filius, cum centum equitibus Sabinium peruenit. Aluarus etiam Norogna cum alijs centum equitibus in urbem simul ingressus est. Vterq; missus à Rege Emmanuele fuerat, vt vrbi præsidio esset, ita tamen, vt nunquam Ataidij imperium detractarēt, sed omnia, quæ is iussisset, alacritate summa conficerent Ataidius, vt adolentes ea nobilitate præditos exerceret, vt possent cum nonnulla gloria in Lusitaniam reuerti, statuit Almedinam eos deducere. Est autem Almedina vrbs valdè ciuibus frequentis, & muris cinctā. Homines sunt agriculturæ, & rei pecuariæ maximè dediti, & idcirco frugibus & pecoribus abundant: cultu tamen paulò lautiore, quam reliqui eiusdem regionis Arabes vtuntur, ciuitas erat in duas factiones diuisa. Quidam enim Regis Emmanuelis partes sequebantur, quidam Fessenij Regi studebant. Vtraq; autem pars factionis Principes habebat. Omnes tamen tributum ex foedere debebant. Factio Fessenis tunc præsidio regis intra muros admisso multo potentior erat. Sic autem euenit, vt alij quidem voluntate, alij verò metu tenerentur, ne tributum imperatum soluerent. Ataidius cum equitibus quadringentis, & turma peditum ex vrbe profectus, prima luce Almedinæ portis appropinquauit. Hostes de illius aduentu per exploratores facti certiores extiterant. Erant in vrbe equites sexcenti, & pedites mille viri fortes, & animis & armis ad confligendum parati. Ataidius eos inopinato aggredi cogitârat. Itaque cum ad mœnia propius accessisset, duplicem aciem instruxit. Vnam Aluaro Norognæ, vt portam, quæ Marochij respicit, oppugnaret, alteram sibi referuauit, qua cum Ludouico Menesio per aduersam portam irrueret.

Hostes

*Almedina
vrbs.*

*Almedinen
se bellum.*

Hostes vltro portas aperiunt, & pugnandi facultatem nostris offerunt. Prælium exortum est, quod fuit vtrinq; singulari audacia commissum. Nostrî primū cessère. Deinde rursus animis acriter incensis, impetū in hostes tulère. Victoria neutram in partem inclinabat, cum pugna in multum temporis spacium protrahata fuisset. Factum tandem est, vt vtrinque libenter se à prælio continerent Ataidius copias suas reduxit, & hostes se intra mœnia receperunt. Ex hostibus tamen supra viginti ceciderunt: è nostris tres desiderati sunt: multi ex vtraque parte vulnerati fuère. Rursus cum Ataidius quietem minimè pati posset, silentio noctis vsus in hostium turmas, quæ propè Almedinam positæ castris consistebāt, inuadere statuit. Sed cū intellexisset, hostes esse iam de illius conatu per exploratores admonitos, quamuis iam esset multum in via progressus, copias retraxit. Porò Arabs quidam ei familiaris ad illum accessit, atque nunciauit, Marochij Regem viam, per quam ille regredi parabat, infedisse, vt illum interciperet. Eo nuncio Ataidius se valdè lætari dixit, & Arabi munus pro eo donauit. Deinde, abi quæso, inquit, Regique nuncia, me in campo per totam diem illum expectaturum. Rex tamen siue vt congressum illius vitaret, siue vt aliud, quod in rem magis esset, animo moliretur, siue Arabs falsum nunciârat, viam minimè infedit, sed in Ducealam regionem recta contendit, & foedus cum Principe, qui montes ditione tenebat, fecit, vt coniunctis viribus Lusitanis repugnarent. Ataidius cum diu frustra expectaret, exercitum tandem media fermè nocte in urbem reduxit. Hoc fermè tempore Nonius Mascaregnas cum equitibus centum Sabinium peruenit, & Ludouicus Menesius, & Aluarus Norogna fuère in Lusitaniam reuocati. Erant tunc in vrbe supra septingentos equites, cum quibus Ataidius frequenter excurrerat, & manum cum hostibus crebrò conferebat, ita, vt nemo posset esse impedimento, quò minus tributa ab stipendiarijs exigeret. Cū verò Ataidius

*Prælium
æquale.*

*Mauorū in
Lusitanos
conspicatio*

nosse

Excursio in nocte cuperet, quid hostes agerent, quorum tum castra
Mauros. duodecim millibus passuum inde aberant: Barriga se
 id exploratum ostendit. Itaque A taidij permissu,
 cum equitibus triginta de nocte profectus, castra pro-
 pius, cum diluxisset, accessit: sex hostes occidit, qua-
 tuor viuos cepit, tantaq; celeritate rem gessit, vt prius,
 quam hostes se ad illum persequendum comparare
 possent, ipse se in pacatum reciperet. A taidius igitur à
 captiuus intellexit, quid hostes animis agerent, quo
 ordine castra posita essent, quibus copij: rem gerere sta-
 tuerent. Sequenti igitur die, Lupum Barrigam cum
 equitibus centum & quinquaginta præmisit. Nonius
 Mascaregnas cū equitib. centum illum sequebatur, vt
 locum opportunum insidijs cum copijs suis insideret.
 A taidius postremò, vt subsidio esset, cum reliquo ag-
 mine veniebat. Barriga iussus excurrere, cum in hostes
 incautos irruisset, quinque occidit, quatuordecim vi-
 uos cepit, magnam vim pecoris abegit. In hostium ca-
 stris tumultuatum est, cum indignissimè ferrent, se ab
 homine illo impunè ludificari. Itaq; equites quadrin-
 genti protinus egressi sunt, & in Barrigam inuadunt.
 Is sensim ordine minimè confuso cedebat, donec ad
 locum, in quo Mascaregnas in insidijs latebat, perue-
 niret. Ibi rursus cum & ipse suos in hostes incitaret, &
 Mascaregnas ex insidijs proderet, prælium tanta vtrin-
 que audacia commissum est, vt constet, nūquam post
 illam urbem captam, ad eam diem in regione illa, pro
 numero militum, vel atrocius, vel pertinacius pugna-
 tum fuisse. Hostes enim minimè perturbati, acerrimè
 decertabant; nostri quamuis essent de via fessi, eorum
 impetum egregiè sustinebant: nemo tergum vertebat.
 Multi vulnerati sunt, non pauci ex equis deiecti, ne-
 mo tamen occisus fuit. Nostri tandem cedere sensim
 incipiunt: quos A taidius, qui iam appropinquabat,
 excepit, & hostes sublitère, A taidius vltèrius progre-
 di noluit, eò quòd cerneret eos, quos Barrea & Mascare-
 regnas duxerant, labore nimio fractos: & verebatur,
 ne à castris hostium obsidia mitterentur, quæ nostros
 lassif.

Atrox cum
Mauris
prælium.

lassitudine confectos obruerent. Itaque dimissa præ-
 da, vt ordinem melius conseruaret, se in urbem rece-
 pit. Post dies octo cum A taidius accepisset, eundem re-
 gem Marochij motis castris in promontorio Canti-
 mensi, quod inde non procul aberat, concidisse, ad ves-
 perum, cum Rex cenaret, ex improviso duas turmas
 adortus, eas cepit, & castris terrorem & tumultum in-
 tulit, exercitumque properè reduxit. Ibi tunc hostes
 accurrunt, sagittis, & glandibus, & missilibus acerrimè
 pugnant. Præcipuè vero tanta lapidatio è superiore lo-
 co (castra enim erant in cliuo posita) facta est, vt locus
 lapidationis nomè obtineret. Nostri tamen se cum o-
 mni præda receperunt: hostes eos tota illa nocte fero-
 citer insequuti sunt. Nihilominus A taidius cum eo-
 rum impetum egregiè sustineret, exercitum prima lu-
 ce incolumem cum magna præda reduxit. Captiuos
 enim supra trecentos fuisse, constat. Fuère præterea ca-
 pti equi complures, & Cameli. Rex alium deinde lo-
 cum magis munitum castris metandis cepit. Est mons
 editus, quem appellant Idenar, illi subiecta est campi
 planicies, obiectis principio collibus præangusta, quæ
 deinceps latius panditur. In campi istius angustijs, rex
 castra posuit. Id cum A taidius exploratum habuis-
 set, vna nocte cum equitibus quingentis, & multis et-
 iam Saracenis auxiliaribus, qui Duce Ichabenta fuso
 secum A taidio coniunxerant, in hostium castra pro-
 fectus, cum in illos inopinantes inuassisset, castra tan-
 to metu atque terrore compleuit, vt quamuis multi
 in ea trepitatione, correptis quæ cuique sors obtule-
 rat armis, resistere pararent: omnes tamen metu ni-
 mio conturbati, se se ab eo tumultu effusa fuga prorip-
 erent. Ipseque Rex non expectauit, dum equus in-
 serueretur, sed in eum, quem primum adipisci po-
 tuit, insiliens repente diffugit. In castris magna cæ-
 des facta est, ingens præda capta, maxima virorum &
 mulierum multitudo in seruitutem abducta. In-
 ter captiuas fuit vna Regis ipsius concubina forma
 excellenti, quam is vehementer amabat. Lusitani a-
 liquor

Prospera
Ataidij in
Marochia-
na castra
irruptio.

Idenar
mons.

Alia non
minus fa-
lix in Idena-
rianos ir-
ruptio.

*Lusitanorū
de Almedi
nenſibus
victoria.*

liquot vulnerati fuerunt, inter quos Ataidius extitit, qui in facie vulnus accepit. Non multis post diebus Almedinenses ciues in agrum Sabinienſem excuſſo, nem fecerunt, & in duobus locis inſidias collocarunt. In eos tamen Ataidius explorato nostros eduxit. Prælium fuit acre, manganſq; vtrinque viribus pro hominum numero commiſſum. Sed tandem hoſtes fuſi fugatiq; ſunt: Octo & quadraginta cæſi: è noſtris tres deſiderati, ne maior cædes ederetur, & equorum hoſtiliū perniciousitas, & Ducis prudentia fuit impedimento. Nec enim permiſit, vt noſtri longius hoſtes inſequerentur, ne in plures inſidias cædendi cupiditate furenter irruerent. Alij deinde equites Arabes ſeptingenti, cū per agros in vr̄bis conſpectu diſcurrerent, & ſegetes incenderent, reſſi continuò ſunt. At Ataidius vbi vidit illos ſine vlla ſuſpicionē futuræ dimicationis abceſſiſſe, Lupum Barrigam cum centum & ſexaginta delectis equitibus in eos immiſit: alia deinde portā Nonium Cattū, impigrum virum ſimiliter cum alia equitum turma iuſſit, vt diuerſis ex partibus hoſtes adorireretur. Is primus in hoſtes inuectus eſt. Prælio commiſſo, Luſitani hoſtium multitudine & ferocitate vehementius oppreſſi, magnum diſcrimen adierūt. Barriga cum ſuis ſubſidium attulit, quo noſtris animus redditus eſt, & impetus hoſtium reſpreſſus. Acerima tandem noſtrorum impreſſione hoſtes in fugam verſi ſunt: noſtri quatuor millibus paſſuum eos inſequuti, non mediocrem ſtragem ediderunt, & Barriga cum opimo ſpolio vr̄bem ſubiit. Hoſtium namq; ſupremum Ducē, virum militaris virtutis opinione præſtantem manu ſua interemit; ita tamen, vt ab eo congreſſu, quamuis victor, multis & periculosis admodū vulneribus ſauciatus abiret. Sed facilè victoriæ deus dolorem vulnerum leuabat. Dux Iahomazende appellabatur. Illius caput & equum Barriga in vr̄bem intulit. Caput fuit hæſte mucrone præfixum, & in vna vr̄bis porta collocatum. Illud Saraceni maximo pretio redimere cupiebant, ſed nunquam id Ataidius

*Iahomazend
dis Arabū
ducis ca-
des.*

Ataidius vlla conditione permiſit. Tandem cum hoſtes, qui illam regionem, quam appellant Xerquiam, incolebant, fracti malis, & rebus ſuis diſſidentes, pacem ab Ataidio petiſſent, inter alias ſcæderis renouati conditiones vna fuit, vt caput Ducis illius ſuis ad honorem ſepulturæ redderetur: quod tunc fuit ſumma Ataidij voluntate conſeſſum. Erat enim is inter Saracenos propter decora in bello parta, ſummis honoribus affectus, & ſingulari ſuorum prædicatione celebratus. Pax facta continuò fuit. Reliqui Xerquienſium exemplo prouocati, pacem ſimiliter ab Ataidio poſtularunt. Pacis ſequeſter & interpres Iehabentaſus extitit. Nullum grauius onus eo, quod iam antea ſubierant, fuit illis impoſitum. Ita ea parte bello proſigato, omnis illa regio fuit ſub imperium & ditionē Emmanuelis iterum cum tributo æquabili ſubiuncta. Ex illis Ataidius plurimos delegit, quos ſtipendijs aleret, vt illis ſtipatus, facilius cum Marochij Rege & Xerifio (ſic enim appellabant ducem, qui ſanctitatis & virtutis militaris opinione Arabibus, qui diſperſi in agris vagabantur, imperabat) bellum continenter gereret. Tantum autem terrorem principiſ illis Ataidij nomen inferebat, vt nullis momentis ſe tutos vnam fore conſiderent. At Ataidius aliorum bellorū cura liberatus, bellum contra duos illos principes maiore ſtudio ſibi adminiſtrandum putauit. Itaque Lupus Barrigæ præcepit, vt cum centum & quinquaginta equitibus Luſitanis, & equitibus auxiliariſ ex Saracenis ſcæderatis, qui ſub Iehabentaſo militabant, accitis, in Marochij fines inuaderet. Is igitur cum Iehabentaſo, cū eſſent in loco, qui Duamus appellatur, & ab eſt Sabinio paſſuū millibus quadraginta octo, accepit ad radices Atlantis montis (nunc mōtes claros appellant) in campo ſatis patente, quem appellant Alehauz, nouem hoſtiū præfecturas caſtra poſuiſſe. Hoc præcepit cum Ducis exploratū habuiſſent, incredibili certitate eò ſe contulerunt, ita, vt inopinantes & incauſ aggregerentur. Supra mille ex hoſtib; cæſi ſunt, capti centum

*Pax cum
Xerquienſi
bus inita.*

*Bellū Mora
chienſe.*

Duamus.

*Atlas, n.
montes claros
victoria.
Alehauz.
Lusitanorū
victoria.*

centum & quinquaginta, & præda ingens eo die par-
ta. Vtcrius autem progressi in regionem Xiatimensi
impetum ferentes, non paucos hostes interfecerunt, &
captiuos ceterum abduxerunt. Eo Xerifus, vt eandem
regionem armis occuparet, inuasit. Ex illius castris e-
quites permulti in nostros inuesti sunt. Barriga in co-
piarum supplementum equites centum in subsidium
missos acceperat. Prælium satis acre commissum fuit,
& diu ancipiti victoria dimicatum. E nostris tres ce-
quites Lusitani, & vnus Saracenus cecidere, ex hostibus
viginti & quinque cæsi sunt, inter quos filius Regis
cuiusdam interfectus est. Hostes cum se frustra con-
dere cernerent, in castra reuersi sunt: quos nostri in-
qui in castra noluerunt, ne multitudinem obruerentur.
Post aliquot dies, Barriga in oppidum Xiatimense, quod
appellat Tanli, impetum similiter tulit. Hostes cum
se in vltimum discrimen adductos cernerent, alucari-
apum innumerabilia, quibus abundabant, in cen-
ta moribus demiserunt. Nostri & alucarium flammis am-
busti, & apum aculeis stimulat, oppugnationem de-
ferere coacti sunt. Multi etiam vulnera ab hostibus
accepere, ne apibus tantum ea propugnatio, ascribi pos-
set. Ipseque Barriga grauius vulneratus abscessit. Sub
dem tempus, Nonius Cugna cum centum equitibus
Safinium Regis Emmanuelis iussu peruenit, & No-
nius Mascaregnas in Lusitaniam reuocatus est. Aguz
est oppidum in ea Mauritanie parte, quæ ad fines Sa-
finij vrbs pertinet. Eum tunc locum Lusitanus quidam
cum quinquaginta Lusitanis sagittarijs custodiebat.
Eo autem se tunc Barriga & Iehabentafusus cum co-
pijs suis contulerant. Ibi verò fuit eis nuncius allatus
Marochij regem cum maximis copijs aduentare. Quo
nuncium Ataidius cum accepisset, Nonium Cugnam
eò cum equitibus ducentis, vt auxilium afferret, con-
festim misit. Ibi cum quidam ex hostibus postremum
agmen nostrorum carpere voluissent, repressi sunt, &
vnus ex illis captus est, quem ad Ataidium Barriga mi-
sit. Ab eo cum Ataidius hostium consilia sciscitare

is al-

is astu Punico quasdam opiniones in Ataidij sensibus *Astus Pu-
nicus.*
sum de nostris prodendis cogitare. Itaque ad Barrigam *Iehabenta-
scripsit, vt omnes Lusitanos confestim in urbem re-
fusus pro-
ditionis ju-
spectus.*
gredi iuberet, & ipse cum solis equitibus sexaginta re-
maneret, atque deinde aliquid causaretur, vt ratione
ductus existimari posset, à Iehabentafuso discedere.
Id Barriga, vt sibi imperatum fuerat, executus est: at-
que primum alios omnes dimisit, deinde altercatio-
nis cuiusdam minimè necessariæ materiam præbuit,
cuius indignitate se usque adeò commoueri finxit, vt
honestè videretur à Iehabentafusi societate seiungi.
Solutus Rodericus Castrensis cum tribus famulis ab eo
discedere noluit. Iehabentafusus cum indignè pate-
retur, eo tempore à Lusitanis destitui: grauius tamen
tulit, secus de sua fide, quam meritis esset, existimari,
quam in tanto discrimine relinqui. Itaque per literas
grauius de tam insigni iniuria conquestus est. Sequè
nilominus eo die prælium cum Marochij Rege cum
copijs, quas habebat, initurum affirmavit, vt vel illu-
stri victoria, vel clara morte testatum apud omnes re-
linqueret, quanta fide Regem Emmanuelem coleret
& obseruaret. His literis Ataidius inductus, ad illum
rescripsit, se confestim ad illum equites quingentos
missurum. Sed cum is nuncius cum duodecim equiti-
bus interuenit, iam Iehabentafusus manum cum ma-
ximo Regis exercitu conferebat. Prælium fuit atrocis-
simum, in quo tamen Iehabentafusus cum suis res me-
morabiles effecit: hostes suos fudit, maximam hostium
multitudinem cæcidit, ipsumque Regem castris exiit, *Iehabenta-
fusi de Ma-
rochensib.
insignis vi-
ctoria.*
& longius infecutus, maiorem exercitus partem ferro
concidit. Præda fuit ingens. Erant enim castra multa-
rum rerum copia referta. Ataidius vt pollicitus fuerat,
sequenti die Barrigam cum equitibus ducentis, & Cu-
gnam cum trecetis in illius auxilium misit. Sed cum
illi aduenerunt, iam Iehabentafusus rem præclare ges-
serat. Tulit Ataidius permolestè, se, aut saltem Lusi-
tanos Duces eo prælio non interfuisse: multique illum
repræhen-

H h

repræhen-

*Anceps cū
Xerifio præ-
lium.*

*Stratage-
ma Tanli
suum.*

*Oppugna-
tio irrita.*

Aguz opp.

reprehenderunt, quod tam facile hominis leuissimi & fallacissimi sermonibus assensus fuisset, vsq; adeo, vt neglecte fidei criminationem, quod socium in tanto discrimine ope sua destitueret, minimè pertimesceret. Non multis post diebus Ataidius in aliam præfectorum Xiatimensem Barrigam immisit. Prælium atrox extitit. E nostris duo viri nobiles cum nonnullis alijs cecidè: sed tandem oppidum captum, & hostes partim cæsi, partim in fugam coniecti, & aliqui etiam capti sunt. Rex Fessensis, anno salutis. M. D. XI. cum fuisset illi nuncius allatus, Tingim non esse valido præsidio munitam, & præterea negligenter custodiri, fore putauerat, vt si illam ex improuiso adoreretur, facile caperet. Itaq; maximas copias comparauerat, vt illam oppugnaret. Longè tamen aliter munitam reperit, quàm suspicatus fuerat: Castra tamen posuerat, & obfessam diebus aliquot tenuerat, & quibus poterat viribus & machinis oppugnaverat. Sed semper fuerat à conatu cū graui damno atq; dedecore repulsus. Anno igitur insequente, vt ignominie maculam deleteret, Arzilam exercitum adduxit, & propè urbem castra locauit, & cum inde hostes in vallum, quod urbem cingit, irrupissent, nostri intra vallum prælium iniierunt, in quo Bernardus Coutignus in hostium præfectum, Adel nomine, equum incitauit, & illi cuspide oculum effodit. Iacobus Coutignus frater Francisci Coutigni Comitis Marialbensis fortissimè dimicans ab hostibus interfectus fuit. Pauci vtrinq; ceciderunt, & Rex cum cerneret frustra tempus ibi in obfidiōne conteri, domum re infecta discessit. Emmanuel interim quamuis Africani belli curam non intermitteret, aliud bellum sibi proponebat, ex quo non minorem gloriam assequeretur. Cum enim esset studio Christiane religionis propagandæ vehementer incensus, id suscipiebat, vt armis diuinis omnes impietatis opes & munimenta conuelleret. Itaque in India, & in Aethiopia operam dabat, vt gentes à Christi placitis alienæ, ad illius sanctissimum cultum san-

ctorum

ctorum hominum monitis & disciplinis adducerentur. Et cum animaduerneret regnum illud Aethiopiæ, quod appellatur Congo, fuisse iam à tempore Ioannis Regis Christi disciplinis illustratum, in idem opus, vt perficeretur, incubuit. Idcirco vt dictum est, multos sacerdotes pietatis opinione præstantes in illam regionem miserat, vt eos, qui nondum erant lustralibus aquis expiati, ad CHRISTI fidem perducerent, & qui iam CHRISTO nomen dederant, clariore disciplina confirmarent. Sub hoc igitur tempus, hominè è suis domesticis equestri dignitate præditum, ad eundem Congensem Regem, cum pluribus sacerdotibus, & sacris vestibus ad rem diuinam sanctius peragendam misit, vt eum acrius studio Christianæ pietatis incenderent. Rex hac Emmanuelis Regis benignitate prouocatus, in Lusitaniam filium suum Henricum nomine, cum fratre suo, & pueris nobilibus misit, vt linguam Lusitanam, & Latinas literas, & sanctarum rerum disciplinam perdiscerent. Cum ijs venit Legatus quidam illius, Petrus nomine, non vulgari prudentia præditus, cum quo Rex Emmanuel sermonem libentissimè conferebat. Is vt diutius in Lusitania versaretur, uxorem secum duxit, quæ fuit à Regina Maria multis donis atque inuneribus affecta. Emmanuel, cum omni comitate gentem illam vniuersam ad CHRISTVM allicere contenderet, Regis fratrem & filium cum reliquis pueris in disciplinam viris religiosi & eruditi tradidit, qui eos Latinis literis, & religionis moribus & institutis imbuerent. Deinde Simonem Syluium hominem apprime nobilem, ad illum cum muneribus legauit. Mulae verò erant equi pulchrè instrati & phalerati, & similitè ornata, vasa sacra, tabulæ pictæ, infulæ, & omnia, quæ ad religionis cultum ritè conficiendum erant idonea. Fabros præterea, qui templi & regias aedes edificarent. Id præterea Syluius commisit, vt ius regium ad Lusitanos, qui in ea Aethiopiæ parte versabantur, in officio continendos, & eorum

Hh 2 flagitia

*Victoria de
Xiatimen-
sibus.*

*Tingi oppi-
dum à Fes-
sensi Rege
frustra op-
pugnatum.*

*Irrita Ar-
zila obfi-
dio.*

*Emmanuel
Regis in
Christianis
mo propa-
gando stu-
dium.*

*Congensis
Regis fili-
us & Le-
gatus in
Lusitaniã
missi.*

*Emmanuel
Regis ad Con-
gensem Re-
gem Lega-
tus.*

flagitia puniendā, si opus esset, obtineret. Et præterea ut cum Rege simul ius omnibus gentibus, quæ sub Regis imperio erant, administraret. Quod ut commodius fieret, secum hominem iuriconsultum adducebat, ut ius publicè diceret. Id enim ipse Rex Alfonso ab Emmanuele per Legatum summis precibus efflagitabat. Id etiam Syluius in mandatis dedit, ut si fortè, dum is apud Alfonso versaretur, aliquis belli motus existeret, Regem opibus, & consilio, & manu etiam iuuaret. Illum præterea admoneret, ut quam primum possèt, Legatos Romam mitteret, per quos auctoritatem Pontificis Maximi, & Ecclesiæ sacrosanctæ ius & imperium omnibus rebus sacris agnosceret. Et quia Petri prudentia non vulgaris esse videbatur, suadebat, ut ipse Petrus aliquot viris nobilibus stipatus, ea potissimum legatione fungeretur. Se illum suis sumptibus Romam esse missurum. Regem præterea admonēbat, ut aliquot pueros nobiles in Lusitaniam mitteret, qui cum reliquis erudirentur. Syluius cum hac legatione profectus, secundis tempestatibus vsus, in Congense regnum peruenit: cuius aduentu rex se mirum in modum lætari significauit. Statimq; misit virum quendam primariū, illi sanguine valde coniunctum, qui Syluium salutaret, & in urbem Regiam, quæ à portu multū distabat, vbi commodū esset, deduceret. Syluius tamen febre correptus, anteq̃ regem videret, è vita discessit. Rex mortem illius admodum acerbè tulit. Aluarus Lupius, qui classis curam susceperat, in locū Syluij, ut ab Emmanuele decrerum fuerat, si casus aliquis Syluium de medio sustulisset, successit. Is ad regem cum literis adijt. Literarum sententia, præter egregiæ cuiusdam pietatis argumentū, & præstantis voluntatis inditium, nihil aliud continebat, quàm ut fides Syluius in rebus omnibus, quas rex Emmanuel illi præceperat, ut Alfonso Regi diceret, haberetur. Literis lectis, Aluarus Lupius earū sententiā verbis subsecutus est, & dona, quæ ferebat, in conspectu regis explicuit. Rex verò res singulas in

manus

manus sumere, laudare, mirari, manus in cælum tendere, gratias Deo summas agere, quòd per Reges virtutibus amplissimos, & numini cælesti charissimos, fuisset è tenebris impietatis emerfus, ut cælestem lucem aspiceret. Regem verò Emmanuelem non satis habere, illum tam diuino beneficio constructum tenere, nisi etiam præterita beneficia recentibus donis magnificentiis cumularet. Quia verò Emmanuel illi regia insignia, quibus deinceps vteretur, mittebat, quæ pertinerent ad virtutis instar monumentum, & vniuersæ posteritatis ornamentum, de ea re literas publicè proposuit, quibus testatum omnibus esset, & memoriam etiam sempiternè consecratum muneris illius institutum, & Regiæ beneficentiæ documentum. Literis autem his referebat, quo pacto Regis Ioannis opera fuisset illa regio lumine Christianæ religionis illustrata, & è tyrannide infestissimi dæmonis crepta, & quanta malignitate fuisset opus illud tam præclarum opera antiquissimi serpentis, per quem primi parentes è sedibus beatissimis expulsi fuerant, impeditū. Quanta cura, studio, vigilantia Rex inuictissimus Emmanuel opus, quod à Ioanne Rege clarissimo inchoatum extiterat, perficiendum susceperat. Religionis verò Christiani disciplinam in summa referebat, & deinde commemorabat, qua ratione pater illius opera perditissimorum hominum à Christi fide, quam fuerat antea professus, impiè & nefariè desciuisset, & ob eam rem in ipsum Alfonso, maximum natu filium, quòd impietatem illius imitari noluisset, se terribilium præbuisset. Commemorabat deinde exilium, in quod pulsus à patre fuerat, & molestias, quas in exilio pro Christi nomine cum summa iucunditate pertulerat: & qualiter moriente patre, cum fratre, qui regnum per summam iniuriam occupare conabatur, cum solis triginta sex hominibus, Christi numine sepius in clamato, conflixerat, cum frater illius exercitum maximū haberet: & quomodo non copijs humanis, sed diuinis, ut hostes ipsi fatebantur, bellū pro-

H h 3

fligatum

Emmanuelis ad Congensem regem Legatum mortis.

Congensis Regis de Emmanuele erga se beneficij litteræ publicæ

Miraculosa victoria

fligatum fuerat, & frater casu etiam diuino captus, in potestatem illius venerat, de cuius ille improbitate & pertinacia supplicium iure sumpserat. Exponebat de inde, quo consilio Petrum suum cognatum, qui vnus erat ex triginta sex hominibus, qui illi opem attulerant, ad Regem Emmanuelem legauerat: ex quo Petro intellexerat, in Lusitania Regis ipsius amplissimi iussu vota pro Congensis regni salute, & Alfonso ipsius fide perfoluta fuisse: quo nullum clarius extare posset insignis caritatis indicium. Itaq; se non solum pro Christi sanctissima religione, pro templorum sanctitate, pro Ecclesie sanctionib. necem & cruciatu, si opus ita fuisset, minimè recusaturu: verum & pro Regis Emmanuelis amplitudine omne discrimen salutus adituru. Adijciebat deinde: Vt aut magis nos rex optimus, summisq; laudib. in omni æternitate prædicandus, sibi deuinciret, misit ad nos virum nobilissimum cum munerib. & ornamentis, quæ satis, quæ propensa in nos esset voluntate, declarabant. Et quia est in more positu, vt Christiani reges insignia gestent, ad posteritatis memoriã propagandam, & Maiest. regiã insigniter illustrandã: voluit idem rex in hoc etiam plurimu nobis suæ benignitatis impertire. Scutu enim nobis misit, primu quidem Cruce signatum, vt animo recoleremus victoriã, quam Constantinus Imp. Cruce in celo perspecta, de hostib. suis cõsecutus est, nè vnquam ab animis nostris memoria victoriæ, quam si militèr adepti sumus, elaberetur. Et quia Iacobus Apost. cuius opem, vt Hispani faciunt, in eodem prelio frequenter implorauimus, in acie perspecto hostes exterruit; eiusdè Apost. species voluit, vt in eiusdè insignib. insculperetur. Præterea vt amoris cõiunctio, quæ nobiscum cum illo est, illustri signo consignari possit; Regum Portugalsium insignia, quæ s. scutis in crucis formam dispositis continentur, reliquis signis admiscuit. Ijs enim s. scutis Christi Opt. Max. vulnera designantur, quæ in cruce pro generis humani salute pertulit. Cũ enim Alfonso primus Portugaliæ Rex

Insignia Cõgeni Regi ab Emmanuele misit.

etiam quinq; Regibus Saracenis maximo exercitu con stipatis configere in Lusitania voluisset: in celo, vnde auxilium precibus efflagitabat. Christi speciem eisdem quinq; vulneribus illustratã oculis atq; mente conspexit, in numerabilemq; hostiu multitudinẽ, Christi numine confirmatus, occidit, & ea de causa illa insignia ad memoriã posteritatis assumpsit. Itaq; modis omnib. Rex singulari pietate præditus, cum hæc ad nos tam præclara Regiæ stirpis insignia misit, nostrã posteritatem admonere voluit, vt in bellis non humanis opib. sed diuino Christi præsidio nitetur. Pro his tantis beneficijs Emma. regi fratri nostro carissimo gratias immortales agim⁹, neq; solu fratrem & patronu agnoscimus, sed oēs regni opes, atq; ad eod vitam pro illius dignitate profundere parati sumus. Qui tamen quãuis omnia, quæ possumus, illi gratia faciamus, nullam tamen partẽ illius erga nos meritum officijs nostris assequemur. Reliquu igitur erit, quando nos parẽ gratiam referre nõ possumus, vt rex ille summus atq; sempiternus, in cuius honorem Emman. hæc tã præclara opera molitur & efficit, illi premium diuinum atq; sempiternu constituat. Nostros aut liberos, & cunctam posteritatẽ obtestamur, ad monemus, & pro iure etiam nostro iubemus, hæc insignia gestare, illis scuta distinguere, literas consignare, signa in bellis intertexta præferre, semper animo atque mente recolere, quæ per illa designantur, vt sic memoriã ad pietatis & iustitiæ recollectionẽ excitates, de hostib. suis victoriã, freti Christi præsidio, consequantur. Sed quia more etiã receptum est, vt egregia facta nobilitentur, & homines, qui meritis suis in locum altiore ascendunt, posteritati suæ virtutis memoriã probant: idem Rex Emmanuel alia nobilitatis insignia nobis misit, quibus genus eorum, ex illis sex & triginta, qui valde strenuẽ se gesserunt in eo prelio, quo Christi præsidio muniti, fratris impetu contudimus, illustrare possem: quod etiã impulsu monitis illius exequimur, vt hoc virtutis premio multi ardent⁹ in

studium virtutis incitentur, vt ita non solum in hac vita contra hostiles impetus muniamur, sed etiam in futura bonis sempiternis frui possimus. His literis in publico propositis, & in totum regnum exemplis earum ad Principes missis, Alfonso decreuit, quam gratus esset in Emmanuelem, testificari. Petrum deinde, vt ab Emmanuele fuerat admonitus, ad Pontificem Maximum legauit. Petro autem duodecim viros nobiles comites adiunxit. Emmanueli vero magnam vim eboris, & munera, quibus illa Regio abundat, dono misit. Duodecim præterea nobiles pueros cum Petro in Lusitaniã venire iussit, qui simili ratione fuerunt literis & moribus instituti. Emmanuel postquam Petrus in Lusitaniã redijt, illi & Henrico Alfonso Regis filio, & reliquis viris de nobilitate delectis, omnia, quæ ad iter erant necessaria, præbere largè atq; munificè iussit. Ij fuerunt Romæ à Pontifice, & ab omnibus Ecclesiæ principibus benignè & comiter accepti. Literas deinde Pontifici Regis Alfonso detulerunt. Illarum sententia hoc continebat, se primũ Ioannis, hoc nomine I. Portugalix Regis opera cum regno fuisse de potestate dæmonis, & de turbulētissimi erroris tenebris in libertatē & in lucem vindicatum. Deinde Regis Emman. studio & sumptib. in eiusdem sanctissimæ religionis disciplina progressum, clariùs lepræ deformitatem, qua fuerat antea deformatus, agnoscere, & pristinũ errorem & amentiam vehementius detestari: & pro beneficio, quo mirabilib. signis à Deo perductus in pietatis splendorem extiterat, perpetuò se Deo gratias acturum, neq; tam diuini muneris memoriam vnquam depositurum. Sed quoniam intellexisset, esse Christi summum in terris vicarium, quæ omnes Christiani Principes vnicè colerent, & cuius iussu tanquam cælestia atq; diuina sequerentur: nè se à reliquorũ Principum Christianorũ communiõe segregaret, & aliqua in re à pietatis via deflecteret, Romã filium suũ Henric. iam sanctis in Lusitania literis eruditũ, & Petrum cognatũ suum, virũ, cuius prudentiæ

*Congenſis
Regis ad
Pontificem
Maximum
Legatio.*

*Congenſis
Regis ad
Pontificem
Maximum
litera.*

dentix atq; probitati valdè confideret, se mittere statuisse, vt ipsius Alfonso nomine pedes illius oscularetur & regnum vniuersum ipsius Pontificis voluntati & imperio dicerent. Nec enim se vnquam vllõ tempore commissurum, vt obsequio & pietate erga sanctam Romanam Ecclesiã, ab vllõ Christiane Principe vinceretur. Pauca deinde adijciebat, quæ ad fidem legatis habendam, & postulata quædam, ad religionis causam necessaria, facilius impetranda pertinebant. Legatio benignè fuit accepta, & postulatis egregiè satisfactum. Considerabant enim & Pontifex & Cardinales gentem barbaram, & ab omni cultu humanitatis abhorrentem, non nisi cælesti quadam beneficentia, & numinis præsentissimi dono atq; munere in tantum pietatis studium excitari potuisse: & idcirco illas Aethiopiæ recentes post tam multa secula primitias, gratissimis animis accipiendas esse decreuerunt. Hæc quidem Emmanuel ad Aethiopiæ religionem firmiter faciendam designauit, atq; construit. Sub idem verò tempus, quo hæc gerebantur, Petrus Menesius Alcutinensis Dynasta, Fernandi Menesij filius, Villæ Regalis Princeps, Septem traiecit, vt illius vrbs impetium teneret, & bellum, vt maiorum vestigia sequeretur, administraret. Interim verò Malacæ res, post Albuquerqueij ab ea ciuitate digressum non fuerunt adeò tranquillæ, vt non varijs bellorum tempestatibus agitantur. De quibus vt commodius agere possimus, necesse erit, prius de insularum quarundam situ, quæ in illam bellum comparabant, pauca dicere. Taprobane, quam Zamatram appellant, ita est Auræ Chersoneso ad Austrum obiecta, vt longius tamen in ortu Solis protèdatur. Ad Austrum verò, vltra Zamatram insulæ frequentes adiacent. Inter quas ab occasu Zunda magnam vim piperis passim fundit. Ea verò non admodum lato mari à Zamatra disiungitur. Deinde ad ortum Solis progredientibus aliæ duæ insulæ se ostendunt, quarum prima Iaua maior, altera minor appellatur. Omnes hæc tres insulæ regum imperio continentur.

*RES IN
DICAÆ.
Malacense
bellum.*

Taprobana

Zunda ins.

*Iaua maior
& minor.*

tinentur. Iaua verò præcipuè sunt fertiles & opimæ.
 fruges multiplices, & fructus varios proferunt, & ma-
 ximam vim pecorum & armentorum, & equorum
 nutriunt. Venatu & aucupio, mirificè redundant: pi-
 peris & aliorum aromatum copiam passim efferunt.
 Mediterranea loca homines dediti simulacris inco-
 lunt: qui maritimas oras habitant, maxima ex parte
 Mahumetanis institutis viuunt. Homines nudi ple-
 rumque umbilico tenus incedunt. Multi tamen lau-
 tiores vestibus bombicinis, aut gossipinis amiciuntur.
 Barbas euellunt: anteriorem capitis partem radunt: re-
 liqua studiose crispant. Nullum integumentum in
 capite gerunt. Indignū enim hominis præstantia cen-
 sent, hominis principatum, quem in capite constituunt
 aliquo velamēto quasi rem probrosam tegere. Si quis
 caput alicuius manu tangit, eam iniuriā armis aceri-
 mē persequuntur. Sunt in bello feroces, & intrepidè se
 se in quoduis magnum discrimen iniiciunt. Artibus
 fabrilibus dediti sunt: arma, tormenta, variaq; telorum
 genera singulari opere perficiunt: æs, ad quoduis ge-
 nus instrumenti egregiè fundunt. Naues ingentes æ-
 dificant, astra diligenter obseruant, & magicas disci-
 plinas incredibili studio colunt. Sylvas venandi stu-
 dio peragrant, neq; solū canibus, & venabulis ad a-
 pros atq; ceruos eminus configendos, verū & accipi-
 tribus ad volucres capiendas vtuntur. Omnes colorati
 sunt: mulieres neque deformem faciem, nec obusum
 ingenium gerunt. Eleganter excoluntur, in saltatio-
 nibus non mediocrem præ se venustatem ferunt. Cur-
 ribus inuectæ, cum viris sylvas & nemora lustrant, &
 venatione oblectantur. Homines Sinarum moribus
 & institutis viuunt, à quibus se originem ducere ia-
 ctant. In ea insula, quæ Iaua maior appellatur, erat
 Iapara Iaua ciuitas. quidam Saracenus, cui nomen erat Pateonuzius, cui-
 Pateonuzij tatis cuiusdam princeps, quam Iaparam appellant. Ea
 in Malacca Regem con-
 spiratio, spiratio, Vtetimutaraia de pernicio & interitu regis inierat. V-
 tetimu.

tetimutaraia namq; se graues à Malacæ rege iniurias
 accepisse conquirebatur, quibus offensus, se illum Pa-
 teonuzio proditurū per literas asserbat. Pateonuzius
 regnandi cupiditate inductus, in eo neruos omnes intē-
 dit, vt tantam occasionē minimè prætermitteret. Itaq;
 maximam classē ædificare cœpit. Septem aut octo
 annos in hac classē comparanda consumpsit: in quem
 verò finem id faceret, tanto vtriusq; silentio compres-
 sum fuit, vt ne suspicione quidem vlla quisquam id
 assequi potuerit. Interim verò multos Malacam cum
 mercibus submittebat, vt mercatorum habitu & spe-
 cie laterent: & cum opus esset armis, imparatos adori-
 rentur. Hos Vtetimutaraia in viros suos admittebat:
 quorum eo tempore, quo Albuquercius Vtetimuta-
 raia capitali supplicio affecit, erat in ciuitate non
 mediocris multitudo. Ita latebat hæc in visceribus reip.
 pestis, vt nemo in quanto periculo versaretur, conie-
 ctura prospiceret. Vtetimutaraia de medio sublato, Pa-
 teonuzius nihilo fecit in eadem mēte perseuerabat.
 Classis erat maxima: is opes ingentes habebat: res Ma-
 lace non ita stabilitas esse iudicabat, vt conuelli non
 possent. Itaq; cum trecentis nauibus, & hominum for-
 tum multitudine, Iapara soluit. Frerum igitur, quod
 inter Iaoas & Zamatram est interiectū, præteruectus,
 multis terrorem præbuit. Res ad Rodericū Brittiū
 Patalinum, qui, vt dictum est, Malacæ præerat, delata
 est. Is Andradium in fretum illud continuo cum se-
 nem nauibus misit, vt exploraret, quē cursum classis il-
 la teneret. At classis aliud ingressa fretū, quo celerius
 Malacā perueniret, iam se ex eo fretō, quod appellant
 Sabā, abduxerat. Andradius cū nauarchis reliquis in-
 urbem redire maturauit. Ibi classis cōspecta fuit, quæ
 multū terroris ciuib. vniuersis incussit. Brittius tamē
 statuit per se cū vniuersa classe dimicare. Id Andradis
 indignè admodū tulit. Sibi namq; dicebat maritima-
 rum rerū curā, Brittiū vrbis custodiā fuisse cōmissā. Is i-
 gitur se arce teneret, & urbē tueretur: sibi maris tuēdi
 curā relinqueret. Brittius cōtrā differebat imperiū ter-

*Pateonuzij
 in Malacen
 Classis erat maxima: is opes ingentes habebat: res Ma-
 lace non ita stabilitas esse iudicabat, vt conuelli non
 possent. Itaq; cum trecentis nauibus, & hominum for-
 tum multitudine, Iapara soluit. Frerum igitur, quod
 inter Iaoas & Zamatram est interiectū, præteruectus,
 multis terrorem præbuit. Res ad Rodericū Brittiū
 Patalinum, qui, vt dictum est, Malacæ præerat, delata
 est. Is Andradium in fretum illud continuo cum se-
 nem nauibus misit, vt exploraret, quē cursum classis il-
 la teneret. At classis aliud ingressa fretū, quo celerius
 Malacā perueniret, iam se ex eo fretō, quod appellant
 Sabā, abduxerat. Andradius cū nauarchis reliquis in-
 urbem redire maturauit. Ibi classis cōspecta fuit, quæ
 multū terroris ciuib. vniuersis incussit. Brittius tamē
 statuit per se cū vniuersa classe dimicare. Id Andradis
 indignè admodū tulit. Sibi namq; dicebat maritima-
 rum rerū curā, Brittiū vrbis custodiā fuisse cōmissā. Is i-
 gitur se arce teneret, & urbē tueretur: sibi maris tuēdi
 curā relinqueret. Brittius cōtrā differebat imperiū ter-*

Saba fretū.

*Brittij cum
 Andradio
 contentio.*

ræ atque maris in oris illis ad se pertinere, & idcirco
 quidquid ille de rerum summa statueret id esse An-
 dradio sine re, usatione faciendum. Id cum Andra-
 dius se minimè passurum affirmaret, vt dignitate spe-
 liaretur, iurgio certatum est, & verborum aculeis ani-
 mus vtriusq; non mediocriter exulceratus extitit, vnde
 aded, vt Brittius Andradium in custodiam traderet.
 Sed cum primus ille motus animi consedisset, Brittius
 nocte illa considerauit, non esse eo tempore talem vi-
 rum propter vllas verborum offensiones alienari
 dum. Itaq; misit ad Andradium, qui animum illi
 in se placaret, & admoneret, vt nauem conscenderet.
 Se namq; iam illum in classe operiri, vt victoriae par-
 ticeps fieret. Andradius alienum à se in tali discrimi-
 ne, iniuriæ memoriã conferuare, reputauit. Itaque
 imperata sine mora vlla confecit. Brittius arcis custo-
 diam Ario Pereiræ commisit, ipse in triremem armis
 & munitionibus instructissimam ingressus est. Clas-
 sis erat sedecim nauium, Ninachetusiensis præterea
 cum mille & quingentis militibus Malacensis, in
 minoribus nauigijs, vt littus custodiret, non procul
 à terra concurrabat. Ortu iam sole, & hostes, vt in por-
 tum subirent, vela dederunt: & nostri, vt cum ijs in al-
 to congregerentur, incitati sunt: Classis hostium non
 multitudine tantum nauium, verum ordine, quo in-
 structa ferebatur, non mediocrem nostris admiratio-
 nem commouebat. Nauis, cui Georgius Botellius præ-
 erat erat incredibili celeritate velis. Is cū classem ante-
 cederet, in prætoriam hostium nauem inuehitur. In il-
 lum continuo quindecim astuariæ naues inuadunt.
 Is neq; telo quidem vllò in hostiles naues immisso, in-
 nauem, quã petebat, incurrit. Petrus Faria, vt illi sub-
 dio esset, triremem, cui præerat, remis vehementer in-
 citari præcepit. Ambo igitur prætoriam nauem ado-
 riuntur. Sed ea tanta erat magnitudine, vt puppis car-
 stellum, nauis, cui Botellius præerat, carchesium altitu-
 dine superaret. Eminus igitur eam oppugnare consti-
 tuunt. Sed tanto erat robore & crassitudine, vt omnes
 globos

globos non minùs, quàm si esset è silice facta, repelle-
 ret. Cùm igitur Botellius & Faria perspicerent, à se tẽ-
 pus frustra conteri, & hostes illos circumuenire para-
 rent, se eadem celeritate, qua venerant, in classem re-
 ceperunt. Tempus fuit in pugna à velitatione non dis-
 simili eo die consumptum. Hostes enim non in alto
 pugnare volebãt, sed ad urbem accedere contendebãt,
 vt motus excirent, & urbem, si possent, integris virib.
 occuparent. Nostri rursus, ne ab hostibus circumueni-
 rentur, congressum in alto formidare cœperunt. Ho-
 stes tandem vt volebant, cùm iam Sol occidisset, in vr-
 bis conspectu prope terram anchoras demisere. Nostri
 similiter ita classem in ora constituerunt, vt minimo
 intervallo à terra disungeretur. Ea nocte Brittius con-
 silium habuit de ratione, qua prælium postridiẽ esset
 secundum. Omnes autem nauarchi illum obtestari
 cœperunt, ne prælio interesset. Si vincimur inquit,
 tu ex arce poteris hostibus impugnam, & acceptũ in-
 commodum resarcire. Præterea fidem tuebere: non e-
 nim vt mari periculum cum maxima pernicie ciuita-
 tis adires, sed vt arcem ab hostium impugnatione de-
 cederes, si dem tuam conceptis verbis astrinxisti. His
 statim sermonibus in arcem redijt, & Andradius in-
 ministrandi belli curam vehementer incubuit. At
 Saraceni Iaoenses, qui in vrbe versabantur, eadem no-
 ctẽ ad Pateonuzium venere, cõsiliũq; dedere, ne cū
 classe nostra confligeret. Fieri namq; posse, vt auxilio
 Rege Bintami accersito, classem nostram sine vllò
 periculo circumuentam opprimeret, & tum demũ ar-
 cem obsideret, quàm fame facillimè intra paucos dies
 redditionem acciperet. Interim verò in Mauris flu-
 uia classem subduceret. Consilium placuit. Itaq; pri-
 ma luce anchoras moliri, & vela pandere iussit. Id An-
 dradius cum animaduertisset, neq; tamen quorsum id
 pertineret, suspicaretur, scapha inuectus, omnes classis
 naues circumiuit, & duces admonuit, vt velis passis or-
 dine minimè cõfuso in hostes inueherentur: ita tamẽ,
 nemo cominus pugnam cum hoste capesseret, sed e-
 minus

*Classis Lu-
stiana.*

*Pugna na-
uatis.*

*Lusitanorũ
de belli ra-
tione con-
siliatio.*

*Saracenorũ
militare cõ-
siliũ.*

*Pugna na-
ualis.*

*Hostium
fuga &
clades.*

*Infaustum
Pateonuzij
inceptum.*

minus classem hostium crebris tormentorum ictibus verberarent, & faces etiam in naues iniicerent. Id omnes impigre fecerunt. Quod Pateonuzius conspicatus omnia suae nauis vela continuo pandi iussit, & ut omnes idem facerent, imperauit. Id imperium strenuis Deicis omnes exanimauit. Existimauerunt enim, illum rebus suis diffidentem, non de praelio committendo, sed de fuga facienda cogitare. Itaque se confestim in fugam dant, nostri eos insequuntur. Naues multas tormentorum ictibus deprimunt, complures etiam vulnerant, & ignem in naues alias conijciunt. Cum vero incedium esset in multis locis incitatum, hostes se in mare exterriti flammis demittunt: qui quidem partim hostium fluctibus, partim concisi vulneribus interierunt. Nostri enim minoribus nauibus inuecti, eos natantes interimebant. At Andradius cum cerneret hostes ita perituratos, ut si eo die, antequam illi a metu rescicerentur, in eis persequendis insisteret, bellum profligari possit, & vereretur, ne propter pilarum & munitio- penuriam incepto desistere cogereretur, ad Britium insequi pererit, ut vim tormentarij pulueris atque pilarum in classem conuehi repente iuberet. Quod quidem factum diligentissime fuit. At Pateonuzius, cum classem suam magnam partem dissipatam cerneret, quatuor naues maximas ita cum sua coniunxit, ut cum binas vtrinque constituerent, ipse medium locum tueretur. In eas, quod roboris erat exercitus, traduci iussit. Reliquas deinde, quae integrae restabant, in ordinem cogit, & inter se coniungi praecipit, ut ita facilius nostrorum impetum a se reprimerent. Statuit deinde, ut reliquae naues eas quinque, quae in mari munitissimae arcibus instar habere videbantur, circumirent, & quoties viderentur, in illud firmissimum, ut existimabat, pugnae illius propugnaculum se reciperent, unde ruptus possent in nostros erumpere. Hoc tamen, quod Pateonuzius existimauit sibi salutem allaturum, exitio fuit. Primum enim reliquae naues fortium minimum roborae nudatae, periculum arcere minime poterant.

poterant. Praeterea cum searctissime coniunxissent, necesse erat, ut nullum frustra telum in eas emissum accideret. Praelio commisso, naues hostiles partim depressae, partim vulneratae & mutilatae, partim in fugam conuersae sunt. Eoque deuentum est, ut classe hostium diminuta, iam nostri audacius reliquis appropinquarent, ut cominus hostes aggredierentur. Nauarchus quidam nomine Martinus Guedius, postquam naues aliquot demersit, in nauem maiorem inuectus est, in eamque violenter ingressus, hostes partim caecidit, partim in mare praecipites exturbauit. Similiter Ioannes Lupius Albinus in aliam nauem irrupit, hostiumque praesidio nudauit. Haec duae naues incensae confestim fuerunt. Reliqui nauarchi, cum pro se quisque, quam nauem poterat, acerrime decertaret, stragem maximam ediderunt. Solae quinque illae naues restabant, quae secundum ventum nactae, passis velis fugere properabant. Andradius ut tutius posset in Pateonuzij nauem incurrere, aliquot delectos milites ex nauibus alijs in suam traduxit. Deinde cum in praetoriam Pateonuzij nauem incitaretur, eam consequi non potuit, in quam igitur primum impetum ferre potuit, eam iniectis manibus ferreis alligauit. Ea vero nauis uehebatur Temungamus, vir opibus, & virtutis existimatione clarus, qui secundum Pateonuzium in classe principatum obtinebat. In eius nauem Andradius per latus irrupit. Franciscus vero Melius per proram ingressus, in hostes similiter irruit. Temungamus filium sororis suae ducebat, virum valde strenuum, nauis etiam altissimae nauarchum, qui, ut aunculo opem afferret, in Andradij nauem incurrit, in eamque repente desiluit. nemo enim illum aditu ar- cere potuit, eo quod Andradius iam in Temungami nauem dimicabat. At iuuenis per Andradij nauem in nauem aunculi celeriter ingressus, suis subsidio fortiter occurrit. Praelium fuit atrocius, quam suspicari quisquam fore in re iam inclinata potuisset. Hostes erant plures numero, & desperatio animos illis faciebat, neque tam ut mor-

*Praelium
nauale.*

*Hostium
strages.*

*Atrox cum
Temunga-
mo pugna.*

tem

2. *hostium
naues in-
censa.*

tem fugerent, quàm vt non inulti caderent, acerrimè pugnabant. Georgius Botellius interim in nauem, cuius erat nauarchus Temungami nepos, inuehitur, in eamq; conscendens, cum hostibus, qui eam tuebantur periculosum certamen inijt. Verùm hostes tandem vel cæsi, vel in mare deiecti sunt, & nauis incensa. Similiter & nauis, in quam Andradius & Franciscus Melius ingressi fuerant, hostibus cæsis inflammata fuit. Nihachetuenfis, & Tuamus Mahumetes, qui naui, quæ Iuncum nominant, præerat, ea die hominũ fortium decus adepti sunt. Reliqua erat Pateonuzij nauis, cui duabus alijs: in eas Andradius inuectus, tormentis & minus eas quater instituit. Nam cū essent altissimæ, & homines, qui eam tuebatur, acerrimi, non erat cur sine causa cum obstinatis in ascensu difficillimo certamen iniretur. Cùm autem nostri sine intermissione naues hostiles verberarent, armamenta dissiparunt, & castella disturbarunt: latera propter robur nauium integra permanserunt. Prælium cùm à prima luce initium cœpisset, ad noctem protractũ fuit. Cùm verò noctis caligo tam densa fuisset, vt omnem aspectum adimeret, Andradius anchoras iccit, ea mente, vt vbi primùm dilucesceret, hostes rursus, qui propter tenebras inde moueri non poterant, aggredereur. Sed tempestas subitò coorta cum tonitruis & ingenti procella classem disiecit, & naues summum discrimen adierunt. Parùm enim abfuit, quin inter se colliderentur, vel allisæ vadis frangerentur. Tempestate sedata, cùm diluxisset, Botellius & Mahumetes animaduertens se propè Pateonucium constitutos. itaque prælium instaurant, duas hostium naues supprimunt: Pateonuzij tantùm nauis illa restabat, quæ globos, vt diximus, à se repellebat. Botellius tamen tandiu in eo certamine perseuerauit, vt eum tormentarius puluis, atque pilæ deficerent. Nauis autem sua celeritate fretus, vrbe petijt, vt rursus cum munitionibus ad idem certamen rediret. Classem verò quassatã, & quasdam naues affictas ex tempestate reperit. Nihilominus tamen rebus

*Redintegra-
tum postri-
die præliũ.*

bus necessarijs instructus reuersus est. Sed Pateonuzius ventum secundum nactus, se fuga in Iaoã proripuerat. In hoc prælio Pateonuzius quinquaginta nouem naues maximas ex ijs, quas appellant Iuncos, amisit. Sexaginta in prælium adduxerat, vna tantùm ex illis euaserat. Longarũ verò nauium, & celocium, quæ vel incensæ, vel depressæ sunt, ingens multitudo fuit. Supra octo millia hominum vel cæsa, vel incendio consumpta sunt. E nostris triginta desiderati sunt vulnerati quamplurimi. Andradius & nauarchi reliqui cum maxima ciuium admiratione (fuerat enim prælium omnium, quæ viderant, aut audierant, acerrimum) in vrbe ingressi sunt. Andradius hoc bello confecto, in citiorem Indiam vela dedit. Post illius digressum parum abfuit, quin vrbs ab hostibus caperetur. Saracenus enim quidam, nomine Tuamus Maxelizius, è Bengala oriundus, vir ad fraudes concinnandus aptissimus, à Mahumete Bintami rege maximis præmijs inuitatus fuerat, vt quacunque arte posset, arcem Malacensem proderet. Is summam ob eam causam cum Petro Persona familiaritatem contraxerat. Petrus autem Persona regia negotia procurabat. Vectigalibus enim præerat. Maxelizius ad se alios Saracenos ascuerat, quibus negotium dedit, vt cùm Petrum Personam occisum cerneret, continuo arcem armati ingrederetur, vt eam arcis partem, in qua Persona morabatur, quæ erat munitissima, armis occuparent, eamque tantisper tuerentur, dum subsidia Bintamenfis Regis, quæ ad eam rem expedita in insidijs collocata fuerant, aduenirent. Nec enim dubitabat, quin in eo tumultu complures, qui Lusitanos odebant, se socios sceleris eiusdem præberent. Rebus ira comparatis, cùm Maxelizius à Persona fuisset, vt solcebat, familiariter admissus, & Persona post colloquiũ scripturæ operã daret, Maxelizius in illum incautum inuasit, mortiferumque ei vulnus imposuit. Persona cum se lethali vulnere percussum cerneret, & prodicionem metueret, ad ostium repente confugit, vt id

*Pateonuzij
fuga.
Hostium
ingens cla-
des.*

*Eximia Lu-
sitianorum
victoria.*

*Arcis Ma-
lacensis fru-
strata
prodicio*

inducto veste clauderet, nè reliqui hostes in eam par-
tem ingredi possent: quod, Maxelizio repugnante, cū
extremum spiritum ederet, summa virtute confecit.
Hostes accelerant, tumultus exoritur. Nostri re inopi
nata perturbati, festinanter accurrunt: hostes foribus
obductis exclusos animaduertunt, in eos impetum fa-
ciunt, & acriter resistentes interimunt. Deindè fori-
bus conuulsis in Maxelizium inuehuntur: qui ante
quam occideretur, fortissimè sine vllò fructu dimica-
uit. Horum cæde fraus compressa est, & Bintami Rex
pacem petijt: quæ conditionibus æquis (sic enim
tempora ferebant) illi concessa fuit. Ad

*Iusta prodi-
toris Maxe-
litzij cædes.*

hunc modum pax Malacæ con-
stituta, aliquot annis
inuiolata per-
mansit,
(:)

HIERO.



HIERONYMI
OSORII SILVENSIS

ALGARBIORVM IN LV-

SITANIA EPI-

SCOPI,


DE REBVS EMMA-

NVELIS, LVSITANORVM

REGIS INVICTISSIMI,

*virtute & auspi-
cio gestis,*

L I B E R N O N V S.



V M hæc in vltiore In-
dia gerebantur, Albuquer-
cius in citeriore magnam
classẽ comparabat. Goæ
autem Petrum Mascareg-
nam preposuit: maritima-
rum rerum curam Ioanni
Machiado commisit: Ro-
dericum Pereiram Castel-
lo Benastariẽsi præesse ius-
sit. Classis erat viginti nauium. Ducebat autem
secum mille & septingentos milites Lusitanos, &
mille Indos. XVIII. die Februarij, Anno salutis. M.
D. XIII. Goa soluit. Cũ verò ab ora longissimè
disiunctus esset, & ea causa plures dies, quàm existi-
mauerat, nauigando consumpsisset, ad Zacotoram

*Albuquer-
cij in Ara-
bas expe-
ditio.*

*Adena Fe-
licis Ara-
biae urbis
descriptio.*

aquandi gratia classem appulit. Indè in Arabiæ ciui-
tatem munitissimam, quæ Adena appellatur, cursum
instituit. Ea est in radicibus montis editi, qui in mare
lingula procurrat, sita, & vtrinque fluctibus in sinus re-
ductis alluitur, ita, vt península fiat. Mons est adeò
sterilis, vt nec arbores vllas, neque plantas efferat, nem-
pe qui sit saxosus, & præruptis rupibus in altum pro-
mineat. Aquis caret, rarò admodum pluuijs irrigatur.
Ex longinquo pago aqua per aquæ ductum in locum,
qui ab vrbe quatuor millibus passuum distat, deriuat-
ur. Ea vrbs aquatio est. Annona & cibarijs importa-
tis vititur, quorum tamen est incredibilis copia. Est
cincta muris, munita turribus. exculca mœnibus, &
ad aspectum pulcherrima. In illam mercatores è Persi-
de, & India, & Aethiopia, & ex multis Arabiæ regio-
nibus sæpè comitantur. Incolæ Mahumetem colunt:
colore candido, & speciei liberali sunt. Homines nobi-
les armis exercentur, & militaris gloriæ decus arden-
ter expetunt. Rex alias ciuitates in mediterranea re-
gione possidet, & milites non paucos stipendijs alit:
& è suis tantum subditis in prælium, cum opus est, 2.
millia equitum educit. Vrbi verò illi moderatorem,
cuius virtuti multum confidit, præponere solet. Aethi-
ops quidam, vir animi maximi, cui nomen erat Mira-
miramus, hoc tum munus obibat, cum ad eam Albu-
quercius classem applicuit. Eam verò ciuitatem Al-
buquercius capere cupiebat, vt indè Arabiã infestam
redderet, & exitus classium, quibus Aegyptij primùm,
nunc verò Turcæ Indiæ minitantur, intercluderet. In-
dè enim Arabici sinus ostium centum & viginti mil-
libus passuum distat, ita, vt sit intra diem vnum fa-
cillimum ipsas fauces, cum opus fuerit, paucis nauibus
occupare. Præterea non arduum munus esse vide-
batur, indè in ciuitatè Herdum, quã Suez nunc appel-
lant, vbi classes ædificari solent, minoribus nauigijs inue-
hi, & naualia flammis exurere. Quo facto, putabat Al-
buquercius, Indiæ Imp. si ita de reb. humanis loqui li-
cet, fore sempiternũ. Verùm eam oppugnationè infel-
liciter

*Miramiria
mus Ade-
ne Præse-
ctus.*

*Herdum ci-
uitas, nunc
Suez.*

liciter aggressus est. Primùm enim eam occasionem, *Adena*
quam rumore omnium persuasus, sibi oblatam credi-
derat, minimè nactus est. Ciuitatè enim valdè muni-
tã, & à nomine Lusitano satis alienam reperit. Dein-
dè Lusitani solitè disciplinè prorsus immemores, ea u-
sa odij acerbioris hostibus attulerunt. Res autem ad
hunc modum euenit. Classis anchoris firmata, quãuis
naues salo iactarentur, tandem constitit. *Miramiria*
mus vrbs præfectus cum primùm tempestas sedata fuit,
ad Albuquerqueiũ nunciũ misit, q. de illo quæreret quo
animo ad illius vrbs portũ classem appulisset. Respo-
dit Albuquerqueius, se literis, & multorũ sermonib. acce-
pisse, Sultani classem in Arabico sinu comparatã esse,
vt Lusitanos oppugnaret. Se verò, vt homines tã lon-
ginquæ nauigationis labore leuaret, eo cursum direxif-
se, vt cũ ea classe in Arabico mari cõgredetur. Quod
verò ad vrbem eam attineret, se non bellum, sed pacẽ
adferre, ea tamen lege, vt imperiũ Regis Emmanue-
lis acciperent, sub cuius tutela atque patrociniò mul-
tò felicius, quàm antea, ætatem degere possent. Mira-
miramus illi continuo munera satis largè misit, ea
nèpè, quæ ad classis cõmeatum pertinebant, & signifi-
cauit, se Emman. Regis clarissimi imperium libenter
accepturũ. In portu 30. naues in anchoris cõsistebant.
Mercatores & magistri cũ vectorib. nostræ classis me-
tu se in vrbem receperant. Ad hos Albuquerqueiũ misit,
qui diceret, vt nullum ab eo malum metuerent, & ad
naues suas redirent. Illi respondent, verba cum factis
minimè consentire. Lusitanos enim in eorum naues
inuasisse, & nullo iure, quod eis libitũ fuisset, eripuif-
se, & abstulisse. Literas deindè accepit à *Miramiria*
mo, quib. cum illo de iniuria sibi illata grauiter expo-
stulabat, quod mercatores illos admonuisset, vt ex vr-
be discederent, vt eorũ digressu, vrbs minore præsidio rela-
muniretur. Illud enim non esse hominis, qui pacẽ da-
re vellet, sed qui bellum nefariũ moliretur. His literis
Albuquerqueius intellexit, animũ præfecti esse Lusita-
nis reb. infestũ, quamuis id in principio dissimularet.

Adena oppugnatio.

Interim Aethiops Christianus, qui captiuus in ea vrbe detinebatur, aufugit, & nado in classem peruenit, qui nunciauit Albuquerque, praefectum auxilia conduxisse, magnoq; studio omnia, quae ad vrbis defensionem necessaria videbantur, comparasse. Is cum hoc accepisset, in terra copias exposuit & castra locauit, ut vrbem oppugnaret. Cum igitur nostri tormentis moenia propugnatoribus multis in partibus nudarent, scelas muris admouerunt. Eamq; ea die cepissent, si ordine & disciplina res gesta fuisset. Sed cum quilibet in eo pugnaret, ut vel primus, vel cum primis in muros inuaderet, & multi simul per unam scalam scandere properarent, tanta perturbatio ordinis exitit, ut nullius imperii contineri militaris insolentia posset. Itaque scalarum hominum potestatem perfracti sunt. Eo tempore iam 100. & 50. Lusitani in muros ascenderant, in quibus multi viri nobiles extiterunt. Garcia Sousa, cuius etiam scalarum confractae fuerant, est pinna pendens, se in terram demiserat. Is ubi animaduertit eos, qui tam ferociter primum in muros inuaserant, casu perterritos nolle rursus alij scalarum ascendere, suos in vrbis quandam partem duxit, ubi murus erat humilior. In murum igitur subijt, & turrim, in qua tormeta locata fuerant, occupauit. Eo confestim Albuquerque se contulit, & muri partem antea pertusam, in qua tormeta fuerant disposita, subruere iussit. Signifer Emmanuel Lacerda continuò per eundem locum in urbem penetrauit: illum sacerdos crucis signum praefereens, subsecutus est, & multi viri fortes còtinuò subiere. Miramiriam ut eorum impetum reprimeret, ad eam partem equo inuectus accelerauit. Georgius Sylueira in muro cum alijs acre praelium ciebat. Ea parte cum murus esset introrsus humilior, & Saracenus secundum murum, ut ijs, qui iam in urbem ingredi parabant, obisteret, gradum inferret, hastam ex illius manibus extorsit, hoc tantum dedecus minimè ferens Sylueira, ense districto è muro desiliuit, ut in hostem inuaderet. Ibi cum illi nemo opem afferret, interfectus repente fuit. Miramiriam autem eos, qui per unam partem

partem pertusam ingressi fuerant, maxima contentione repellebat. Nostri eò se tunc receperunt, quò se Garcia Sousa contulerat. Eo iam tempore multi è nostris ceciderant: complures vulnerati grauissimè fuerant: & desperatio iam omnium animos occuparat. Hostes ad turrim in eam partem, qua Garcia Sousa confitebat, impetum tulerunt. Res cominus hostis summa pariter utriusq; pertinacia gerebatur. Albuquerque in litore, in quod turris illa prominebat, cum magno animi cruciatu periculum suorum, cui remedium afferre non poterat, spectabat. Sousa illum interrogauit, quid se facere vellet. Albuquerque funes ijs, qui in turri decertabant, praebere iussit, ut per illos se è turri demitterent. Ea parte murus erat altissimus, ita, ut necesse fuerit duarum hastarum longitudine, ut funes possent nostris exhiberi. Sousa indignum genere suo, & indignum rebus à se gestis esse dixit, per funes ex eo loco, in quem virtute conscenderat, vlla formidine demitti. Idem multi, qui cum eo tunc erant, arbitrati sunt. Itaque tanto animo repugnabant, ut hostes eorum congressum valde formidarent. Sed cum alij lapidibus contusi, alij missilibus confixi cecidissent, Sousa sagitta secundum frontem vulneratus, occubuit: reliqui per funes demissi periculum effugerunt. Qui verò in urbem fuerant ingressi, fortissimè dimicabant. Sed cum viderent se frustra còtendere, se rursus in muros receperunt, & per scalarum, quas Emmanuel Lacerda, & Ioannes Decius muris eorum gratia applicari iusserant, descenderunt. Quidam cum se saluè deijcerent, crura perfregere. Albuquerque, postquam omnes, qui muros subierant, & euaserant, recepti sunt, in classem reuersus est. Erat parua quaedam insula muris obiecta, inde classi turris imminerebat, è qua crebrò pile iaciebantur, quibus haud mediocrem damnum nostris inferebatur. Albuquerque Duces in consilium euocauit, ut de ratione, qua turrim illam excinderet, deliberarent. Interim illius iniussu magister nauis, cui Lacerda praerant, qui Aluarus Marreirus appellabatur, nautarum manu compa-

Sousa magna
unanimitas.Lusitanorum
repulsa.Turris à Lusitanis excisa
pugnata.

Obsidio A-
dene solu-
ta.
 rata, in terram desiliuit, turrim expugnauit, hostes ce-
 cidit, & viginti, septē ferrea tormenta in classem trās-
 tulit, tanta celeritate, vt antequam consilium explica-
 retur, hæc omnia cōfecta fuerint. Albuquerque cum
 animaduerteteret, vrbe sine graui suorum damno expu-
 gnari non posse, & suspicaretur sibi esse cum Sultani
 classe confliendum, & periculosum arbitraretur, vi-
 ribus in ea oppugnatione fractis & debilitatis præliū,
 quod instabat, inire: & præterea metueret, nē nauigā-
 di oportunitas, dum sine magno fructu in ea conten-
 tione tempus terit, efflueret, naues in altum deduce-
 re iubet. Prius tamen, quā id fieret, naues hostium,
 quæ erant in portu, diripere, & incendere iussit. Inde
 digressus, per ostiū sinus Arabici in intimum sinum
 penetrauit. In insulam deindē, nomine Camaram,
 delatus est, circiter quatuor passuum millia ab ora A-
 rabie disunctam. Insula multas atque perennes a-
 quas habet: syluis densissimis vestita est, & multis
 pecorum gregibus abundat. Incolæ classis metu per-
 territi, in continentem traiecerant. Ibi septem dies in
 aquatione, & cibarijs vndique comparandis consum-
 ptū sunt. Ciuitatem deindē, quæ in Arabiæ ora sita est,
 nomine Iudam, petijt: sed aduersa tempestate iacta-
 tus in Camaram rursus redijt. Vbi gentib. iam benigni-
 tatis specie conciliatis, hyemare, & naues rescicere
 constituit. Appetente vere, cum nullus classis rumor
 existeret, in Indiam redire maturauit. Adenam tamē
 in uectus, experiri voluit, an eam ciuitatem sine gra-
 ui damno expugnare posset. Sed ea erat tunc multo
 fortius cōtra omnes hostiū impetus munita. E muris,
 & turrib. & è montis etiam cliuo ingentes atq; den-
 sī globi iaciebātur. Nostri vicissim crebrō muros & mo-
 nia quatiebant, & multos occidebant. Turris, quam
 Marreirus ceperat, fuit iterum capta, & milites, qui eā
 tuebantur, occisi. Post quindecim dies (antē namque
 propter aduersam tempestatem fieri non poterat) Al-
 buquercius cum classe discessit. Sic factum est, vt nul-
 la re memorabili in eo cursu gesta, Diu classem
 appelleret.

Camara
insula.

Insula de-
bia ciuitas

Altera de
nae oppug-
natio.

appelleret. Melichiazus illum multis muneribus ad
 se allicere tentauit. Non tamē ita, vt Albuquerque val-
 de confideret. Erat enim summa calliditate & indu-
 stria præditus, & ex fraude & mendacio compositus;
 & cum ex ingenio suo reliquos omnes fingeret, tum
 verō Albuquerqueum valdē suspectum habebat. Noue-
 rat enim hominis ingenium, & astutiam illius me-
 tuebat: neque eum latebat, quanta cupiditate Albu-
 quercius flagraret vrbis illius vel arte cupiendæ, vel
 viribus expugnandæ. Albuquerque post sex dies inde
 soluit: illum Melichiazus cum nauigijs octoginta
 benè instructis consequitur: in alto cum ad nauē præ-
 coriam, accepta prius ab Albuquerque fide, propius ac-
 cederet, fictis verbis omnes opes suas fuit Albuquerque
 pollicitus, qui tamen ne ea calliditate vinceretur, om-
 nia se illius gratia facturum confirmauit. Quatuor
 præterea Arabes captiuos (quinque enim naues Ara-
 bum in eo cursu ceperat) illi dono dedit. Fuit munus
 hoc Melichiazio valdē gratum. Erant namq; Arabes
 opibus & existimatione Principes. Melichiazus ob eā
 causam præclarum sibi ad laudem fore putabat, si ho-
 mines ea dignitate præditi, per illum libertatem recu-
 perarent. Albuquerque ita deinde oram illam præter-
 sedus est, vt omnes ciuitatum Principes summis illū
 honoribus prosequerentur, & ei tributa sine vlla recu-
 satione persoluerent. Cum verō in Chaulensi portū
 constitisset, Tristianum Gaam, qui fuerat ad Cambaiæ
 regem missus, offendit. Is literas afferebat, quibus rex
 præstantem Albuquerque faciebat in Dienfi ciuitate
 ædificandæ. Vt autem magis amicitiam firma-
 tum cum Tristano Gaa legatum ad Albuquerqueum mi-
 rat. Inde profectus Albuquerqueus, antē, quam Goam
 appelleret, aliam nauem multis aromatibus onustam
 cepit. Classis verō illa tantis opibus & industria com-
 parata, quæ vel propter imperatoris nomen, vel pro-
 pter virtutem militum, maximam sui expectationem
 concitara, & multis nationibus ingentem terrorem
 iecerat hunc solum fructum tulit, vt animos succes-

Melichiazus
si hærga
Albuquer-
ciu beneuo-
lentia.

Cambaiæ
regis ad Al-
buquercium
legatio
de pace.

Expedi-
onis Arabi-
cæ fructus.

abus elatos, sibi que nimium presidentes, ab ea tempe-
 ritate et insolentia ad modestiæ studium reuocaret.
 Tum enim demum se vinci posse intelligere potue-
 runt, & partas victorias non fuisse illorum viribus,
 sed clementiæ diuinæ tribuēdas. Classis enim nulla
 rememorabili, vt diximus, gesta, cum non mediocri
 fortitū hominū iactura Goam reuersa est. Albuquer-
 cius duas naues ex illis, quas ceperat, cū intellexisset
 regis Calecutiensis esse, cū quo foedus fecerat sine mo-
 ra restituit. Arcis tamen fundamenta, quæ ex foedere
 erat in Calecutiensi portu ædificanda, non dum iacta
 fuerāt. Opus enim partim insita Regis malignitate
 partim Lusitanorum quorundam inuidia, qui perpe-
 tuò querebātur, cum magna Lusitanorū perniciētia
 multas arces ab homine temerario & infano fundari
 fuerat impeditū. Hic à Fernādo Petreio Andradio, qui
 tunc aduenit, de Malacensi statu, & de victoria partem
 certior factus est: ex quo nuncio plurimum voluptatis
 accepit. Sub id tempus Ioannes Sousa Limicus eni-
 duabus nauibus Goam aduectus est. Cum tribus eni-
 Olyssipone soluerat, sed vna ex illis, cuius nauis
 chus Franciscus Correa fuerat, naufragio perierat. E-
 legatus Regis Narsingæ ad Albuquercium cū nouo
 postulatis aduenit. Petebat enim, vt omnes equi, qui
 Goam post eam diem adueherētur, illi certo & æquā
 bili pretio venirēt, & Zabaimo Idalcamo potestatem
 quam eorum partem emendi minimè fieret. Hoc
 foedus cum Idalcamo factum violaretur, ab Albu-
 quercio impetrari nō potuit. Interim Rex Calecuti-
 Regis mors tempestiua morte sublatuſ est. Naubeadari mus au-
 qui rebus Lusitanis studebat, illi successit. Pax igitur
 fuit cum optima fide, & summa vtriusque partis
 luntate confirmata. Conditiones pacis fuerunt vt
 simæ, & arx ædificari cœpta est, duōq; legati ad
 Emmanuelem cū multis muneribus ab eodem
 beadarimo missi Rebus ad hunc modum constituta
 Albuquercius Cananorem contendit, vt remp. ca.
 rū hominū temeritate perturbatam cōstitueret &

colarum voluntates alienatas insita benignitate & æ-
 quitate recuperaret. Dum hæc Albuquercius gerebat,
 fuit illius animo viri cuiusdam malignitate non me-
 diocriter vulnus inflictum. Gaspar Pereira secretorum
 scriba magnam authoritatem gratia muneris huius
 habebat. Is cum Albuquercij hostibus societatem ini-
 cerat, perpetuoq; illius laudibus obtrectabat. Ad Regē
 Emmanuelem scripserat, Goam esse illi, si Indiā
 mo præsidio tueri vellet, omninò deserendam. Nō
 esse vrbem illam sine maximis præsidijs defendi.
 aris interim imperiū deferri, & homines Lusitanos
 bis mœnibus inclusos multis periculis exponi. Hac
 quidi siue sermone quotidiano cum multis, siue ora-
 tione composita cum rege in Lusitania perpetuò dif-
 cutabant. Cū igitur regis aures obtunderent, eò il-
 lum adduxerunt, vt literis iuberet in India consilium
 ea re ab omnibus ducibus & primarijs hominibus
 haberi: Et, si maiori parti videretur, vrbem continuò
 præsidio nudarent, & in hostium potestate relinque-
 rent. His literis Pereira incredibiliter exultabat. Con-
 silium habitum est: & cū in vtranque partem senten-
 tia dicerentur, vicit tandem ea sententia, quam
 minum numen præsentia sua comprobauit. Nulla
 enim est Indiæ pars, vel quæ plures opes possideat, vel
 qua Christi nomē clarius cum mira religionis am-
 plicatione celebretur. Dum hæc in India fiebant, rex
 Emmanuel maximam classem belli renouandi gra-
 tiam comparauit. Quomodo Moleizeiami sermonibus
 ductus Emmanuel, Ioannem Menesium Azamorē
 am exercitu misit, & Zeiamus ipse fidem, quam de-
 rat, violauit, ita, vt vrbs eo tempore capi minimè
 posset, antè dictum est. Zeiamus deinde cum ciuita-
 tis tyrannidem occuparet, & ciuibus infestus esset,
 opes suas Regis Emmanuelis præsidio firmaret, pa-
 cem cum illo postea iunxit illis conditionibus, quæ
 Lusitanis vtilis, & illi salutares esse videbantur. Is e-
 nim certum tributum se soluturum, & omnib. Lusita-
 nis qui in ea ciuitate negotiarentur, immunitatē da-
 turum

*Ioannis Li-
 mici in In-
 diam adue-
 tus.*

*Narsingē-
 sis ad Albu-
 quercium le-
 gatio.*

*Calecutij
 Regis mors*

*Pax cum
 Calecu-
 tiensibus.*

*Gasparis
 Pereira in
 Albuquer-
 cium indi-
 gnū faci-
 nus.*

*RES A-
 FRICA.
 NAE.*

*Zeiami cū
 Emmanue-
 le fœdus.*

*Azmoren-
sis provin-
cia tripar-
tita.*

pterea quod à luxu ciuium plurimum abfunt, multo
fortiores vrbani exiftimantur. Ij ædes nullas habent
sed in tentorijs latiffimis vitâ degit. tenuiffimo videlicet
contenti funt, & armis frequenter exercentur. Erat autem
hæc prouincia in tres partes diftributa. Quamlibet
tamen nomen à certo genere Arabum, qui primi eam
lonis ciectis, occuparunt, nomen traxiffe ferunt. Vnde
Xerquia, Altera Dabida, tertia Garabia nominabatur.
Quælibet deinde in tribus erat diuifa: quælibet autem
tribus pro gentis multitudine tentoria in diftincto
co ponebat, & peculiarem ducem habebat: quo tam
omnes cum effent inter fe foedere confociati, mu-
fibi opem, cum opus erat, afferebant. Ex his ruffica-
num turmis facillimum Azamorenfis erat, ma-
mam equitum & peditum multitudinem congrega-
re. Sed vt ad bellum reuertamur, Iacobus kalendis
ptembris Azamorem verfus exercitum in ftructum
uit, Petrum verò Alfonfum Aquilarem (is rebus ma-
ritimis præerat) minoribus nauibus tormenta,
munitiones importare, fluuiumque fubire iuffit.
Et quia hostes moles maximas, & machinationes
gentes, picæ & eiusmodi materia, qua flammaram
cendium concitatur, oblitras, in fluuium detrudere
rabant, vt fluuij ipfius impetu delatæ, Lufitanis na-
bus ignem implicarent: eas primùm antequam de-
rentur, in ipfa ripa fluminis difijci, & in flammam
cepit. Ad eam rem Garfia Melius fimul cum Aquila
& fagittarijs quam plurimis, quibus ille præerat, mi-
fus fuit. Ij cum urbem propius accessiffent, imper-
confecerunt, quamuis id hostes prohibere, & no-
tormentis propellere conarentur. Francifcus Pedra
qui equitibus antesignanis præerat, exercitum, vt
explorat, antecefferat. In eum equitum turma fan-
rociter impetum dedit, noftri fortiter refifterunt.
cum hostes vndique prouolarent, & multitudine
fitanos opprimerent, Ioannes Menefius, qui primi
agmen ducebat, cum delectis equitibus auxilium
afferre maturauit. Hoftium tamen multitudine

*Velitatio
cū hoftribus*

gulis propè momentis augebatur, & recentes mul-
to vehementius irruebant, ita, vt fuerit neceffe Bor-
benfi Comiti cum equitibus, vt eo periculo Mene-
fium liberaret, accurrere. Ipfeque tandem Dux cum
in ftructa phalange, & paucis equitibus, vt per fe sub-
fidio occurreret, approperauit. Phalangis erat du-
xor Gaspar Vafcius, vir valdè strenuus, qui fe me-
dium inter noftrorum aciem & hofcium multitudi-
nem interposuit. Hoftes, vt ordinem perumperent,
enixè contendebant: fed tandem cum nihil profice-
rent, retro concefferunt. In eo congressu aliqui ex
hoftribus cecidere, inter quos fuit vir quidam fortif-
simus, cuius virtute Azamorenfes ciues plurimum
nitebantur. Itaque cum illum mortuum animadu-
uertiffent, repente cefferunt. Appellabatur ille Ci-
dacó. Fuerat autem summè in Regem Emmanue-
lem studio & voluntate propenfus, illiusque gratia
multa gesserat: fed poftea ab eo deficiuerat. Lufita-
norum exercitus eo ordine, quo profectus fuerat, vr-
bem ea nocte propius accessit. Castra cum propter flu-
uium non longe à nauibus abeffent, continuò locata
funt. Poftredie Dux ex claſſe tormenta, teftudines, &
munitiones extrahi iuffit, omniaque ordine difponi, vt
auri quaterentur, imperauit. Meridie aut tres hofcium
acies egreffe funt, pugnandi que facultatem noftris offe-
rebant. Vafcius Coutignus Comes Borbenfis à Duce po-
ftulauit, vt fibi permitteret, prælio cum illis in acie pri-
ma decertare: quod illi minimè concefsum fuit. Non
enim dignitatis effe ftatuit Dux, excursionibus & ve-
litationibus rem gerere, fed vno prælio, aut vrbis ip-
fius celeri expugnatione bellum conficere. Itaque teftu-
dines muris applicare, tormentis mcenia verberare, sca-
lias etiam admouere continuò præcepit. His, quibus
præfcriptum fuerat, præfidio Ioannes Menefius erat,
cuius confilio hæc omnia gerebantur. Is tunc per Lu-
douicum Menefium, & Georgium Barretum cū Al-
garbiensibus militibus, & per Ioannem Syluium cum
copijs, quas Syluenfis Epifcopus miferat, vt non folùm
impi-

Cidadó

*Manuus oc-
ciditur.*

*Azmoren-
fis obfidio.*

*Oppugna-
tio acerri-
ma.*

*Cidis Man-
zor's Az-
morenſis
Præfecti
virius.*

*Cido occidi-
tur.*

*Hofium
fuga.*

impigrè, sed ordine cuncta fierent, operam dabat. Oppugnatio fuit acerrima. Noſtri teſtudinibus muris applicatis, muros ſubruere, & tormentis mœnia diſturbare cœperunt. Hoſtes è muris, miſſilibus & pilis & ſaxis, vt imperum à mœnibus, repellerent, ſumma ope cœtendebant, multoſq; grauiffimè vulnerabant: quinetiam & trullas ignitas, & aluearia cum apium innumeralibili multitudine inflammata demittebāt, vt ſimul & operas incenderent, & noſtros non igne tantum, ſed crebris aculeis ſtimularent. Cide Nanzor, qui magnum nomen in ducibus obtinebat, & multa & præclara decora virtutis militaris obierat, & tunc, vt dictum eſt, curam vrbis tuendæ ſuſceperat, per muros diſcurrerebat, & vbi ſuos magis premi, & muros vehementius quaſi ſari viderat, eò opem celerius afferebat. Nec ſolum voce & imperio, verum & manibus ſuos ad certamen prolaribus atq; focis, pro religione & libertate, virtutis exemplo acriter incitabat. **Quandiu** igitur ille vixit, nemo erat, qui non acerrimè periculum à patria propulſare conaretur. Sed accidit, vt cum iam Sol in occaſum præcipitaret, globus è campo in illius pectus emiſſus, illi & audaciæ ſimul atq; vitæ finem afferret. Hoſtes ingenti dolore perturbati, clamores ingentes cum euulatu miſerabili ſuſtulerunt, & ſic hominis illius nec conſternati ſunt, vt ſtatim de vrbe deſerenda cogitarerent. Itaq; nocte illa per diuerſas vrbes portas effugerunt. Tanta autem in fuga trepidatio fuit, cum quilibet primus omnium exire contenderet, & alij alios præpedirēt, vt ſupra homines octoginta multitudine ſuffocati, ad portas occuberent. Antequam diluceſceret, Iudæus quidam, nomine Iacobus Adibius, natione Luſitanus, qui cum reliquis Iudæis in exilium pulſus fuerat, è muris Iacobum Berrium, virum egregiè fortem qui erat in claſſe nominatim inclamauit (illo namq; plurimum uſus fuerat) à Berrioq; contendit, vt ſe ad Duceſem ſine vlla mora perduceret. **Quo** factò, Iudæis pro tam læto nuncio ſibi & Iudæis, qui in vrbe reſiderant, vitam & ſecuram bonorum poſſeſſionem à Du-

cepe-

ce petijt, & impetrauit. Dux flexis genibus, & manibus in cælum intentis, ſummas gratias egit Chriſto, cæleſtium agminum Imper, cuius numine & beneficio ciuitas illa magnitudine ſatis ampla, ciuium multitudine frequens, opibus ſummis, & valido militum præſidio munita, intra diem vnū ſine vllius cæde, in Chriſtianorum poteſtatem venerat, vt in eo loco, vbi dira Mahumetis ſuperſtitio miſerorum hominum mentes infeceat, Chriſti nomen ſanctiſſimum prædicatione ſempiterna coleretur. Rebus deinde compoſitis, ſigna Regis Emmanuelis in mœnibus conſtituta ſunt, & ipſe Dux in urbem ingreſſus eſt. Saracenorum templum expiatum continuo, & ritu ſoleni conſecratum fuit. & altare feſtinanter extructum, in quo res diuina ſanctiſſimè fieret. Noſtri milites ad prædam conuerſi, præter maximam frumenti vim, nihil aliud, quod eſſet aliquo pretio dignum, repererunt. Tite ciuitas non multis millibus paſſuum Azamore diſtans, hoc metu ciuibus omnibus nudata fuit: quam Dux occupari continuo iuſſit. Si militer Almedinenſes ciues vr- bem deſeruere: cuius vrbs occupandæ, firmiſq; præſidijs vincendæ curam Dux Nonio Fernando Ataidio commiſit: illius autem præfectura Iehabenta uſo cõeſſa fuit. Vtriſq; autem mandauit, vt data fide omnes, qui auſugerant, euocarent, vt vrbes colerent, & imperium Regis Emmanuelis acciperent, ſolitumq; tributum pendere: & ſic demum futurum, cum ſub inuictiſſimi Principis tutela & præſidio laterent, vt impunè ſuis bonis omnibus fruenterent. Ad hunc modum vtraq; ciuitas coli & frequentari cœpit, multoq; magis opibus & potentia floruit, quam antè floruerat. Vrbs captæ nuncius continuo Regi Emmanueli allatus fuit, qui lætitia elatus, ſupplicationes dec-

*Ducis Bri-
gantini pie-
tas.*

*Azamora
capta.*

*S. Miſſæ ſa-
crificium
Azamore
oblatum.
Tite ciui-
tas capta.*

*Almedina
vrbs capta.*

*Emmanue-
lis Regis
pium ſacrū*

Kk

ipſeque

*Emmanuelis
laus laudes.*

*Azamore
noui motus*

ipseq; publicè rem diuinam solenni ritu atq; cæremo-
nia confecit: & concionator egregius orationem de
laudibus Regis Emmanuelis habuit, quòd eo tempo-
re, quo reliqui Principes Christiani odijs acerbissimis
irritati, in mutuam perniciem ruebant, in testinisque
seditionibus hostium vires amplificabant, solus Em-
manuel pro Christi gloria bellum susciperet, & Chri-
stiani nominis hostes in India, & Mauritania profli-
garet. Azamore verò motus quidam non apud mul-
titudinè solùm, verùm & apud eos, qui Principes ha-
bebantur, concitari coepit. Cùm viderent enim ciuita-
tem munitissimam sine vllius cæde in manus Chri-
stianorum peruenisse, non dubitabant, quin si Brigantinus
Dux cum vniuerso exercitu in Marrochientem re-
gnum inuaderet, illud totum, cum maxima nominis
sui gloria, sub imperium ditionemque Regis Emma-
nuelis subiungeret: Nam si cum parua admodum
manu Duces Lusitani Regem ipsum in fugam com-
pellebant, quid esset expectandum, si cum iusto exer-
citu bellum fieret? Accedebat, quod eo tempore Mau-
ri neque tantis erant armis muniti, neque tam scien-
ter acies instruebant, neque ciuitates ita muniebant,
vt arduum munus esse videretur, vno impetu eas ex-
cindere. Reges verò neque magnas opes habebant,
nec erant inter se foedere consentientes, ita, vt facilè
lij in alios non magna mercede concitari possent.
Fraus deindè Punica, & insita in hominibus leuitas
& inconstantia faciebat, vt cùm neque fidem sanctè
colerent, neq; iurisiurandi religionem conseruarent,
nullus eorum fidem socijs adiungeret: & cum ex suo
ingenio quisque alios fingeret, reliquos suspectos ha-
beret, & sibi perpetuò insidias ab illis intendi suscipia-
retur. Quod vbi fit, ibi nullum firmum vitæ atq; salu-
tis propugnaculum constitui potest. Quocirca neces-
se erat, si iustus exercitus in mediterraneas regiones
moueretur, ab ijs, qui temporibus, & successibus rem
seruiebant, suis insidias fieri, & dolos strui, & proditio-
nis metu quemlibet eorum perpetuò sollicitari. Nec
enim

enim dubium erat, quin multi, vt victorum gratiam
caprarent, principibus suis insidias machinarentur.
Vt enim gentem amoris foedere inter se mirificè con-
sentientem, & constanti fide conglutinatam aggredi
periculosum nimis est: ita homines odijs, & fraudibus,
& perfidia dissidentes, nullum fore negotium iudica-
bant, armis euertere. Præterea sic bellum administra-
ri posse existimabant, vt nullis sumptibus duci pos-
set. Agri nanq; sunt vberissimi, fruges lætissimæ, peco-
rum & armentorum incredibilis multitudo, ita, vt cõ-
meatus affatim, si tempore bellum fieret, suppeditari
facillimè posset. Ad hoc accidebat, quòd cum in bello
rei benè gerendæ facultas dari posse multis videbatur.
Exercitus erat iustus, milites acres, Duces acerrimi, ho-
stes exanimati: quocirca nemo dubitabat, quin si no-
stri percussis instarent, bellum cum maxima Regis
Emmanuelis vtilitate, & Christiani nominis gloria
intra breue tempus profligaretur. Hęc & alia in hanc
sententiam vulgò iactabantur: neque deerant, qui ip-
sius Ducis aures eiusmodi sermonibus obtunderent.
Quin etiam sacerdos quidam, qui Diui Francisci insti-
tutum sequebatur, cui nomen erat Ioannes Chiauen-
sis, qui postea Episcopus Visensis creatus fuit, cum in
templo sacram concionem habuisset, de hac materia
copiosè coram duce ipso disseruit, & tam præclaram
occasione amitti, acerbissimè conquestus est. Itaq; cū
Dux omnium sermonib; carperetur, coactus fuit in ip-
so templo, monacho, qui eum ad bellum stimulabat,
publicè respondere. Nō se ignorare dixit, nomen suū
maledictis multorum passim conscindi, sed se non tu-
moribus hominum, sed ratione & consilio moueri.
Sibi fide & obedientia erga regē nihil esse antiquius:
Regem autem nō vt in Marrochium signa inferret,
sed vt Azamore expugnaret, illum in Africam mi-
sisse. Si quidpiam ultra moliretur, id se contra Regis
sapientissimi imperium facturum. Si multis, inquit,
mensibus urbem hanc obsidione premeremus, si maxi-
ma mili-

*F. Ioannis
Chiauentis
ad bellum
marochien-
se Exhorta-
tio.*

*Brigantini
Ducis ad
monachi
suaforiense
Regem
responsio
in templo
facta.*

LIBER

ma militum multitudo prius caesa ab hostib. fuisset, quam eam caperemus, tunc tam clara victoria putaretur, ut nemo quidpiam praeter ea desideraret. Nunc quia Dei benignitate intra diem unum, sine ullius eque de, eam cepimus, victoria contemnitur, quasi sit praeclearius, hostem caedere, quam ciues ab omni clade incolumes conseruare. Ego contra cenfeo, multo esse ad sempiternam laudem praestantius, ciuem unum tuum, quam hostium multitudinem trucidare. Bellum non tam leue est, quam multi praedicant. Reges enim quauis inter se dissideant, commune tamen, quod uniuersis impendebit, periculum, facile animos omnium ab intestinis seditionibus ad commune malum propulsandum auocabit. Si igitur Rex Marrochienus, & Fessendus, & Xerisus, & montium Principes coniunctis viribus nobis obstiterint, multi fortasse, qui nunc oratione feroces multitudinem tumultuari cogunt, in periculis constituti trepidabunt. Solet enim hoc accidere. Ut quisque in pace furentius & audacius de bello disserit, ita magis in ipso belli discrimine tumultuatur, & a mente consilioque deducitur. Praeter ea non vident, maxime consilioque deducitur. Praeter ea non vident, maxime consilioque deducitur. Praeter ea non vident, maxime consilioque deducitur. Praeter ea non vident, maxime consilioque deducitur.

Brigantini Ducis in Lusitania reditus.

Ius Maieft. debitā nefariē violabimus. Ego quod ille imperauit, executus sum: si fuerit opus, me vitā pro illius dignitate profundere, mori minimē recusabo: & dum illius voluntati satisfecero, quid homines de me iudicent, minimē laboro. Nec enim intelligunt, quoties aliquis bellū sui Principis iniussu suscipit, offensionem esse pestiferā, & victoriā inuidiā plenam, ita, ut necesse sit ei, qui aliquid absque regis praescripto molitur, calumnijs innumerabilibus, proximū fieri. Nunc verō nemō me calumniari iure potest. Meum officium erat, urbem istam capere, eam Dei clementia cepi: celestitate summa bellum conficere, intra diem unum id non mediocri felicitate confeci: exercitum incolumē reducere, id Dei singulari benignitate perficiam. Quod negotium & facilius, & celerius, & minore cum periculo tractum est, eō clariore numinis beneficio deuincti sumus. Quocirca satius esset, Deo gratias agere quam famam hominis officio suo praecclare functi male dico dente corrodere. Hanc cum dixisset, sermonem quidem hominum compressit, non ita tamen, ut non exteant hodie permulti, qui doleant, maximā fuisse tunc ab illo summi decoris opportunitatē praetermissam. Ille tamen rationibus, quas diximus, inductus, id sibi licere minimē putauit. Aliud etiam incōmodum interuenit, quod illum cogeret in Lusitaniā redire. Tubere nanque femur alterum illius ita laborabat, ut sine quo vehi non posset. Exercitu igitur commisso Francisco Portugalensi, cuius insignis nobilitas erat iam eo tempore cum non mediocri laude prudentiā coniuncta, Mazaganum contendit. Balsam deinde Lusitaniam ciuitatem in Algarbio sitam traiecit, unde Americipum, ubi Rex Emmanuel morabatur, se contulit quo fuit magnis honoribus, ut aequum erat, acceptus. deinde magna pars reducta in Lusitaniam fuit. Rodericus Barretus, & Ioannes Menesius Azamore relicti, Barretus ut urbem tueretur, Menesius ut cum exercitu bellum finitimis gentibus inferret. Nonius Fernandus Ataidius Saffinium reuersus, institutum suum

suum persequitur, multis incommodis Mauros agitabat. Similiter Ioannes Menesius & Barretus suos otio torpere minimè permittebant. Itaque Menesius per exploratores certior factus, paganos, qui Xerquià incolebant in locis, qui circiter triginta passuum milia ab vrbe aberant, sine vlllo metu vagari, initio Anni, M. D. XIII. ad vesperum ex vrbe cum equitibus mille & ducentis, & mille peditibus, cum Barreto egressus, viginti & quatuor milia passuum ea nocte confecit. Indè montem viridem (sic enim propterea moenitatem, & frequentium herbarum, & plantarum viriditatem appellare solent) petierunt. Prima luce in pagum Bencafizium inuasere. Pagus est in monte situs, qui ab imo modicè assurgens, in orbem desinit. Incolæ partim cæsi, partim capti, partim è rupe in fluuium, qui Azamore præterfluit, præcipites eieci sunt, & oppidum direptum & exustum. Similiter Bernardus Emmanuel, & Ioannes Syluius, qui ab eodem Menesio missi fuerant, in alium pagum, quem Tafufum appellant, inuecti sunt, & pagum omni præsidio nudatum aspiciunt, hostes enim diffugerant. Noctri igitur, quod reliquum erat, vestigijs insequuti, fluuiio appropinquarunt, vbi Mauri constiterant. Multi fluuium nando traiecerant, alij natate parabant, non pauci tamen conferti pugnam minimè detredebant. Qui tamen dissipati, & in fugam coniecti, in fluuium se demiserunt: è quibus non pauci nantes missilibus confixi fuerunt. Bernardus indè cum præda profectus se cum Menesio coniunxit, & ita cum magno captiuorum numero, & pecorum multitudine, omnes in urbem regressi sunt. Est in ea Mauritania parte, quæ ad Austrum spectat, & cum finibus Saniensibus. continens est, prouincia, quam Heam incolæ nominant. In ea Tednest ciuitas est, in campis latissimi & fertilissimi planicie sita, in qua templum erat hominibus illis valdè sanctum & religiosum. Xerifus in hac vrbe aedes amplas habebat, & hortos cultissimos & nitidissimos cum piscinis, & varijs aquarum

*Excursio
in Xerqui-
enses.*

*Annus na-
ti Christi.
1574.
Mons vi-
ridis.*

*Bencafizi-
us pagus
captus &
exustus.*

*Excursio
in Tafufum
pagum.*

*Bellum cū
Xerifio.
Heam Mau-
ritaniæ
Prouincia.
Tednest ci-
uitas.*

quarum deriuationibus, cum quibus se, cum otium erat, frequenter oblectabat. In hanc ciuitatem Ataidius inuadere constituit. Per literas tamen Menesium admonuit, vt sibi opem afferret, rem namque dignam esse, quam ambo viribus coniunctis aggredierentur. Ataidius tamen illum minimè expectauit. Ex vrbe igitur quadringentos equites eduxit, sociumque Ichabentafufum asciiuit, qui duo milia equitum, & septingentos pedites secum adducebat. Cum verò ciuitati, quam petebant, appropinquarent, Xerifus illis cum quatuor millibus equitum occurrit. Ataidius postremum agmen ducebat. Ichabentafufus, qui in primo agmine cum suis Xerifio obuiam prodierat, Ataidio spectante, sauum & atrox prælium commisit. Xerifus tandem victus ab Ichabentafuso, se fugæ mandauit: multi ex hostibus cæsi sunt: præda verò tanta fuit, quanta nunquam antea fortasse ex vlllo prælio, cum gentibus illis inuito capta fuerat. Nam supra ducenta milia pecudum, & bouum, & tria milia camelorum, equorum similiter ingentem multitudinem fuisse constat. Ataidius in urbem ingressus conqueiuit. Indè verò literis ad Menesium datis significauit, quomodo iam negotium confectum esset. Abest autem Azamor ab ea ciuitate circiter centum & sexaginta passuum millibus, & ea de causa fieri non poterat, vt tam citò se Menesius cum Ataidio coniungeret. Ducebat autem Menesius septingentos, & quinquaginta equites, & pedites mille. Quacunquẽ autem iter faciebat, maximi honores illi ab omnibus Maurorum præfatis atque Principibus fœderatis habebantur. In oppidum autem exiguum tandem peruenit (Chiquerium nominant) templi Mahumetani gratia ab incolis incredibili religione celebratum. Id enim iussu Mahumetis fundatum extitisse, vanissimi sacerdotes asseriebant. Ea verò mente Menesius eò peruenerat, vt indè Marochium peteret. Chiquerium autem Marochio non plus triginta & sex millibus passuum aberat.

*Victoria de
Xerifio in-
signis.*

*Menesij
Subsidium.*

*Chiquerium
oppidum.*

aberat. Indè tamen A taidium per literas ad societate facinoris inuitauit. Is dixit se pacis legibus scribèdis, & fœdere sanciendo ita distineri, vt nullo modo posset tunc ab ea vrbe discedere. Marochium verò maioribus esse viribus oppugnandum, neque committendum, vt sine vllò fructu ille flos nobilitatis in tatum discrimen induceretur. Menesius deindè orabat, & obtestabatur, vt tunc incepto desisteret. Menesius ad A taidium venit. Venerat interim A taidij gener Alfonso Norogna cum Mauris equitibus octingentis, vt noctis silentio oppidum natura munitissimum in monte arduo situm oppugnarent. Quod factum est, & hostes, antequam illi aduentarent, id fore suspicantes au fugerant; pauci tamen capti sunt. Iterum cum copias essent multis partibus amplificatae, Menesius institit, vt Marochium tenderent, quod tunc expugnatum iri confidebat. Ac A taidius verebatur, nè si id fieret, maxima gloria pars ad ipsum Menesium pertineret. Hac ratione, vt opinio erat, impeditus A taidius, nullo modo potuit adduci, vt itineris illius se socium præberet. Id molestissimè Menesius, & omnes, qui cum illo venerat, passi sunt. Indè cum nulla offensione Menesius digressus, nunciu accepit, regem Fessensem, & regem Mequinezium cum maximis copijs aduentare, vt Azamorem obsidione cingerent. Idcirco qua potuit celeritate Azamorem contendit. In itinere verò literis Roderici Barreti, quibus idem confirmabat, vehementius incitatus est, vt ad institutam celeritatem aliquid addendum cogitaret. Attamen cum admoneretur, nè cum in itinere Reges interciperent, Bernardum Emmanuelem, & alios viros nobiles, qui cum A taidio manserant, per literas asciiuit, & commeatum, & tela, variasque munitiones importari fecit. Almedinam ingressus, ab Alemeimamo vrbis præfecto fuit cum summis honoribus acceptus. Is eum admonuit, vt sibi à Ducibus Fessensis Regis caueret. Hos enim cum octingentis equitibus, & sex milibus peditum præcedere, se compertum habere dicebat. In-

Bellum cum Fessensi & Mequinezio gestum

bat. Inde profectus, per ciuitates fœderatas ita iter faciebat, vt semper exercitum singulari ordine instructum duceret, quasi sibi esset cum hostibus certamen singulis horis ineundum. Attamen siue ea fama vanis authoribus dissipata fuit, siue duces regis Fessensium diligentes extiterunt, is sine vllò impedimento Azamorem copias incolumes induxit. Ibi certior factus est, Fesse Regem duos duces cum maximis copijs in Duecalam misisse, vt eam regionem valido præsidio tuerentur. Regem verò Mequinezium cum equitum & peditum multitudine expectari: qui Nafe (est Nafe opp. quidem illa Mequineziji ciuitas non ignobilis) se tenebat. In animo autem Rex Mequinezium habebat, cum ducibus regis Fessensis Azamorem petere, vt Lusitanos obsidione vexaret. Menesius non expectandum esse putauit, dum hostes copias omnes coniungerent. Cum igitur intellexisset, duces Fessenses in oppido factis munito, quod Balbam appellant, consistere, in eos antequam inde discederent, inuadere constituit. Ad A taidium verò nunciu cum literis misit, quibus eum admonebat, vt vellet prælio interesse, quo sibi non mediocre decus parare, & opus Regi Emmanueli gratissimum efficere posset. Cum de loco inter eos, vbi erat copia coniungenda, parum in principio conuississet, tandem statuerunt, vt Seam (is locus viginti quatuor millibus passuum Balba distat) copijs iungendis deligerent. Itaque Menesius duodecimo die Aprilis octingentos equites, & mille pedites eduxit: sequenti die propè lacus quosdam in planicie castra posuit. Eo die A taidius cum lehabenta fuso cum mille & quingentis equitibus, quorum maxima pars erant Mauri, aduenere. Consilio inter duces habito statutum fuit, vt de prima vigilia silenti agmine castra moueret, vt luce prima possent in hostes imparatos inuadere. Ex omnibus autem copijs quinque acies instruxerunt. Primam Menesius, alteram Rodericus Barretus, tertiam Ioannes Gundissaluus Camara ducebat. In acie tertia Aluarus Carualius, & Ioannes Syluius ineran: vt etiam,

Balba opp.

Sed.

Lusitanorum acies.

iam, ubi opus esset, ducum officio fungerentur. Quartam aciem Ataidius cum Alfonso Norogna genero suo agebat. Quinta Iehabenta fuso commissa fuit. Has quinque acies equitum Petrus Moralis, & Ioannes Rodericus cum instructis peditum copijs valido subsidio firmabant. In medio impedimenta cum tormentis ali quot curribus in uectis ducebantur. Menesius acies circumibat, & singulos duces de officio commonebat, & omnes ad decus vehementer excitabat. Orto iam sole, hostium castris appropinquarunt. Erant autem castra in planicie posita, propè montem, qui campis imminabat. Menesius designauit oculis locum, in quo erat praelium faciendum, & duces peditum admonuit, vt in eum locum, quam celerrimè possent, aciem dirigerent. In hostium castris erant supra quatuor millia equitum. Peditum uero numerus propter multitudinem iniri non potuit. A tergo torrens campum à morte dirimebat, qui quamuis tunc siccus esset, tamen propter alueum quem torrens imbribus auctus in altitudinem depresserat, erat hostibus impedimento, quominus se in montem sine periculo reciperent. Hostes quatuor acies instruxerunt. In prima acie pedites cum fistulis ferreis, & scorpionibus locauerunt, vt sagittarum & glandium multitudine primam nostrarum aciem perturbarent. Menesius uero, cum tubis signum pugne dare iussisset, & omnes nomen S. Iacobi de more Hispaniæ conclamarent, tanto impetu in hostes inuectus est, vt antequam, qui in acie prima constiterant, damnum aliquod (quod valdè metuendum esset) inferre possent, eos dissiparet, & cum praelium acriter iniret, tres illas equitum acies fudit, & usque in torrentis alueum hostes insequutus, multos occidit. Ataidius, cui datum erat negotium, vt in vna equitum acie impetum ferret, id exequi non potuit. ea namque acies, quam petebat, à loco deflexerat, vt suis contra Menesium opem afferret. Itaque in pedites inuasit, quorum magnum numerum cecidit. Menesius cum ad torrentem peruenisset, suos continuit. Multi tamen illius imperium

Hostium castra & exercitus.

Hostiles acies.

Praelium.

riam contemnentes, torrentem transgressi sunt. Erat autem Menesius reliquis quidem Imperatorijs laudibus excellens, sed propter instrictam in natura mantuetudinem, in animaduertendo parum seuerus. Ob id uigilura adolentes nobiles animo quidem virili, sed mente parum sana præditi, tanti viri autoritate contineri non potuerunt, quin se sine ullo fructu in discrimen salutis iniicerent. Menesius Garsiam Menesium fratris sui filium misit, qui eos redire compelleret. Is equo incitato se confestim illis oppofuit, & vt se continuo reciperent, adhortatus est. Iam plerique obtemperabant, cum Arius Tellius iuuenis apprimè nobilis & laudis præter modum cupidus, sed, vt fama erat, temerarius, exclamauit. Non decet hoc tempore pedem referre: Mauros istos, o commilitones, usque Fessam ferro persequamur. Hac oratione qui iam redibant excitati, rursus in hostes incurrunt. Garsia Menesius cum eorum impetum cerneret. Si ita vultis, inquit, & vltra Fessam impetum feramus. Hæc cum diceret, se illis admiscuit. Hanc temeritatem cum Menesius animaduertisset, torrentem transgredi statuit, vt fugientes (nec enim eum latebat, quod erat eis, qui temerè ruebant euenturum) exciperet. Peditum interim aciem vnâ præmisit, qui hostium impetum sustineret. Ataidius torrentem transgredi noluit, nec copiarum suarum ordinem perturbaret, sed in ripa constitit, vt in de hostes, si transire conarentur, repelleret. Iehabenta fusus huic incommodo opitulari nequiuit. Cum enim Mauri, quos ducebat, hostes fufos animaduertentes, prædandi cupiditate cæci, duces reliquerunt. At hostes qui se in montem receperant, ubi paucitatem eorum, qui illos persequabantur, animaduertente, in eos conuersi tanto impetu fuerunt, vt in effusam fugam compellerent. Maxima eorum pars temeritatis pœnas luit, nam ab hostibus cæsi sunt, inter quos Arius Tellius, & Garsia Menesius extiterunt. Qui fugientes insequabantur, cum animos iam à prima illa consternatione recepissent, & illo successu, qui præter opinionem acciderat,

Arius Tellius temeritas.

Temerario vni infelix exitus.

elati

*Cæforūna-
merus.*

elati fuissent, tanto impetu in Menesium incurre-
runt, ut eum cogere in aduersam torrentis ripam co-
pias reducere: quod non sine multorum sanguine co-
fici potuit. In hoc prælio equites plus quinquaginta
cecidērunt, & supra centum vulnerati sunt. Ex hosti-
bus, ut postea compertum fuit, duo millia & sexcenti
interfecti fuerunt, in quibus vnus ex ducibus illis
summus fuit, quos rex Fessensis cum imperio miserat,
alter ex equo decidit, & à suis, cum esset iam in summo
vitæ discrimine constitutus, ereptus est. Septem duces
alij ceciderunt: supra quatuor hominum millia vulne-
rati sunt: captiui ducenti & octoginta fuerunt. In ijs
fuerunt vxores & filij eorum ducum Xerquiesium,
qui prælio interficere. Victoria illustris & clara fuisse
nisi eam iuuentutis temeritas aliqua ex parte defor-
masset. Hostes postquam nostras acies coniunctas a-
nimaduenterunt, eas non sunt ausi laceffere. Nostri
cum præda iam diuisa iustis itineribus in sedes suas re-
uersi sunt. Reges Fessensis & Mequinezius nondum
hanc suorum cladem acceperant, cum obsidionis con-
siliū, quā Azamorem opprimere statuebant, inter-
mittendum minimè iudicarent. Itaque Nazer Me-
quinezij Rex cum maximis copijs regni sui finibus e-
gressus, Azamorem contendit. Mahumetes Rex Fes-
sensis non mediocrem equitū & peditum multitudi-
nem illi in auxilium misit. Rex Mequinezius in flu-
mine, quod Azamorem alluit, trajiciendo septem dies,
ranta erat hostium multitudo, consumpsit. Menesius
Emmanuelē de obsidione, quam futuram credebat,
per literas confestim admonuit: qui summa diligen-
tia omnia, quæ erant ad urbem muniendam idonea,
comparauit. Sed Nazer cum accepisset eorum cladem,
qui præliū cum Menesio inierant, consiliū muta-
uit, & Almedinæ regionem populari constituit. Ma-
gnam itaq; vastitatem terris intulit, Almedinam ce-
pit, eos qui in præsijs inierant, qui Almeimanum Sa-
finium fugere prope ratem sequi noluerant, interi-
mit. Ichabentafusus cum neque copias haberet, qui-
bus

*Lustanorū
eruenta vi-
ctoria.*

*Bellū Aza-
morene.*

*Almedina
regio vasta,
vrbs ab
hoste rece-
pta.*

bus tantæ multitudini resisteret, & ab Ataidio, à quo
auxilium postulârat, minimè firmo subsidio adiutus
fuisse (Ataidius enim obsidionem timebat, & ideo co-
pias diminuere noluerat) Safinium se cõferre statuit.
Sed primū puteos obturauit, alios bestiarum cada-
ueribus inquinauit, & frugibus etiam corruptis infe-
cit, ut Regis exercitum siti conficeret. Dum in his ope-
ribus tempus conterit, Rex illum consequitur. Itaque
præliū vitari non potuit, vtrinque fuit acerrimè di-
micatum. Equites aliquot Ichabentafusi ceciderunt,
inter quos dux fuit quidam, Benamira nomine, vir
insigni robore præditus. Ex acie Regis equites quin-
quaginta desiderati sunt, & in his dux insignis, quem
rex Fessensis copijs suis præfecerat. Ichabentafusus in
eo prælio ea facinora virtutis militaris edidit, ut mul-
tos admiratione defigeret. Sic igitur è prælio discessit,
ut illum hostes nõ admodum pertinaciter insequerē-
tur. Mille tamen Camelos amisit. Ataidius illi locum
muris coniunctum assignauit, in quo castra poneret.
Rex interim aquarum penuria grauissimè laborabat,
& puteos, ut sitim leuaret, de integro fodere iubebat,
& ita tempus sine vlla re memorabili consumebat.
Ichabentafusus vna nocte castra illius oppugnare cõ-
stituit. Rex ab indice monitus, castra in locum alium
magis munitum repente mutauit. At Mauri, qui Xer-
quiam incolabant, cum animum illius abiectum &
demissum factis agnoscerent, & simul fluxam fidem
animaduenterent, illum contemptu & odio dignum
statuerunt. In primis autem grauiter eos offende-
bat, quod cum se Azamorem aut Safinium obsessurum
ostendisset, & tantis copijs abundaret, nihil horum ten-
tare propter ingentem formidinem ausus iuisset. Sed
inani spe deceptos à Regis Emmanuelis fide desciuif-
se molestissimè ferebant. Itaq; ut odium expromerēt,
& amissam Regis Emmanuelis gratiam aliquo in si-
gni facto recuperarent, cum Mequinezius Rex prope
oppidum, quod Tazarote nominant, castra haberet,
contra fidem, cuius illi religionem minimè nõrunt,
in ca-

*Præliū
accept.*

*Benamira
mors.*

*Mequine-
zius Rex
suorū perse-
dia castris
exiuit.*

in castra ruunt, caedem faciunt, copias regis in fugam vertunt: supra mille hominum in seruitutē abripuit, octingentos equos capiunt. Rex castris exutus, cum maximo damno atque dedecore in montes arduos primum se fuga proripuit, atque inde in regnum reuersus est. At Menesius interim in grauissimum morbum incidit. Cum verò decumberet, literas ab Emmanuele accepit, quibus illum miris laudibus efferebat, & pro meritis excellentibus praemia illi ingentia proponebat. His literis responsum nullum dedit. Nec enim iam eo tempore quidquam de hac misera & exigua vita sibi cogitandum statuebat, sed tota mente ad sempiternam omnibus votis aspirabat. Itaque rebus omnibus, quae ad animi expiationem necessariae videbantur, vitē procuratis, cum in sita religionis & pietatis egregia documenta dedisset, e corpore quasi ex ergastulo quodam expeditus, in caelum, ut omnium opinio ferebat, immigrauit. Fuit enim vir ille non virtutis tantum militaris & imperatoriae gloria praecellens, sed laudibus etiam mansuetudinis, & lenitatis, & clementiae praestantissimus. Erat praeterea in omni genere verbanitatis humanissimus. Et cum vitae castimonia, & morum integritate multum omnibus, qui vitam in armis degerant, anteiret, tum amoribus sine vitae petulantia, aut vlla verborum obscenitate deditus erat, ita tamen, ut in illis etiam non libidinis vllum vestigium extaret, sed ludus sine vllius pudoris interritamento quaesitus apparet. Hostibus maximo terrori fuit, militibus autem carissimus, ciuitati vniuersae maximum sui desiderium cum multis lachrymis & luctu diuturno reliquit: Quantum autem ingenio valeret, versus, quos patrio sermone componebat, aperte declarabant. Nec enim illis quidquam vel argutius, vel festiuus excogitari poterat. Augurijs tamen deditus erat, & atra interdum bile ad insaniam laborabat. Sed hanc tenuem vitiorum labem virtutis magnitudo tanto in teruallo superabat, ut maior etiam vitia in tanto viro toleranda viderentur, in

Menesij mors.

Menesij mores et ingenium.

locum

locum illius Petrus Sousa successit, qui postea Comes Pragensis extitit, & Rodericus Barretus in Lusitania reuersus est. Hoc anno Petrus Menesius Alcautinerensis Dynasta cum crebras excursiones faceret, quibus Mauros perpetuo fatigabat, tum mense Iulio in Tutuani fines inuasit: multos cecidit, alios captiuos abduxit. Initio verò mensis Octobris nunciū accepit, duos Regis Felsenensis fratres cum decem millibus equitum, & magno peditum numero, ut Septimam oppugnarent, aduentare. Classē praeterea misisse, ut terra simul & mari ciuitatem premerent. Hi duobus in locis syluestribus insidias posuerunt, in quibus ipsi consistere, deinde quinque & viginti excursores emisere, ut nostros elicerent. Hi ad speculas vsque peruenerunt. Petrus Menesius equites quindecim in eos immisit, ipse cum centum & quadraginta equitibus egressus est, ut illis subsidio esset, cum hostes ex insidijs, ut ille fore suspicabatur, erumpèrent. Nostri in equites hostium impetum dedere: illi repente cesserunt vsque eo, dum nostros in locum, quem ipsi, qui erant in insidijs, tenebant, extraherent. Nostri insidijs exploratis, ad Petrum Menesium se cursu recipiunt. Hos ducenti & quinquaginta equites insequuti sunt. Horum vestigijs alij permulsi insisterunt. Petrus Menesius intra vallum, quod urbem cingit, se continuo recepit. Hostes illi, qui prius ex insidijs emerferant, aditu valli, cum essent iam nostris admixti, prohiberi minime potuerunt. Petrus Menesius in eos conuersus, praelium iniuit, quod maxima vtriusque partis vi pugnatum fuit. Ex hostibus ducenti caesi fuerunt, e nostri vnus tantum cecidit, sex & triginta vulnerati sunt. Regis interim fratres adueniunt, ut vallum disijciant, & nostris aditum in urbem intercludant: & classis etiam in terram copias exponit. Sed eo iam tempore Petrus Menesius suos in urbem reduxerat, & foribus oclusis conatus eorum inanes reddiderat. Illi mortuos in naues cum lachrymis imponunt. Estant enim plerique iuuentutis principes, & homines,

Petrus Sousa Menesij successor.

Septense bellum.

Praelium.

in qui.

*Maurorum
deditiones
& federa
cum Em-
manuele.*

*Xerquien-
sis ad Em-
manuelem
legatio.*

in quibus seniores non mediocrem spem felicitatis collocauerant. Hoc autem tempore maximo terrore nomen Regis Emmanuelis erat apud Mauros, simul clementia & æquitas illius in omnium ore atque prædicatione versabatur. Cum igitur se ab Emmanuelis ducibus bello fatigatos, & domi suorum tyrannide vexatos esse conspicerent, vltro ad Emmanuelem veniebant, & enixè ab eo contendebant, ut eos in fidem acciperet, illisque triburum, quod ei videretur, imperaret, & duces quos vellet, eis præponeret. Se namque usque ad extremum vitæ spiritum pro illius amplitudine pugnatos. Neque solum qui vrbes incolebant, libenter in deditionem veniebant, verum etiam pagani atque montani, cum vires suas infelicitè experiti fuissent, voluntariæ seruitutis pactione vitæ suæ & incolumitati consulebant. Itaque Xerquies legationis principes ad Emmanuelem introducti sunt, quos se, suaque omnia illius fidei atque potestati committebant & postulabant, ut Xerquia prouincia à Dabida & Garabia distincta fieret, & illis Audaramen rectoris & ducem præponeret. Ne autem in eo Iehabentafusum offendere viderentur, dicebant Aduccamenem regionem, quam diximus tribus illis præcipuis nationibus inter se distingui, tantam esse, ut nullo modo posset ab vno Iehabentafuso gubernari. Is igitur Dabidam & Garabiam imperio contineret, & Xerquiam ab alio rectore regi permetteret. Accedebat, quo id cum minore Iehabentafusi offensione fieret, quod Abdaramen illius famulus, & in disciplinis illius educatus extiterat, ita, ut nemo dubitaret, quin is perpetuè Iehabentafuso libenter obsequeretur. Hoc & ad ipsius prouinciæ pacem, & ad iuris administrandi facilitatem, & ad ipsius Regis fructum & emolumentum valde pertinere. Sic enim fore, ut eos, quorum tam æquo postulato satisfecisset, in officio promptiores contineret, & tributum, quod pendere volebant, facilius exigeret. Fuere legati comiter accepti, & quod postulabatur benignè à Rege concessum, ea tamen lege, ut quoties

omnes

omnes illæ tres Duécilæ partes vires suas coniungerent, Iehabentafusum summum ducem agnoscerent, imperiumque illius sine vlla recusatione sequerentur. Sanxit etiam lege Rex, nè quispiam ab vna in aliam tribum transfret, nè perturbatio & confusio fieret, & aliquis ea de causa motus concieretur, qui bello materiam ministraret. De ijs rebus ad Aatidium, & ad Petrum Sousam, qui Azamorem tenebat, literas dedit: & Iehabentafusus eam prouinciæ distinctionem facile comprobavit. Eodem anno Nonius Fernandus Aatidius Iacobum Lupium caduceatorum in Xerquiam misit, qui frumentum impetatum à colonis exigeret, & illud Azamorem deportandum curaret. Id Lupius exequutus, cum Mauris, qui frumentum iumentis impositum ferebant, Azamorem rectè contendit. In itinere facti sunt illi obuiam equites 60. qui Azamore veniebant. Mauri cum opinarentur eos hostili animo prodijisse, arma repente cortipiunt, & prælium animis obfirmatis offerunt. Lupius se medium interposuit, & caduceatoris officio functus est. Vix tamen Mauros placare potuit. Dicebant enim se non Sousam, sed Aatidium agnoscere: cum Aatidio namque, & non cum Sousâ pactionem de frumento importando fecisse. Lupius tamen eos, quoad fieri potuit, ad lenitatem inflectere contendebat. Illi verò dicebant, Petrum Sousam, postquam Azamoris curam susceperat, illis minimè ferendas iniurias intulisse. Idcirco equites illi sexaginta frumentum Azamorem subuehendum curarent, se namque in eam ciuitatem minimè pedè illaturos. Cum tamen Lupius multa orationis lenitate vsus fuisset, non modò eos mitigauit, verum eò perduxit, ut Marochium sub illius ductu contederent. 400. & 23. equites ex illis delegit, & cum viginti & septem Lusitanis equitibus inde profectus, postridè in turmas hostiles, quæ Marochio quattuor millia passuum aberant, inuasit, & aliquot occidit, tres & 50. viuos cepit: ingens præda pecorum & camelorum abacta fuit. Marochium tandem accedunt,

*Detinulus
tu quodam
inter Mauros
exorto
& Jopio.*

*Lupij in
Marochien
sem agrum
eruptio.*

L I dunt,

ant, & ipsi Mauri, Regis Emmanuelis nomine sac-
 pius conclamato, hastis vrbis portas percutiunt. Ma-
 rochij Rex re inopinata perturbatus, vt eorum impe-
 tum repelleret, egressus est. Illi fortissimè resistunt, &
 qua tuor equites occidunt, & ita incolumes cum præ-
 da in locum, vndè profecti cum Lupio fuerant, reuer-
 tuntur. Ibi præda diuisa, Mauri cum gregibus in Xer-
 quiam redière. Lupius Sasinium cum captiuis ingref-
 sus, admirationi quàm plurimis fuit. Facinus enim
 videbatur incredibile, hominem plebeium, & cadu-
 ceatorem tantum audere, vt cum tam exiguis copijs,
 & ijs maxima ex parte suspectis, eò penetraret, quò A-
 taidius ipse Dux fortissimus, cum à Menesio ad eiuf-
 dem facti societatem inuitaretur, peruenire dubitâ-
 rat. In huius anni exitu Rex Emmanuel tres Legatos
 ad Leonem decimum Pontificem Maximum, cum
 muneribus regia magnificentia dignis instituit. Prin-
 ceptis legationis Tristanus Cugna fuit. Collegè duo iu-
 risconfulti magnæ apud Lusitanos authoritatis exti-
 tère. Vnus Iacobus Paciecus, alter Ioannes Faria no-
 minabatur. Per illos Pont. sacras vestes ex auro, cum
 multis gemmis opere excellenti perfectis dono misit.
 Vasa præterea ex auro, atq; monilia maximi ponde-
 ris & pretij vestib. adiecit. Opus erat eiusmodi, vt cum
 materia nihil preciosus excogitari posset, artificium
 tamen ipsam materiam multis partib. superaret. Mi-
 sit præterea elephantum Indicū miræ magnitudinis,
 qui non solū Romæ, vbi homines, post inclinatâ Ro-
 manæ Maiest. amplitudinem, illud animal nunquã
 oculis aspexerât, sed quacunq; gradum inferebat, ne-
 mo circumfluentem vndiq; turbam, admiratione ob-
 stupefactam, submouere poterat. Panthera etiam ve-
 natica missa fuit, quod munus haud scio, an olim Ro-
 mæ AEdiles, cum ludos magnificentissimos appara-
 bant, & præter alias immanes beluas, pãtheras etiam
 in publicis spectaculis exhibebant, præstare potue-
 rint. Ea namq; mansuefacta, non in circo cum bestia-
 rijs, sed in syluis cū apris atq; ceruis prælium commit-
 tebat,

RES EV-
 ROPEAE.
 Magnifica
 Emmanue-
 lis ad Leo-
 nem X. Põ-
 tificè Max.
 Legatio ac
 munera.

Panthera
 venatica.

tebat, & principibus, qui venationib. oblectantur, plu-
 rimum voluptatis afferebat. Ea insidebat equi Persi-
 ci tergo, integumentis auratis elegãter instrati. Equũ
 regebat Persa venator eximius, qui ad id munus obe-
 undum ab Armuzij Rege cum equo & Panthera mis-
 sus fuerat. Tristanus Cugna cum esset vir & nobilitate,
 & autoritate, & existimatione non vulgari præ-
 ditus, tum proprijs sumptibus eam legationem exor-
 nandam susceperat. Ducebat autem secum tres filios,
 & cognatorum copiam, amplamq; familiam, quibus
 stipatus non abiecti Principis specie præ se ferebat. Le-
 gationis scriba Garzia Refendius, vir nõ mediocris a-
 pud Regè authoritatis erat. Nicolaus Faria, qui equis
 Regijs curandis præerat, agebat equum pulcherrimũ,
 ephippijs aureis, & phaleris aureis, emblematis & gẽ-
 mis maximi pretij distinctis instratum, & ornatum,
 qui etiam Pontifici donandus erat. Duodecimo ta-
 nem die mensis Martij, anno. M. D. XIIII, Legati in
 vrbem hoc ordine iter instituerunt. Familiæ vestibus
 admodum eleganter exultæ præcedebant. Panthera
 tergo Persici equi, què Persa regebat, insidēs, & elephã-
 tus cū rectore sequebantur. Nicolaus Faria equo, què
 diximus, inuectus, post elephãtum interuallo modi-
 co disiunctus, primũ illud agmẽ cogebat. Nobiles de-
 indè viri, qui comitatu suo legationi non parum di-
 gnitatis adiungerēt, loco suo progrediebãtur. Post il-
 los caduceator Lusitanus cum insignib. regijs legatos
 antecedeat. Deindè Tristanus Cugna sequebatur, cu-
 ius vtrunq; latus legati reliqui claudebant. Fuerunt à
 Cardinalium domesticis, deindè à Principum Lega-
 rijs, multisq; Principib. antequã in vrbem ingrederen-
 tur, omnib. honoribus excepti. Ad vrbẽ cum accede-
 rent, vrbis Præfectus cum Pontificib. & ipsius Pont.
 Max. domesticis atque familiaribus obuiam prodijt,
 Pontificis que nomine orationem habuit, qua Lega-
 tis de aduentu gratulatus est, omniaq; Regis Emma-
 nuelis clarissimi Principis officia, qui pro Christi no-
 mine, & religionis sanctitate perpetuò dimicabat, illi
 gratissimè.

Antu in
 ti Christi
 154.
 Legatorũ
 in vrbem
 ingressus
 & pompa,

gratissima, ut merita illius postulabant, perpetuo fore dixit. Responsum pro dignitate redditum ab illis est. Romani deinde designatores aduenere, & ordinem pompæ illius instruxere. Omnia interim tubarum canibus, & tiliarum symphonia & concentu personabant. Nullus fuit princeps, qui non ordine à designatoribus constituto legatos deduceret. Eluctiorum etiam agmen instructum eos antecedeat. Turba vndique visendi gratia confluens, omnes viarum aditus obstruebat, ita ut vix sustineret coercita cedere, & locum dare vellet. Cum ad molem Adriani ventum esset, tormentorum ingenti strepitu ciuitas vniuersa tremefacta fuit. Fumi tandem caligine dispulsi, cum Pontifex nostra spectaret, elephantus accessit, & ter genibus flexis & demisso corporis habitu venerabundus illum salutauit: quod non mediocrem admirationem spectantibus incussit. Tum proboscide in dolium ingens aqua refertum immissa, aquam hausit, qua omnes, qui in fenestris altioribus insidebant, aspergeret. In plebem deinde conuersus, eam aqua, quasi ludum exhibere vellet, immodicè perfudit. Cum hac pompa fuerunt ea die Legati in hospitium deducti. Vigesimo verò die mensis eiusdem, Legati eadem hominum frequentia & celebritate in Pontificis aedes deducti sunt, Pontifex in sublimi sede vestibus sacris cultus, ut sit, eos expectabat: Cardinales in sedibus suis considebant. Legati primò Pontificis pedes osculati sunt. Alij deinde ordine à designatoribus instituto idem officium præstiterunt. Tristanus deinde Cugna literas Pontifici Regis Emman. obtulit, quæ publicè lectæ sunt. Eæ nihil aliud continebant, quàm postulatam, ut Legatis fides haberetur. Tum Iacobus Paciecus egregiam orationem habuit, quam ita voce & actione luculenter expressit, ut non mediocrem ea die laudem eloquentissimi oratoris assequeretur. Pontifex responsum Latine, verbis luculentissimis, & eleganter, & grauius dedit, Emmanuclis que nomen, & Lusitanæ gentis virtutem laudibus summis exornauit. Postridè Legati in viridarium, quod

Elephantus Pontificem Max. veneratur flexis genibus.

post Pontificis aedes in Vaticano monte cõstitutum est, intromissi sunt. Eo in loco eos iam Pontifex expectabat. Ibi munera accepit, quorum fulgorem & artificium admiratus vehementer est. Inde in hortum, ut elephantum & pantheram videret (non enim facile elephanto erat in superiorè ædium partem, vnde in viridarium exitus patebat, scandere) continuo descendit. Ibi voluit spectare, qua ratione panthera venaretur. Fuerunt igitur ad illum bestiam perductæ, Panthera repente à venatore, qui eam regebat, immissa, in illas insiluit, easque celeritate incredibili iugulauit. Non multis post diebus legati postulata regis Emman. explicuerunt: quorum pars ad cõmunem Reip. Christianæ statum, pars ad ipsius regis cõmodum & emolumentum pertinebat. Quæ ad cõmune bonum spectabant, erant hæc, ut indictum concilium continuaretur, illiusque decreta sancirentur: ut sacerdotes à vitæ luxu, morumque licentia, ad continentiam & sanctimoniam disciplina reuocarentur: ut opera daretur, qua Principes Christiani ab intestinis discordijs ad bellum contra Turcas consensione summa comparandum traducerentur. Hæc omnia postulata, non enim temporis erant, repudiata sunt. Reliqua singulari benignitate concessa fuerunt, nempe ut tertiæ atque decimæ partes vestigalium, quæ a lendis sacerdotibus & sacris vasis destinata sunt, in bellum, quod in Mauritania gerebat, sumptus illi tribuerentur: ut bona pars Ecclesiarum (sic enim trioto iam sermone templorum bona nominare solemus) cum monachorum etiam quorundam vestigalibus, in usum eorum, qui in Christianæ militiæ ordinem cooptantur, conuerteretur: ut diplomata scribi iuberet, quibus ijs, qui vellent bellum Africanum pecunia iuuare, cælestia beneficia à Christi thesauris deprompta largè tribuerentur. Quæ quidem largitas hominum reprehensione carere non potuit. Ut enim Rex hominum cupidorum importunitate victus, id à Pont. cõtenederet, æquum tamè esse dicebant, ut Pont. esset in largiendi restrictior. Sacra enim vestigalia tanta religione

*Emmanue-
lis ad Pon-
tificem Ma-
ximum pa-
stulata.*

*Pont. Max.
erga Em-
manuelem
notata lar-
gitas.*

gione non solum apud homines diuinis legibus astrictos, sed etiam apud Græcos, & Romanos, & Aegyptios, & complures alias nationes munita fuerunt, ut qui ex illis partē aliquam attigisset, grauissimū in scelus admisisse existimaret, vix vllis piaculis eluendum. Et vera religione dicebant multo magis continendam esse hominū Christianorum cupiditatē: neq; committēdum, ut propter immanem quorundā avaritiam, quę nullis finib. arceri potest, sacra profana fierent, Decimæ quidem atq; tertiæ sacrorum vestigalium partes olim Alfonso nono, & post Alfonso vn. decimo concessa definito tempore fuerunt. Verum, sed illorum patrimonium fuerat à tutorib. dissipatū, & influentes barbarorum copię in Hispaniam irruentes, erant tunc templorum omnium sanctitatib. & sacris etiam vasis, iure atq; merito repellendæ. Rex Ferdinandus similiter & Isabela cū essent propter Portugalsense bellum sumptibus exhausti, & bellum eis iustū, & religiosum contra Granatenfes Saracenos instaret, merito videntur eadem Pōtificis benignitate sustentati. Id tamen Alfonso I. Lusitanix Rex, qui cūm tēpnes admodum opes possideret, Saracenos innumera-biles, opib. & potentia feroces, maxima atq; diuturnā belli contentione è Lusitanix finibus expulit, nunquam ut faceret, in animum induxit. Neq; Sancius illius filius, qui cūm bellum durissimum Saracenis Bæ-ticam incolentibus inferret, prope Hispalim, Bætim fluuium eorum sanguine tinxit. Neque Ioannes hoc nomine primus, qui profligato, quod cū Castellę Rege gesserat, bello, Septam urbem expugnauit. Nec Alfonso quintus, qui Tingim & Arzilam & Alcaffarē armis atque virtute cepit. Nec Ioannes secundus, cuius non solum in bello Hispaniensī contra Fernandum Regem inuictissimum admirabilis virtutis lumen eluxit, sed etiam in Africano bello clarissimum specimen egregiæ virtutis exhibuit. Si exemplis eragendum, quando quod exemplo fit, iure etiam fieri pleriq; iudicant, multo magis erat exemplis domesticis, quā

eis, quā alienis vestigijs insistendum. Deindē illi, qui sacris rebus permisso Pontificis manus iniecerūt, excusationem egestatis habuēre. At Emman. tūc tantis opibus circumfluebat, ut oēs Principes, à quib. ortum ducebat, longissimo interuallo superaret. Quod si illi, quibus ea pecuniæ sacræ summa donabatur, totam vitam, ut olim in sacro bello, pro Christi sanctissima religione consumerent, rectē videretur illud munus à Rege postulatum, & à Pontifice concessum. Sed illud incommodum accessit, quod in literis Pontificis, Legatorum opera, qui sacræ pecuniæ lucris inhiant, adiectum fuit, ut illa vestigalia non modò pro Christi religione militantib. sed quacunq; alia ratione benè meritis à rege donari possent. Hoc introitu ad hominum cupiditatē patefacto, factum est, ut vestigalia sacra multis in locis hominibus lautissimis, qui non solum nunquam hostis vultū aspexerunt, sed illata Africani bellī mentione contremiscunt, donarētur. Postremò quod Rex hominum sermonib. indutus sibi proposuit, cōsecutus minimè fuit. Mariti mas enim Mauritaniæ ciuitates facillimè tueri, & nobilitatem opib. amplioribus deuinctam tenere, & ærariū demptis sumptib. amplificare cupiebat. At post illius muneris concessionem, nec Africæ bellum eadē felicitate gestum fuit, & nobilitas maiore inopia cōflictari, & plurib. querelis vti cœpit, & Regis ærarium, quò plures vestigalium accessiones fiunt, eò sumptib. minus necessarijs, & ca sibus interdum acerbiorib. exhaustur. Sumptus quidem sacræ pecuniæ moderatos, & hominib. qui non militiæ sacræ nomen vsurpant, sed pro religione sanguinē profundūt, attributos, laudandos censeo: tantā largitionem ex sacris vestigalib. in luxū multorum hominū, qui nunquā gladium strinxēre, fieri, minimè ferendum arbitror. Sed ut eò, vnde deflexit oratio, reuertamur, Legati, reb. ex animi sententia confectis, cū literis ipsius Pontificis, valdè propensæ in Emmanuelē voluntatis testimoniū contentib. in Lusitaniam redierunt. Emman. tertias atq;

*Bonorum
Ecclesiasti-
corum ab-
usu.*

*Auhois
hac de re
sententia.*

decimas sacrorum vestigalium remisit, quod illi non mediocri laudi tributum fuit, Pontifices & sacerdotes illi pro tanta benignitate centum & quinquaginta numerum aureorum millia tribus pensionibus obtulerunt. Literæ, quibus animi eorum, qui certo pecuniæ numero bellum Africanum iuuare vellent, expiantur, & multis præterea beneficijs, quæ ad nunquam offensas obliterandas valerent, afficerentur, ministerium avaritia & improbitate grauissimas offensiones attulere. Fuit tamen Emmanuelis iussu in ministros animaduersum, & omnes vel humano iudicio, vel diuina vindicta talem exitum vitæ habuerunt, vt intelligi posset, numen diuinum fuisse hominum cupiditatem, qui ex hac functione non mediocrem sibi pecuniâ comparabant, vehementer infensum. Summa pecuniæ, quæ ex sacerdotijs erat in usum militiæ conferenda, & Christi, vt appellant, militibus assignanda, fuit 20. millium numerum aureorum, qui circiter bis centum auri libras efficiunt. In ijs etiam Emmanuel moderationem adhibendam cœsui. Primum enim Abbatis omnes præter paucas, quæ iam eiusdem militiæ obtentum ab hominibus, qui nunquam militauerant, occupatæ fuerant, ea tyrânide liberauit. In reliquis sacerdotijs æquos iudices adhibuit, & vt omnia cum moderatione fierent, operâ dedit. Sed iniuriæ satellites atque ministri tantam industriam adhibuerunt, vt nihil ex æquo & bono fieret. Sic enim æstimatione sua annuos fructus, qui erant militibus addicendi, attenuabant, vt vix vllis fructibus summa expleri posset. Sacerdotibus verò non fructuum vllam partem, sed certam pecuniæ summam relinquebant: & ita paulatim eos possessionibus exturbabant. Cum verò fructus annui venirent, & eorum pretium singulis annis augetur, milites autem ditiores fierent, sacerdotes in eadem perpetuè egestate relinquebantur. Sub id tempus alia quædam Legatio ad Emmanuelem Regem peruenit, quæ fuit illi gratissima. Quomodo vir quidam Armenius, Mathæus nomine, ab Imper. illius Aethiopiæ, quæ supra

A Egy.

Sacrarum indulgentiarum abusus quomodo vindicatus.

Sacra pecuniæ summa.

Aethiopia ad Emmanuelem Legatio, eius que occasio

Aegyptum est, ad Emmanuelem missus fuerat, explorauimus. Eum Albuquerque honorificè acceptum, & beneficijs ornatum in Lusitaniam misit, Duces, quibus Mathæus commissus fuit, odio Albuquerquei inducti (dicebant enim illum esse scurram atque præstigiatorem, & Albuquerque infanum & temerarium, qui homini leuissimo fidem habuisset) eum multis iniurijs affecerunt, neque sicut legatum, sed tanquam vile mancipium acceperunt, ob quam rem fuere in custodia dati, vt pro ratione maleficij pœnam debitam luerent. Qui tamen postea fuere legati eiusdem precibus à custodia liberati. Quæ autem fuerit huius legationis occasio, est paulò altius repetenda. Rex Ioannes secundus, vt dictum est, ardebat cupiditate incredibili Indiæ regionis penitus explorandæ. Cum verò accepisset, esse quendam Christianum Imperatorem mira sanctimonia præditum, qui Indias imperio contineret, eumque Presbyterum Ioannem appellari, & cerneret sæpenumerò sacerdotes Christianos Aethiopas, qui Romam venerant, & Galliam Hispaniamque peragrabant, suspicari cœpit, eos ex ea Indiæ parte profectos esse, in qua Presbyter ille Ioannes (summum enim sacerdotium cum imperij regij maiestate obtinere dicebatur) regnum possideret. Ipsique sacerdotes cum interrogarentur, an Rex illorum sacerdotio summo præditus esset, & an Ioannes presbyter appellaretur, & an illorum patria terminis Indiæ contineretur, haud abnucebant. Putabant enim, si ea suspicio penitus in Christianorum animis infedisset, fore, vt ipsi multo humanius à nostris acciperentur. Nemo tunc erat ijs literis præditus, vt quantum inter vtramque regionem interesset, distinguere posset. Ioannes igitur cum de hoc presbytero Ioanne multa percepisset, existimauit sibi vel ad nominis decus, vel ad religionis fructum, vel ad Indiæ peruestigandæ facilitatem, nihil optatius cadere posse, quam cum hoc Christiano principe foedere coniungi. Idcirco varijs temporibus homines Arabicæ linguæ peritissimos magnis præmijs inuita-

Ll 5 uit,

Rumor de Presbytero Ioanne Imp. Christiano.

Primi Aethiopiae & Indiae hoc saeculo lustratores. uit, vt eas regiones perlustrarent. Inter hos extitit quidam nomine Alfonso Paiua, & alter, cui nomen erat Ioannes Petreius. Hi profecti è Lusitania Anno salutis. M. CCCC. LXXXvj. Aegyptum mercatorum habitu peragrârunt, atque inde Adenam peruenerunt. Ibi cum intellexissent, in ea Aethiopiae parte, quae sub Aegypto est, esse summum quendam Principem Christianum, cuius imperium esset latissimū, & cui multi Principes obtemperarent, suspicati sunt, illum eundem esse cuius cognoscendi gratia missi à Ioanne fuerant. Sed eos Indiae nomen interturbabat. Missi namq; fuerant, vt Christianum Indiae Imperatorem, nomine Presbyterum Ioannem conuenirent. At nec imperiū, neque nomen, neque sacerdotij dignitas in Aethiopiae Regem conueniebat. Cum igitur inter se quid optimum esset deliberarent, visum est, vt Ioannes Petreius in Indiam nauigaret, & videret, num qua mentio in oris illis Presbyteri Ioannis existeret: Paiua in Aegypto Thebis Petreio praestolaretur. At verum fuerat, Christianum quendam Principem nominis eiusdem secta Nestorianum, in mediterraneis Indiae locis amplissimum imperium tenuisse: qui tamen fuerat Scytharum armis oppressus, & regnum illius occupatum, cuius iam nomen erat obliuione sepultum. Christiani tamen non pauci in locis illis resederant, Nestorij tabe contaminati. Itaque Ioannes Petreius cum sine fructu tempus à se conteri videret, in Aegyptum redijt, vt cum Paiua, quid vtrique agendum esset, deliberaret. Ibi duos Iudæos Lusitanos reperit, cum Regis Ioannis literis ad illum atque Paiuam datis. Sed Paiua, vt Iudæi asseruerant, iam obierat. Iudæi Armuzium (sic enim Ioannes imperauerat) petiēre, Petreius varijs regionibus peragratis, in montem Sinai, vt sepulchrum virginis Caterinae inuiseret, se contulit: & inde Adenam reuersus, Zeilam, & Zeila ad Aethiopiae imperatorem se tandem contulit. Nec enim dubitauit, cum non alium Christianū Principem in regionibus illis reperiret, quin is esset, ad quem

missus

missus à Ioanne fuerat. Rex Alexander appellabatur, *Alexander Aethiopiae Rex.* qui Ioannis literis lætitia incredibiliter elatus est, Petreium quæ singulari humanitate tractauit. Sed accidit, vt is Rex tunc è vita discederet, antequam ad Ioannem referberet. Cum verò nullum filium suscepisset, frater quidam illius, Nau nomine, in regnum successit, à quo nunquam Petreius impetrare potuit, vt sibi in patriam redire liceret. Hoc Rege defuncto, filius illius, cui Dauid nomen erat, Rex creatus est: qui tamen in eo perseuerauit, vt nullo modo Petreium è regni sui finibus abire permitteret. Ingenio enim hominis, vt verissimile est, Reges inducunt, ne fructu prudentiæ & sagacitatis illius carere vellent. Is igitur cum reditum in patriam omnino desperaret, vxorem duxit, & filios ex ea suscepit, stabilemque sedem in illa regione necessario collocauit. Sed progressu temporis cum Vasco Gama primum in Indiam iter aperiret, & regiones illas exploraret, cum deinde Lusitaniae classes, & Duces fortissimi in Indiam venirent, & insignes victorias adipiscerentur, fama nominis Lusitani per omnes illas oras cum hominum admiratione vagabatur: & cum ad Dauidis aures peruenisset, & ex Petreio intellexisset, gentem illam Lusitanam eandem esse, à cuius Regis missus extiterat, miro studio incitatus est, vt legatum ad illum mitteret. Erat autem *Helena Dauidis Regis mater legatū ad Emmanuelem mittit.* Rex adhuc puer, & Helena illius auia, singulari prudentia foemina, regnum nomine illius administrabat. Consilio igitur cum ea communicato, decretum fuit, nihil fore vel ad nominis claritatem, vel ad religionis sanctitatem vtilius, quam principi virtute clarissimo, & religione sanctissimo singulari amicitiae foedere copulari. Ad eam autem legationem Matthæum, quem diximus, natione Armenium, religione Christianum, virum non vulgari prudentia praeditum, qui diutissimè apud Reges illos versatus cum non mediocri probitatis & industriæ laude fuerat, delegere, qui munus id obire pro dignitate posset, cum illo veniebat Aethiops quidam adolenscens

Iescens summa nobilitate, vt mores nostros & institu-
ta perdiceret. Hi fuerunt ab Albuquerque his hono-
ribus accepti, quos supra retulimus, & à Ducibus ea
immanitate tractati, quam exposuimus. Fuit Olysi-
pone legatus ab omni nobilitate, & à Pontificibus cū
maxima significatione Christianæ caritatis in Regiā
deductus, & ab ipso Rege satis benignè & comiter ac-
ceptus. Post triduum fuit admissus, vt summam lega-
tionis exponeret. Is prudenter atque disertè muneri
sibi cōmissō satisfecit, & litteras Helenæ reginæ quin-
que bullis aureis consignatas Regi detulit, deinde cru-
cem è ligno Crucis, qua Christus pro generis humani
salute martiri sustinuit, Regi nomine Principis sui
donauit. Hanc Emmanuel obortis lechrymis venera-
bundus accepit, summasque gratias Deo egit, quod in
longinquis illis regionibus, hostium immanitate va-
statis, Christianæ religionis & pietatis semina conser-
uasset. Alteras deinde litteras arundine aurea inclusas
eduxit, quas Dauid Rex ad Emmanuelem dederat. Om-
nes hæ litteræ erant Arabica & Persica lingua con-
scriptæ. Sententia illarum hæc erat. Principio quidem
Rex trium personarum distinctionem vna natura &
diuinitate coniunctam debita veneratione prosequu-
tus, Regi Emmanueli salutem & felicitatem precaba-
tur. Deinde gratias de Epistolis ad Reges Aethiopiæ
missis agebat, & suam potentiam & opes exaggerabat
quibus confidebat futurum, si Rex Emmanuel mari,
ille verò terra in Mahumetanam nationem inuade-
rent, vt impij & scelerati Mahumetis nomen ex omni
memoria hominum euellerēt, & Christi sepulchrum
in libertatem vindicarent. Matthæi legati authorita-
tem constituabat, & Crucem, quam Rex ipse in amo-
ris signum mittebat, è ligno Crucis, in quam generis
humani liberator sublatus fuerat, perfectam fuisse cō-
firmabat: ad societatem belli atque pacis Emmanue-
lem inuitabat, & ius etiam connubij libenter offere-
bat. Nihil enim sibi gratius fore dicebat, quàm illam
amoris coniunctionem, & religionis consensionem
matti-

*Legationis
Aethiopiæ
& munerū
ad Emma-
nuelem ex-
plicatio.*

matrimonij etiam fœdere sacrosancto inter vtriusque
Regis liberos ic̄to confirmari. Laudabat postremò fa-
cinora, quæ in India Regis Emmanuelis Duces edide-
rant, ea que dicebat non absque Christi præsentia ge-
sta fuisse: & vt quod instituerat, ad exitum perduceret
hortabatur. Lectis literis Emmanuel Matthæum in
hospitium deduci, & illi omnia copiosè præberi iussit.
Locus autem hic postulat, vt de huius Christiani Prin-
cipis imperio pauca dicamus. Regnum illius à Septen-
trione Aegypti finibus, ab Austro montib. Lunæ ter-
minatur, ab ortu, mari, quod per ostium Arabici sinus
influens ad Heroum ciuitatem pertinet definitur. In
occasum verò latissimè protenditur, ita vt cum genti-
bus atro colore, & crispo & adusto capillo, quæ ad A-
gesimbam regionem pertinent, coniungatur. Montes
tamen multos in illius regno Saraceni tenent, qui illi
non obediunt, reliqui principes illi parent, & multi
tributi nomine ei non mediocrem auri vim singulis
annis pendunt. A Lunæ montib. Nilus exoritur, qui
inde varios lacus & insulas efficiens, Aegyptum in-
terfluit, vsque eò, dum per Alexandriam in nostrum
mare in fluat. Regni totius ambitū septingentis mil-
liaribus patere dicunt. Multi in ea regione montes e-
diti & excelsi contineri dicuntur, vndique prærupti,
aditu perangusto, adeò vt vnus tantum homo per o-
stium penetrare possit. In summo autem fastigio sunt
miræ planicies latè patentes, aquæ perennes, pabula &
fruges lætissimæ, amnes pellucidi, pecorum, & boum
multitudo, aluearia, è quibus vis ingens mellis expri-
mitur. Regio maxima ex parte est fertilis & opima,
multisque auri, argenti, & æris metallis abundat: e-
quos nutrit, gossipij copiam ingentem profert: vino ca-
ret, sed incolæ potionē è melle & aqua conficiunt po-
tu iucundam, & corpori valdè salubrem. Medicis atque
pharmacis rarè admodum vtuntur. Gens tamen est su-
pra modum ignaua, & propter ingentem desidiam, &
artificum penuriam, telluris bonitate frui nescit. Rex
cum finitimis gentibus continèter bella gerit, & ideo
vrbes

*Aethiopiæ
Imperij de-
scriptio.*

Nili fontes.

*Aethiopiæ
mores.*

vrbes non incolit, sed in castris perpetuè ætatem degit. Tanta autem est hominum & tabernaculorum multitudo, vt castra circiter duodecim millibus passuum in longitudinem pateant, & totidem in latitudinem. Eo autem ordine locantur, vt quamuis crebro mutantur, scillimum sit cuius, castrorum vias oculis designare, & in hominum, quos conuenire velit, tentoria sine vilo errore peruenire, & principes quos velit adire, & tanquam in vrbe notissima versari. In castris septem parœciæ sunt, & singulis parœcijs sacerdotes præfecti, qui sacra peragunt, conciones habent, subditos disciplinis instituunt, & rebelles pœnis à flagitio deterrent, & ad Christianam moderationem frequentur erudiunt. Vrbes regionis exiguæ sunt, ædes humiles, muri fragiles: templa tamen magnifica, & monasteria maximis sumptibus ædificata. Rex se tanquam numen cœlestis colli faciebat: vultum ne principibus quidem apertum nisi statis diebus ostendebat. Illis, qui eum conuenire volebant, aliquando pedem tantum, aliquando verò manum demonstrabat, reliquâ speciem regis intueri, nefas existimabatur. Cùm verò respondere volebat, internuncijs vtiebatur, & è cortinibus, quasi ex aditu oraculum ederet, responsa per interpretes edebat. Sed hæc ineptissima diuinitatis ementitæ fabula, postea quàm Lusitani gentibus illis in vltimum discrimen adductis opem attulere, & morem Christianorum Regum exposuere, derisa fuit. Iam nunc Reges intueri, iam illos alloqui, iam audire licet. Quod verò ad religionem attinet, multa ab Hebræis desumpta conseruant. Mares octauo ab ortu die circumciduntur, & foeminis etiam aliquid amputatur vt non omninò incircumcisæ videantur. Quod dicunt se facere, non quòd in circumcisione vim aliquam ad salutem constituent, sed vt Abrahami, & aliorum sanctorum Patrum exemplum sibi ob oculos proponant, & illo monumento commouiti, acrius & ardentius in similis sanctitatis studium incitentur. Quadragesimo deinde à circumcisione die mares, octogesi-

*Aethiopia
Regum arrogancia et
affectata
diuinitas.*

*Aethiopum
religio
&
sacri ritus.*

etogesimo autem foeminae salutaribus aquis expiantur, & Eucharistia eo die infantes initiati in mica panis assumunt. Singulis annis diem, quo Christus à Ioanne aquis Iordanis ablutus baptismi sacramentum instituit, eiusdem lustrationis renouatione celebrant: & tamen asserunt, vnico tantum baptismo peccata deleri, reliquas lustrationes quotannis instauratas, corpus tantum tingere, animum verò non expiare: se tamen id facere, vt CHRISTI diuinum beneficiū, qui, vt nostras sordes elueret, sanguinem & aquam è latere suo profudit, sapius in memoriam redigant. Foeminae si mares ediderint, quadraginta diebus, si sacerdotibus foeminas, octoginta à templorum luminibus arcentur. Sacerdotes vxores ducunt: si vxores decesserint, coelibes permanent, & summa castimonia vitam peragunt: & si adulterio se contaminauerint, aut post vxorum mortem aliqua se libidine commaculauerint, sacerdotio priuantur. Ante quàm rem diuinam faciant, aliquot diebus ab vxoribus abstinent, vt libidinis impuritate dierum numero sublata, sanctius Christi sanctissimum corpus immolent, & attentius de rebus diuinis cogitent, & sic facilius perlitent. Monachis vxorem ducere, nefas. Nemini, nisi nudis pedibus, ingredi in templum licet. In fanis flagitium est ridere, fermocinari, deambulare, aut aliquid denique meditari quod non ad cœlestia atque diuina referatur, cùm ieiunant, vsque ad Solis occasum nec edere quidquam, neque bibere solent. A cibis, quos antiqua lex vetabat, abstinent. Flagitia sacerdotibus sæpenumerò confitentur. Sub vtraque speciem Eucharistiam sumunt: Monachi Antonium Agyptium authorem religionis habent. Pontifices à Rege creantur. Patriarcha à monachis deligitur, & à patriarcha Alexandrino confirmatur. Multa sunt, in quibus Iudaicis ritibus atque cœremonijs adhaerescunt, quanquàm affirmant, se non illis, sed Christi tantum virtute atque meritis inniti. Multos die festos agunt. Sanctos homines hac vita perfunctos colunt atque venerantur. Hi sunt Aethiopum Christianorum

*Sacerdotibus
coniuuium*

*Templorum
veneratio.*

ieiunia.

Confessio.

Communio

Sub vtraque

specie.

Sanctorum

veneratio.

rum

rum mores, quorum Imperator Dauid legatum, quæ diximus, ad Regem Emmanuelem misit. At inuidi & inimici Albuquerqueij, legati auctoritatem apud Emmanuelem importunis sermonibus eleuabant, eumque omnia finxisse cõtendebant, ut quantum de illius fide detraherent, tantum Albuquerqueius, qui eum orna-

RES IN rat, de prudentiæ existimatione deperderet. Hoc anno

DICAE.

Albuquerqueius Georgium Albuquerqueium Malacam misit, ut eam cum imperio obtineret, & Rodericum Britium Palatinum, cui iam tempus eiusdem muneris illi commissi exactum fuerat, Goam reuocauit. Georgius Albuquerqueius Zamatram præteruectus, ad Pacinensem portum naues appulit, ubi intellexit, regem contra principem regni sui, qui ab illo defecerat, bellum moliri. Lusitani eò, quòd Rex foederatus esset, illi opem attulere, & hominis rebellis exercitum fudere. Inde Malacam profecti sunt. Post aliquot menses, Georgius Albuquerqueius ab Albuquerqueio Prætoris literas accepit, quibus imperabat, ut Ninachetuense dignitate deiecto, regem Camparensem Bendaram crearet. Regnum illius erat angustum, & ad Austrum pertinebat. In munere verò Bendaræ tanta dignitas inesse videbatur, ut Camparensis Rex, qui suum regnum eius muneris obtinendi gratia relinquebat, se non mediocri dignitatis accessione cumulatam putaret. Quid verò Albuquerqueius sequutus sit, ut Ninachetuensem honore priuaret, incertum est. Vel enim munus sibi creditum malè gesserat, vel homines illi subditi nouitatem illius contemnentes, ab Albuquerqueio petierant, ut alium sibi rectorem, qui sanguine regio esset, assignaret, vel quacunque alia de causa, sic statuit, ut Ninachetuense amoto, Rex Camparensis, qui singulari studio Lusitanum nomen colebat, illud munus obtineret. Georgius Albuquerqueius Regem Camparensem arcessiuit. Georgius Botellius cum esset Regis amicus, ut illum deduceret, in regnum illius cum biremi concessit. Eo tempore Rex Bintamensis Camparensem obsidione premebat. Botellius à Geor-

Ninachetuensis dignitate deiectus.

Camparensis Regis obsidio.

gio

gio Albuquerqueio auxilium per literas postulauit, ut Regem amicum obsidione liberaret. Is continuo Franciscum Melium cum nauibus quatuor, & Lusitanis centum, & septingentis Malacensibus, auxilio misit. Botellius hoc auxilio fretus, per ostium fluminis, quòd Camparensem regionem interfuit, penetrare constituit. Cum verò suburbij appropinquaret, stationem munitissimam, quam Lingua rex, est enim Lingua ciuitas illi regno finitima, excitarat (is enim eam à Bintamensi Rege prouinciam suscepit, ut Regem Camparensem euerteret) oppositam reperit. Quò autem nostri magis progrediebantur, eò flumen angustius, & alueus profundior, & ripæ altiores apparebant. Erat igitur periculum, nè cum vndique ripæ nauibus imminerent, hostes saxis atque missilibus nostros opprimerent. Itaque Botellius belli genus mutandum censuit. Fauces namque, quibus in mare flumen erumpit, nauibus obseruandas esse putauit, ut vel intercluso comœatu, hostes fame vexaret, vel in locum commodiorem addimicandum eliceret. Conuersa igitur biremi retrò concessit. Rex Lingua cum nauibus octoginta, & sex millibus hominum in nostros inuehitur. Botellius in naui, qua Rex ipse cum nobilitate ferebatur, pilis frequentibus emissis, cædem magnam facit, & ingentem terrorem præbet. Nauis clauda atque mutilata cum se transversam suis opponeret (ita namque hæsit in imo, ut nullo modo remis agi posset) exitum nauibus reliquis interclusit. Botellius harpagone coniecto in illam insiluit: hostes acri animo resistere. Omnes tamen vel cæsi, vel exturbati sunt. A Estus decedebat: hostiles naues nec progredi, eò quòd regia nauis obstaret, nec regredi, quòd æstus esset impedimento, poterant. Erant igitur ad eò constipatæ, ut nullam in partem mouerentur. Franciscus Melius in ostio fluminis classem habebat, & regis impetus non solum ob id, quòd valdè repentinus exiret, sed etiam propter varios fluminis flexus, & riparum

Lingua ciuitas.

Prelium nauale cū Lingua Regis.

Mm altitudi.

altitudinem, animaduerti non poterat. Cùm tamen tormentorum fragorem, & armorum strepitum auri- bus accepisset, eò se contulit. In nauemque regiam tranſcendit. Inde noſtri ex alijs in alias tranſgreſſi, cùm primas hoſtibus nudaſſent, & in alias deinde eodem impetu peruaſiſſent, hoſtium ſtragem ediderunt,

Lingæ Re- gis fuga. Lingæ Rex metu conturbatus auſugit. Rex Camparenſis Ducibus ingentes gratias egit, & ex literis, quibus Bendara creabatur, magnam voluptatem ce-
Camparenſis Rex Ben- dara crea- tur. Regia nauis, quæ impegerat, extracta atque refeſta fuit. Eam Melius Camparenſi Regi conceſſit, qua Malacam veheretur. Ex reliquis hoſtium nauibus quasdam eduxit, reliquas incendit. At Ninachetu-

Funeris Ninachetu- enſis appa- ratum. enſis cùm accepisset, Regem Camparenſem accerſiri, vt munere Bendaræ fungeretur, eam contumeliam minimè ferendam eſſe ſtatuit. Itaque tabulatum e- ditum & oblongum, columnis ſultum extruxit, il- ludque taperibus & periſtromatis inſtrauit, multis, quæ floribus & odora- mentis aſperſit. Se verò veſti- bus auro fulgentibus, & gemmis clariffimis ornatum & cultum in hominum conſpectum dedit, & per gra- dus in tabulatum aſcendit. Erat in loco inferiore pyra ex odoratis lignis inſtructa & incenſa. Cùm Ninachetu- enſis hac tam inſolita ſpecie ora multitu- dinis vniuerſæ in ſe conuertiffet, ignorantis, quot- ſum illa omnia tenderent, orationem ſanè lugubrem

Ninachetu- enſis ad Pop. Mala- cenſem lu- gubris ora- tio. habuit. Commemorauit enim merita, quibus Lu- ſitanam gentem, antè, quàm Malacam caperet, obli- gârat: quæ poſt urbem captam Regis Emmauelis gratia geſſerat: quanta conſtantia in fide data per- manſerat: quanta virtute, nè fidem falleret, maxi- mum multis in locis vitæ diſcrimen adierat. Eam verò ſibi pro tantis meritis à Luſitana gente gratiam relata- m, vt illius ſenectutem tanto dedecore defor- maret, quantum nemo, qui decoris aliquo ſtudio du- ceretur, pati vlla conditione poſſet. Spoliari nan- que ſe à Luſitanis dignitate, qua fuerat à Luſitanis ipſis affectus, & debitis honoribus priuari, dignum. que iu-

que iudicari, qui extremam vitæ partem in dedecore & ignominia, cum omnium mortalium deriſionè conſumeret. Se nunquam honeſtati vitam prætuliffet, imò vitam deſerendam eſſe, depellendi dedecoris gratia, ſecum ſemper ſtatuiſſe. Idcirco nunc liben- ter, nè in ſe tantùm dedecus admitteret, mortem cum vita commutaturum. Hæc cùm diceret, ſe in pyram præcipitem dedit. Omnibus genus illud mortis in- dignum & miſerandum viſum eſt, cùm animis reputarent, & hominis erga Luſitanos merita, & fidei in omni rerum ſtatu conſtantiam, & calamitoſum ex- tremæ ſenectutis exitum, qui multorum animos hor- rore perſtrinxit. Dum hæc Malacæ gerebantur, Al- buquercius Legatum ad regem Cambaiæ mittere de- creuit: de cuius regni ſitu, & telluris fertilitate, & mo- ribus gentis in primis pauca dicenda ſunt. Cambaiæ regnum, eſt prima Indiæ pars ad Solis occaſum, quæ Arachoiæ terminis deſinitur. Eam ſtuitius Indus, vnde India nomen duxit, interfluit. In eum ab Ortu & Occaſu ſtuiti complures illabuntur. Sinus ingens, in quem Indus inſluit, Canticolpus à ſcriptoribus anti- quis appellatur. Regionem tanta fertilitate prædi- tam eſſe perhibent, vt paucis iugeribus incredibilis hominum multitudo ali atq; ſuſtentari poſſit. Fruges varias, ſacchari magnam vim, & fructus multiplices eſſundit. Pecora & armenta innumerabilia nutrit. Ora- ram maritimam maxima ex parte Saraceni, mediter- raneam regionem homines dediti ſimulachris colunt. Eſt gens quædam acris, quæ montes incolit: quæ poſt- quam reges Mahumetis diſciplinis imbui coeperunt, ab illis deſciuit. Homines Reſbuti nominantur, & cum Regibus ſæpè bella gerunt. Mercatores ſunt di- tiſſimi, veſtigalia Regis ampliffima milites externi vberriſſimè à Rege conſtantijs alliciebantur, & ita fie- bat, vt Cambaia patria quædam communis exiſtima- retur. Dium eſt ciuitas huius regni in ſula quædã par- ua, exiguo ſanè ſtreto à continenti diſiuncta, quæ pro- pter portus bonitatē, multos vndiq; mercatores ad cõ-

M m z mercium

Voluntaria Ninachetu- enſis mors:

Cambaiæ Regni dea- ſcriptio.

Reſbuti.

Dium ciui- tas.

mercium alliciebat, ita, ut fieret emporium valde celebre, opibusq; multis opulentum. Albuquerqueius in ea infula arcem ædificare cupiebat, & ut ea sibi potestas fieret, multis officijs animum Regis ad suam amicitiam pellicere contendebat: quibus Rex id, ut antè dictum est, concedere statuit. Verùm Melichiazius, vrbis illius præfectus, in eo verti gentis libertatem, & salutem iudicabat, & idcirco erat impedimento, quo minus arx ædificaretur. Melichigupius fuit vir quidam primarius, qui multum apud Regem gratia & autoritate poterat. Hunc sibi beneficijs deuincire Albuquerqueius statuit, ut fauore illius id, quod cupiebat, multò facilius impetraret. Melichigupius literis spem ostendit, illumque admonuit, ut ad Regem Legationem decerneret. Albuquerqueius Iacobum Fernandum Begiensem cum legationis administris, & viginti præterea Lusitanis hominibus, qui illius comites essent, Legatum instituit. Surrate ciuitas est in portu sita, quæ intimo sinu, in quem Indus influit, definitur. Ea verò ad Melichigupij ditionem pertinebat. In eam aduectus Legatus, à ciuitatis rectore, & à primarijs ciuibus multis honoribus acceptus fuit. Cùm verò intellexisset, animum Regis esse à Melichigupio dissidentem, & tota legatio Melichigupio nixa fuisset, parum abfuit, quin euestigio reuerteretur. Fuit tamen, nè id faceret, à ciuitatis illius principibus impeditus. Multi namque Melichiazij odio negotium Lusitanorum benè confectum cernere cupiebant. Itaque Legatum ad spem meliorem erigunt, & illi tres & triginta equos attribuunt, & præterea currus assignant, quibus suppellex veheretur. Milites præterea cum illo mittunt, nè eum quisquam violare auderet. Vnde quadriduo Champanelum, quæ ciuitas est regni illius ampla & egregiè munita, peruenit, vbi Melichigupij offendit: à quo fuit satis honorificè & hospitaliter exceptus, & admonitus, ut diligentissimè Melichiazij viri scelestissimi dolos & insidias præcaueret. Ibi tribus diebus in conuiujs & hilaritate consumptis, fuit à Melichi-

Albuquerqueius ad Cambaiensem Regem Legatio. Surrate ciuitas.

Champanelum ciuitas.

Melichigupio com meatu & præsidij instructus, & admonitus, nè vnquam diuerteret, nisi apud quem Dux, quem illi ad custodiam corporis dedit, ostenderet: ut sine periculo diuersari posset. Aliter enim eum maximum discrimen salutis aditurum. Indè Manduam (in ea tunc ciuitate Rex morabatur) modicis itineribus profectus, petijt. Rex in lecto decumbens, illum comiter excepit: is vicissim Regem more Lusitano salutauit. Et idem reliqui Lusitani fecerunt. Omnesque vestibus & pecunijs donati sunt, & in hospitium deducti, multisque muneribus affecti. Quod autem ad arcem adtinebat, sic erat iam Melichiazij oratione ab ea mente deductus, ut nullo modo id, quod iam cõcellerat, confirmare vellet. Se namque dicebat vel Surrate, vel Bombaimo, vel Naimo, vel Doubezij, quæ ciuitates in ora illius regni maritima sitæ erant, arcis ædificandæ potestatem facturum: in Diensi verò ciuitate quo minus id permitteret, se iustissimis causis impediri. Begien sis igitur ab illo, re infecta, discessit, ira tamen, ut nec se parum liberaliter acceptum, neque mediocribus beneficijs ornatum ille, aut qui cum illo missi fuerant, queri merito posset. Rex amplè etiam munera ad Albuquerqueium deferri iussit. Begien sis cùm his donis & amplo com meatu è Cambaja profectus, Goam reuertus est. Albuquerqueius verò classem eo tempore summo studio comparabat, eamque rumor erat in Arabiam instrui, cùm re vera Armuzium petere cogitaret. Sed ut, quod in animo habebat, maiore silentio premeret, & Armuzij Regem ab omni eiusmodi suspitione deduceret, Petrum Albuquerqueium fratris sui filium, cum classe quatuor nauium in Goarda mense promontorium misit, ut interim Arabas bello vexaret. Ibi cùm bonam partem æstatis consumeret, ingentes prædas egit, decemque naues Arabum multis & pretiosis rebus onustas cepit. Indè, ut fuerat iussus, Armuzium contendit, & à Rege Terunxa, qui tunc regnabat (frater namque illius Zeifadimus decesserat) tributum postulauit, & arcis ædificandæ facultatem

Manduam ciuitas.

Cambaiensis regis ad legatos Lusitanos veritate.

Petri Albuquerqueij Arabas bellum.

Armuzien sis regis ad Albuquerqueij postulata responsio.

cultatem petijt, & vt foedus cum illius fratre percussum confirmaret, enixè contendit. Rex ex tributo decem tantum millia numerorum aureorum soluit, seq; difficultatibus implicatum, nō plus soluere tunc posse confirmauit, sed operam daturum, vt intra certum tempus fidem suam liberaret. Arcem verò extrui minime se permissurum asseruit. Quod verò ad foedus adtineret, se libentissimè id confirmaturum. Rebus ad hunc modum constitutis, Petrus Albuquerque in insulam, quam Baharem appellant, quæ intra sinum Persicum Arabiae adiacet, & à faucibus fluminis Eufratis iam cum Tigri coniuncti circiter quadringentis millibus passuum distat, nauigare constituit. Id enim à patruo in mandatis acceperat. Rex illum ab eo consilio deducere conatus est. Navigationem enim propter vada, & cæcos scopulos, periculosam esse dicebat, & cælum propter humores palustres corporibus humanis vehementer infestum, Nihilominus tamen ille navigationem instituit. Cùm verò ab insula, quam petebat, non procul abesset, tempestate iactus, in aduersam regionem, quæ Persidis imperio continetur, in Raxelis portu constitit. Ibi Ismaelis Persarum Imperatoris, quem Sophum appellabāt, Ducem nomine Mirbuzacam reperit, qui viginti naues Regis Armuzij ceperat. Is nuncium ad Mirbuzacam continuo misit, qui diceret, Armuzij Regem esse Regis Emmanuelis stipendiarium, seq; minime permissurum, vt ei, qui in Emmanuelis præsidio lateret, iniuria vlla fieret. Idcirco illum amicè rogare (nec enim bello repetere æquum esse, quod verbis se impetratum consideret) vt sibi omnes naues restitueret. Id Mirbuzaca siue metu perterritus, siue naturæ lenitate ductus, repente concessit. Cum his nauibus Petrus Albuquerque Armuzium reuersus, naues regi donauit, & sic animum illius ab omni cogitatione sinistrae suspicionis abduxit, vt nihil minus suspicaretur, quàm malum aliquod sibi à Lusitana classe comparati. Petrus Armuzio profectus, Goam petijt, quo tempore pa-

Bahare insula.

patruus instruendæ classi summis viribus intentus erat. Attamen antequam Goa solueret, Ioan. Albuquerque nem Gondissaluum Albicastroensem ad Zabaimum Idalcamum legauit, a quo petebat, vt sibi in continente loca tribueret, quæ munitionibus firmaret, si vellet sibi potissimum tolerabili pretio equos addici. Legatum deinde alium ad Narvingæ Regem misit, Antonium Soufam, vt ab illo peteret, vt sibi in ora Indiae, quæ ad Occasum pertinet, Baticalam urbem concederet. Legati à Principibus humaniter accepti, multisq; muneribus ornati sunt. Negotia verò, quorum causa missi fuerant, minime confecerunt. Itaque Goam re infecta redière.

(..)

Mm 4 HIERO.





**HIERONYMI
OSORII SILVENSIS
ALGARBIORVM IN LV-
SITANIA EPL
SCOPI,**

**DE REBVS EMMA-
NVELIS, LVSITANORVM
REGIS INVICTISSIMI,
*virtute & auspi-
cio gestis,***

LIBER DECIMVS.



LODEM Anno quinque naues Olyssipone profectæ, Goam in olumes peruenere, in quibus Legatus, quem Armuzij rex ad Emman. miserat, etiam venit. Albuquerque Cochimū petijt, vt classē, quæ erat in Lusitaniā profectura, compararet. Indè Goam reuer-

*Anno Christi
nati 1515
Albuquerque
in Armuzium
naui
gatio.*

sus in exitu Febr. mensis, anno salutis. M. D. XV. cum omnia, quæ ad Indiæ statum firmandū pertinebant, singulari prudentia confecisset, Goa soluit, cum 7. & 20. nauium classe: aliquot præterea nauigia cum Indis militibus ducebat. Cum ad Mascatis portū naues applicuisset, intellexit res Armuzij non ita esse stabili-

ilitas, vt non valdè de Regis animo, & de rectorum fide dubitaret. A quatione facta, & cibarijs comparatis, Armuzium contendit. Rex re inopinata percussus, vt animum illius ad benignitatem inflecteret, summo studio laborabat. Itaq; per vnum è domesticis suis, qui Acem appellabatur, illum salutauit, ei que de felici navigatione gratulatus est: se ciuitatem illam, vniuersaq; regni sui opes Regis Emmanuelis esse dixit: & Albuquerqueium admonebat, vt perinde, atque si in Lusitania esset, omnibus illius regionis facultatibus uteretur. Albuquerqueius respondit, se regem in loco filij habiturum, si verbis facta responderent. Aliter enim illi periculum denunciabat. Nuncio dimisso, Albuquerqueius minores naues in sulam circumire iussit, & speculari, num quæ naues ad bellum instructæ Armuzium penetrare contenderent. Si verò in eis aliquid hostile perspicerent, milites, si se dedere recusarent, occiderent, deditos autem ad se viuos perducerent. In hoc negotio duo dies consumpti sunt, cum interim nuncij vltro citroque commearent, cum Rex Albuquerqueium verbis placare conaretur, Albuquerqueius verò Regi, si non imperata conficeret, excidium minaretur. Legatum tandem, quem Rex ad Emmanuelem miserat, & in ea classe veniebat, accepta fide dimisit. Is autem erat natione Siculus. Fuerat autem in pueritia à piratis captus, & Mahumetis disciplinis imbutus. In Lusitania verò religione tactus, sectam Mahumetis execratus, ad Christi fidem cōuertus fuerat. Nicolaus Ferreira deinceps appellari voluit. Huic ne fraudi esset apud impium Regem Christi nomē, priusquam Albuquerqueius à se dimitteret, effecit. Postulata, quæ Ferreira Armuzien sis regis nomine detulerat, hæc erant. Primū, vt Emmanuel tributum impositum Regi Armuzien si remitteret. Esse namque illum exhaustum, propterea, quòd classes Lusitanæ merum mercatoribus iniicerent, ita, vt non auderent Armuzium merces, vt soliti erant, importare: & ea de causa portoria, in quibus maxima pars vectigalium consistebat, sublata fundi-

*Armuzien
sis Legati è
Lusitania
reditus.*

*Armuzien
sis Legatio
nis summa
capita, &
adea respo-
sum.*

tus esse, neque sibi quidquam esse reliqui, vnde facile summam illam conficeret. Petebat præterea suis subditis facultatem in Indiam nauigandi, & similiter omnibus nauibus, quæ ex India Armuzium peterent, eandem facultatem postulabat. Ne præterea naues Lusitanæ in Armuzium nauigarent, ne terrorem externis hominibus incuterent, & vestigalia ex portorijis tollerentur. Præterea, vt tanquam subdito (illum enim patronum & dominum libenter agnoscebat) æquitate, quæ à tã claro Rege expectãda erat, naues & merces sibi ereptas soluere iuberet. Postremò vt omnes Armuzienses, qui captiui detinebantur, libertate donaret. Responsum est, Regem Emmanuelẽ, si Armuzij Rex in fide permaneret, & arcem in vrbe ædificari permitteret, dimidiam tributis partem illi remissurum. Nauigandi verò facultatem Armuziensibus, & illis, qui in Armuzium nauigabant, liberam concedebat, dummodo merces lege lata prohibitas non importarent, aut ne in illorum nauibus mercatores ex illis partibus, quæ bellum cum Lusitanis gerebant, aduenirent. Postulatum verò, quo petebatur, ne classes Lusitanæ in Armuzium nauigarent, repudiatum fuit. Id enim nihil aliud erat, quam Emmanuели imperium ciuitatis illius adimere. Similiter quod petebat, vt id, quod ab illis, qui fidem violãrant, belli iure captum fuerat, restitueretur, derisum fuit. Libertatẽ verò captiuus redere iubebat. Albuquerque obsidem adolescentem primarium, Raix Norandini nepotem, prius ad se perducere imperauit, quàm Ferreiram dimitteret. Rex Armuzij Ferreiram, si licuisset, crudeliter accepisset, quòd Mahumetanam sectam fuisset execratione solenni detestatus. Literas tamen Emmanuели cum veneratione debita in manus sumpsit, & cum Ferreira sermonem non libenter contulit. Sequenti die Albuquerque ad Regem misit, qui denunciaret, si pacem vellet, vt illi locum, in quo arcem extrueret, confestim assignaret: & præterea partem ciuitatis, in qua is cum suis habitare commodè posset, illi concederet. Sibi namque

namque esse in animo, octo ad summum nouem menses in ea vrbe consumere. Rex metu eximio percussus, omnia concessit. Dixitque se tantum Albuquerque probitate confidere, vt non dubitaret, quin illi patriapietate consulere, Norandinumque cum fœderis solenni ritu sanctiendi potestate misit. Fœdus continuò factum, & iureiurando confirmatum fuit, & Rex auro torque ab Albuquerque, & vexillo cum Regis Emmanuели insignibus donatus: quod ille in cõdibus suis in pacis & amicitia signum, & voluntariae seruitutis auctoramentum, constitui iussit. Arx in eodem loco, vbi prius inchoata fuerat, ædificari cœpit. Hoc tempore Ismael Persarum Rex cum armis plurimum possidet, tum religionis specie multos mortales in sui admirationem traduxerat. Is originem suam ad Alstilitum, in Ierusalem, & Mahumetẽ referebat. Altes, vt multi referunt, frater patruelis atque gener Mahumetis extiterat. Filiam namque illius nomine Fatimam vxorem duxerat. Porro autem post Mahumetis mortem, cum illi in principatu successisset, Mahumetis legem multis in locis immutauit. Quædam enim sustulit, non pauca etiam adiecit, alia nouis interpretationibus ita correxit, vt noua quædam lex gentibus illis videretur. Sic factum est, vt dum quidam Mahumetis, quidam verò Allis disciplinam sequerentur, Mahumetis secta in duas partes diuisa, gentes religione dissidentes, odijs etiam, quod consequens erat, descinderet. Persæ namque, qui Altes sequuti fuerant, reliquos Mahumetis disciplinis infectos, vt homines impuros, & diuinæ legis ignaros, à consortio suo repellabant. Arabes contra Persas vt desertores, atque legis diuinæ corruptores, detestabantur. Alle verò è medio sublato, Hocem illius filius & dignitatis atque nefariæ religionis hæres extitit, & eundem exitum vitæ habuit: veneno namque periijt. Alius deinde illius frater eodem nomine disciplinam eandem vsque ad extremum spiritum vitæ retinuit. Huic duodecim filij fuere, quos Persæ viros diuinos, atque Deo propter

Fœdus cũ
Armuzien
si Rege int
tum.

De Ismae
lis Sophi
in genere, in
stituito, in
Ierusalem, in
perio rebuf
q; gestis.

Hocem ve
neno neca
tiss,

propter egregiæ religionis & pietatis studium, valdè caros arbitrantur. Vnus tamen, qui plurimum inter omnes excelluisse putabatur, appellatus fuit Muza Caim. Post horum hominum memoriam, Allis nomen apud multas nationes in obscuritate latuit. Honoris disciplina, qui Mahumetis religionem summo studio conseruauit, inuiolata permanfit, donec tandem Sophi Muza Caimi stirpe propagatus, cum primùm sapientiæ & religionis ostentatione multos ad sui studium allexisset, tum armis eam sectam, quam sequebatur, esse veram Dei legem, demonstrare summo studio concupiuit. Cum igitur illi nationes multæ nomina darèt, euenit, vt Allis decus è tenebris emerfium videretur, & nomen illius extinctum reuiuifceret. Is pro linteis spiris, quibus Mahumetani caput intexerät pileos è lana constipata colore viridi confectos, & senis vtrinque gradibus distinctos, eo artificio, vt vel p. tendi, vel contrahi possint, ad tegendum caput instituit, quibus ij, qui Allis disciplinis adhærent, ab alijs Mahumetanis, qui Allis memoriam odio persequuntur, internosci facillimè possent. Hoc autem numero duodenario, quo pileos distinxit, memoriam filiorum, quos Hocem susceperat, conseruare decreuit. Huius tandem factu propagatus Ismaël Aidaimi filius, qui Sophi nepos extiterat, varijs casibus exercitus, & sapientiæ opinione, & eiusdem religionis, quam diximus, patrocinio tantum nomen fuit apud Persas consequutus, vt omnes libentissimè illius imperio subderentur. Fuit enim singulari animi magnitudine & liberalitate præditus, multasque victorias adeptus, imperij fines latissimè protulit, & cum Selymo Turcarum imperatore conflixit, ad easque tandem opes peruenit, vt nec ipsi Selymo cedendum arbitraretur. Is cum ditionis amplificandæ curam susciperet, tum etiam religionis propagandæ miro studio tenebatur, & partim precibus, partim minis, vt multi pilium illum gestarent, & Allis institutis & precationum formulis, quas idem in scriptis reliquerat, vterètur, operam enixè dabat.

Ismaelis Sophi in propagatione sua te studio.

bat. Ea autem de causa legatos ad Regem Cambaiæ & ad Zabaimum Idalcamum decreuerat, vt eos in sententiam suam traduceret, quod illi tamen facere noluerunt. Cum verò literis multorum, & rumore omnium intellexisset, quanta virtute & industria Albuquerque præditus esset, & quas res in India & Armuzio gessisset, & illius nomen hominum prædicatione & celebritate per omnes Persidis & Arabiæ regiones versaretur, quamuis Albuquerque Armuzium ab imperio illius auertisset, famam tamen illius fuit non mediocri studio prosequutus. Est enim hoc in Persis iustum, vt ex antiquissimis monumentis accepimus, vt in quocunque hominum genere virtutem elucere perspexerint, eam summo studio celebrent, vsque ad eò, vt hostes etiam, quos armis acerrimè persequuntur, laudibus summis afficiant. Cum igitur Ismaël legatū ad Reges Indiæ, vt dictum est, misisset, in primis illi negotium dedit, vt Albuquerque nomine illius saluaret, seque libentissimè omnia, quæ ad illius dignitatem pertinerent, facturum ostenderet. legatus Cojealeamus appellabatur. Is post honorificæ salutationis officium ab Albuquerque postulauit, vt legatum ad Ismaëlem mitteret. Esse namque illum amicitia cū Lusitanis, quorum virtutem admirabatur, iungendæ cupidissimum. Albuquerque ex salutatione & consilio voluptatem non mediocrem accepit. Existimabat enim, eo scedere Armuzij statum confirmari facillimè posse. Itaque legatum, nomine Michaellem Ferreiram, ad illum misit. Legatus fuit ab Ismaële summis honoribus acceptus, & omnibus principum legatis, qui apud illum versabantur, antelatus. Ismael cum illo sermonem iucundissimè conferebat, & de moribus & institutis Lusitanorum, de gentis indole, de Regis Emanuelis virtute multa percontabatur, & cum summa voluptate Ferreiram (erat enim vir prudens atque disertus) audiebat. Ferreiræ tandem sermonibus allectus, hominem primarium, Bairimbonatum nomine ad Albuquerque legauit, qui cum Ferreira Armuziū venit

Albuquerque ab Ismaele per legatum saluatur.

Albuquerque ad Ismaëlem legatus.

Ismael ad Albuquerque legatus.

venit eo tempore, quo Albuquerque arce potitus, illi perficiendæ intentus erat. Is cum eam legationem multum ad auctoritatem nominis Lusitani confirmandam, & imperium ciuitatis illius firmiter stabilendum, pondus habituram arbitraretur, eam magnifico quodam apparatu audire constituit. Itaque in foro prope regias ædes, vt Rex & regij omnes spectare possent, sublimem tabulationem instituit, & eam peristromatis inferni, & in illa sellas collocari præcepit. Ibi splendido cultu ornatus, & nobilitatis turba circumfusus, legatum excepit: qui cum propter illius famam iam eum veneratione valde dignum arbitraretur, tum in illius conspectu, cum vultus grauitatem, & canicicem, & oculorum obtutum, que omnia acrem animi vim denunciabant, oculis aspexisset, parumper, quasi attonitus quadam admiratione, conticuit. Deinde legationem luculentis verbis exposuit, & literas, quas ad Regem Emmanuelem & Albuquerque cum muneribus afferebat, obtulit. Albuquerque munera, vt ab omnibus viderentur, explicari continuo præcepit, idque responsum legato dedit, quo & Ismaeli debitum honorem dedisse, & propriæ dignitatis memoriam non abiecisse videretur. In summa verò legatio nihil aliud, quam virtutis & magnificentiæ laudes, & non vulgaris amoris officia cõtinebat. Albuquerque intra paucos dies legatum liberaliter acceptum, & muneribus ornatum dimisit, & cum illo legatum alium virum nobilem, qui Fernandus Gomezius Lemius appellabatur, ad Ismaelem cum literis & muneribus vicissim misit: cui etiam mandata credidit, quæ valde ad vtilitatem nationis Lusitanæ conducebant: De qua legatione plura alio in loco dicemus. Dimissis legatis, Albuquerque in arce perficienda, & in vrbis statu constituendo summam industriam adhibebat. Et quamuis perferret, multos in vrbe hostilia machinari, & consilijs eorum occurreret, ita tamen se gerebat, vt nemo facile suspicari posset, cum aliquid odorari. Verum qui moliebantur infidias, conscientia sceleris oppressi, sibi

Alia Albuquerque ad Ismaele socii legatio

sibi metuebant, & præsidia comparabant. Sed hoc commodum erat, quod Zeifadimus Armuzij Rex, & Coieatarus, qui regis nomine regnum administrabat, & erant Albuquerque animis infesti, & inimici, mortem obierant. Raix Nordinus, qui Coieataro successerat, Zeifadimum veneno sustulerat, & Zeifadimi liberis exclusis, Torunxam illius fratrem Regem creauit. Nec enim dubitabat, quin si Terunxa regnaret, nomen quidem Regis penes ipsum Terunxam esset, regni verò potestatem & iurisdictionem ipse perpetuo retineret. Cum tamen Nordinus senio confectus esset, & molestissimis iam negotijs expediri cuperet in nepotem quendam suum, Raixhamed nomine, quinque & triginta annos natum, virum acrem & animosum, munus & potestatem suam transtulit, vt ipse regni procuratore liberatus, regni opibus alieno labore fruereetur. Ad Raixhamed locum illum apud regem tam firmis præsidijs obfessum tenuit, vt non modo regnum, sed Regem ipsum acerbo dominatu premeret. Omnia speculatoribus erant plena, ita, vt Rex hiscere non auderet, ne si quid, quod Raixhamedium offenderet, enuncicaret, oculis aut vita priuaretur. Ausus tamen semel fuit, post fœdus factum, tyrannum apud Albuquerque immansissimi sceleris accusare. Id Albuquerque secretum tenuit. Iterum deinde per Alexandrum Ateidum, qui propter linguarum notitiam interpretis munere & officioungebatur, Albuquerque admonuit, se vincum teneri, & oculis multorum obseruari, ita, vt non auderet rebus Regis Emmanuelis, perinde atque cupiebat, inservire. Hamedius interim clam Lusitanis aduersari, opus modis omnibus impedire, multa machinari, quibus hostilem animum, quem verbis tegebat, factis indicaret. Præterea vt regem à fide Emmanuelis auerteret, pileum cum illis precationibus & institutis ab Ismaele missum sumere coegerat, vt eo signo se Ismaeli prorsus addictum ostenderet. Hæc omnia cum Albuquerque explorata penitus haberet, cum occidere decreuit. Sed id aperta

Raixhamedij Armuzijensis tyranni.

*Albuquer-
cij in Rain
hamedium
insidie.*

aperta vi fieri commodè nō poterat, ne graue bellum & intestinum excitaretur: arte erat vtendum. Itaque se egregiè in illum animatum simulabat, & quibuscū que rebus poterat, illi satisfaciebat, vt eum metu liberaret. Tum per Alexandrū Ataidium interpretem, & Petrum Alpoem, qui tunc à secretis erat Regi, sibi illo opus esse conueno nūcrauit, vt arcana quædam, quæ erant è re pub. & ad Regis Emmanuelis statum pertinebant, cum illo & cum Hamedio communicaret. Locum ipse deligeret, vbi id colloquium fieri posset. Aedes amplæ arci, quæ edificabatur, coniunctæ, in quibus Simon Andradius habitabat, delectæ sunt. Constitutum ab vtraque parte fuit, vt Albuquerque cum solis ducibus, sine vllis armis conueniret, & Rex similiter cum certo nobilium virorum inermium numero se in conuētum illum daret. Regi tantum & Albuquerque permillum fuit, vt vterq; armigerum cum gladio duceret. Reliquis Lusitanis atq; Persis, qui in littore consistebant, nec erant in ædes ingressuri, licebat armis accingi. Albuquerque ea nocte, quæ diem cædi destinatâ præcessit, secreto duces euocauit, quod in animo habebat, aperuit, & vt arma vestibus abderent, admonuit. Postridie ante lucem in terram descendit: perpetuò namq; se in classe tenebat, in littore copias instruxit: aliquot duces cum exercitu reliquit, ipse cū reliquis ædes ingreditur. Nordinus regias copias in littore similiter instruxit, Regemque in ædes deduxit. Ipse verò Hamedius tectus armis, Albuquerque quæ imparatum eò venturum opinabatur, interficere cogitabat. Itaque intrepidè sese in Albuquerqueij conspectū dedit. Albuquerque illum comiter accepit. Tū illud, quod in mutuo amicorum congressu dici solet: Satis ne saluæ; & an Rex statim venturus esset, interrogauit. At ille cum oculos in duces, qui Albuquerque circumstitebant, cōieciisset, quamuis arma vestibus abdita minimè vidisset, suspicari cœpit, eos armatos esse. Augurio igitur diei funesti perturbatus pedè retulit, Regemq; iam ædes ingredi parantem, ne vltra progredetur,

deretur, admonuit. Albuquerque enim cum armatis hominibus stare. Nihilominus Rex ingressus, Hamedium antecedere more solito coegit. Garsia Norogna fores occludi iubet, ita, vt magna pars eorum, qui cum armis, vt Hamedio subsidio essent, veniebāt, exclusa fuerit. Exclusi indignari, & tumultuari, ianuâque cædere cœperunt. Constitutum fuisse querebantur, vt Prætor Lusitanus, & rex Amuziësis pari suorum numero constipati venirent: nunc verò Prætorè cum omnibus suis in tra domum consistere, cum Rex quatuor tantum viris stipatus intrari, & reliquis aditus interclusus fuerit. Albuquerque interim Hamedium accusare cœpit, quòd arma gestaret, & ea vt deponeret, imperauit. is suorum auxilio fretus (nondum enim exclusos esse cognouerat) gladium strinxit. Albuquerque brachium illius arētè continuit. Petrus Albuquerque & Lupus Vascius de Sancto Pelagio cum reliquis Ducibus accurrunt, hominemque multis vulneribus concidunt. Rex cū illum interfectum cerneret, metu propemodum exanimatus est. Albuquerque verò illum hilari sanè vultu complexus admonuit, vt timorem omitteret. Hactenus, inquit, tyranni huius scelere Regis tantum nomen obtinebas, cum re vera liber non esses, sed viri perditissimi domatu vehementer oppressus. Posthac & liber & rex eris, & tuo iure vti perpetuò poteris. Interim quæ fores quatiebant, minimè cessabant. Cū verò cœpissent Hamedium occisum, & peruersam ædiū partem in littus ciectum, idemq; regi accidisse suspicarentur, ianuam perfringere parant. Nostri Duces cum parte copiarum accurrunt, pars enim reliqua, vt Regis copias, si aliquid moliri vellent, impediret, relicta fuit. Eorum aduentu furor illorum, qui ianuam cædebant, repressus est. Instabant nihilominus & Principes & reliqui ciues, vt sibi Regem suum incolumem redderent. Aliter enim se ædes illas continuò in flammam maturos minabatur. Rex ab Albuquerque in superiorem ædium partem, vnde ab omnibus posset conspici, deducitur.

*Rainha-
medij cæ-
des.*

ei, deductus, omnes bono animo esse iussit. Nullā sibi à Lusitanis iniuriam allatam, sed singulare beneficiū tributum. Se tunc & libertate donatū, & in regni possessionem missum, ut suos equitate & humanitate debita gubernaret. Fuit deinde capite sancitum, si quis ex illis, qui armati fuerant, aliquid hostile moliretur.

*Modafarij
tumultus,
eiusque sa-
ctio quomo-
do sit urbe
evecta.*

Modafarius tamen interfecti tyranni frater clamoribus maximis in Lusitanos, & in Regem acriter inuectus, in aedes regias se cum armatis hominibus contulit, quarum custodia Alli illius fratri commissa fuerat. Ibi se munire constituunt. Cū tamen Rex illis exitum cum atroci supplicio, nisi cōtinuò ex aedibus excederent, constitueret, & Albuquerque, terror nō mediocris, accederet, accepta prius fide, nē illis quod gesserant fraudi esset, aedes vacuas reliquerunt, & intra certum tempus, quod illis praestitutū fuit, cum eiusdem factionis hominibus, & cum cognatis, & clientibus, & nō mediocri familia, & cum bonis omnibus ex insula, atque adeò è totius regni finibus emigrarunt. Ad hūc modum pestifera & perniciofa sentina, quæ vndique scelestissimi hominis arte cōfluxerat, ex urbe exhausta fuit. Ipse namque tyrannus copias paulatim in urbem adducebat, quibus Lusitanos vrbis possessione pelleret, & civitatem Ismaeli regi Persarum traderet. Albuquerque magna cura liberatus, civitatis statum constituit: à rege, & à civibus, fidem accepit, quam iure iurando confirmavit: illos perpetuò in Regis Emmauelis potestate futuros. At interim in Africa res à duobus Lusitanis laude dignæ gerebantur. Iehabentafusus primū A taidium admonuit, esse quasdam hostium turmas, quæ non procul Marochio castra locaverant, quæ facillimè capi possent. A taidius Lupum Barrigam eo cum centum equitibus misit. Is cum Iehabentafuso copias iunxit: sed turmæ castra moverant, & in oppido frequenti, prope Atlantem montem sito, confederant. Barriga A taidio per literas significavit, maioribus copiis opus esse. Is generum suum Alfonso Norognam eò misit, Iehabentafusus equites mille duce-

*RES AFRI-
CANAE.
Lusitanorū
in Mauros
ad Maro-
chium ex-
curio.*

le ducebat. Hostium turmæ erāt quadraginta; in quibus præter peditum multitudinem maximus erat equitum numerus. Turmæ è loco discesserant. Nostri illas vestigijs persequuntur. Barriga primum agmen ducebat, in quo erant equites centum & quinquaginta: qui postremum agmen hostium confectus, in eos inuasit. Hi quamvis acriter animo principio resisterēt, coacti sunt tandem se ad suos, qui antecesserant, recipere. Ibi rursus hostes multitudine feroces in nostros impetum tulere. Norogna & Iehabentafusus occurrunt. Præliū fuit atrox, & ita par, ut diu neutrò victoria inclinari videretur. Hostes tamē postremò fusi sunt: quibus ingens numerus cæsus, quingenti capti, octingenti millia, & mille boues cum camelis quadringentis abducti. Hostes ubi se ab illa fuga & trepidatione refecerunt, auctis aliquo supplemento copijs, rursus in nostros inuadunt, prælium redintegratum eundem exitum habuit. E nostris tamen tres Lusitani, & aliqui Mauri cecidere. Reliqui cum præda in urbem reuersi sunt. Arzila tunc Ioannes Coutignus, Vasco Coutigni Comitis Borbensis filius, loco patris tuebatur. Is fuit egregiè fortis, & in rebus gerendis industrius. Cū verò excursionem vsque in montem, quem Farrobum appellant, facere decreuisset, centum & quadraginta equites eduxit. Cumque à monte non procul abesset, speculatores illi renunciarunt, præfectos Larozij & Moleihamaris cum Barraxæ quodam filio in campo cum equitibus octingentis versari. Hos ea mente præfectos, ut Arzilæ & Tingi agris vastitatem inferrent. Cum his Coutignus congregi statuit, & ob eam causam, nē sine pugna discederent, locum, quo erant transituri, cum suis infedit. Prælium atrox & sæuum fuit, & diu par. Erant enim hostes viri valde fortes, & gloriæ cupidi: nostros rursus tota spes salutis erat in virtute constituta. Hostes tamen postremò in fugam conuersi, supra biscentum cæsi, vnus & quadraginta capti sunt, in quibus fuere quidam & nobilitate, & estimatione Principes,

*Lusitanorū
de Mauris
victoria.*

*46. Couti-
gni in Mau-
ros ad Far-
robum mō-
tem excur-
sio.*

*Prælium
atrox.*

*Bellum cū
Xeriffo.*

cipes. Spolia fuerunt equorum & ornamentorum, quæ nobilitatis illius erant. Sub idē tempus Mauri Xiati. menfes (erant enim stipendiarij) à Nonio Fernando A taidio auxilium postulârunt, quo Xerifsum, à quo graua detrimenta diebus illis acceperant, à finibus suis repellerent. Is Barrigam cum equitibus 50. illis auxilio misit. Barriga cum Xiati mensibus Farrobij montis iuga superauit, quo in loco fuit illi nunciatum, Xerifsum in tabernacula turmæ vnus inuasisse, eaq; diripuisse, & nonnullos Xiati menses interfecisse. Barriga, vt postremum eius agmen carperet, accelerauit: ali quot cæcidit, vnum tantum cepit: reliqui se receperunt: quos Barriga propter suorum paucitatem insequi noluit. Ab A taidio tamen per vnum equitem, qui vulneratus è pugna discesserat, supplementum postulauit. A taidius alios equites quinquaginta subsidio misit. Dux eorū fuit Georgius Mendezius A taidius. Xerifsum cum mille & 600. equitibus, vt in nostros inuaderet, festinauit. Barriga duplicem aciem instruxit. Primam aciem Georgio Mendezio A taidio, & Petro Barrigæ commisit, ipse sibi secundam aciem reseruauit. Idem Mauri foederati fecerunt. Xerifsum omnes copias hoc ordine distribuerat. Agmen medium cum equitibus septingentis Abedelquibirius, ipsius Xerifij patruelis, agebat: sinistrum latus ipse tenuit: dextrum alij duci, cui multū confidebat, assignauit. Acies media se continere non potuit, quin in primam nostrorum aciem rueret, & cum multitudine superaret, eam circumuenit, ita, vt nostri in orbem pugnare cogentur. Lupus Barriga in eos, qui nostros circūierant, impetum dedit. At Mauri foederati duplicem hostium aciem acri prælio sustinebant. Fuit magno temporis spatio acriter vtrinque dimicatum. Petrus interim Barriga Abedelquibirium, medij agminis ductorem, e quo vehementius incitato infesta cuspide transfixit. Illo mortuo, qui sub illius signo pugnabant, cedere incipiunt. Cū nostri acrius inisterēt, eos fuderunt. Lupus Barriga cū illam aciem fusam cerneret, in Xerifij agmen

*Lusitana
acies.
Xerifij
acies.*

*Pugna
atrox.*

agmen incurrit: ex quo Xeriquius Bentagogimus, vir primarius, in Pelagium Rodericum fortiter dimicantem inuectus, cum ex equo deiecit: & cum illum stratum interficere conaretur, Lupus Barriga, vt ab imminente cæde Rodericum eriperet, in Bentagogimum equum incitauit, & illum hasta confodit. Similiter cum Bentagogimi filius accurreret, vt patri subsidio esset, fuit ab eodem Barriga transfixus. Sic factū est, vt in eodem loco duobus hostibus occisis, ciuem vnum ab interitu vindicaret. Hostes postremò in fugam compulsi sunt. Nostri eos longo sanè spatio insequuti, non magnam cædem ediderunt. Hostes enim equorum pernicitas eripuit. Supra centum tamen cæsi fuerunt. A taidius hoc successu Barrigæ stimulatus, aliquod egregium facinus moliri cupiebat: & Iacobi etiam Lupij virtus, qua cum paruis admodum copijs ad Marrochij portas excurrerat, eum sollicitabat, vt in Marochium inuaderet. Duces igitur Maurorum foederatos admonuit, vt certo die in armis essent: nam sedaturum operam, vt magnum decus cum non medio cri præda sibi compararent. Quod autem animo destinabat, nemini aperire voluit. Lupus Barriga A taidij nomine Duces Mauros, vt parati cum armis essent, excitabat. Cū verò intelligeret, Xerifsum in Castello, quod Amagorem appellant, se tenere, ab A taidio auxilium poposcit, quo Xerifsum imparatum opprimeret. A taidius nepotem suum Aluarum Mendezium Ceruariam cum equitibus ducentis, & quinquaginta peditibus, qui erant ferreis fistulis atque scorpionibus armati, confestim expediuit. Ceruaria octo itineribus factis, se cum Barriga coniunxit, qui iam Maurorum copias coegerat. Castellum Amagor erat in arduo monte situm, & rupibus vndique munitū, & duobus fluminibus, qui illum vtrinque alluebant, inclusum. Agri Castellij ipsius erant aded latè patentes, vt supra centum pagos ambitu suo continerent. Nostri propè Castellū, cū iam Sol in occasum præcipitaret, castra posuerunt. Equites è Castello egressi, cum cæde

*Lusitanorū
victoria.*

*Amagor
Castellum.*

*Xerifij
fuga.*

*Amagoris
oppugnatio.*

*Præda
victoria
Lusitanorū
insignis.*

*Algaballi
castelli
oppugnatio.*

*Barriga
aduersa
pugna.*

ratis Mauris manum conferunt, eosque loco pellunt, Nostri Mauris auxilium confestim afferunt, & hostes fugere cogunt. Postridiè Castellum obsidione cingere decernebant. Sed Barriga certior repente factus, Xerifium profugisse, equum rursus ascendit, & idem reliquos facere iussit, atque primum vallum, quod Castellum cingebat, oppugnant. Hostes, qui relicti præsidio fuerant, summa vi resistunt. Nostri bis intra vallum prælium cōmisere, & bis ab hostibus repulsi sunt. Postremò cum magnam impressionem facerent, irrūpunt, & hostes cædunt, qui metu se præcipites è rupibus eiciebant: quorum multi lacerati, multi acutis arborum ramis confixi, sædè perierunt. Tanta verò rabie quidam dimicabant, vt, cum sibi moriendum esse viderent (non enim se dedere volebant) nè equi in manus nostrorū venirēt, eos è præruptis rupibus exturbarent. Ferro bis centum cæsi sunt, supra mille verò in ruina dilacerati: capti sunt 400. inter quos Xerifij patruus extitit, & equi centum & 50. Præda tanta fuit, vt tres dies fuerint in ea ab oppido in castra deportanda consumpti. Victoria pro numero militum fuit insignis: pro qua Lusitani gratias Deo summas egerūt, & confessi publicè sunt eam non humanis viribus, sed CHRISTI numine atque beneficio partam fuisse. Non multis post diebus Barriga Ichabentafusi opibus adiutus, Castellum cepit, quod Algaballum appellabant, prædamque non medioerem fecit, & Ataidium literis admonuit, vt aliud Castellum (Algelum nominabant) in quod se Xerifius post fugam contulerat, aggredereetur. Ataidius copias, quas potuit, eduxit, & cum à Castello octo millibus passuum abesset, vltra progredi noluit, & in urbem cum copijs suis regressus est. qua ratione motus id fecerit, incertum est. Xerifius Castellum deseruerat. Cum verò intellexisset, Ataidium pedem retulisse, & ipse in Castellum redijt. Barriga deindè Ataidij iussu specus in arduo & excelso loco inter rupes ingentes abditos, in quos hostium vis magna cōfluxerat, aggressus fuit.

fuit: sed ab hostibus cum damno repulsus est: aliquot enim è nostris cæsi, & quidam etiam præcipites è rupibus eieci sunt. Interim Barriga à Mauris fœderatis inuitatus, idem Castellum oppugnare constituit. Sed cum in itinere tumultum auribus acciperet, multos ad se fugientes conspicatus est. Ijerant ex Mauris fœderatis, quos hostes cædebant. Barriga eos excepit & in hostes inuectus, illos in fugam cōpulit, & duodecim passuum millibus insequutus est. Nō procul aberat à Castello, quod petebat, cum multi, illius ductu & imperio neglecto, extra ordinem furenter egressi in hostes ruunt. Hostes vndiq; prouolant, & eos circumueniunt. Barriga subsidio occurrit: prælium fuit periculosum, in quo sedecim equites Lusitani, & nō pauci Arabes è socijs interfecti sunt: ipseque Barriga ex equo deiectus, & vulneratus in hostium manus peruenit. Suorum deindè præsidio, aut potius numinis diuini præsentia (sic enim homines interpretabantur) ex hostium manibus euasit, & in equum hostis victoris, qui iam ceciderat, insiluit. Et sic ille cum suis malè ab hostibus acceptus, in castra reuertitur. Postridiè quamuis ex vulnere laboraret, in Castellum inuadere statuit: in via magnas prædas egit, propius Castellum castra posuit. Ibi tres dies propter vulnerum dolorem conquieuit. Illum ibi commorantem hostium multitudo ex improviso adoriri cōstituit. Barriga certamè minimè detrectauit, hostesque primo impetu in fugam coniecit: longius insidiarum metu insiluit. Postridiè motus castris, tam prope Castellum tabernacula locari fecit, vt modicus tantum collis & exiguum flumè inter castra & Castellum intereffet. Postridiè acre prælium cōmissum fuit. At Mauri, qui sub Barriga militabant, montiū Principè, qui Castello opè afferebat, in iugo conspiciunt. Hoc metu perturbati, se confestim effusa fuga proripiunt: soli Lusitani relicti sunt. Barriga in angusto itinere hostium impetum acri animo sustinuit. Qui fugerant, cum hyems summa, & perfrigida tēpēstas esset, & ta-

*Barriga
prelium
aduersum.*

*Barriga
victoria.*

*Maurorum
500. insignis
calumnia.*

bernacula, in quæ imbris vitandi gratia succederent, non haberent, obriguerunt. Geas enim est frigoris impatientis: & erant etiam labore & rerum penuria confecti, ita, ut supra quingentos homines constet ea nocte frigore mortuos fuisse. Sic autem factum est, ut dum metu mortis castra, quibus seruari potuissent, turpissimè deserunt, in mortem foedam cum insigni dedecore timiditatis inciderent. Postridiè Barriga ordine profectus, multos in agris palantes excepit, & cum vndique multis in locis hostes in illum impetum facerent, eos semper insigni virtute repulit. Sic copias in urbem, paucis hominibus, qui ordines deseruerant, amissis, incolumes reduxit. A taidius interim eisdem curis anxius, Marochium petere statuebat. Barriga Maurorum Principes A taidij iussu ad societatem eiusdem facinoris incitabat. Petrus Sousa Azamoris præfectus fuit ab A taidio similiter inuitatus, ut itineris, & laboris, & gloriæ socius esse vellet. Is cum esset vir egregie fortis, & laudis præter modum cupidus, se socium libenter ascripsit. In locum huic rei destinatum omnes conueniunt. Sousa ducentos equites, A taidius trecentos eduxerat. Dabidæ præfectus cum sexcentis equitibus, Garabiæ Dux cum equitibus mille, Xerquiæ verò dux cum octingentis aduenerant. Ab eo loco vigesimo secundo die mensis Aprilis, Anno. M. D. XV. profecti sunt. Itinera singulari ordine faciebant, & non nisi explorato castra mouebant. Regio multis in locis est natura fertilis, & cultu nitida, & aquis irrigua, ita, ut oculos intuentium non mediocriter oblectaret. Tandem ad urbem accedunt. Consilio habito decretum fuit, ut urbem ea porta, quæ Fessenis appellatur, oppugnarent. Sed neque tormenta, neque machinas, neque munitiones, nec alia denique, quibus urbem maximam, & hominum multitudine refertam oppugnarent, ferebant. Nec in alium finem eò copias adduxisse putabantur, quam ut gloriari possent, se vsque ad Marochij portas sine ullo impedimento copias adduxisse, ut ea audacia hostium

*Marochium
se bellum.*

hostium animos frangerent, Mauritanicæq; debellandæ facilitatem principibus Lusitanis ostenderent. Hostes sanè perturbati sunt. Credebant enim multò maiores copias subsequi. A taidius copiarum suarum medium agmen ducebat. Xerquienses & Dabidenses sinistrum illius latus, dexterum verò Garabienses claudebant. Soufa duas è suis copijs acies instruxerat. Tum ipsa primùm Arabes in urbis portas incurstant. Hostes ea porta, quæ Fessenis appellatur, erumpunt. Illi multitudine, nostri virtute superiores erant. Tamen cum hostes innumerabiles influerent, & recentes fessis succederent, nostri in maximo periculo versabantur, & ægrè molem prælij sustinebant. Cidemeimamus grauius vulneratus euasit. Lupus Barriga dum inter hostes incautus versaretur, fuit ex equo deiectus, ibiq; occisus fuisse, nisi petrus Barriga illi opem attulisset. Aliqui utrinque ceciderunt. Prælium ita quatuor horis continuatum fuit, ut victoria neutram in partem inclinaret. A taidius tamen atque Sousa cum animaduertent, hostium exercitum subsidijs identidem submissis amplificari, neque paucos lassitudine debilitatos posse infinitæ multitudini in proprio solo, pro mœnibus, pro salute patriæ, pro omnium vita fortissimè dimicanti diu repugnare, copias sensim, & ordine minimè confuso in fluminis, qui urbem præterfluit, angustum vadum subducere incipiunt. Cum tamen virgerentur, impetu sæpè in hostes conuersi, eos cedere cogeant: deinde eò, quò intenderant, exercitum paulatim deducebant. Vadum erat ad eò angustum, ut non nisi bini, aut ad summum terni transire possent. Hostes interim multò acrius instare, & vehementius virgere, multò maiore impetu ferri cœperunt. Quod si à nostris in eo periculo tumultuatū fuisset, maxima profectò clades accepta fuisset. Sed A taidius à Soufa postulauit, ut ipse in agmine primo curam eorum, qui vadum transibant, susciperet, & eos in ripa rursus instrueret, ipse in postremo agmine hostes maximo cum labore sustinuit. Sic factum est, ut omnes copiarum traducerentur, è nostris multum

*Prælium periculum
anteceps.*

Cedunt Lusitani seruitutis ordinibus.

ei vulnerati discederēt, nemo tamē occideretur. Ex for-
 deratis Mauris ad duodecim ceciderūt. Vt enim in no-
 strorum conspectu suæ virtutis specimen egregium
 darent, in hostium cuspides irruerant. Traductis co-
 pijs, cum nostri iam à fluuio duobus millibus passuum
 abessent, & hostes indignissimè paterentur, nostros au-
 sos fuisse, cum tam exigua manu ad vrbs opulen-
 tissimæ, in qua imperij domicilium collocatū fuerat,
 muros accedere, vt in signis ignominie maculam de-
 lerent, fluuium traicere: quod facere non poterant,
 cum nostri in ripa instructi consisterent. Vbi igitur il-
 los abesse conspexerunt, ipsi cum copiarum parte no-
 strorum vestigia persequuntur. Abidenses, & Garabi-
 ses, & Xerquienses cum nonnullis Lusitanis in eos im-
 petum ferunt, & breui certamine fundunt, fugantque
 & paucos occidunt: inter quos fuit Fessensis quidam
 dux, qui ferocius nostris minatus fuerat, & acrius præ-
 lium inierat. Nostri modicis itineribus ita viam facie-
 bant, vt commodè in Arabum pagis, & oppidis, & ciuitatibus diuersarentur, & multi vndique ad eos cum muneribus commearent, & quasi maximam victoriã adepti fuissent, illis de tam felici reditu gratularentur: quamuis bellum maximo animo, non tamen sapiente consilio susceptum fuisse videretur. Mons Farrobis viginti passuum millibus Arzila distat. Est autem cum herbidus & amœnus, & arborum & nemorum varietate distinctus, tum arduus & excelsus, & multis in locis natura munitus. In cliuo montis, ea parte, qua in Arzila conspectum prominet, erat ingens pagus, quæ Aliubiliam appellabant, vnde frequentes excursionses in agrum Arzilensem fiebãt, quæ fruges & fata vastabant, & prædas etiam cum captiuis frequenter abigebant. Ioannes Coutignus Pagum euertere cupiebat: sed cum non tantas copias haberet, quantis erat opus, opem ab Odoardo Menesio, qui Tingi præerat, postulauit. Is se cum illo coniunxit. Deinde cum prima luce ad radices montis accederent, hostes illos conspicati, minimè perturbati sunt: imò sine vllò tumultu per-

mons Farrobis.

Aliubiliam pagus.

Expeditio in Aliubiliam Menesio.

tu per deuexum montis deducti, in nostros impetum fecerunt. Menesius vna ex parte, in quam se sub monte abdidit, Coutignus è ripa fluminis, quam occasione intentus infederat, in illos, qui iam in medium agmen inuaserant, inuecti sunt. Illi cedunt, nostri montem subeunt. Hostes & multitudinie, & locorum asperitate, & stationis valido sepimento freti, nostros in principio contemnebant. Qui tamen eos cedere non desistunt, & in pagi munitiones compellunt, & intra vallum irrumpunt, hostesque per aduersam portam in fugam effusam coniiciunt, oppidumque diripiunt & inflammant. Montem deinde peruagati, vicos exurunt, pagos euertunt, templa disturbant, ædes perantiquas & ædificia diruunt, totique monti vastitatem & inflammationem inferunt, & sic demum, re ex animi sententia gesta, reuertuntur. Hoc eodem anno Rex Emmanuel cum in animo haberet, Mauros hostes nominis Christiani sempiternos acriore bello vexare, multis arcibus oram maritimam obsessam tenere statuebat, vt vndique hostibus immineret, & Fessense regnum facilius armis oppugnaret. Hac cupiditate cum teneretur assidue, de hominibus Africa peritis querebat, quæ locum magis opportunum arci ædificandæ iudicaret. Illi fluuium Mamoram (olim Subur appellatus est) latum atque profundum, qui in Atlanticum mare per ostium, quod Arzila circiter centum passuum millia distat, in fluit, eam oportunitatem habere confirmat. Nam fluuij faucibus montem imminere, in cuius fastigio posset arx ædificari, commeaturn & munitiones facillimè in eum locum subuehi, in fluuium propter alvei profunditatem, maiores naues intrare posse dicunt, portum esse tutissimum. Locum præterea ad inferendum bellum aptissimum: nam ab ostio fluminis Fessam non ita multis passuum millibus abesse, Rex misit, qui fundum fluminis explorarent. Illi, qui missi fuerant, eorum sententiam, qui locum eximie laudabant, comprobant, & fluuium maiorum nauium capacitatem

De classe in Mauritaniam arciis condendæ causa missa, eiusque successu infatelic.

capacem esse dicunt. Rex igitur classem ducentarum nauium instruendam curauit. Exercitus octo millia hominum, præter fabros & nautas, continebat. Classis præfecturam Antonio Norogno viro nobilissimo commisit, & successorem illi Nonium Mascaregnam, si is aliquo casu sublatus fuisset, instituit. Multi viri nobiles in ea classe fuerunt, quorum tamen pars magna luxu & lasciuia diffluens, magis nobilitatis arrogantia tumebat, quam militaris disciplina patiebatur. Exercitus etiam erat tyronum. Soluta classis Olyssipone, xiiij. die mensis Iunij; vigesimo tertio mensis eiusdem ad ostium fluminis appulsa fuit. Tum Norogna Berrium cum nauigio, cui præerat, misit, qui in fluuium intraret: ex latere vero Petrum Bentesium cum longa naue, ex altero alium ducentum nomine Carinum cum altera longa naue constituit. Hos Antonius Saldania sequutus fuit. Reliqui deinde duces ordine ut iussi fuerant, subierunt. Vbi eò ventum est, ubi arx edificanda erat, locus rem acutius considerantibus minimè placuit. Habito igitur consilio, locum alium delegerunt non ita procul à fluminis ostio disiectum, quo naues facilius penetrare, & quæ erant necessaria conuehere possent, & ubi propter crebros fontes aquatio semper facilis esset. Nec enim semper aquatio propter æstum maritimum, qui salvas aquas inducit, ex fluuio fieri poterat. In loco igitur, qui omnium iudicio commodissimus visus fuit, arcem instituunt: atque primùm fossam altitudinis decem pedum, & latitudine quindecim perducunt, qua, cum se æstus incitaret, aquam admitterent, si vellent: & si rursus vellent, eam eijcerent. Acies instructæ locum præterea muniabant, & castrata posita fuerunt, ut commodè impetum hostium propulsaturæ viderentur. Sed locus hoc incommodum habebat, quòd ei montis supercilium immineret. Nec enim fastigium montis occupari poterat, quòd longius à fluuio, quam oportebat, abesset: & locus, quem delegerant, erat altiori loco subiectus, vnde non missilibus tantum, verum & faxis ingentibus deuolutis non medio.

*Mutatur
arcis con-
denda locus*

*Delecti lo-
ci incommo-
da*

mediocri pernicies afferre poterat. Præterea, ut admonti tunc à multis fuerunt, hyeme cum fluuius imbribus auctus intumescit, super loca etiam, in quibus arx extrui cœpit, effunditur: quod inuesti limi atque cœni reliquæ demonstrabant. Hostes loca superiora occuparant, atque valido sepimento munierant, tormenta frequentia disposuerant, omni que missilium & pilularum genere decertabant, nostrisque graues molestias inferebant. Rex Mequinezius cum tribus millibus equitum, & triginta millibus peditum aduenit. Rex deinde Fessentis cum multo maiore exercitu eò venire maturauit. Ducebat autem supra centum hominum millia. Prælia interim non leuia fiebant. Sed cum hostes & loco, & multitudine superarent, superiores semper è prælio discedebant. Vno autem prælio è nostris mille atque ducenti cæsi sunt. Naues tamen nostræ cum fluminis aditum liberum haberent, & nostris subsidio erant, & castra hostium tormentis infesta faciebant. Hostes, ut naues Lusitanas aditu prohiberent, prope fluminis ostium stationem instituunt, quam fossa & vallo muniunt, firmaque multorum hominum in ea præsidia disponunt, vndique tormentis naues, quæ intrare volebant, aut dissipant, aut ne ingredi auderent, impediunt. Norogna ut hoc impedimentum vitaret, hoc excogitat. Nauem ingentem densis tignis corroborat. Iana saccos infercit, quibus molibus obiectis hostium globos exciperet. Hæc nauis in fluuio contra hostium stationem opposita, tutum reliquis humilioribus nauibus transitum præbebat. Hostes tamen cum dies atque noctes sine intermissione nauem quaterent, eam dilacerarunt. Hac mole disiecta, nostri exanimari metu cœperunt. Exercitus erat imminutus, comæatus deficiebat, nullus erat dies, quin aliqui ab hostibus interficerentur: res erat in extremo discrimine constituta. Interim literæ ab Emmanuele ad Norognam deferuntur, quibus literis, quas de ea re Norogna ad Emmanuelem dederat, respondebat. Literarum sententia hæc erat, ut si ei, & reliquis ducibus arx illa in utilis vi-

*Hostium in
Lusitanos
molimina.*

*Lusitanorum
magna cla-
des.*

*Norogna
stratagemata.*

*Extremum
Lusitanorum
discrimen.*

lis videretur, eam desererent, & exercitum, antequam maius incommodum acciperetur, in Lusitaniam deportarent. Id cum non eo silentio fieret, quo conueniebat, & hostes id sentirent, nostris acriter institerent. Duae acies in superiore loco, ut hostium impetum sustinerent, erant oppositae. Vnam Rodericus Melius, alteram Christophorus Leitanus, vir acer, & in rebus bellicis enutritus, agebat. Acies, quam Melius ducebat, cum hostes eam valde premerent, per loca praecipitia ruebat, & alij alios se se in fuga praepediebant: hostes maximam caedem ediderunt: Leitanus aciem per montum anfractum instructam duxit donec ad fluuium pertueniret. Sed tanta erat iam in castris trepidatio, tantaeque metus animos omnium occuparat, ut nemo posset ullius ducis imperio aut auctoritate ab effusa fuga cohiberi. Multique metu cum se in flumen deicerent, aquis & caeno demersi, honestae mortis metu turpem vitam finem subierunt. In nautis similiter tanta trepidatio fuit, ut eorum culpa centum naues ad littus afflictae perierint. Aliae namque alias impediabant, & inuicem collidebantur, & in litore tandem fractae, hostium crudelitati homines exponebant. Non defuere tamen quidam viri fortissimi, qui in eo tumultu facinorosa memorabilia ederent: inter quos virtus Bernardi Emmanuelis longè reliquis antecelluit. Is hostibus se opposuit, eorumque impetum repressit, multos ab effusa fuga continuit, & in hostium caede versatus est, & in causa fuit, ne multo grauior clades acciperetur. Nostrum tandem in naues recepti sunt, quamuis quidam viri nobiles nauium aditu multos arcere niterentur, ne ipsi, nauibus pondere grauatis, discrimen adirent. Periculum enim in terra fuga, in nauibus immanitate vitarunt. Circiter quatuor hominum millia ab hostibus caesa dicuntur. Arce praeterea cum tormentis, & munitionibus, & captiuis, hostes potiti sunt. Nostris tamen exitum, qui erant in statione, intercludere non potuerunt. Huius cladis & dedecoris Emmanueli nuncius allatus illi magnum dolorem inussit. Gratias tamè

Deo

Deo egit, quod ab eo debitas peccatorum poenas in hac vita exigere voluisset. Is enim fuit, qui secundam & aduersam fortunam moderatè semper ferendam arbitrareretur, & omnia ut Christianum principem decebat ad iudicium numinis diuini, quod falli non potest, pie reuocaret. Hac tamen plaga nulla eius aetate calamitiosior accepta fuit: in qua multi dedecoris infamiam patientius fortasse, quam decebat, pertulerunt. Nunquam enim operam dederunt, ut eam notam claris factis eluerent. Hoc anno Rex Emmanuel multorum inuidorum calumnijs aures praebuit. Haec enim pestis, quae plerumque apud reges magnas bonorum strages edit, Emmanuelè etiam in eam fraudem impulit, ut Albuquerqueium suspectum haberet. Eo tempore Albuquerqueium omnem feruè oram Indici maris, quae Indo fluuius, & Cori promontorio definitur, sub Emmanuelis imperium subiunxerat: Malacam etiam adiecerat, regnum Armuzij armis ceperat, & prudentia stabilierat, Emmanuelis nomen latissimè propagarat. Nec enim nationes illae credebant fieri posse, quin Rex, qui duce tam insigni virtute praeditum haberet, esset diuinis etiam virtutibus ornatissimus. Et quod status erat amplior, eò maiorem de illius amplitudine opinionem receperant. Et Rex ipse optimè erat in Albuquerqueium animatus. Sed inuidi perpetuò aures illius obtundebant, hominemque aliquando dementiae & temeritatis, aliquando verò ambitionis minime ferendae, atque adeò proditionis in simulabant. Postremò Regi persuaserunt, Albuquerqueium ad tyrannidem aspirare, velletque Indiam vniuersam sibi subdere. Esse namque cognatis & clientibus innoxium, principibus Indis propter virtutis opinionem carissimum, opes illius esse ampliores, quam status hominis legibus astricti ferret: Animos enim in mediocribus opibus enutritos imperium pati posse, in summis verò insolentius, quam ius & fas postulat, efferi. Quid si, inquit, ut est vir singulari astutia & calliditate subnixus, Zabaimum Idalcamum ad suas rationes adiunxerit? Quid si

cum

Emmanuelis Regis constantia & moderatio.

RES IN DICAE.

Inuidorum in Albuquerqueium calumnia.

Trepidatio in castris Lusitanicis

Bernardus Emmanuelis virtus.

Insignis Lusitanorum clades.

cum Narfingæ Rego societatem inierit? Quid si reli-
quos Indiæ Reges ad se aggregauerit? Non erit ei fa-
cillimum à fide deficere? Hoc saltè assequetur, vt Em-
manuelis Regis nomen contemnatur, & Albuquerque-
cij imperium omnes libenter accipiant. Hi sermones
cum essent valdè frequentes & importuni, maximaq;
vi & industria iacerentur, Albuquerque meritis & in-
nocentia fretus, quamuis optimè sciret, nomen suum
multorum inuidia lacerari, nunquam quomodo ca-
lumniam refutaret, excogitandum censuit. Improb-
rum namque sermones factis egregijs facillimè retri-
di putabat. Se verò ea gessisse, & his operibus animi fa-
fidem confirmasse sentebat, vt in India positus, non
magno negotio inuidiæ flammam, quæ in Lusitania
inuidorum ingenijs excitabatur, virtutis exploratæ &
cognitæ fama restingeret. Verùm cum accusatores
sine vilo defensore, qui eorum perditis conatibus oc-
curreret, accusationem instituerent, eò rem deduce-
runt, non quidem vt Rex illum non satis magna lau-
de dignum arbitraretur, sed vt saltè ab India reuo-
candum statueret. Itaque Lupium Suarium Aluaren-
gam illi substituit. Cum eo Matthæum, Davidis Ac-
thiopiæ Regis legatum, dimisit, & alium ad eundem
Regem legauit, vt pax & amicitia arctiore vinculo fir-
maretur. Legatus extitit Odoardus Galuanus, vir no-
bilis, & multis in rebus magni pòderis spectatus & co-
gnitus. Aluarenga cum classe tredecim nauium, &
mille & quingentis Lusitanis hominibus Olyssippo-
ne soluit septimo die Aprilis, Goamque peruenit se-
cundo die Septembris. Inde rebus ordine constitutis
Cochimum petijt, vt classem, quæ erat in Lusitaniam
profectura, compararet. Hoc anno septimo die men-
sis Septembris Emmanuel filio auctus est, cui fuit O-
doardi nomen impositum. Is natura mitis & clementer
extitit, musicis & venationibus deditus, vniuersis p-
pter benignitatem & humanitatem carus, atque per-
iucundus: qui, si nõ immatura morte sublatus fuisset,
multas vtilitates insita probitate & industria com-
mun

*Albuquer-
cius in Lu-
sitaniam
reuocatur.*

*Emmanue-
lis ad Ac-
thiopiæ Re-
gē legatio.*

*RES EP-
ROPEÆ.*

munibus rebus afferre potuisset. Hoc anno Mala-
cæ grauis casus atque valdè miserabilis Abedallam
Camparis Regem, qui tunc, vt dictum est, Bendaræ
munus obibat, de medio sustulit. Rex Bintami illius
hoc ei minimè processisset (erat enim Abedalla ma-
gis aequitatem & mansuetudinem omnibus egregiè
charus, & munere sibi commissio summa cum laude
fungebatur) alia via illi pestem atque perniciem in-
ferre constituit. Itaque suis negotium dedit, vt ali-
quot Malacensium naues caperent, & in Bintamum
adducerent. Illi impigrè quod imperatum fuerat
exequuntur. Is tunc suos, qui iussa confecerant, aspe-
ris verbis accipit, quod iniuriam ciuibus suis intulif-
sent. An, inquit, ignoratis me Regem esse Malacæ,
& hos, quos captiuos abduxistis, mihi subditos esse,
neque secus à me diligi, quàm si eos omnes genuif-
sem? Spero equidem Abedallam, quem ego non ge-
nerum, sed filium arbitror, propediem in meam po-
testatem Malacam, vt constituit, redacturum, & tunc
apparebit, quantum inter Lusitanorum tyranni-
dem, & mei Imperij moderationem interfit. Hos e-
nim vt filios omnes cum singulari humanitate tra-
ctabo, quos Lusitani dominatu durissimo oppres-
sos tenent. Gener enim meus Abedalla, pruden-
tia, qua valet plurimum, id, quod mihi promisit, cu-
mulatè præstabit. Hæc vbi dixit, captos cibo & po-
tu benè acceptos, & muneribus affectos missos fecit,
omniaque illis bona restituit, suisque Ducibus atro-
citer minatus est, si quid simile in posterum contra
ciues vrbs Malacæ designarent. Id homines verum
esse crediderunt. Et vbi Malacam reuersi fuèr, ser-
mo primum occultus inter nonnullos haberi de ca-
dem recepit. Deindè sparso latius rumore, res ad
Georgium Albuquerqueium vrbs præfectum delata
est. Bartholomæus autem Perestrellus, quæstor Re-
gius, qui paucis illis diebus ex India citeriore Mala-
cæ aduenerat, cum Ninacheruensis filijs erat vsu &
familiari.

*RES INDI-
CÆ.*

*Crudeles
Bintami
Regis in A-
bedallam
generum
insidie.*

*Falsam A-
bedallam
est. Bartholomæus
Perestrellus
quæstor Re-
gius.
testimonis
& calum-
niæ.*

familiaritate coniunctus, multaq; illorum gratia faciebat. Illi patris mortem vlcisci summo opere cupiebant, & ided quod erat rumore dissipatum, oratione confirmabant, & asserabant, id se multorum literis & argumentis clarissimis exploratum habere, Abedallam de vrbe nefarie prodenda cogitare, & societatem sceleris cum Rege Bintami coiuisse. Perefrellus Georgium Albuquerqueium admonuit, vt impendens periculum præcaueret, & proditorem, antequã id, quod animo destinabat, efficeret, capite damnaret. Is filios Ninachetuenfis accersit, illi rem sanè confidenter asserunt, nihil clarius esse confirmant. Albuquerqueius quamuis esset vir probus, non ita tamen sapiens erat, vt intelligeret, nõ esse temerè in re capitali fidem inimicis habendam. Et siue quia valdè periculum metueret, siue quod facinus illud præclarum fore putaret, hominem summa potentia præditum, & nomine Regis, vt nihil aliud esset, ornatum occidere, non procrastinat. Abedallam accersit, sceleris insinuat, testimonia, quæ hostes in illũ dixerant, exponit. Perefrellus vehemens accusator instat, & vrget. Abedalla si dem Albuquerqueij implorat, & obtestatur, nõ se hominem innocentem, summè in Lusitanos officiosum, regisque Emmanuelis studio flagrantem hostium crudelitati dedat. Tempus sibi dari postulat, dum Regis Bintamenfis fraudem, & inimicorum calumniam, & suam innocentiam testibus & argumentis apertè demonstret, se ex vinculis velle cauam dicere. Ad hæc obsecrabat, nõ nomini Lusitano tantum dedecus supplicio hominis innocentis inureret, quo odium in se multorum hominum concitaret. Hæc nõ est, inquit, gratia, quam meis in Lusitanam gentem meritis referendã censet, vt supplicio meo crudelitatem regis Bintamenfis, sempiterni vestri nominis hostis, expleam; & ij, qui propter meam in regem Emmanuelem fidem inmani odio persequuntur, lætitia exultent? Quid aliud enim expetit Rex Bintami, nisi vt ego, què suorum ferro, quem veneno, quem multis insidijs occide-

re acqui-

re nequiuit, manibus Lusitanorũ, propter quos meos deserui, & odium in me hominis malefici acerbissimum concitauit, in terimar, & illi, in quorum me fidẽ contuli, doloris illius, quem vir improbissimus cepit, vltiores existant? Eadem nauque opera fieri cernit, vt illius immanitatem satietis, & homines à studio vestri nominis auertatis, & apud multas nationes odio sitis. Quid enim dicent ij, qui me à regno meo per vos deductum conspexerunt, vt vestris beneficijs ornaret; & præsidijs contra hostes meos munerer, cum viderint me tam subitò de statu meo concidere, & ipsorũ opera, quos hostes vestri nominis gratia desumpsi, ad supplicium detruði? Quare te per fidem, per religionẽ per humanitatem, per reliquas virtutes, quas vnice colis, oro & obtestor, vt mihi respondendi facultatẽ tribuas. Et tum demum si prodicionis conuictus fuero, nullum supplicium recusabo. Hæc quidem cum Abedalla diceret, & suppliciter postularet, non potuit hominem natura mansuetum ad aliquã humanitatis partem traducere. Itaq; sine vlla cunctatione, homo innocens, regio splendore præditus, in forum deductus, inspectante populo, cum multorum luctu & querimonia securi percussus fuit. Qui tamen dum ad supplicium ducebatur, manus in cælum tendebat, & nomen implorabat, vt in eos, quorum calumnijs ipse contra ius & fas interimebatur, animaduerneret. Post decimum & septimum diem Perefrellus celeri morte absumptus fuit: quod multi ad numinis vindictam retulere. Abedallæ verò supplicium tantam multis offensionem attulit, vt multi mercatores & ciues Malaca excederent, atq; passim, quacumq; se conferebant, omnes homines à Lusitanorum commercio detererent. Nihil esse apud Lusitanos tutum, nullam fidem ab hominibus conseruari: illis ipsis, qui rebus illorum inserebant, esse tandem crudele supplicium indicta causa subeundum. Ninachetuensem, nulla offensione interposita, honore deiectum, & ea de causa post tam multa officia sibi mortem consciuisse. Regẽ

00 2

Campa-

*Abedalla
ad crimina
diones re-
sponso.*

*Iniusta A-
bedallæ co-
desa*

Vltio diuina.

*Lusitanorũ
per Indiam
infamia.*

Camparensem crudelem in modum contra ius necatum fuisse. Cùm huiusmodi sermonibus omnia comperent, factum est, vt cùm mercatores in urbem accedere non auderent, non solum vectigalia tolerentur, verum & Lusitani cum ciuibus, qui relictī in ciuitate fugrant, summa rerum inopia, atque adeò fame vexarentur. Sed Georgius Botellius à Georgio Albuquerque missus cum duabus nauibus, omnes illas circumquaque regiones peragravit, qui cum esset & propter virtutem notus, & propter vsum Regum omnibus familiaris, facile à multis Regibus & Principibus impetrauit, vt mercatores rursus Malacam metes, & cibaria conueherent. Dum Botellius summam in comaeu diligentiā adhiberet, Rex Bintami Regem Siacæ (ea regio est ad Austrum in eadem ora sita, quam fluuius eodem Siacæ nomine interfluit) per literas admonuit, vt sibi Botellij caput offerret. Quod si faceret, se ei filiam insigni specie magna cum dote collocaturum. Id Siacæ Rex, cùm ad illum Botellius diuerteret, præmio nuptiarum allectus, facere constituit. Sed accidit, vt, cùm illius quidam domesticus, qui fuerat à Botellio captus, & sine vllō pretio dimissus, proditionem, qua parabatur, intelligeret, vt Botellio gratiam referret, scelus indicaret. Rex Bintami præterea duodecim naues instruxit, & Ducibus imperauit, vt Botellium Malacam redeuntem, si vitaret insidias, interciperent. Georgius Albuquerque vbi id comperit, no- uem naues ornari iussit, & Francisco Melio præcepit, vt Botellio opem afferret. Bintamensis Rex cùm id ex speculatoribus accepisset, alias quatuor & viginti naues instruxit, quæ cum Melio decertarent. Hæ naues cum duodecim, quæ præmissæ fuerant, acie cum Melio prælium commiserunt. Qui tamen classem hostium profligauit, maximumque numerum hominum occidit, & cum insigni victoria Malacam reuersus est. Victoria tamen non inuenta fuit. Nam septem & triginta Lusitani mortui sunt, magnus etiam

*Insidie Botellio stru-
ctæ.
Siacæ re-
gnum.*

*Navalis
Lusitanorū
victoria.*

iam Malacensium numerus occisus fuit. Botellius si- militer periculo liberatus, cum vario & multiplici comaeu Malacam redijt. Sub idem tempus Georgius Brittius Malacam venerat, vt vrbī præfset. Successor enim Georgio Albuquerque missus ab Emmanuele fuerat. At Prætor Albuquerque Armuzij, post Hamedij mortem, Reipub. statum egregie collocarat: ciues æquitate & mansuetudine sibi deuinxerat: ipsum Regem multis ad se beneficijs allegerat: nationes exteras ad commercium specie benignitatis inuitauerat. Multi Persidis & Arabiæ Reges ad illum Legatos cū muneribus miserant, vt cum eo pacem firmarent. Neque defuere Principes, qui solo videndi hominis studio, de quo tam præclaram famam multiplicis virtutis acceperant, Armuzium contenderent. Interim rumore dissipatum fuit, Sultanum ingentem classem instruere, qua Armuzium debellaret. Albuquerque, & si non valde rumori fidem habebat, id tamen consilio prætendit, vt sine Regis offensione arcem firmius muniret, & ciuitatē præsidio, nè à fide deficere posset, omnino nudaret. Dixit enim, omnibus vrbis tormentis sibi opus esse, vt facilius hostes, qui expectabantur, ab vniuersa vrbe propelleret. Itaque tormenta & munitiones ex vrbe & ædibus regijs in arcem deportandas curauit. Reges autem cæcos in Indiam, nè propter multiplicem Regum prolem in vrbe motus oriretur, misit. Quindecim enim Reges oculis orbati à regni procuratoribus, in ædibus regijs, cum vxoribus & liberis inclusi seruabantur, quibus omnia ad victum necessaria Principes, qui Regis nomine regias opes pro libidine tractabant, largè præbebant. Hoc erat præmium Regibus, & maleficis hominibus constitutum, quoties iure regio liberius, quàm rectores ipsi vellet, vterentur. Præfetti namq; tyrannide constituta, ex hac regia stirpe puerum deligebant, cuius nomine regnū in suam potestatem redigerent. Hic verò in regia sede locatus, si aliquid moliri cum regia libertate vellet, oculorum aspectu priuabatur, & alius in locū Regis

*Armuzien-
sis Regni
constitutio
Alb. auibore.*

*Albuquerque
cij stratagemas.*

*15. Armuzij Reges
excecati.*

*Horrenda
tyrannia.*

gis cæci eidem calamitati, si liber esse vellet, obnoxio, ut regium nomen obtineret, assumebatur. Hæc autem tyrannidis minimè ferendæ materia inter ipsos tyrannos dissensiones pestiferas excitabat, & causam ipsi civitati sæpenumerò gravissimæ cladis afferebat. Hos reges cæcos, partim ut memoriam tam immanis sceleris extingueret, partim ut turbulentissimæ dissensionis materiam amputaret, Albuquerque Garsiæ No. rognæ commisit, ut eos in Indiam deportarè: ubi iubebat, ut eis omnia magnificè præberentur, quæ ad vilitatem & elegantiam regiam pertinerent. Sed in hoc tam felici rerum omnium, ut homines iudicare poterant, statu, Albuquerque aut senectute, aut nimio labore confectus, in lètum morbum incidit, qui in dies ingruenscebat. Cùm igitur sibi mortem appropinquare iudicaret, arcis præfecturam Petro Albuquerque, cuius virtutem & ingenium multis in locis perspexerat, & quem nouerat esse & Regi Armuzienfi, & ciuitati vniuersæ carissimum, præfecit, eumq; ad fidem, & vigilantiam, & æquitatem luculentissimis verbis excitauit. Res autem Armuzij eo ordine constituit, ut non facile perturbari, & à statu dimoueri possent. Multa etiam, quæ ad Indiæ statum firmandum vtilia videbantur, effecit. Animum verò suum sacris sanctissimis expiauit, & testamentum fecit, nec aliquid prætermisit, quod ad religionem procurandam, & rem suam constituendam aliqua ex parte pertineret. Mira deinde eum cepit cupiditas in India moriendi. Urbem præterea Goam, cuius ipse conditor erat, aspiceret, antequam è vita discederet, vehementer optabat. Regem deinde per Petrum Alpoem salutauit, fidemque dedit, se illi loco parentis, quamdiu in vita maneret, futurum. Petrum deinde Albuquerque, quem Armuzij in arcis & vrbis custodia relinquebat, illi vnicè commendabat. Se tamen spem magnam habere dixit, fore, ut ubi primùm ex eo morbo, si ita DEO visum esset, emergeret, Armuzium rediret, ut illi posset amorem, quo eum prosequeretur, officijs ostendere.

Alf. Albuquerque
morbus lethalis,
que deinde
subsecuta

dere. Rex illius desiderio lachrymas profudit, responditque, se illum perpetuò in loco patris obseruaturum, operamque daturum, ut à nemine studio & pietate erga Regem Emmanuelem vinceretur. Ea tamen spe interim, quam illi Albuquerque ostendebat, Armuzij repetendi se mirificè sustentari. Hoc facto Albuquerque, ut salutationes deuicaret, omnia nanteque humana officia fastidierat, nauem conscendit, & vela fieri iussit. Cùm ab vrbe quatuor passuum millibus abesset, reliquos classis nauarchos, qui non tam citò soluere potuerunt, biduò in anchoris expectauit. Ed Rex Armuzij rates cum multis fructibus, & comætu, & muneribus ad illum misit. Ille Legatos hilari fronte, & vultu, & cum humanitatis egregiæ signis accepit: officia Regis amantissimi esse sibi gratissima confirmauit, & Legatum, & nauas atque remiges benè acceptos, & muneribus ornatos à se dimisit. Oram verò Indiæ præteruectus, nauis quædam parua ad nauem illius accessit. Illa vehebatur Nuncius cum literis, quas Cide Alles, & quidam Ismael Albuquer-
cio de successore alla-
tus.
elis Legatus Dio ad illum scripserant, quibus nunciabant, Lupum Suarium Aluarengam ab Emmanuele missum fuisse, qui illi succederet, & illum (quod eis facinus indignum videbatur) in Lusitaniam reuocaret. Quod si is parere nollit, Regum suorum opes offerebant, quibus facillimè tantam à se iniuriam propulsaret. Is animum gratum habuit, officium aspernatus est. Et tamen non mediocri animi perturbatione commotus (intelligebat enim, eam successione inuidorum opera constitutam fuisse) se continere non potuit, quin sublatis in cælum manibus exclamaret. Proh Christe sancte, inquit: quo me pacto possum ijs molestijs, quæ me circumuallant, expeditè? Si Regi satisfacio, in hominum odium incurro: si hominibus consulo, in Regis offensionem incido. Ad aras, ærum nose senex, ad aras, inquam, confugiendum. Hæc autem verba sæpè repetebat, ut appareret, cum grauibus esse curis exulceratum. Deinde

Albuquerque
oratio
Patetica

sibi laborum omnium finem instare prænunciauit. Tandem vbi ad se redijt, Certè, inquit, mecum statuo, Regem felicissimum diuinitus de multis rebus admo-
 neri, & hanc successionem non nisi motu & instinctu
 numinis ab illo constitutam fuisse. Morior enim, &
 si hoc tempore successorem illius consilio delectum
 non haberem, potuisset Indiæ status periclitari. Hæc
 ille cum dixisset, animo conquieuit. **Quò** verò magis
 progrediebatur, eò morbus erat infestior. Literas in-
 terim perbreues ad Regem Emmanuelem in hanc
 sententiam dedit. Has postremas literas cum fre-
 quenti singultu, & reliquis mortis certissimæ signis
 scribo. Filium vnicum habeo: quem peto pro meis
 in tuam maiestatem & amplitudinem præstantibus
 meritis, tua magnificentia & benignitate complecta-
 re. **Quæ** tua causa gesserim, opera ipsa testificabun-
 tur. His literis vacillante manu cum magna difficul-
 tate conscriptis, omnem rerum humanarum memo-
 riam prorsus abiicit, & totam mentem ad res diuinas
 animo recolendas, & veniam flagitiorum à diuina
 clementia postulandam conuertit. Cùm verò multa
 mente recoleret, tum verò locum Ioannis, quo Chri-
 sti cruciatus exponit, sibi crebrò legi faciebat, crebris-
 que gemitibus, & alijs eiusmodi signis, se ea lectione
 mirum in modum recreari demonstrabat. Cùm oram
 Goæ legeret, famulum celoce celeriter inuehi præce-
 pit, qui ex vrbe sacerdotem, quo plurimum fuerat in
 rebus diuinis vsus, euocaret. Is vbi venit, totam cum
 eo noctem in rebus, quæ ad sempiternam vitam per-
 tinebant, attentissima cogitatione pertractandis con-
 sumpsit: & sic ante lucem ex ergastulo corporis e-
 migravit. Vbi fuit in urbem de illius morte nuncius
 allatus, non solum Lusitani se lamentis dederunt,
 sed Saraceni etiam, & gentes reliquæ à nostris sacris
 alienæ, plangore & ciuitu urbem compleuerunt.
 Tanta namque erat humanitate præditus, vt vtrum
 magis multi illius virtutem metuerent, an bonita-
 tem amarent, esset explicatu difficillimum. In primis
 autem

*Postrema
 Albuquerque
 cij ad Em-
 manuelem
 litæra.*

*Alf. Albu-
 quercij
 mors.*

*Eiusdem
 mores.*

autem ius æquabile colebat, & fidem violatam acer-
 rimè puniebat, neminiq; iniuriam fieri patiebatur.
 Fuit insigni pudicitia. Vxorem nunquam duxit: filiū
 vnicum ex ancilla suscepit. Erat in laboribus toleran-
 dis acerrimus, ita, vt homines nimio interdum labo-
 re fatigaret: quos tamen magis exemplo, quam propo-
 sitis minis ad labores excipiendos excitabat. Calum-
 niatoribus erat infensus, adeò, vt nemo auderet alicu-
 jus nomen apud illum falsò deferre. Consilio pluri-
 mùm valebat: incredibili celeritate, quæ statuerat ex-
 quebatur. Erat veritatis amantissimus, vanitatem &
 mendacium odio acerbò persequebatur. Iniurias sibi
 illatas animo maximo ferebat. Iracundia interdum
 efferebatur, ita tamen, vt in medio iracundiæ ardore,
 dictum iaceret (erat enim acutissimus) quo omnes, qui
 vultum illius extimescebant, à nimia conturbatione
 ad hilaritatem & risum sæpè traduceret. Non erat a-
 lienus à literis: & cùm otium erat, lectione sacrarum
 præcipuè literarum oblectabatur. Vtrum magis belli,
 an pacis artibus excelleret, incertum est. Sic enim bel-
 lum administrauit, vt meritò summus imperator ha-
 beretur. Sic Reipub. multis in locis cōstituit, vt sum-
 mus etiam Reip. moderator existimari iure posset. I-
 taque omnes, qui tunc Goæ se tenebant, in illius mor-
 te se patre amantissimo orbatos esse querebantur. Fuit
 è naue cum incredibili pompa eductus, & exequiarū
 singulari magnificentia sepultus: quanquam fletus
 eorum spiritum, qui funus procurabant, sæpius inter-
 cluderet. Eius morte nunciata, luctus per oram Indi-
 cam peruasit: multos Reges & Principes mœrore affli-
 xit. In primis Xuranda Armuzij Rex animi dolorem
 multis lachrymis & veste lugubri demonstrauit. Rex
 Emmanuel illius mortem acerbè tulit, filiumq; illius
 ad se continuò venire iussit. Appellabatur ille Blasius
 Albuquerqueius. Rex ne tanti viri nomen ex animis ela-
 beretur, ei patris nomen indidit, & pro Blasio Alfon-
 sum vocari præcepit. Eum verò, vt parentis merita po-
 stulabant, multis muneribus affecit, & splendidis etiã
 nuptijs

*Exequiæ Al-
 buquercij.*

nuptijs ornauit. Sequenti anno alio funere principis inuictissimi vniuersa Hispania luctu deformata fuit. **RES EY KOPEAE.** Rex enim Fernandus, cuius nomen est immortalitati propter egregia facta consecratum, in pago, quem Madrigaleium appellant, qui ad ciuitatem nomine Trogillum pertinet, graui morbo erat implicitus. Eum Emmanuel per Ioannem Rodericum Salam Menesij salutauit, & de valetudinis eius ratione certiolem se fieri iussit. At Rex Fernandus die vigesimo tertio Ianuarij, anno salutis. M. D. xvj. morte obiit. Vbi id Emmanuel per Menesij literas rescieuit, literas ad Regine illius vxorem, quam Germanam appellabant, & ad Fernandum Philippi filium, Fernandi regis nepotem, & ad reliquos Castellæ principes, quæ doloris indicij & officij, & amoris argumentum continebant, continuo misit: & Menesium, vt verbis literarum sententiam vberius subsequeretur, admonuit, & quæ vellent, vt cum illis ageret diligentissimè præscripsit. Tum literas ad Rodericum Fernandium Almadam, virum summa prudentia præditum, qui tum Antuerpiæ Regis ipsius negotia gerebat, dedit, quibus præcipiebat, vt eum de rebus omnibus, quæ vel in Gallia Belgica, vel in Germania fierent, admoneret, vt ad temporis conditionem consilia regni dirigeret. Tum ad Maximilianum Imperatorem Caroli auum, cui Carolo Philippi filio Castellæ regnum iure hæreditatis obuenerat, legatum decreuit. Is Petrus Correa fuit, qui prudentiæ nomine non mediocrem apud regem locum obtinebat. Summa legationis erat, vt Carolus Isabelam Regis Emmanuelis filiam vxorem duceret, & rursus Lorenam cum Ioanne illius filio matrimonio copulari vellet. Legatus comiter acceptus est: literarum humanitas & officium fuit Imperatori gratissimum. Petrus tamen Correa, cum nihil eo tempore transigi posset, Regis Emmanuelis permisso in Lusitaniam rediit. Hoc anno Leo dicimus Alfonso Emmanuelis filium in Cardinalium collegium cooptrauit. Et Regi etiam concessit, vt Isabelæ, Dionisij Portugalix Regis

Fernandi regis Catholici mors. ANNVS à Christo nato, 1516.

Emmanuelis ad Maximilianum Imp. legat.

Isabela Catholici.

is vxori, sceminae sanctissimæ, cuius diuina virtus fuerat admirandis signis à Christi numine comprobata, honores in Lusitania publicè, vt reliquis diuis, haberentur: & vt equitum iacobensium, & Cisterciensium magistratus, absq; ipsius pontificis maximi priuilegio, ei, cui Reges Portugalix vellent, assignarentur. Hæc omnia propensa Pontificis ipsius in Emmanuelem voluntate, & opera, & industria Michaelis Syluij, qui tunc apud Pontificem Emmanuelis legatus erat, & ipsi Pontifici propter ingenij magnitudine gratissimus, concessa sunt. Dum hæc gerebantur, Lopus Suarius Aluarenga muuus difficillimum administrabat. Albuquerque namq; successerat, ad cuius virtutem aspirare non poterat. At tamen non segniter recusat. Suarius res gerendis incubuit. In primis autem Coulamum legationem decreuit, quæ pacem cum Regina, quæ tunc gubernabat, æquis conditionibus firmaret. Conditiones autem fuerunt, vt illa Templum nomine Diui Thomæ Apostoli dedicatum, quod Saraceni eo tempore, quo Antonio Salæ necem attulerant, disturbarent, suis sumptibus instauraret, & templi vestigia restitueret, & octoginta millia pondo piperis pro bonis, quæ Lusitanis crepta fuerant, persolueret: & vt, antequam cum Saracenis transigeret, Lusitanas naues expediret, & omnibus constituto precio piperis numerum, qui in eas posset imponi, sine vlla fraude venderet. Classem, quæ erat in Lusitaniam profectura, comparauit: pacem cum Calcutij Rege, quæ fuerat ab Albuquerque facta, confirmauit: Cananoris motus, qui fuerant excitati, compescuit. Dum Goam reuertitur, tempestas subito coorta eum Anchediuam petere compulit. Inde Alexium Menesium cum octo nauibus, vt oram Arabicè perlustraret, & inde Armuzium classem in hyberna deduceret, misit. Goam reuersus, consiliū iussu Regis Emmanuelis habuit, vt, utrum expediret vrbem diruere, & insulam omni præsidio vacuam hostibus relinquere, an potius esset magis à Republica

RES IN DICA E Suarij res gestæ. Legatio ad Coulamum Regi.

Publica de Goa cuncta esse cõsulatio.

cam

eam tueri. Non enim Albuquerque inuidi cessabant, illi non solum uiuo, sed manibus etiam illius, atque ad eum sepultis reliquijs dolorem inurere, & urbem illam esse communibus rebus inutilem oratione contendere. Nam multis post annis in eo perseverabant, ut laudibus illius oblatrarent, & omnia, quaecumque gesserat, nullo consilio gesta fuisse contenderent. In consilio tamen decretum fuit, Goam esse firmo praesidio confirmandam, & urbem omni ratione muniendam: quod ipse Suarius sententia sua confirmauit. Cochimum deinde reuersus, classem, qua in Sinum Arabicum penetraret, instruendam curauit. Fernandum Petreium Andradium in Sinam (sic enim Emmanuel imperauerat) continuo misit. Is cum tribus nauibus Zamatram contendit, & ad Pacem naues appellens, Regem de suo aduentu per Ianimum Rabelotum, quem ibi reperit, certiores fecit. Ille Rabelotum & hospitaliter, & honorifice cum summis honoribus accepit. Pax fuit inter illum & Andradium Emmanuelis nomine constituta, locus, in quo Lusitaniae arcem aedificarent, assignatus: inde Malacam petijt. Commeatu, & rebus alijs comparatis, in Sinam nauigare instituit: sed tempestatis aduersae restatu Malacam redire coactus fuit, ubi Raphaelem Peristrellum, quidem Sinarum regione ueniebat, offendit: a quo de Sinarum motibus, de legibus & institutis, de mansuetudine in hominibus infra multa percepit. Georgius Britius Malacae praefectus Henricum Lemium in Martabanum Peguenis regni portum misit, ut inde commeatum conuerteret. Est autem Pegu latissima & fertilissima regio, in India ulteriore ultra Gangem, ea parte, quae Solis occasum spectat, sita, quae inde Malacam procurrit, & orientem Solem versus, mare, quod ad Sinam ex quadam parte pertinet, attingit. Is nauem, quae ex Peguenis portu soluerat, uicinitate cepit. In eodem uero portu consistentem Saraceni, quorum nauis capta fuerat, latrocinij & immanitatis insimulant. Rex classem comparat, qua nauem dominis reddere compellat. Lemius tribus diebus praesidium

*Pax inter
Pacensem
Regem &
Lusitanos.*

*Martabanum
portus.
Pegu regni*

lium sustinuit: naues non paucas depressit: multos homines occidit, sed naufragium tandem fecit. Nauis enim erat peruetus, & tormentorum contentione conuulsa, & dissipata, vim aquae admisit: & ita demersa repente fuit. Ipse Lemius cum sexaginta Lusitanis scapha & lembo quodam Samatram contendit. Sed scapha & lembo tempestate dissectis, & ad litus allisis, octo & viginti Lusitani fluctibus hausti sunt: reliqui cum Lemio in Perense regnum se contulerunt, ubi fuerunt a Rege cum singulari humanitate tractati. Alexius autem Menesius tempestatibus impeditus, quo minus diu Arabiae oram peragraret, Amuzium se contulit: ubi omnia Suarj mandata summa diligentia confecit: & cum primum per anni tempus licuit, in Indiam reuersus est. Dum haec in India geruntur, Emmanuel in Lusitania propagandae religionis studium non intermittebat: & cum intelligeret, in Aethiopia Congi regionem quotidie magis Christi disciplinae illustrari, ut opus preclare institutum, rectius absolui posset, sacerdotes alios ad Regem Alfonso, cum libris & muneribus, quibus hominem multo acrius studio religionis incenderet, misit. Rex eo tempore, quo sacerdotes & Emmanuelis famuli, qui simul missi fuerant, in Congi fluuium penetrarunt, ab erat bellis implicitus contra Regis stipendiarios, qui ab illo defecerant. Fuisse tamen interim nostri in oppido, quod Sonum appellant, satis benignè a Regis accepit. Rex bello ex animi sententia confecto rediens, sacerdotes cum amoris eximij signis excepit, Emmanuelique pro tantis beneficijs immortalem gloriam precatus est. Nostri sacerdotes uirtutem ipsius Alfonso Regis in caelum laudibus efferbant. Erat enim in sceleribus vindicandis acer, & in egentium inopia subleuanda benignus, in regni opibus stabilendis industrius, in moribus atque uita continens, in religionis studio sanctus, atque tam insigni pietate praeditus, ut caelum semper intueri uideretur. Siue enim ius diceret, siue cum populo ageret, siue belli consilium, siue

Lemij praesidium & nauis naufragium.

RES AFRICA.

Christianismi per Aethiopiae incrementum.

Alfonso Congoensis Regis laudes.

pacis

pacis iniret, semper Deum in oculis & conspectu proponere, omniaque ad illius gloriam reuocabat. Literarum ludos aperire iubebat, magistros magna mercede conducebat, vt pueros non literis tantum, sed multo etiam studio pietatis imbuerent. Ipse vero tempus, quod illi à negotio publico vacabat, in literis consumebat. Euangeliorum sententias innumerabiles, & prophetarum oracula in ore semper habebat. Nam & lectione perpetua multum in sanctarum literarum studio profecerat, & quaecunque à sacerdotibus audierat, in illius memoria penitus infixam permanebant. Frequentes ad populum conciones habebat, quibus illud ad pietatem, & religionem ardentè incitabat. Erat ingenio acris, & memoria firma præditus. Quinque liberos Lusitanarum legum cum diligenter euolueret, legum quidem sapientiam, & ordinem atque disciplinam reipub. laudauit: sed rebus etiam minutissimis leges certas inuentas esse, non facile probabat. Itaque hanc legum exactissimam diligentiam irridens, de Lusitanis quæsiuit, quænam poena esset ijs, qui in terra pedem ponerent, statuta. Regem vero Emmanuelem tanta absens fide colebat, vt sæpè diceret, se nullam esse de rebus humanis voluptatem percepturum, antequam in Lusitaniam veniret, vt ad Emmanuelis pedes prouolutus, illi se totum addiceret. Quod enim cælesti luce frueretur, quod verum Deum coleret, quod ad immortalæ vitam aspiraret, id totum esse Emmanueli Regi clarissimo atque sanctissimo in acceptis referendum. Eodem anno Franciscus Vallesius, Galliarum rex, legatum ad Emmanuelem misit, cum literis officij plenissimis. petebat autem ab illo, vt se societatis societate, quam tunc cum aliquot principibus in aliorum perniciem faciebat, alligari permetteret. Emmanuel respondit, sibi Regis potentissimi voluntatem semper fore gratissimam, & omnia, quæ salua fide, & Christiani Regis officio posset, causa illius libèrissimè facturum. A bellis tamen, quæ Christiani principes inter se gerant, vehementer abhorrebat. Sibi namque in animo esse,

*Indicium
Congensis
Regis de
Lusitana
Xomothesta;*

*RES EY
ROPEAE.
Gallica ad
Emmanuelem
legatio*

esse, Saracenis, si posset, perniciem & interitum machinari. Christianis vero principibus bonam mentem & animorum concordiam, cum bonorum omnium amplificatione precari. Sub id tempus tres Sarmatarum viri apprimè nobiles, in Lusitaniam Emmanuelis visendi gratia venerunt. Illius namque fama illas regiones cum hominum admiratione peragrabat. Tempore enim, quo reliqui principes Christiani, huius tantum nominis obliuisci, acerbissimis odijs stimulati, in mutuum perniciem ruabant, & furore cæci, opes hostium qui Christianis opibus imminuebant, in dies amplificatione, erat illius Regis laus illustrior, qui pacem cum Christianis principibus vnicè colebat, nec ullis præmissis alluci poterat, vt cum villo principe funestissimi belli societatem iniret, & tanto studio bellum in Africa, & India, contra Christiani nominis hostes compararet. Ad hæc addebant, iter in nationes vltimas apertum, Indiam subactam, multas Orientis nationes sub imperium subiunctas, maximas Arabum, & Persarum, & Aegyptiorum classes deuictas, neque tam illustres victorias humanis viribus, aut vlla valde magna potentia consequutum, sed, vt conijci poterat, Christum, cui ille tota mente seruiebat, pro illius amplitudine dimicare. Hæc & alia multa in hanc sententiam cum vulgo iactarentur, apud Regem Sarmatarum, qui eodem studio bellum continenter cum Turcis, & reliquis Christianæ religionis hostibus gerabat, & nobilitatem in armis, & optima disciplina continebat, præcipuè laudabantur. Hoc tres illos adolescentes nobiles incitauit, vt è tam longinquis terris in Lusitaniam illius videndi gratia venirent, & simul ab illo peterent, vt eos manibus suis equestris dignitatis insignibus ornare vellet. Sibi namque omnia in armis feliciter euentura confidebant, si à Principe tam diuinis virtutibus ornato eam dignitatem adipiscerentur. Quod petebat, impetrauerunt, ipsiusque regis manibus ornati, & instructi, multisque muneribus facti in patriam rediere, & quacunq; iter faciebant, regis ipsius

Trium nobilium Sarmatarum Emmanuelis videndi causa in Lusitaniam profectio.

RES AFRICANAE.

Io. Coutignus excursio

Arzilense bellum.

Arzile obsidio & oppugnatio.

ipfius virtutem & magnificentiam summis laudibus eferebant. Hoc anno cum Rex Felfenfis crebras excursions in agrum Arzilae feciffet, & multas praedas abegiffet, ciuitas in magnam carniū penuriam redacta fuerat. Ioannes Coutignus vt hoc incommodum refarciret, in opulentum pagum propè Alcaſſar quibiritū fitum, qui propter itineris longinquitatem, nihil ſibi à Coutigno metuebat, cum ducentis & quinquaginta equitibus, cum tota nocte iter feciffet, ante exortū Solis inuaſit: hoſtes nec opinantes oppreſſit: quinque & quinquaginta tantum (reliqui enim diffugerant) captiuos abduxit: mille boues cum multis equis & pulis abegit, eaque omnia cum maxima difficultate, propter fluuiorum altitudinē, qui ea nocte (imber enim maximus, & turbulenta tempeſtas extiterat) ſupra modum creuerant, Arzilam duxit. Praefectus Alcaſſaris quibiriū repente cum trecentis equitibus illius veſtigijs inſtitit. Sed imbres praelium diremerunt. Vix Coutignus pontem quendam tranſierat, cum aquae campus inundauerant, pontem operuerunt. Hoſtis verò metuens, ne ſi ulterius pergeret, reditus ſibi minimè pateret, reuerſus eſt. Crebris eiufmodi excuſſionibus Coutignus hoſtes ſuūtimos exterrebat, & agris populationes inferebat, quibus irritatus Felfenſis Rex, maximum exercitum comparauit, vt Arzilam obſidione premeret. Triginta equitum millia, & peditum ſupra ſeptingenta millia coegit: cum ijs armatorum copijs, & multis tormentis & munitiōibus Arzilam contēdit: eamque vallo & foſſa cinxit: & crebras deinde turres excitauit, tormentaque diſpoſuit, & urbem vehementiſſimè quatere coepit, & cuniculos, quibus muros ſubrueret, inſtituit: operamque enixè dedit, vt antequam auxilium obſeſis afferri poſſet, vrbe potiretur. Coutignus tamen cum de illius aduentu certior factus eſſet, Nonium Riberium, qui regis Emmanuelis negotia in Hispania Baſtica procurabat, & tunc ſe Malacae tenebat, admonuerat, vt ſibi coſeſtim multa, quae ad obſidionem tollendam neceſſaria videban-

tur,

tur, mitteret: Emmanuelēque per literas de Regis Felfenſis aduentu certiore fecerat, copias diſtribuerat, ſtationes Ducibus aſſignata, eas partes, quibus maius periculum imminēbat, praefidio firmiore munierat, ſuos ad propugnacionem multis verbis incenderat. Omnes erant in urbis deſenſionem acriter incitati. Riberius nihil cunctatus eſt, ſed omnia, quae Coutignus poſtulauerat, continuo miſit. Ioannes Maſcaregnas equitum leuis armaturae Magiſter, duas repente naues inſtruxit, in quas centum & viginti equites, & pedites, qui nauibus vehi poterant, impoſuit: eiſque ſecomitem Nonius Maſcaregnas frater adiunxit. Alij duo fratres eorum, Emmanuel Maſcaregnas, & Antonius Maſcaregnas Arzilae ſub Coutigno militabant. Ij cum Arzilam peruenerunt, iam vrbs viribus ſummis oppugnabatur. Nonius Riberius milites ducentos Malacā miſit: Duces duo viri nobiles erant, qui propter ſua in Regem Emmanuelē merita, ab eo beneſicij ſummis ornati fuerant. Cum ijs alij veniebant eiſdem rationibus aſſicti: quos omnes Coutignus ſingulari comitate, & multis honoribus excepit, & illiſtationem aſſignauit, quam in ſita virtute tuerentur. Interim nec nocte neque die ab opere ceſſabat, foſſas tranſuerſas, quibus cuniculos exciperet, Duci, muros quaſſatos reſtici, alios intra veteres, muros excitari faciebat. Franciſcus Doria Genuenſis, frater patruelis Andreae Doriae, cuius tantum nomen in rebus maritimis extitit, operibus praerata: huic Rodericus Souſa, cognomento Cide, ſocius adiunctus erat. Hi ſingulari in ea obſidione ſpecimen virtutis & induſtriae dederunt, ita, vt in oculis & ſermonē omnium verſarentur. Reliqui quantum poterant, officio ſuo fungebantur, & ſingulari audacia omnibus ſe periculis exponēbant. Hoſtes nullum obſeſis laxamentum dabant. Erat autem hoc in Regis Felfenſis animo penitus inſitum, vt ſi non intra paucos dies Arzilam expugnaret, obſidionem ſolueret, nē deſidendo tempus fruſtra conſumeret. Hoc illum ſtimulabat, vt op-

Pp

pugnae.

Subſidia
Arzilensibus miſſa.

pugnationi perpetuè acriter & vehementer infiste-
ret. Itaque alij sagittis & glandibus, vt mœnia propu-
gnatoribus nudarent, contendebant: alij tormentis as-
siduè muros quatiebant: alij perfectis iam cuniculis,
muris vasa tormentario puluere referta subijciebant:
fessis deinde recentes & integri succedebant, ita, vt res
in vltimum discrimen adducta videretur. Nostris ta-
men nec animus interim, nec industria ad repugnan-
dum deerat: nec vllis telis, aut obiectis terroribus. Lo-
ca sibi assignata deserébāt, & inde vt hostes summa cõ-
tentione propellerent, laborabant. Multi tamen inte-
rim vtrinque cadebant. In hoc statu vrbs erat, cum
Rodericus Barretus cum nauigijs duodecim ex Al-
garbio aduenit. Huius aduentu tantum obsessis ani-
mus additus est, vt confiderent, se facillimè in muro-
rum ruinis, si mœnia omninò corruerent, cum hosti-
bus aperto Marte congregari, aut intra cuniculos ma-
num conferre posse. In hac classe, ex eodem Algarbij
regno Garsia Melius sexcentos viros acres eduxit, & a-
lij præterea ex Algarbiensi nobilitate non mediocria
auxilia rebus communibus attrulerunt. Quin etiam
nautæ ex eadem Lusitaniæ parte non tantum nauigandi
laude præstantes, verùm & bellandi artificio non
mediocriter eruditi, in urbem obsessam nauibus
ingressi, fortium hominum officio functi sunt. Mau-
rus interim quidam captiuus ad hostes transfugit, &
Fessæ Regi nunciauit, urbem esse validiore præsidio,
quàm ille suspicari possit, firmatâ. Is hoc nuncio perturba-
tus, obsidionem soluere voluit: sed fuit ab Rege Me-
quinezio fratre suo, nè id faceret, impeditus. Iacobus
interim Lupius Siqueira cum nauibus triginta ius-
su Emmanuelis aduenit: & sic tandem Reges subla-
ta obsidione discesserunt. Coutignus eos equites, qui
tunc Arzilæ inuenti fuerant, eduxit, & hostium ag-
men postremum carpsit, & nonnullos occidit, & ali-
quot etiam viuos cepit. Hoc tempore Ioannes Gon-
dissaluius Camara, insulæ Materię prefectus, grauem
sibi iniuriam à Rege Emmanuele factam quereba-
tur, qua

*Novum Ar-
zilensium
Subsidium.*

*Aliud Sub-
sidium.*

*Arzila ob-
sidione sol-
uitur.*

*40. Cama-
ra ex indi-
gnatione of-
ficii erga
Emmanue-
lem regem
singulare.*

tur, qua offensus, insulam, & domicilium, & opes, &
veteralia deferere, & alias sibi extra Lusitaniæ ditio-
nem sedes deligere parabat. Iurisdictionem enim in-
sulæ, quæ fuerat maioribus suis attributa, sibi ereptâ,
aut, quod idem valebat, imminutam fuisse dicebat:
quod minimè ferendum esse iudicabat. Cum verò ex
insula profectus, in Algarbium aduersis tempestatibus
iactatus esset, & Arzilam obsideri intellexisset,
septingentos milites magna mercede conduxit, &
summa celeritate Arzilam contendit. Sed eo iam tem-
pore Reges castra mouerant: qui tamen redituri mul-
tis cum maiore apparatu videbantur. Nobilitas quæ
tunc Arzilæ morabatur, sumptibus exhausta, in Lu-
sitaniam redire properabat. Eos Coutignus retinere
non poterat. Hoc Camara animaduertens, duplex mi-
litibus stipendium proposuit, scq; tempus omne, quod
Coutigno videretur, in ea vrbe mansurum asseruit:
neque commissurum, vt vllò in loco quisquam suum
erga Deum & Regem officium desideraret. Hoc ex-
emplo multos homines nobiles in vrbe retinuit. Hæc
non indigna relatu esse statui, vt intelligi possit, quor-
um Lusitanorum querelæ erga Reges suos erumpere
soleant. Vt enim delicati filij de parentum iniuria
sæpè conqueruntur: ita Lusitana nobilitas leuibus
interdum causis irritata, de Regibus, à quibus enutri-
ta est, graues querimonias habet. Attamen in ipsa rei
dignitate, cum id casus postulat, opes suas Regum
causa libenter effundit, & vitam in discrimen sa-
lutis iniicit. Camara verò, postquam officio perfun-
ctus cum dignitate fuit, Hispalim concessit, vnde fuit
ab Emmanuele literis benignè & amanter scriptis re-
uocatus. Sub idem tempus, in morte Ataidij fortissi-
mi viri iactura insignis facta est. Apud hunc non nul-
li Arabes Oleidemetenses in Marochiensis regni fini-
bus constituti, qui tributum Emmanueli Regi pen-
debant, questi sunt, quòd Arabes quidam Xerquien-
ses eorum agros vastarent, & grauissimas illis iniurias
inferrent. Ataidius autem facere astrictus erat, ad

*Bellum Ma-
rochiense*

vim, si quis eis inferre maleficium vellet, omni contentione propulsandam. Ij verò Xerquienfes, contra quos foederati A taidij opem implorabant, erant viri nobiles & animosi, & in rebus bellicis exerciti, qui stipendiarij Emmanuelis fuerant, & tamen ab eo defecerant, & vltra Marochium castra mouerant, & finitimos agros vastabant, multisque iniurijs Mauros Regi Emmanueli subditos opprimebant. A taidius qui eos explorarent, continuò misit. Exploratores, illos ad radices montium, qui Clari nominantur, castra posuisse referunt. Decimo igitur nono die Maij anni eiusdem. M. D. XVI. A taidius cum equitibus quadringentis & triginta, & paucis peditibus ex vrbe profectus est, ita tamen, vt quò intenderet, nemo suspicari posset. Cùm verò circiter triginta passuum millia progressus esset, ad Dabidenses Mauros peruenit: tunc Garabienfes etiam Mauri copias suas adduxerunt. Mauri, qui cum A taidio in eò profecti sunt, ad quatuor equitum millia fuere. Inde in terram, quam Alguz appellant, peruenit. Est autem ea tellus plana, & summa fertilitate prædita, & Marochienfi agro finitima, quam flumen, quod Alguz appellant, alluit. Ibi Arabum mulieres & imbellem turbam reliquit, primisque tenebris profectus, eò peruenit, vbi Rahu Benxamutius, qui erat vir fortissimus, magnumque in Ducibus nomen apud Arabas obtinebat, castra fixerat. Ibi que cùm ex improviso hostes adoriturus, nemo fuit, qui resisteret. Cædes ingens edita fuit: solus Benxamutius cum paucis euasit. A taidius cum maxima præda regredi cœpit. Primum agmen Lupus Barriga ducebat: Aluarus A taidius Regium signum præferabat: ipse subsidij aciem postremam firmabat. Cùm verò Marochio quatuor passuum millibus abesset, aliquot horis in loco satis amœno (æstus enim erat ardentissimus) cum exercitu conuicuit. Ibi Rahu Benxamutius cum septuaginta equitibus primùm, deinde cum multis alijs, qui ad opem illius conuenerant, castris obsequitavit.

A taidij exercitus.

Alguz terra.

Lusitanorū victoria.

tauit. Tum Arabas cum Lusitanis foederatos nominatim compellans, admonuit, vt occasionem tam præclaram nē prætermitterent. Si Christianos istos, inquit, occiditis, Mahumeti rem gratam facietis, gentem vestram tyrannide liberabitis, religionem à vobis violatam Lusitanorum sanguine expiabit, & nomen virtutis egregium propter tam præclarum facinus obtinebitis. Agite fratres, agite commilitones, eras Safinium recuperabimus: perendie Azamorem captemus: Lusitanorum memoria ex Mauritania finibus exterminata, vestrum nomen ab obliuione vindicabit. Cùm hæc maximis vocibus diceret, nostri eo ordine, quo instructi fuerant, progrediebantur. Foederati nullum ei responsum dabant, imò cum præda ad primum agmen se conferebant, vt à periculo longius abessent, Vxor quædam illius, Hota nomine, singulari specie & pulchritudine fœmina, quam is perditè amabat, capta ferebatur, quæ illum nominatim inclamauit. Is continuò substitit. Illa à Ducibus facultatem postulauit cum viro colloquendi. Cùm id impetraret, Rahe, inquit, Benxamutie, quoties mihi dixisti, te, nē me captiuam duci conspiceres, maximum vitæ discrimen aditurum? Captiuam modò duci vides, & id tamen pateris? Vbi nunc est amor pristinus? Vbi data fides? Vbi virtus eximia, quam tibi frequenter arrogabas? Is ad hæc, Dies, inquit, longa est: victoria in numinis diuini beneficio, virtus in brachij mei robore consistit. Illa verò puluerem manu in altum proiecit: tum addidit, Verborum tuorum fidem aura dispellit. Abi igitur, & alia vxore, quam mihi longè, vt video, præponis, vt lubet fructe. Ego interim vel de tua perfidia, vel de timiditate, quorum vtrumuis turpius viro sit, non facile dixerim, perpetuam querimoniam habebō. Is sibi continuò calceum detraxit, cumque in illam coniecit. Hoc autem signo, vt in more gentis positum erat, se fidem, quam dederat, minimè violatum, confirmauit. Deinde ad equites suos conuersus,

Rabi Benxamutij ad Lusitanorū foederatos oratio.

Hota Mauritiana cum Raho Benxamutio colloquium.

Rabi Benxamutij ad equites suos oratio.

multa cum lachrymis & luctu disseruit, vt eos ad misericordiam alliceret. Si, inquit, vos amor vnquam afflixit, si decus ad contemptum mortis incitauit, si vitam meam caram habuistis, opem vulneri, quod mihi amor inflixit, afferte: periculum à me dedecoris eximij propulsate: vitam meam ab imminente fato defendite. Hanc enim mulierem si captiuam duci videro, diu vitam cum tanto dolore atque turpitudine retinere non potero. Cogitate præterea, quantis Mahumetem prophetam sanctissimum meritis obligabitis si pro lege illius prælium inieritis. Hæc cum diceret, eos ad certamen acriter incitauit, & ipse in agmen postremum inuectus, prælium atrocissimum iniuit, ita, vt nostri illius impetum ægrè sustinerent. Alfonso Norogna tunc in postremis hostem magna virtute repellere contendebat. Huic Ataidius subueniens: Noli inquit ridens, Mauros meos, quos multis laboribus alui, in ternecione delere. Par enim est, vt aliquot in scemen relinquamus. Abi igitur in primum agmen, ego postremam aciem tuebor. Gener inuitus atque recusans, imperio tamen coactus, in agmen primum discessit. Ataidius equum alium (is enim, quo vehabatur, erat nimia lassitudine confectus) ascendit: tum sic hostes sustinebat, vt ordinem minimè perturbari permitteret: ita deinde agmen cogebat, vt interdum esset opus, acie conuersa in hostes impetum dare. Hoc cum non semel fieret, Rahu guttur illius nudatum conspicit: lorica namq; ea parte dissoluta fuerat. Itaque pilo maxima vi coniecto guttur illius transfixit: & ita vir egregie fortis, qui tam multas clades hostibus intulerat, vno ictu concidit, ruinaq; sua nostrorum acie perturbauit. Incidit enim continuò tumultus, quo non sri miserandum in modum periére. Quidam enim Alfonso Norognam, quidam Alfonso Ataidium ducem deposcebant. Tantaque partis vtriusque contentione certatum fuit, vt quasi in tranquillo statu Reipubli. cum ciues ambitione præcipites, feditio-

rent;

rent: vsq; adeò, vt parùm abesset, quin hostib. relicto, ipsi inter se funestissimum prælium cum insigni furore & amentia committerent. Hanc perturbationem Mauri foederati cum cernerent, cum hostibus se, vt Rahu admonuerat, coniunxerunt, vt tantæ prædæ participes fierent. Sic autem Lusitani ferme omnes & infesto furore, & sociorū scelere, aut cæsi, aut capti sunt: inter quos Alfonso Norogna extitit, qui cum alijs viris nobilibus occisus fuit. Hac victoria elati Mauri, plurimum rebus suis confidere coeperunt: & quidam ab Emmanuele descuerunt, alij verò suspensis animis, quid casus deinde ferret, expectabant. Nec enim credebant, viri tam fortis interitu, alium inueniri facile posse, qui rem Lusitanam ea virtute defenderet. Rahu cum insigni victoria & decore, & maxima præda, & quod illerebus omnibus anteferebat, cum vxore charissima, discessit, ita vt eum omnes admirarentur, & virtutem illius in cælum laudibus efferrent. Vxor tamen illi amoris gratiam exemplo memorabili retulit. Nam post hanc victoriam, cum Xerifus cum Fesse Rege prælium commisisset, Rahu ab hoste, quem fugientem persequeretur, occisus fuit. Hostis enim conuersus, equo concitato, Rahum hasta transfixit. Hota viri funus cum multis lachrymis & eiulatu procurauit, & corpus illius in sepulchrum magnis sumptibus extructum intulit. Deinde nouem se diebus à cibo & potu continuit: & sic tandem spiritum edidit: & suis mandatum dedit, vt se cum viro sepelirent. Indignum namque statuit, à viro, quem vnice amarat, & à quo ardentè amata fuerat, aut morte, aut sepultura diuelli. Emmanuel cum ei de morte Ataidij, & de exercitus clade fuisset allatum, Nonium Mascaregnam virum impigrum illi successorem designauit. Eo tempore, quo illa clades accepta fuit, Iehabentafusus in Lusitania versabatur, negotijs implicitus. Qui vbi casum mirabilem rescieuit, non mediocrem ex eo dolorem accepit. Id autè illum præcipue angebat, quod metuebat, ne rex Emmanuel

Pp 4

Maurorum

Prælium
cristissimum.Ataidij
ca-Tumulus
Lusitanorū
ex calamitas
ex eo
grauissimaAlf. Norog-
ne cades.
Maurorum
victoria.Amor & fe-
des coniu-
galis exi-
mia.
Rahimors.Nonius Ma-
scaregnas
Ataidio sus-
scitus.

*Iehabenta-
fusi ad Em-
manuelm
Regem ora-
tio.*

Maurorum scelere offensus, reliquis deinde nullam fidem habendam censeret: quo facto cernebat, maximam rei bene gerendae facultatem funditus interituram. Hoc cum metueret, Regem obtestatur, ne propter aliquorum perfidiam, de reliquis spem prorsus abijciat. Nullam esse gentem, ex qua non sapienterò homines confecerati atque proditores existant. Quod si, inquit, improborum scelus aliorum hominum fidem suspectam fecerit, quo se conferent Reges? Cuius tandem operibus uti potuerunt? Quam rem hominum auxilio destituti, ex animi sententia gerent? Qui enim nemini fidem habet, nemini negotium vllum committet. Abdat se igitur in sylvas, & regni procuracionem omninò deferat, opus est, qui vniuersos homines, propter nonnullorum perfidiam, auaritiæ & prodicionis in simulat. Ut igitur nihil esse potest nimia crudelitate dementius: ita nihil excogitare possum diffidentia miserabilius. Fateor equitem scelus immane eorum fuisse, qui socios prodiderunt, & auaritia obræcati, eis, quibus auxilium afferbant, crudelissimam necem attulerunt. Verùm non omnes sceleris eiusdem participes extitère. Duces enim constat innoxios fuisse, qui, quantum in illis fuit, suos à scelere infando cohibuerunt. Multi præterea, quanta fide amicitiam Lusitanorum coluissent, in morte, qua nullum certius argumentum esse potest, aperte demonstrarunt. Nam cum Lusitanis ab hostibus occisi sunt: & ij, qui se scelere contaminarunt, nunquam id fecissent, nisi propter Lusitanorù in deligendo duce amentem & pestiferam dissensionem, meritò rem perditam esse prospexissent. Itaque cum salutis desperatio ex vna parte eorum animos occupasset, & ex altera spes ingentis utilitatis ostensa fuisset, superauit speciei utilitatis honestatis splendorem, ita, ut mallent cum lucro viuere, quàm cum fide mortem oppetere. Non purgo scelus, imò censeo, ut iure regio vtaris, & de sceleratis debitum supplicium sumas. Vtrunq; enim regium manus est, & virtutis

tutis merita debitis ornamentis afficere, & seuerè in admissum scelus animaduertere. Sed hoc demonstrare volo, non omnes in scelere fuisse, & intèpestiuam sedicionem improbis causam aperte sceleris attulisse. Quare spes est, si proborum opera uti volueris, et quod est nonnullorum temeritate contractū, seueriora disciplina correxeris, fore, ut quod est damni factū, cum ingenti lucro resarcias. Fides mea multis in rebus satis perspecta & cognita fuit. Ut enim tuæ dignitati seruire, meis infensus & inimicus extiti, & pro tua amplitudine nullum vitæ periculum recusavi. Quare si officia mea tibi grata sunt, te suppliciter oro, ut mihi, cui antequam meā in te fidē rebus exploratam habuisses, multa credidisti, nunc postquam meis laboribus atque periculis, quanta religione fidem colerem, documentum dedi, multò maiora committas. Confido enim futurum, ut opera mea multò plures Mauri ad nomen tuum adiungantur, quàm fuerunt illi, quos metus simul atque cupiditas ad breue tempus à tui nominis studio disiunxit. Hęc cū sæpè, & ardētī studio dixisset, Emmanueli persuasit, ut vellet illius opera Maurorū voluntates, metu perculsas, ad spem rursus Regiæ benignitatis excitare. Itaque cum Petro Mascaregna, qui tunc Safinium proficiscebatur, Iehabenta fufum etiā misit: qui in exitu mensis Iulij Safinium naues cum presidio militum, cum armis & munitionibus appulerunt. Iehabenta fufus literis continuo fœderatorum ducibus aduentum suum significauit. Hi maximis lætitiæ signis, quàm gratus esset omnibus illius aduentus, passim demonstrabant. Erat enim ille egregiè fortis, & bellandi peritissimus, ita, ut omnes, qui sub illo militabant, quasi ad exploratam victoriam ducti fuissent, valdè confidenter in hostes impetum facerent. Multi ex Mauris fœderatis, accepta prius fide (timebant enim, ne propter A taidij cædem, aliorum scelus sibi fraudi esset) in urbem venerunt: quos omnes Nonius Mascaregnas scelere liberauit. Hi multis promissis fuerunt in studium Regis Emmanuelis multò

acrius incitati. De supplicio eorum, qui scelus immane susceperant, dubitatum in consilio fuit. Erat enim ingens multitudo, de omnibus supplicium sumere, erat difficillimum. In paucos commune omnium scelus vindicare, iniquum videbatur. Præterea timor erat, ne, si tunc aliquid acerbius in animaduertendo fieret, tumultus orirentur, & multorum animi à nomine regis alienarentur. Quare visum fuit, supplicium in aliud tempus magis commodum reseruari, & omnes sceleri affines interim dissimulantur notari, ut aliquo prætextu paulatim absumerentur. Hoc anno Regina Maria filium peperit, cui fuit Antonij nomen impostum. Sed puer mortem statim obiit, & Regina ex partu grauius & periculose laborauit. Sub idem tempus vna naus ex his, quas Carauelas vocant, quæ à Lusitania ex Algarbij regno Arzilâ veniebat, fuit, antequam in Arzilâ portum intraret, à piratis Mauris capta. Lusitana classis, quæ in portum subducta fuerat, propterea quod astus decesserat, illi opem afferre non potuit. Franciscus Soueralis, vir fortissimus, qui ea vehebatur, antè quàm in prælio multis vulneribus confectus occumberet, res memorabiles effectit octo & viginti viri atque mulieres capti sunt. Non multis post diebus Gundissaluuus Vascius itinerum ductor, vir animi maximi, qui cum fuisset Maurus natione, & religione Mahumeta nus, impiâ superstitione execratus, ad Christi se nomen & fidem adiuerat, in Tingitanam urbem se contulit, ut opera summi cuiusdam Chirurghi crus, quod illi in bello contractum fuerat, sanari posset. Vix sanitatem recuperarat, cum nauem conscendit, ut Arzilam, in qua vrbe domicilium habebat (desiderio enim magna videndi vxorè & filios tenebatur) repeteret. Magister enim nauis dabat fidem, fore, ut intra tres horas nauè saluam in Arzilensium portum constitueret. Sed cum ventus deficeret, duæ longæ Maurorum naues in insidijs collocatæ, in illâ inuehuntur. Is quamuis esset vir in armis acerrimus, non tamen arma tunc, neque præsidium ullum, qui-

*Antonij
Emmanue
li nascitur.*

*Carauela
Lusitana
capitur à
Mauris.*

*Gundissal-
ui Vascij ca-
pitiuitas &
illustre
martyrium*

bus hostes repelleret, habebat: & cum sibi moriendum esse necessario cerneret, si in manus hostium perueniret in scapham desiluit, ut remis periculum declinaret. Captus tamen cum paruulo filio fuit. In nauem similiter (nemo enim erat ea, qui resistere posset) hostes ingressi, viros & mulieres, qui ea vehebantur, Tetuam abduxerunt. Mulieres vim & libidinem à corporibus suis lachrymis & ingentis pecuniæ promissis cohibuerunt. Pretio autem persoluto, omnes cum viris, qui simul capti fuerant, in libertatem restituti sunt. Solus Gundissaluuus Vascius, quamuis ingentem pecuniam pro redemptione illius multi viri nobiles offerrent, & Mauri essent auarissimi, non potuit in libertatem vindicari. Erant enim hostes in illum, propter desertam Mahumetis nefariam & impiam superstitionem, vehementer infensi. Itaque cruciatus in illum diros excogitant, & primum filium in illius conspectu dilacerant, quem ipse ut supplicium libenter pro Christi gloria subiret, verbis exhortatur. Illius deinde manus atque pedes duobus asseribus fibula coniunctis, atque disclusis alligant, & illum verberibus concidunt, & ungulas euellunt, atque ut diutius torqueretur, ita corpus paulatim carpunt, ut non celeri morte doloribus acerbissimis finis imponeretur. Is interim omnem à corpore dolorem nomine Christi sæpius inuocato depellebat, & illi gratias agebat, quod se tanto beneficio cumularet. Neque enim sibi clarius in hac vita munus concedi potuisse dicebat, quàm ut pro illius nomine, qui tantos in Cruce pro generis humani salute cruciatus pertulisset, vitam cum insigni cruciatu profunderet. Neque solum supplicij oblectari videbatur, verum & supplicibus verbis flagitiorum veniam postulabat. Hostes fidei constantia perturbati, multo grauiora animis supplicia perferebant. Non poterant enim pati, omnes suos conatus, quos ad illius virtutem frangendam & debilitandam comparauerant, ad nihilum recidisse. Itaque flagrabant furore & amentia: & quod ille constantius in fide permanebat, & fortius cruciatus continebat, eò illi magis ani-

animis efferebantur, & vehementius illum nouis cruciatibus oppugnabant. Cùm verò Christum in supplicijs laudari, & Mahumetis nomen lacerari perspiceret, linguam illius præciderunt: qui tamen ipso spiritu, qui è vultu & ex oculis eminebat, eorum immanitatem & impietatem refutabat, & clariorem triumphum tacitus ex eorum crudelitate victor agebat, quàm verbis dicere potuisset. Mente enim tunc cum Deo clarius euulsa lingua loquebatur, & magnificentius Christi numini vota persoluebat, quàm si summis humanæ eloquentiæ viribus hostes exterreret. Biduo hæc cruciamenta inuisito animo pertulit, & sic tandem in castrum è corporis vinculis expeditus immigrauit. Is fratrem habebat, qui similiter sese ad Christi nomen applicuerat, & post aliquot annos ab hostibus captus, in acerbissimo cruciatu, pro Christi religione fortissimè tolerato, clarissimam mortem oppetiuit: & ita fratris vestigijs insistent, idem virtutis præmium in cælo consequutus est. Dum hæc in Lusitania & Africa geruntur, Fernandus Gomecius Lemius, quem Alfonso Albuquerqueius ad Ismaëlem Persarum Imperatorem legauerat, cum suo comitatu quadraginta camelis, quæ regi ad eam rem præparauerant, inuectus, quacunque iter faciebat, erat à principibus, qui Ismaëli parebant, hospitaliter acceptus. Eum autem deducebat quidam Ismaëlis dux, Habraimus Bea nomine, qui cùm Carmasam perueniret (ea fuerat olim ciuitas valdè frequens & opulenta, & propter rebellionem, Ismaëli iussu vastata, in cuius tamen arce militum præsidia collocata erant) Ismaël eum prohibuit, ne ulterius ipsius iniussu progrediretur. Interim Ismaël equos, qui in alia ciuitate alebantur, ad se perducere imperauit. Postridiè nostri Ismaëlis permissu Carmam peruenire, quæ ciuitas est muris, & vallo, atque fossâ munita. Inde in templum magnis sumptibus ædificatum, prope fluuium latissimum, qui tellurem varijs aquarum deriuationibus valdè fertilem & amœnam reddit, deducti sunt. Quacunque autem iter faciebant, e-

rant

tantâ ducibus honorificè accepti, & omnibus rebus ad victum necessarijs largè atque munificè donati. Cùm verò Caixamum peruenissent, quæ ciuitas est inuenibus egregiè munita, multisq; rebus opulenta, Mirabuca, qui tunc Ismaëlis exercitum imperio continebat (Is autem Goæ Albuquerqueium Ismaëlis nomine salutauerat) cum legatis regis Daquemenfis, atque Zaimi Idalcami, qui apud Ismaelem versabantur, & cum magno equitum & peditum comitatu illis obuiam prodijt. Ibi decem dies commorati sunt. Inde corporibus iam ab labore refectis profecti, decem iulis itineribus ad Ismaëlis castra (in campo namq; versabatur) tandem perducti sunt. Antè tamen, quam in castra peruenirent, Regiæ præfectus, cuius status erat amplissimus, & opes immanes, eis obuius factus est, & tantisper illos sermone periucundo & humano detinuit, dum illorum sarcinæ, quæ à camelis ferebantur, accederent. Tunc eorum tabernacula prope sua figi præcepit, illisque conuiuium instrui imperauit. Vix in sellis confederant, cùm eis Ismael munera satis largè in conuiuium misit. Cùm ad eum locum peruenire, supra mille, vt arbitrabantur, milliaria cõfecerant. Regii verò castra locata erant in campi planicie, montibus excelis & editis multa niue coopertis inclusa. Numerus tabernaculorum quinque & triginta millium fuisse dicebatur: Equites supra centum millia: magnus etiam mulierum numerus, & famulorū innumerabilis turba illis castris continebatur. Postridiè Ismael venatum profectus, octo millia equitum duxit: modico tamen omnes interuallo ab eo distabant. Illi tantum, qui eum conuenire volebant, propius accedebant: explicatoque negotio, cuius causa venerant abscedebant continuo, & in ordinem reducebantur. Præfectus Regiæ dimissus est, vt legatos lautè acciperet. Is, vt ornatiùs esset conuiuium, aliorum etiam regum legatos inuitauit. Multis dapibus, & maxima vini copia, & cantibus, & symphonia celebratum conuiuium fuit: omnesque tandem, qui fuerant inuitati, vestibus

Cundissimij frater martyr.

RES IN DIC AE. Lusitanici ad Ismaëli legati hospicio.

Carmasam ciuitas.

Carmasam ciuitas.

Caixam.

Ismaëlis Sophi castra.

Conuiuium Præfecti Regiæ Persicæ.

vestibus bombycinis auro intertextis donati sunt. Quod
 uiniuium fuit à diei principio ad vesperū perductū. Is
 mael interim à venatiōe reuersus, præter tabernaculū
 vbi conuiuū celebratur, trāsiiuit. omnes egressi sunt
 vt eum salutarent. Is Lusitanū legatū alijs vestib. atq;
 muneribus ornauit. Nō multis post dieb. legatus in
 tromissus est, vt legationē exponeret. Ismael illū in
 bernaculo pulcherrimè factō, quod auri miro fulgore
 splendebat, & in loco sublimi aureis vestib. instruat.
 Regibus & principib. qui illi parebant, stipatus ex
 stauit. Literas hilari fronte accepit: legatum cū soci
 sedere iussit: tum de valetudine Pontificis Maximi
 statu & amplitudine multa quæsiuit. Deinde de Re
 gis Emmanuelis morib. ætate, consuetudine, de illius
 imperio, de filiorū numero percontatus est. Postremo
 de Alfonso Albuquerqueij morib. atq; virtute, de armone
 studio, de pacis institutis nō pauca etiā cū singulari si
 gnificatione humanitatis interrogauit. Munera de
 de, quæ legatus illi Albuquerqueij nomine deferēbat, ac
 cepit, & quā grata illi essēt, multis signis ostēdit. Post
 quam verò iucundo sermone tēpus aliquod cū legat
 comiter insumpsit, mensam inferni, & dapes appon
 iussit: aliā verò mensam cōquistissimis epulis extru
 ctā propē suā legatis & principib. qui aderant, simili
 ter apparari præcepit. Celebratur omnīū sermone con
 uiuiū: Mahumetis interim vinū vctātis iussa contem
 nuntur: aquā vino admisceri summū nefas existima
 tur: maiorib. inuicē poculis inuitantur. Dux qui dapes
 instat, & vrget, & per Ismaelis vitā conuiuas obtesta
 tur, vt totū vinū hauriant. Ismael maximū poculū
 no plenū ostentabat, & nū satis oppletū esset, interm
 gabat: deinde totū, quasi præclarū facinus ederet, edi
 bebat. Tū se iactabat, qd ille solus tantū vini haussisset,
 quantū illi omnes, qui aderant, bibere minimè potu
 sent. De mensa dapes & vinū, si quid esset qd sua uis
 deretur, legatis mittebat. Multis interim iocis inter
 ludēbant, & omni ratione dabant operā, vt animos
 omni cura ad hilaritatē traducerēt. Nullis ceremoni
 nulli

Lusitani le
 gati cū Sa
 pbo collo
 quium.

Epulū ab
 Ismaele So
 pbo legatis
 prebitum.

nullis mysterijs erat locus relictus. Conuiuium cū
 duabus ante meridiem horis institutum fuisset, sub oc
 casum solis finitum fuit. Legati alijs vestibus atq; mu
 neribus ornati, & in tabernacula dimissi sunt. Castra
 interim frequenter mouebantur, sed idem semper cul
 tus, & institutum vitæ permanebat. Legatis tandem
 responderi placuit. Summa legationis tria capita con
 tinebat. Primum erat, Regem Emmanuelem cupere
 cum illo societatem coire, ita, vt eosdem amicos & ini
 micos haberent. Et quia nouerat, illi cum Turcarum
 Imperatore, & cum Sultano Aegypti bellum esse, se
 ad idem bellum opem, quā maximam posset, allatu
 rum. Alterum caput erat, vt Ismael ad amicitiaē fo
 dus confirmandum, legatos in Lusitaniam ad Emma
 nuelem mitteret. Albuquerqueium enim operam datu
 rum, vt ij commodissimè Armuzio in Lusitaniam na
 uigarent. Postremū erat, quo Albuquerqueius ab Ismae
 le postulabat, vt Persas, qui Zabaimo Idalcamo in bel
 lo contra Lusitanos operam nauabant, reuocaret: &
 deinceps eis, bellis, quæ contra Lusitanos moueren
 tur, interdiceret. Respondum est ad primum caput, ver
 ba cum factis minimè consentire. Si Rex Emmanuel
 amicitiam illius expetebat, cur Armuzium, quæ ciui
 tas Ismaelis imperio tenebatur, & illi tributum ex sce
 dere pendebat, Lusitanorum armis occupari, & præsi
 dijs suis teneri permittebat: Quod verò ad legatos ad
 tinebat, viam esse longinquam & periculosam, mul
 ti que difficultatibus impeditam. Sed se anno sequen
 ti bellum Turcis allaturum, & famam belli, quam
 operabat in Lusitaniam peruasuram, vice legatorum
 futuram. Bello verò contra Selymum profligato, tum
 demum signa in Arabiam se inferre constituisse: ad
 quod bellum nullius se Regis ope indigere. Si vellet
 Albuquerqueius amici officio fungi, auxilium quod in
 Arabicum bellum offerebat, in bellum, quod con
 tra Catifam & Baharem, ciuitates in intimis sinu
 Persico sitas, quæ ab illo defecerant, moliri statuebat,
 referuaret: Tunc enim opus sibi Albuquerqueij auxilio
 propter

Legationē
 Lusitanice
 capita.

Ismaelis So
 pbi ad lega
 tionem re
 sponsum.

propter Armuzij viciniam, fore. De militibus vero qui sub Zabaimo militabant, sibi liberum non esse. Primum enim, milites, qui passim extra imperij sui fines vagabantur, esse legibus solutos, imperioq; illius attingi non posse. Deinde sibi cum Zabaimo Idalca, mo amicitia; foedus esse, quod sine scelere nefario violari non posset. Se tamen ad illum literas daturū, quibus hortaretur, vt Lusitanos bello minimè lacefferet. Postremò se ducibus suis, qui mare Persicum nauigabant, præcepisse, vt Albuquerqueum vnicè colerent, illiusq; voluntatem nunquam offenderent, sed omnipotius amicitia; constantis officia illa præstarent. Reliqua verò se literis & sermone, quem cum legato habiturus erat, vberius explicaturum. Hæc quidem respondit, paucis autem post diebus castra mouit, & montes, qui in ambitum duodecim passuum millibatebant, exercitu circumducto cinxit. Deinde cum paulatim vndique bestia; pellerentur, in campi planitie quam montes omni ex parte claudebant, compulsi sunt. Tum legatus cum socijs, & paucos præterea viros primarios accersit, deinde sagittis maximum eorum numerum confixit. Postremò aduncum gladium distinxit, quo multas in duas partes vno ictu diffecit, & quandam secundum longitudinem vno tantum vulnere discidit: erat enim summis viribus, & singulari in armis dexteritate præditus. Tandem cædente labore defatigatus, reliquis, vt bestiarum stragem cernerent, permisit. Interim verò cum legato sermone mandatum, & quo studio nemora & sylvas peragraret, interrogabat. Deinde quatuor millia passuum progressus, piscationi operam dedit: & ipse manibus suis retia iaciebat, & nostris pisces humanissimè porrigebat, omnique ratione pugnabat, vt eos omnibus facilitatis signis ad sui studium alliceret: quod quidem non tam simulatione aliqua fraudulenter elaboratum, sed natura illius penitus insitum. Erat enim natura demens, & à curis tristissimis alienus, & in omni genere

*Ismaelis So
phruenatio*

*Piscatio Is
maelis So
phi.*

sermonis vrbanius atq; iucundus. Inde motis castris, in loca amoenissima, hortis atq; pomarijs ordine singulari cõsita peruenit. Cupiebat enim, vt nostri regionis amœnitatè oculis aspicerent, vt omnia laudibus in Lusitania celebrarent. Deinde cum legatus instaret, vt se missum faceret, ab illo petiuit, vt Taurisium cõcederet, & ibi eum opperiretur. Se nanq; velle legatū ad Albuquercium cum illo mittere. Lusitanos pecunia & muneribus varijs affectit, eosq; duci cuidam, comisit, vt in vrbem illā deduceret. Decem autem itineribus. Taurisium peruenere. Ciuitas est ædiū magnificentia, & ciuium frequentia, & diuitiarum abundantia, & telluris fertilitate, & amœnitatè illustis & clara. Eam multi Christiani Armenij incolebāt, qui Lusitanos Christiani nominis coniunctione frequenter inuisebant, multisq; notis egregia; cuiusdam voluntatis instam in eos caritatem demonstrabant. Ciuitatis autem rectores & Principes nullum in eos officium prætermittabant. Post 20. dies (legatus enim, quem Ismael mittere decreuerat, in grauissimū morbum incidere) iussi sunt inde discedere, & regionem natura fertilem, & cultura nitidam peragrarè, donec tandem Caixam ciuitatè opulentissimam peruenirent. Inde Zirazium 15. itineribus, deduciti sunt. Hyems erat, & viæ niuib. opplætæ iter impediebāt, ita vt esset necesse, à multis viā, qua nostri progrediebantur, aperiri. Ex ea ciuitate Dux cum magna equitum multitudine, vt reliqui duces atq; præfecti in omnibus vrbibus, in quas legatus intenderat, facere solebant, obuiam illi prodijt. Fuere ibi similiter benignè & satis hospitaliter accepti. Urbis princeps interuenit, cuius aduentu festi dies agitati sunt, & nostri multo lautius & magnificentius epulati. Legatus, quem Ismael ad Albuquerqueium cum literis ad Emman. Regem destinauerat, eò tandem cum muneribus varijs aduenit. Inter alia munera, quinq; pulcherrimos equos ephippijs aureis & argenteis, cum emblematis admirabili fulgore colluculentibus, & vestibus bobyicinis instratos ad Emman. mittebat: & aurcam galcā, & multa aurca & ar-

*Taurisij Ci
uit. descriptio.*

*Caixa Ci
uit.
Zirazium
Ciuit.*

*Ismaelis
ad Albu
quercium
Legatus et
munera,*

Lara ciuit. gentea vasa singulari opere perfecta. Indè Larè profecti sunt: è Lara Armuziù tandè traijciunt eo tēpore, quo iam Alfonsus Albuquerque obierat, & Lup⁹ Suanus Indiã regebat. Literæ, quas Emman. Ismaelis legatus ferebat, erāt in hanc sententiã scriptæ. Regi magno, sublimi corona prædito, maximo Principū Christianorū decori & ornamento, magnanimo, felicissimo Portugaliz firmamēto Salutem. Facinora tua sūt cū rosis odoris suauissimi iucūditate conferēda. Has literas scribo, vt ex illis intelligas, me tibi felicitatem cū dignitatis amplificatiōe nō minus, q̄ si frater me⁹ esses, optare. Velim scias, domesticū quendam meū in Indiã iuisse, vbi tu⁹ magnus, & laudat⁹, & à te summo consilio ad tantū munus obeundū delect⁹ Imper. verfabatur. Is famulum illum nostrū, & illius comites benignè cōplexus, omniaq; illius officia in eos constitēre: qđ ego nō mediocre amoris argumentū iudicauī. Id me mouit, vt virū è meis domesticis & familiarib. Soleimanum nomine, ad illū legarem, vt in stirutā amicitiam fortius cōfirmaret. Cupio igitur, vt mūtuis literis & officijs hoc amoris vinculo arcti⁹ illigemur. Deus Omnipotēs regiū tuæ personæ decus, & amplitudinē, & Imperiū, atq; familiã sempiterno præsidio tuea tur. Albuquerquei verò literis ad illū datis, Imperatorū columen, maris Leonem fortissimū, maximæ virtutis virū, & alijs eiusmodi titulis illustrabat. Addebat deindè: Vt cū sol exoritur, illius splendor est oculis iucundus, & vt odorū fragrantia nares suauiate perfundit: sic res à te gestæ me singulari voluptate permulcent. Hoc eloquentiæ genere epistolam contentabat, voluntatemq; in illius studiū vehementer incitatam esse declarabat. Postremò ab illo petebat, vt aliquot artifices sibi mitteret, qui tormenta conflare, & expolire possent. Similiter & Mirabucaca literis ad Albuquerqueium datis, laudes illius exaggerabat, & animum suum illius amore vehementer incensum esse testificabatur.

Ismaelis literarum ad Albuquerqueium argumentū



HIERONYMI
OSORII SILVENSIS

ALGARBIORVM IN LV-

SITANIA EPL

SCOPI,

DE REBVS EMMA-

NVELIS, LVSITANORVM

REGIS INVICTISSIMI,

virtute & auspicio gestis,

LIBER VNDECIMVS.



VM hæc gerebantur, Sul-
tanus magnam classem *Sultani Aegyptij ad-*
comparauerat, vt rursus *uenerat Lusitanos in*
Lusitanos, si posset, Indiã *india bellū*
possessione pelleret. Ad id
autē fuerat ab omnib. fer-
mè Regib. Indię literis sti-
mulat⁹, q̄ omnes opes suas
illi ad id bellum præstò fu-
turas afferebant. Is & spe,
quam illi Indiæ Principes afferebāt, & dolore, quo il-
lum vectigalium iactura conficiebat, inductus (opes enim magnas Lusitanorum armis amiserat) clas-
sem viginti septem nauium instruxit. In hac classe septingenti Mameluci, in quibus totum mil-
litiæ robur consistebat, & trecenti Turcæ, & mille
Sarace.

HIERO.

Qq 2

Saraceni Tunetenses atq; Granatenses inerat. Maximas præterea copias Indi Reges ei minimè defuturas ostenderant. Tormentorum & munitionum erat ingens numerus. Huic classi Soleimanum, natione Turcam, rerum maritimarum peritissimum, qui longo tempore sub Turcarum Imper. stipendia fecerat, & ab eo ad Sultatum transfugerat, præfecit. Is ex Heroùm ciuitate solutis anchoris in insulam Camaram contendit: in cursu tamen triremem vnã amissit. Mirhocemum verò, qui post amissam ad Diem classem, duas naues, & vnã rostratam suis sumptibus ædificarat, sibi socium adiunxit. In ea insula arcem instituunt, quam Sultanus Mirhocemo committi præceperat. In arcis structura circiter annum consumunt. Indè, vt Adenam oppugnent, discedunt. Rex enim illius vrbs Mirhocemi iniurijs offensus, nè comæatus vllus in insulam importaretur, proposita capitali pœna venterat. Adenam verò Soleimanus & Mirhocemus diu atque vehementer oppugnârunt, & mûri etiam partem tormentis diruerunt: sed tanta vi fuerunt à ciuibus repulsi, vt cogentur re infecta in insulam redire. Indè Iudam, vt melius rei frumentariæ prouiderent, petière. Ibi hostili disensione inter vtrunque ducem concitata, Mirhocemus Soleimani insidijs oppressus interijt. Emmanuel de classis huius apparatus certior p literas sibi Rhodo missas factus fuerat. Itaq; Lupo Suario præceperat, vt non expectaret, dum ea in Indiam nauigaret, & se cum classe Regum coniungeret, sed ipse in Arabicum sinum delatus, eam euertit. Suarius, vt imperata conficeret, diligentiam adhibuit. Itaque tres & quadraginta naues celeriter instruxit. Cum hac classe, in quam mille & ducenti milites Lusitani, & mille Indi conscripti fuerunt, Goa soluit octauo die mensis Februarij, Anno salutis. M.D.XVij, Zacotoram verò aquandi gratia petijt: Indè Adenam, vbi hostes consistere suspicabatur, inuectus est. At illi, vt dictum est, indè discesserant. Suarius naues in portu constituit, & in vrbem globos conijcit.

Tres

Tres ciuitatis Principes Mirhamiriã iussu, qui adhuc vrbs imperium tenebat, ad illum supplices cum clauibus accedunt, & petunt, vt vrbem Emmanuelis nominæ, cui seruire deinceps summa fide & studio volebant, in deditionem acciperet. Is oblatam ciuitatem repudiãuit. Id enim, vt dicebatur, in mandatis acceperat, nè Adenam oppugnaret, nè ve, si ea ciuitas in deditionem sponte sua veniret, possessionem illius occuparet. Verùm mandata certa non possunt casibus incertis, quos temporum varietas & inconstantia gubernat, accommodari. Quocirca maximo interdum animo opus est, ad consilium cum rerum varietate commutandum. Nam cum animus nimis iram absentis Principis extimescit, multæ occasionis elabuntur, quas amissas postea multi sine fructu lamentantur. Quocirca Epaminondæ factum debitis laudibus ornatur, qui cum tempus Imperij legibus definitum, illi expletum fuisset, Imperium tamen duobus mensib. contra leges, vt hostes bello frangeret, retinuit, cum sciret, esse sibi capitale supplicium à ciuitate constitutum. Itaque maluit vitæ periculum adire, quàm nimia obedientia periculum non omni contentione à patria propulsare. Quod si Suarius fecisset, ab eo Principe, cuius offensionem metuebat, fuisset non mediocribus honoribus propter eam animi magnitudinem affectus. Interim verò, nè, quod ciues offerbant, negligere videretur, dixit sibi esse in animo cum hoste confligere, propterea non posse ibi in faciendâ pace tempus conterere, nè, dum in conditionibus scribendis immoratur, hostes effugiant. Se breui, vt confidebat, rediturum, operamque daturum, vt pax multò tunc commodius firmaretur. Commeatu sibi tantùm, & magistris opus esse. Ciues hoc responso lætitiã incredibiliter elati sunt, eamque voluptatem, quam ex inopinata libertate perceperunt, multis signis indicârunt. Commeatũ verò largè suppeditarunt, & 4. magistris, qui mare illud Arabicum sæpissimè peragrârunt, Suario tradiderunt. Indè pro-

Adenam de-
ditio repu-
diata.Adenam op-
pugnatio.Mirhocemi
caedes.Classis Lu-
sitana.Annus na-
ti Christi
1517.

fectus vna dedit, & Aluarum Castrensem cū Iacobo Pereira præmisit, vt aliquē exciperent, ex quo possent exploratè cognoscere, vbi hostium classis consisteret. Pereira nauem vnā cepit: ex captiuis autem cognouit classē hostium in Iudæ portu constitutam esse. Soleimanum verò in animo habere, rursus Adenam oppugnare, & arcē Camarensem perficere, deindē in Indiam, vt Lusitanos opprimeret, nauigare. Suarius cū ostium sinus Arabici intrare vellet, tempestate subitò coorta iactatus est, parumq; abfuit, quin classis vniuersa deprimeretur. Aluari Castrensis nauis ingenti sarcina grauata (tria nanq; nauigia Castrensis ceperat, & omnem prædam in nauem imposuerat) fluctibus hausta fuit, & omnes, qui in illa vehebantur, interiēre. Tempestate sedata Suarius cursum tenuit, & antè, quàm Iudam pertueniret, duodeuiginti Christiani Veneti (hi erant fabri, qui hostium classē reficiebāt, & cum septem Turcis profugerant) ad eum deducti, narrant Mirhocemum à Soleimano occisum fuisse, propterea quòd eum Mirhocemus veneno tollere parabat. Classē verò in terram subductam ciuitatem immunitam esse, infirmaq; præsidia ad vrbs defensionem constituta. Hoc accepto nuncio Suarius accerserauit. Sed alia tempestas valdè turbulenta illum à cursu transuersum deduxit. Nauis vna cum omnibus, qui in illa erant, fluctibus obruta fuit. Tandem cū classis ad introitum portus appulsa fuisset, nostri vltèrius progredi propter frequētia vada non ausi sunt. Ciuitas est in ora mediæ Arabiæ interioris post sinus aditum sira. Solum est macrum & aridum: ciues non cibarijs tantum, sed aquis etiam aliundè importatis vtuntur. Locus propter religionem frequentari capit. Indè namq; vrbs, quam Mecam nominant, vbi Mahumetis sepulchrum visitur, itinere dici vnus abest. Præterea locus, eò quòd in oræ medio situs sit, est idoneus ad aromata, & reliquas Indiæ merces exponendas, quæ indè camelis in Aegyptum deportari solebant. Portus est propter breuiā, & scopulos admodum

modum frequentes, infestus. Vrbs non erat ita munita, vt obsidionem sustineret. Domos tamen habebat sublatas cœnaculis, & non minimis sumptibus edificatas. Suarius Alfonsum Menesum, & Dionysium Fernandium Melium portus altitudinem explorare iussit. Illi semitam esse perangustam, qua triremes possent intrare, renunciant: sed hoc incommodum habere, quòd propter varios & ancipites flexus, esset necesse latera crebris tormentorum ictibus exponi. Ex vrbe namq; & ex stationibus ad eam rem præparatis dense pilæ iaciebantur. Habito consilio, statutum fuit, antequam tormenta, quæ erant in stationibus in littore constitutis, adactis clauis impedirent, nè hostibus vsui esse possent, non esse cum tanto periculo vrbs oppugnandam. Vt autem id fieri posset, esse commodissimum, naues duas onerarias, & vnā rostratam nauem Mirhocemi, quæ in portu consistebant, incendere, vt dum hostes ab alia cura auersi, ignem restringere conarentur, nostri facilius id, quòd cogitarent, efficerent. Ignis quidem coniectus fuit, & naues incensæ: hostes nihilominus à stationum & tormentorum præsidio minimè deducti sunt. Itaq; nostri, qui in terram desilierant, stationes oppugnare non sunt ausi. Classis interim magnū damnum ab hostibus accipiebat. Suarius igitur in adē classē eduxit, & in Camaram cursum direxit. Sitis enim atq; fames multū nostros vexabat, & non paucos interimebat. Insulā verò habitatoribus vacuam offendit. Oēs enim metu in continentē profugerant. Suarius in Aethiopiā Franciscum Gaā, & Laurentium Cosmiū cum illorū nauibus misit. Qui tamen nullū ex ea regione cōmeatum importarunt, ita, vt ingrauescente fame multi perirent. Ibi Odoardus Galuanus, qui ab Emmanuele fuerat ad Aethiopiæ regem cū honorifica legatione missus, senio atq; morbo confectus, è vita migravit. Suarius arce, quā hostes edificarant, euersa, ex insula discessit, & Zeila Aethiopiæ ciuitatem, prope ipsius sinus aditum in ora

*Lusitanæ
classis ex
tempestate
periculum.*

*Alia tem-
pestas.*

*Iudæ ciui-
tas & por-
tus.*

*Iudæ oppu-
gnatio fru-
strata.*

*Suarius in
Camaram
nauigat.*

*Odoardi
Galuanus
mors.*

*Zeila Aethiopiæ
ciuitas.*

Aethiopiae sita, ciuibus frequens, & commercio locuples erat: ad amplas & editas habebat. Gens eratè varijs nationibus eò confluentibus mixta. Et sic eueniebat, vt pars nigro, pars verò candido colore, multo medio inter nigrum & candidum distincti, in ea versarentur. Eam Suarius, vt inde cibaria pararet, fame coactus petierat. Multitudo classis metu diffugit. Viri militares, vt aditu nostros arcerent, vrbs praesidio relicta sunt. Nostri cum cererent, armis, non precibus, neq; pretio famem sibi depellendam esse, communi consilio urbem debellare constituunt. Ea non erat cincta muris, aut turribus, & stationibus vllis munita. Itaq; in terram desiliunt Primam aciem Gasfia Couignus, & Ioannes Sylueira ducebant. Postrema Suarius cum reliquis Ducibus agebat. Qui primi exierat, instructi reliquis copias expectabant. Sed id cum lentius, quam res postulabat, a Suario fieret, ij qui in terram egressi fuerant, conuictijs exagitati, moram ferre minimè potuerunt. Exprobrabant namque illis hostes ignominiam in vrbe Iuda ab hostibus acceptam. Ibi non minus liberali hospitio eos accipiendos esse dicebant, quam a Soleimano accepti fuerant. Primi Gaspar Syluius, & Arius Syluius, & Antonius Ferreira Fogoza, homines dedecoris insolentes, qui laudis cupiditate mortem contemnebant, in hostes ruunt, reliqui omnes continuo sequuntur. Hostes vndiq; confluant, & conferti impetum egregiè sustinent. Nostros tamen & fames, & conuictium, & accepta ad Iudam macula acriter stimulat. Itaq; impressione facta hostes fundunt, multos cedunt, & reliquos in effusam fugam conijciunt. Vrbs ad hunc modum omni praesidio nudata, nostris praedae relicta fuit. Simon Andradius misit, qui Suario diceret (is adhuc se in classe tenebat) illum iam tutò posse in urbem ingredi. Esse namque propugnatoribus vacuum. Id Suarius durius tulit, quam Andradius opinatus fuerat. Existimauit enim, eò quòd praelio non interfuerat, sibi timiditatem & ignauiam obiectari. Itaq; hominem ob eam causam asperis

Zeila oppugnatio.

Zeila capta & spoliata

asperis verbis accepit. Vrbs direpta fuit, erat autem plena comaeatu: è quo pars tantum non valde magna in naues imposita fuit, & vrbs coniectis vndique flammis absorpta. Hic vnus homo Lusitanus, qui remigio celocis praerant, cui celoci Georgius Quadra praefectus fuerat & à classe Odoardi Lemij dissectus, in vrbs huius littore captus extiterat, vinculis asseruabatur. Tum demum vrbe direpta, in libertatem vindicatus est. Inde Suarius Adenam petijt. Ibi malo coactus intellexit, quod consilio prospicere rectius fuisset, non esse praesens emolumentum spe futuri, quod in aliena fide consistit, omittendum. Suarium enim, qui fiducia benignitatis, quam praese Mirhamiriamus tulerat cibaria Zeilae comburi iussit, eorum necessitate grauissimis se difficultatibus implicatum sensit. Cum enim Mirhamiriamus exploratum habuisset, illum in eocursu nihil memorabile gessisse, & classem imminentam reducere. & magnam exercitus partem absorptam esse, & hominem etiam contemnere ex eo tempore coepisset, quo clauis vrbs repudiata, acceptae libertatis immemor, illum comaeatu iuuare noluit, & aquam malignè & auarè praebuit. Hac inopia compulsus, rursus in Aethiopia transmissit, vt ex vrbe, quae appellant Barbaram, quae Zeila octoginta passuum millibus abest, cibaria pararet, & in illis oris aquare tur. Inde cum hominum, & nauium iactura, & non mediocri dedecore Armuzium petijt. Nec enim Ardenam praesidio Lusitano munivit, neque Sultani classem incendi, neque Iudam expugnauit, neque Matthaeum Regis Aethiopiae legatum in loco Aethiopiae tuto, vt fuerat iussus, exposuit: classem quassatam, & homines, qui tempestatis vim, & hostium crudelitatem, & mortem, quam fames & sitis multis attulerat, euaferunt, multis incommodis vexatos adduxit. Antequam verò Armuzium perueniret. Alexium Meneium, qui classem, quae erat in Lusitaniam profectura, instrueret: & Lupum Villalupiensem celoce in Lusitaniam, vt quod in ea nauigatione parum feliciter ge-

Suaris imprudens factum.

Barbara Ciuitas.

Celocis ex India in Lusitania aduentus.
 stum fuerat, enunciarer, misit. Celocis magister erat Petrus Vascius Vera, nauigandi peritissimus. Huius celocis aduentus maximam in Lusitania admirationem cunctis incussit, cum cernerent adeo paruum nauigium tot maria emensum, eos fluctus & tempestates superasse, quibus maximae naues, omnibusq; rebus instructissimae succumbunt. Suarius Armuzij rebus ordine constitutis, in Indiam nauigauit. Ibi Antonii Saldagnam, qui eo anno Olyssipone cum classe quinque nauium soluerat, offendit. Is, ut cum maiore classe mare Arabicum obseruaret, & regionibus illis acerbellum inferret, & Fernandus item Alcafova, ut uectigalia tractaret, & quaestoribus praesert, missi ab Emanuele fuerant. At ipsius Suarij classis, praeter aliam incommoda, erat etiam dissipata. Quaedam enim naues ad Melindem ventis delatae sunt: quaedam Mozambiquem petierunt: quidam uero nauarchus intra sinum Arabicum, in oppidum Aethiopiae aduectus fuit, ubi ab Hieronymo Oliueria fuit occisus. Oliueria namque se ignominia ab illo fuisse affectum quebatur. Ad eam uero caedem, socium sibi quendam uirum audacem nomine Menendum Alfonso, ascieuerat. At eques quidam fortissimus, nomine Ioannes Rodericus Pelagius, qui in eadem erat nauis, Menendum Alfonso in uindictam illius sceleris confestim occidit. Oliueriam autem, quod esset uir nobilis & gratiosus, uinctum Praetoris iudicio referuauit. Hic extus parum felix fuit classis illius, quae tantam sui expectationem concitaret. Suarius autem cum iam ut scriptum est, pacem cum Coulami regina confecisset, & cuperet, in ea urbe arcem edificare, Hectorē Rodericum, uirum sane fortem, ante, quam in Arabiam nauigaret, Coulamum miserat, illique in mandatis dederat, ut Reginae diceret, sibi opus esse domo munita in qua Lusitani contra Saracenorum iniurias tuti esse possent: ne similem cladem illi, qua Antonius Salla absumptus fuerat, acciperent. Id Regina non grauatē concessit. At Rodericus, quamuis domum se edificare

Suarij classis incommoda.

Arx Coulami sub domus praetoris struitur.

care simularet, arcis fundamenta iaciebat. Saraceni cum id animaduertent, ciues admonerent, ut principio tyfannidi obstitent. Arcem illam eorum ceruicibus de Lusitania imminere, iugumq; principibus imponi, quod si uelent postea à corpore repellere, futurum, ut in ea contentione operam frustra consumerent. Principijs obstitendum, maliq; nascentes radices euellendas. Ad ultam enim pestem exsecari difficillimum. Artes Lusitanas notas esse: per speciem foederis & amicitiae, dominationem quaeri: domus amplioris obtentu arcis excitari: homines nihil hostile suspicantes libertate spoliari, omnibusq; tandem bonis euertere. His sermonibus ciues sollicitabant & Regina ipsius aures sapientius obtinebant. Illa uero cum sciret Lusitanos & graues amicos & inimicos esse, maluit amicorum fidē experiri, quam inimicorum odiū periclitari. Memoria repetebat, quam penam Rex Calecutij perfidiae & inconstantiae pertulerat, & quantis praesidijs Rex Cochimi propter egriam in Lusitanos fidem, statū suum munierat. Itaque nullis sermonibus, à fide semel data deduci potuit. Opus interim crescebat. Regina uero cum filio, ut bellū, quod cum rege Trauazoris (quod regnū erat Coulamo finitimum) motū fuerat, administraret, ex urbe discesserat. Saraceni tunc uigilantius plebem in Lusitanum nomen incitabant, & discordias serebant, ut tumultus oriretur, quo posset opus impediri. Sed Hectoris Roderici prudentia singularis extitit. Sic enim suos instruit, ut conuictijs lacessiti, nullum uerbum acerbius emitterent, sed omnia moderatē ferrent. Eos praeterea ita continebat, ut in urbe minimē uagarentur. Cum rectoribus praeterea ciuitatis familiaritatē contraxerant, ita ut (sic enim Regina imperauerat) illi opes suas ad praesidium, ubi opus esset, obtulerint. Interim Regina bello confecto in urbem regressa, omnes motus repressi sunt, & arx ad summum perducta. Dū Suarius Arabicum mare nauibus peragrabat, Goterrius Monroius, qui Goę praefectus erat, Fernandum Monroium fratrem suum, ut Suarius statuerat, in Maldiuenses in-

Saracenorum de Lusitania querela & monita

Prudentes.

Constantes

Hectoris Roderici prudentis institutum.

uenſes in ſulas miſerat, vt naues ex Arabia venientes exciperet. Ioannes Gundiffaluus Albicaſtrenſis, qui triremi cuidam præerat, cū illo profectus eſt. Hi duas naues Coiequij viri potentiſſimi multis opibus diuſtas ceperunt. Ioannes præterea Monroius cum nauibus quinque iuſſus ab eodem Goterrio fuit orā Chau-
Nauis una capta. lis ſpeculari. Hi nauem vnam, quæ ex Arabia veniebat, in fluminis oſtio, quod Maim appellant, cepere. Dux arcis in eo loco ſitæ decem longas naues, vt in noſtros inuaderent, ſumma celeritate comparauit. Præ-
Præliū nauale anceps. lium inter vtramque claſſem dubia victoria commiſſum fuit. Hoſtes tamen cū graue damnum accepif-
Aluari Madureira in gratuito et perſidia. ſent reuerſi ſunt, quos noſtri (pugna namq; periculo-
 ſa & anceps extiterat) infequi noluerunt. Ioannes Monroius vltra progreſſus, Chaulem petijt. Aluarus Madureira, vir Luſitanus, qui Goæ vxorem & domi-
 cilium habebat, metu pœneq; virum enim Luſitanum occiderat) in continente apud Saracenos exulabat. Is in eo curſu ad Ioannem Monroium ſe contulit. Mon-
 roius illi fidem dedit, ſe illi veniam, ſi Goam redire vellet, impetraturum. Is pro tanto beneficio ingentes illi gratias egit. Cū verò oſtēderet ſe ob inopiā ſum-
 mis diſſicultatibus implicari, fuit, cū omnes de ſuo id beneficium cōtuliffent, ducentis numis aureis ſub-
 leuatus. Finxit tunc ſe in terram deſcendere velle, vt veſtes, quibus indigebat, emeret, tātum autem abſuit, vt redire vellet, vt potius, quantum in illo fuit, noſtris interitum moliretur. Monroius oſtiū fluminis, quod Chaulem alluit, præteruectus, in quindecim naues lō-
Luſitanorū victoria. gas, quas Melichiaſius ornārat, incidit. Fuit vtrinque magna contentione dimicatum. Sed cū Monroius vnam cepiſſet, & propugnatores in mare metu perter-
 riti deſiluiffent, reliquæ hoſtium naues in fugam verſæ ſunt. Madureira verò, vt pro beneficio gratiam re-
Pugna naualis. ferret, ad Mirhalum Zabaimi Idalcami ducem adiuuit, illumq; admonuit, vt in Monroium incurreret. Claſ-
 ſem eſſe perexiguam, & facillimè expugnari poſſe. Septem ergo longas naues inſtruxit, quæ cū in Mon-
 roium

roium inueherentur, eas ille inuaſit, leuiq; prælio fu-
 dit fugauitq; que. Quæ tamen tanta remorum concita-
 tione à periculo ſeduſtæ fuerunt, vt nullā Monroius
 capere, cū eas inſequeretur, vllō modo potuerit. Sub
 id tempus Goa in ſummum diſcrimen adducta fuit:
 quod periculum ortum à libidine, conflatum odio &
 temeritate, crudelitate perfectum atque concludum,
 magnā quidem peſtem atque perniciem attulit: ma-
 iorem tamen inferre potuiſſet, niſi præſenti Chriſti
 numine rebus propemodum euerſis occurſum fuiſſet.
 Fernandus Calderia in Albuquerqueij familia educatus,
 Goæ vxorem duxerat. Nomen eius ad regem Emma-
 nuelem delatum fuerat, quod piraticam faceret, & ſi-
 ne vllō diſcrimine ſocios Luſitani nominis & inimi-
 cos ſpoliaret. Emmanuel illum ad ſe perducere cōſeſtim
 imperauit. Is in Luſitania crimina diluit, & ita famā
 ſuam purgauit, vt Rex illum in Indiam liberum, &
 beneficijs auſtum redire permitteret. Redijt verò in
 claſſe, qua Suarius in Indiam aduectus fuit. Naui au-
 tem, cuius nauarchus erat Goterrius Monroius, vehe-
 batur. Ibi quadam offeſione non mediocri, vt Calde-
 riæ videbatur, interpoſita, Calderia aſperè in Mon-
 roium inuectus eſt, eaq; in eum maledicta congeſſit,
 quæ grauiter animum illius ſtimularunt. Igitur cū
 Mozambiquem claſſis perueniſſet, nauem ſubitò con-
 duxit, & Goam ea, qua potuit, celeritate contendit. In-
 tellexerat autem Goterrium dum Goæ verſabatur, v-
 xori ſuæ oculos adieciſſe, & Henricum Taurum amo-
 ris illius impuri ſe ſatellitē atque miniſtrum præ-
 buiſſe. Tauri igitur faciem ingenti vulnere deforma-
 uit, & tibiam abſcidiſcit, hoc factō Pondam, quod oppi-
 dum extra fluuium octo millia paſſuum Goa aberat,
 & Ancoſtami Zabaimi Idalcami ducis præſidio tene-
 batur, confugit. Videbat enim ſe Albuquerqueij patroci-
 nio deſtitutum, & in poteſtate inuidorum relictum.
 Sciebat Gottherium vrbi illi præpoſitū ab Emmanue-
 le fuiſſe: verborum cōtumeliam, Tauro impoſita vul-
 nera, & reliquas offeſas animo reputabat, ita, vt ſalu-
 ti ſuæ

*Periculoſſi-
 ſimū Goæ
 bellum.*

ti fure nullum remedium adhiberi posse, quando in ea urbe versaretur, consideret. Monroius cum illum vlcisci cuperet, ab Ancostamo contendebat, vt illum hominem, qui facinora indigna patrârat, sibi traderet, vt in eum animaduereat. Ancostamus partim, quia Calderiam esse virum fortem, & industrium, & singulari sagacitate præditum nouerat, & illius opera in bellis vti statuebat: partim quia indignum boni viri præstantia iudicabat, hominem supplicem, & in fidem receptum inimici crudelitati dedere, postulatam constantissimè repudiavit. Monroius Calderiam, quacunq; ratione posset, occidere decreuit, vt & iniuriam sibi & Tauro illatam vindicaret, & Calderiæ ipsius vxore animo magis libero frueretur. Itaque Ioannem Gomecium scripruræ magistrum, hominem audacem, multis promissis oneratum, vt Calderiam interficeret, Pondam misit. Is rem sanè confidenter suscipit, atque Pondam continuò petit. Simulatque Monroij hominis malefici & iniusti iniurijs; & sceleribus offensum, eò confugere, vt vitam suam Ancostami præsidio tueatur. Fuit ergo ab Ancostamo benignè receptus, & à Calderia liberaliter inuitatus. Accidit interim, vt Ancostamus in campum animi relaxandi gratia prodiret, & vtrunq; secum duceret. Ioannes Gomecius cum Calderiam ab Ancostamo, quasi aliquid areani vellet cum illo communicare, sciungeret, Calderiam ex improviso confixit, & ad motus calcaribus equum incitauit. Ancostamus equites, qui illum circumstabant, immisit, grauius enim tulit, in suo conspectu hominem in suo patrocinio latentem, per summum scelus interfici. Equites hominem consequuntur, & ad Ancostamum perducunt. Qui districto gladio manu sua caput illius abscidit. Id Monroius indignissimè tulit, & Ancostamum contra ius & fas occidere cogitauit. Itaque ludos simulat, quorum causa Benastarinum contendit, & in pugna simulachris diem consumit. Primis tenebris duces admonet, vt Ancostamum interimant. Illi consilium

*Calderia
per insidias
occiditur.*

*Io. Gomecius
capite
multatur*

*Insidie
Ancostamo
frustrantur.*

repræ-

repræhendunt, & hominem à facinore deterrere nituntur. Ille autem Ancostami morte Emmanuëlis Regis imperium firmari dixit. Cum propter Regis mentionem nemo diutiùs aduersari auderet, omnes ad facinus se comparant. Lembis igitur fluuium trajiciunt, equos ephippijs detractis in mare compellunt. Goterrius Monroius equitatu Fernandum Monroium præfecit, peditum aciem Ioanni Machiada commisit. Machiadas cum primus transmitteret, homines duos ex incolis arripuit, è quibus intellexit, Ancostamum, sine vlla fraudis aut maleficijs suspitione, incautum in oppido versari. Itaque Fernandum admonuit, vt si libenter permitteret, agmine silenti Ancostamum opprimere. Fernadus id sibi ignominiosum fore ratus, nullo modo concessit. In hac altercatione noctis pars consumpta fuit, & ipse Fernandus non tanta celeritate Pondam, quantam negotium flagitabat, inuectus est: & simul equorum fremitus multos incolas excitauit, nostrarum aduentus fuit continuò Ancostamo nunciatus. Is sine vlla mora pontem (fluuius enim ea parte in terram influit, & tellurem aliquo spatio discriminat) repente traiecit, & copias instruxit. Vbi Fernandus Monroius Pondam peruenit, neminem ibi reperit. Sol iam tenebras dispulerat, & fraudes sparsa luce detexerat. Fernandus Monroius cum se frustra labore fatigatum cerneret, reuerti voluit, & Machiadum vt idem faceret, hortatus est. At Ancostamus ponte rursus transmissio, in Monroium tanto impetu inuasit, vt aciem impressione facta dissiparet, & multos interficeret. Qui fugiebant, peditum aciem perturbarunt, & fugere compulerunt. Ancostamus partem suorum præmisit, qui angustias, quibus nostris iter patebat, occuparent. Sic tandem, cum ancipiti prælio nostri distineretur, Ancostamus insigni victoria potitus est. Multi & nostris capti, sed multo plures occisi sunt. Machiadas antequam occuberet, facinora edidit immortalis memoria digna. Hoc facto, Ancostamus Zabaimo Idalamo nunciavit, rem maximam gestam esse: illum, si

Prelium.

*Ancostami
insignis
victoriae
de
Lustanis*

adniti

adniti vellet, Goa potiturū. Lusitanos foedus violasse, & perfidiae poenas dignas pependisse, Copijs opus esse, vt vrbs praesidio nudata, & cladis nuncio perterrita vno impetu caperetur. Idalcamus Zufalarimum cum magno exercitu in insulam confestim ire iussit. Is vastitatem & populationem intulit, & ciuitatem inopinato malo perculsam in maximas angustias adduxit, quā facile cepisset, nisi Ioannes Syluei a, qui Quiloz hyemauerat, praeter spem interuenisset. Non multo post Raphael Pereftrellus, qui è Sina valdè diues aduenerat, cum esset vir egregiè fortis, & admodum liberalis, & multos sibi plurimis officijs deuinciret, cū nauigijs tribus & militum copia, qui illum libentissimè sequebantur, auxilium celeriter attulit. Itaque duccis vnus incontinentia & temeritate ciuitas illa, quantanto labore capta, tanta sapientis ducis industria, tantabondrum contentione defensa fuerat, extremi excidij maximum periculum subiuit. Zabaimus eum à spe vrbs capiendae decideret, rursus pacem à Goterio Monroio postulauit, quāuis is sine recusatione concessit. Itaque foedus renouatum fuit, & eadem foederis conditiones literis & multorum testimonijs, ad posteritatis memoriam consignatae. Hoc anno Regina Maria, cū grauissimè, postquam vltimum filium perierat, aegrotaret, nunquam ex eodem morbo conuuluit. Vlcus in intestinis, vt medicorum erat opinio, cū vehementer afflicta erat & paulatim conficiebat. Septimo tandem die Martij, anno salutis. M. D. xvij, extremum spiritū edidit, cū annis quinq, & triginta vixisset. Octo filios, quos recensuimus, superstites reliquit. Fuit scemina multis virtutibus admiranda. Erat enim moribus & vita grauis, facilitate & humanitate comis, & in omni sermonis genere moderata, Otium pati non poterat, neque regias virgines & mulieres otio corrumpi sinebat. Itaque manibus suis è lino aut è bombycinis filis, opera muliebria faciebat, & mulieres ad eadem opera magis exemplo, quàm verbis excitabat. Negotijs publicis se nunquam admiscebat: sum

mm

Pax cū Zabaimo.

RES ET ROPAE.

Maria Lusitanorum Reginae mors

um mulieris decus in modestia & mansuetudine ponebat, vitæque perturbationem statuebat esse in cōfusione munerum constitutam. Regis imperium verebatur: nec illum vnquam iniquis postulatis à recto deducere conata fuit. Filios & insita charitate & disciplinae seueritate in puerili officio continebat, nec permittebat, vt aliquid ludendo committerent, quod ab honestate abhorreret. Nullum, quantumuis leue, puerilis flagitij vestigiū in illis impunitum relinquebat. Erat in religionis cultu sancta, in egentium inopia sustentanda benigna, in virginibus alendis, atque matrimonio apud honestos viros collocandis, magnificentiam & maternam charitatem adhibebat. Regem mirabiliter amabat, & illi vicissim erat propter morum commoditatem, & vitæ sanctimoniam, charissima. Aedes sacras extruxit, multisque signis, & operibus praclaris, insitam pietatem & humanitatem indicauit. Non igitur immeritò acerbum sui desiderium vniuersae Lusitaniae reliquit. Ipseque Rex in acerbò mœrore versatus est, è quo non debiti amoris obliuione, sed debiti officij necessitate, & insita in Deum pietate, vt negotia regni procuraret, & suis exemplum patientiae & moderationis proponeret, post aliquot dies emerfit. Hoc anno Selymus Turcarum Imperator, in Syria cum Campsone Aegyptiorum Imperatore, quem Sultanum appellabant collatis signis confixit, insignemque victoriam adeptus, Syriam vniuersam, & Aegyptum imperio adiecit. Emmanuel cum hostis immanis opes amplificari & Christianos Principes intestinis odijs certare, & opes Christianae Reip. dilacerari perspiceret, rursus per Michaelē Syluium à Pontifice Max. contendit, quod sapius antefecerat, vt omnibus alijs curis omisis, hanc vnā susciperet, vt omnes Principes Christianos à turbulētis atque pestiferis dissensionibus ad pacem traduceret, vt ita coniunctis animis, hostis, qui Christianae Reip. imminerebat, superbiam acri bello contunderent. Et ad eam rem oēs opes suas libenter offerebat, secumq; praclarè

Selymi Turcae victoria

R r actum

actum fore dicebat, si in tam præclara causa vitam la-
 summum discrimen adduceret. Sed aures alijs nego-
 tijs à salutari pace abhorrentibus occupatae, locum e-
 iusmodi postulatis minimè dabant, & Principum fu-
 ror eò rem deduxerat, vt si Pontifex summis in eam
 causam viribus incubuisset, sine vllò fructu laborem
 suscepturus esse videretur. Est in ora Mauritaniae, quæ
 vergit in Austrum, vltra Diucem fluiuium, promon-
 torium, quod incolæ Guer appellant: antiqui scripto-
 res Hercules promontorium nominabant. Id Rex
 Emmanuel oppido & arce septum tenebat, & valido
 præsidio munerat. Duces qui illi præerant, finiti-
 mos Mauros, qui Emmanueli minimè parebant, assi-
 duis prælijs agitabant. Præfectus erat hoc anno Fran-
 ciscus Castrensis, qui, cum in Lusitaniam venisset, &
 discessus illius Xerifio nunciatus esset, in Mauros, qui
 tributum Emmanueli pendebant, inuasit, agros va-
 stauit, segetes exussit, & graues multis clades intulit.
 Huic Zaide Boagazius, Dux eiusdem regionis valdè
 strenuus, qui se ad Regis nomen adiunxerat, cum in-
 structis copijs occurrit. Prælium atrox commissum
 fuit, multi vtrinque ceciderunt. Victoria neutram in
 partem inclinauit. Xerifius, quod non hostem percus-
 sisset, indignatus, fratrem quendam suum euocauit.
 Is cum maxima militum multitudine venit. Itaque
 fratres coniunctis viribus in Boagazium inuecti sunt,
 eumque magno prælio victum in fugam compule-
 runt, oppidumque Boagazij, quod Tuil appellabant,
 funditus euerterunt. Omnibus regionibus illis vasti-
 tas illata fuit. Targa ciuitas est in Mauritania, quæ
 ad Fessæ regnum pertinet, & Septa quadraginta pas-
 suum millia distat. Hanc Emmanuel capere, & vinci-
 re præsidio statuebat, vt inde facilius Fessam oppugna-
 ret. Itaque mense Iulio, Iacobum Lupium Siqueiram
 cum sexaginta nauium classe in Gaditanum fretum
 misit: cui præcepit, vt ex Arzila, præter eas copias, quas
 ducebat, quinquaginta equites, & alios Tingi quin-
 quaginta similiter assumeret: deinde Septam peteret,
 & secum

RES AFRICANAE.
 Guer Pro-
 Xerifij ad-
 uerfus Lu-
 sitanos bel-
 lum.

Prælium
 atrox &
 anceps.

Tuil oppid-
 euersum.
 Targa Ciui-
 tas.
 Expeditio
 bellica in
 Targam.

& se cum Petro Menesio coniungeret, ac ambo simul
 Targam oppugnarent. Hoc Petrus Menesius egre tulit.
 Erat enim, vir animi maximi, & muneris illius socii
 & laudis, si res ex animi sententia succederet, participè
 sibi dari, contumeliosum existimabat. Attamen nè
 regis imperium recusare videretur, copias suas instruxit.
 Ambo igitur Targam petiere. Sed cum inter illos
 minimè conueniret, Septam re infecta rediere. Siqueira
 dimissis copijs, quas Tingi & Arzila desumpserat,
 cum Ioanne Coutigno Arzila præfecto colloquitur:
 Sibi que minimè ferendum esse dicit, cum è Lusita-
 nia cum tam insigni classe, & tanta spe rei bene geren-
 dae delectas copias eduxisset, sine vlla re memorabili
 à se gesta reuerti, Orare igitur & obsecrare Coutignu
 institit, vt se duceret, vbi aliquid gereret, quo sine pu-
 dore posset in Lusitania se in hominum conspectum
 dare. Coutignus illius precibus assensus est. Itaque am-
 bo cum valida manu in regionem hostium ingressi,
 pagos quosdam euerterunt, captiuos abstraxerunt,
 prædas abegerunt. Sed cum nemo illis cum iustis co-
 pijs occurrisset, Arzilam rediere: & post paucos dies
 Siqueira in Lusitaniam, sibi ipsi valdè displicens, re-
 uersus est. Post hæc Odoardus Menesius & Ioannes
 Coutignus, in agros Alcaffaris Quibirij coniunctis co-
 pijs ingressi sunt, & hominibus cædem, & agris popu-
 lationem intulerunt, & ingentem prædam abduxerunt.
 Præfectus Alcaffaris Quibirij illis obuiam cum
 exercitu processit. At illi, nè ordo, quo se recipiebant,
 confunderetur, maxima præde parte dimissa, cum re-
 liqua progressi sunt. Hostes ita illorum vestigijs insti-
 terunt, vt congregari minime auderet. Et sic tandè nostri
 incolumè exercitum cū præda domū adduxere. Nonio
 interim Mascaregnas, qui Sabinio præerat, minimè
 quiescebat. Cum enim intelligeret Turmas Ganem-
 ses rebellasse, illas improviso adortus est magnâque stra-
 tem edidit, & reliquis iugum rursus imposuit. Dein-
 de cum indicio Mauri cuiusdã, cuius frater apud illu
 captiuus detinebatur, percepisset, Dabidenses Tribus de
 & secum

Excursus
 in Alcaffa-
 ris Quibirij
 agrum.

Ganemen-
 sium rebel-
 lio domita.
 Victoria de
 Dabidensi-
 bus rebelli-
 bus.

communi omnium consilio rebellare statuisse, & liberam omnibus facultatem prædandi tribuisse, Mauri fratrem captiuum, in indicij premium, liberum abire permisit. Petrus Mascaregnas frater eius tunc forte sub illo militabat. Hunc exemplò cum Francisco Carnerio in Dabidenses, cum trecentis equitibus, & pari peditum numero misit. Primis profecti tenebris, viginti quatuor passuum millia confecerunt. Sequenti die prælium inierunt, hostibus partim cæsis, partim in fugam coniectis, victoria potiti, & cum præda, & captiuus in urbem reuersi sunt. Interim rumore constanti delatum fuit, Regem Fessæ ingentem exercitum comparare, ut Sasinium obsidione cingeret, atq; summis viribus oppugnaret. Rex Emmanuel cum hoc ab ipso Mascaregna percepisset, auxilium satis firmum misit, & homines acerrimos ad eam rem delegit. In primis verò Gundiffalvus Mendezius Zacorus, cuius in bello eximia virtus extiterat, maximam & Mascaregnæ & militibus vniuersis voluptatem attulit. Sed Rex Fessæ siue curis alijs implicitus, siue nuncijs de ciuitatis auxilio retardatus, ab ea mente deductus est.

*Zasimienfis
belli appa-
ratus.*

**RES INDI
CÆ.**

*Malacæ ex
Ducum dis-
fensione tu-
multus.*

Dum hæc in Africa & Lusitania fiunt, Fernandus Petreius Andradius, qui in Sinam nauigabat, fuit, ut dictum est, diuersa tempestate Malacam, vndè conscenderat, relatus. Ibi ciuitatem offendit duorum hominum discordia perturbatam. Georgius Brittius morbo oppressus obierat. Nonius Valcius Pereira cum Antonio Pacieco de vrbs præfectura contendeat. Pereira dicebat, sibi fuisse vrbs custodiam à Brittio multis testibus præsentibus traditam, quam non posset vlla ratione absque scelere nefario deferre. Paciecus contra disputabat, illud ab Albuquercio statutum fuisse, ut qui maris imperium teneret, ei, qui vrbi præesset, si casu aliquo vita priuatus fuisset, succederet. Sic enim statuerat, ut Andradius, cui maritimarum rerum cura commissa fuerat, in locum præfecti, si mortuus fuisset, substitueretur. Se tunc maritimis rebus præesse. Et idcirco

codem

eadem exemplo ius successionis ad se pertinere dicebat. Andradius, ut eam contentionem dirimeret, summis viribus adnitebatur; sed proficere nulla ratione potuit. Hoc minimè præterire volui, ut intelligi posset, diuino præsidio Orientis imperium, tantis locorum interuallis ab Hispania disiunctum, à Lusitanis hominibus, quos in rebus eiusmodi non ratio, sed præceps ambitio gubernat, cum tam exiguo militum numero teneri. Nam si intestina diffensione, in ipsis patriæ antiquæ sedibus excitata, maxima sæpè imperia de statu conuelluntur, atque funditus euertuntur: quid existimandum est, de statu in terris vltimis fundato, tantis, & tam immanibus hostibus circumfesso, & tam exiguo militum numero stabilito, cum ea in animos ambitione oppressos inuaserit? Andradius mense Iunio, Anno salutis, M. D. XVII. cum classe nouem nauium Malacæ soluit. Decimo autem quinto die mensis Augusti Tamanlabuam (ea insula Sinarum duodecim millibus passuum à continente disiuncta est) tandem peruenit. Eo tempore mare illud erat piratarum latrocinij infestum. Rex ut mare tutum nauigantibus exhiberet, classem non mediocrem instruxerat. Classis præfectus nauium nostrarum formam inuistatam vehementer admiratus est. Cum verò suspicaretur nostros piratas esse, ut cum illis prælium iniret, appropinquauit. Andradius nullum belli signum dedit, sed ad insulam, quam Tamam nominant naues omni metu solutas applicuit. Cum verò in anchoris ibi constitisset, Sinarum Dux de illo per internuncios interrogauit, quis esset, vndè veniret, cuius causa in eas oras delatus esset. Andradius se Lusitanum esse, Regis inuictissimi, qui in vltimis Occidentis Solis regionibus imperabat, alumnum. Eundemq; Regem, cum accepisset, Regem Sinarum esse opibus summis, atq; singulari potètia præditum, multisq; Regijs ornamentis instructum, amicitiam illius vehementer expetiuisse. Confidereque se, eam amicitiam

*Andradij
in Sinam
nauigatio.
Tamanla-
bua insula*

*Tama inf.
Andradij
cum Sina-
rum Duce
colloquium*

Nantum
oppidum.

Nantensis
oppidi de-
scriptio.

tiam vtrique Regi vtilem & honestam futuram. Sibi opus esse magistris, qui naues sine naufragij periculo in Cantamensi portu constituerent, vt inde Lusitani Regis Legatus posset in urbem regiam contendere: vt Sinarum Imperatorem nomine sui Regis alloqueretur, ei que literas offerret, & que in vtriusque rem essent, cum illo præsens ageret. Dux se Nantum quod oppidum Cantamo sexaginta passuum millia distat, continuè profecturum dicit, vt de illius aduentu urbis reftorem certiore faceret. Andradius interim multis diebus expectauit. Sed cum diurnam illam expectandi molestiam ferre non posset, cum duobus nauigijs & aliquot scaphis vela dedit, & in ciuitatem cursum instituit, & in portu naues anchoris firmavit. Portus intimum sinum substructio ex quadrato lapide facta terminabat, ad cuius summam planiciem gradibus ascendebatur. Insula parua portui adiacebat, in qua turris extructa erat: in ea ciuitatis Principes instructo & apparato conuiuio hospites excipiebant. Tutamus, sic enim urbis moderator appellatur, Andradiū ad epulas in eam insulam inuitauit. Andradius se morbi simulati excusatione defendit, nè insolitis & immodicis cibis vti cogeretur. Hic cum Tutamo, & reliquis urbis magistratibus, ea, quorum causa missus fuerat, egit: & Legatum, qui erat ad Sinarum Regem profecturus, fidei Rectorum commisit, & ipse in Tamam reuersus est: vbi menses quatuordecim constitit. In mandatis enim habebat, vt regionis situm, gentis mores & instituta cognosceret, & singula diligenter inquirens, omnia penitus exploraret. Eò interim multi mercatores ex varijs nationibus, cum multis mercibus, & auro præcipue commeabant. Ab ijs autem multa interrogando, multarum rerum cognitionem non inuicundam capiebat. Præterea Georgium Mascaregnam, vt oram nauigando peragraret, cum magistris Sinarum peritissimis misit, vt & ipse, quæ oculis & fama percipisset, exponeret. Mascaregnâ tandem reuocato (nauigan-

(nauigandi namque tempus instabat) Andradius *Lusitanæ* per præconem in urbe pronunciare iussit, vt si quis a *probitatis*; liquid Lusitano alicui credidisset, aut si aliquid per *exemplum* iniuriam sibi quisquam à Lusitanis ereptum, aut do- *illustre*. lo sublatum quereretur, ad se veniret. Nec enim se antè anchoras soluturum, quàm essent omnia persoluta. Id Sinis gratissimum accidit, non quòd de iniurijs sibi grauitè illatis queri quisquam meritò posset, sed quòd mos ille Lusitanæ gentis æquitatem, & probitatem, & prudentiam in aspectu proponeret. Quam probitatis opinionem si omnes, qui in Sinam nauigarunt, tueri voluissent, magna in illis regionibus imperij accessio facta fuisset. Nec enim imperium tam viribus, quàm humanitatis & fidei fama constitui plerunque solet. Sinarum regio est *Sinarum* latissima: ab Ortu namque solis vltima terrarum existimatur: ab Occasu, vltimis Indiæ terminis definitur: ab Austro, Oceano alluitur: à Septentrione verò montibus altissimis multa niue & glacie cõcretis includitur. Ea parte, quæ ad Septentriones spectat, ab Occasu cum Scythijs, quos Tartaros appellant, qui ad Orientem pertinent, continens est: cum quibus continenter bella gerunt. Scythæ viribus, Sinæ ingenio & artibus excellunt. Sic fit, vt sæpè à Scythijs virtute superentur, & ipsi vicissim non rarò Scythas dolis & artificio vincant. Montes tamen, qui à Septentrione in Austrum procurrunt, Scythas à Sinis dirimunt. Valles atque camporum planicies interiectas Sinæ muris latissimis ita muniunt, vt Scytharum impetum à se facile propulsent. Regio est maximè omnium fertilis, & abundans rebus omnibus ad vitæ cultum, & luxum, & elegantiam necessarijs. Homines, qui plagam Australem incolunt, colorati: qui terras Septentrionibus subiectas habitant, candidissimi sunt. Omnes lautissime viuunt: conuiuium scienter instruunt: vestibus gossypinis, & laneis, & bombycinis auro etiam intertextis, prout anni tempus postulat, amiciuntur: & cum hyems maxima est, præsertim in regionibus

bus Aquiloni subiectis, varijs animantium pellibus ad vestes introrsum fulciendas vtuntur. Equis eleganter infratis insidunt: vitam cultui Gallico & Germanico non absimili multis in rebus instituunt, ludis & iocis, & vini copia frequenter oblectantur. A moribus atque libidini nimium dediti sunt. Mulieres nobiles carpētis bombycina veste, & auro pulcherrimè facto, & vndique tectis, per urbem vehuntur. Cantibus, & symphonijs, & instrumentis musicis animorum curas iucundissimè relaxant. Augurijs dediti sunt: fortibus euentura prædicere nituntur. Magos in honore habent: mathematicas disciplinas colunt, & astra diligenter observant. In libris describendis, & rerum memoria propaganda, æneis formis vti solent: quarum vsus adeò antiquus apud illos est, vt qui primam eam artem excogitarit, ignoretur. Arte & structura non parum elgeanter, magnisq̃ue sumptibus ædificant. Tempia amplissima, multisq̃ue statuis & picturis illustrata frequentant, & quauis varia simulacra venerentur, vnum tamen Deum, rerum omnium opificem & rectorem, præcipuè colendum esse dicunt, eique potissimùm supplices preces adhibendas. Vnus mulieris imaginem, quam appellant Nammā, quam aiunt esse apud Deum summum humani generis aduocatam, honoribus summis afficiūt. Est aliud apud illos simulacrum virginis, quam tradunt fuisse regis cuiusdam filiam, & rerum cælestium cupiditate omnes opes humanas neglexisse, vt diuinarum contemplatione frueretur. In huius tutela Sinarum gentem esse credunt. Alius apud illos Deus sanè sanctus habetur. Hunc hominem fuisse narrat fortissimum, atque tantis virtutibus præditum, vt miracula multis in locis ediderit. Quorum illud potissimum fuisse dicunt, quòd semel armatus ense nudo in fluuium proiecto, quasi quodam lembo inuectus, ingentem fluuium traiecerit, vt suis, qui ab hostibus in prælio vehementissimè præmebantur, auxilium afferret. Hunc ob præclaras virtutes, & egregiū iustitiæ splendorem

Chalcographia vsus apud Sinas antiquissimus.

Sinarum religio.

dorem, in diuos relatum fuisse commemorant. Multos alios diuos habent, quibus statis diebus honores instituunt. Sunt excellentes artifices, & egregij pictores. A Edes amplas ædificant, quibus homines religiosi, vt rebus diuinis vacent, includuntur. Similiter & virginum collegia, quæ religionem sanctius obseruent, instituunt. Literis operam dant: qui in illis maximos progressus habent, maximis honoribus afficiuntur. In studijs, genere antiquo sermonis vtuntur, imperitis ignoto, quemadmodum apud nos, qui artium maximarum disciplinis student, linguam Græcam aut Latinā perdiscunt. Qui iuri ciuili student, in magno honore sunt. Regem quasi quoddam cælestium numen colunt: qui tamen raro admodum se conspiciendum exhibet. Resp. in tres partes est distributa. Principatum ij, qui in disciplinis, & iuris studio valdè profecerunt, obtinent. Secundus honoris gradus militibus assignatur. Postremi ordinis sunt, qui artes fabriles colunt. In studijs quantum quisque profecerit, iudicio eorum, qui maximis artibus præfunt, examinari solet. Sunt autem ordines horum iudiciorum gradatim instituti, ita vt ei, qui infimi ordinis approbationem consequurus est, si velit ad altiorum locum dignitatis aspirare, sint grauiora doctiorum hominum iudicia subeunda. Qui plurimis & doctissimis probatus extiterit, is ampliores in Rep. honores consequitur. Sunt in sceleribus vindicandis acres. Nemini sano, quamuis oculis orbatum sit, mendicare permittitur. Cæci molas trusatiles versando sibi victum parant. Homines exteros difficillimè in vrbes suas admittunt, nè moribus externis obliui, ab institutis suis paulatim deducantur. Comœdijs plurimum delectantur, & ita sunt in Venere propensi, vt varias libidinum formas excogitent. Dæmones consulere dicuntur. Hi mores & instituta Sinarum sunt, quæ perstrinximus. Hos Andradius ita sibi comitate deuinxit, vt arbitrarentur, nullam esse gentem officio, & fide, & prudentiâ cum Lusitana conferendam.

Monasteria

Studia literarum.

Politia Sinarum.

*Andradij
in Indiam
atq; inde
in Lusita-
niã reditus*

dam. Is verò Malacam rediens, Alexium Menesum reperit, quem Lupus Suarius cum potestate summa miserat, vt discordijs finem imponeret, & vrbs statum constitueret: qui tunc ab Andradio classem recepit. Andradius in citeriorem Indiam, & inde in Lusitaniam nauigauit, & Emmanueli Regi Sinarum mores, & humanitatem, & docilitatem gentis exposuit, & picturas, & signa simul ostendit: quæ Emmanuelè in magnam spem induxerunt: fore, vt gens illa Christi cognitionem & disciplinam caperet. Sed hanc omnem spem aliquot pòst annis temeritas Simonis Andradij, viri sanè fortis, sed temerarij, & plurimum à mente fratris abhorrentis, incidit. Is enim cum classe ad Sinas aduectus, cum in principio opes in eo loco Lusitanas firmare statuisset, & locum etiam muniuisset, vt iure planè regio cœpit, deinde in tyrannidem erupit: rapuit quæ voluit, intulit vim ingenuis virginibus, quibus voluit: multa præterea signa insiti furoris dedit, quibus Sinæ vehementiùs irritati, in Lusitanos inuaserunt, multos occiderunt, alios captiuos abduxerunt. Andradius tamen cum opibus suis euasit. Ea fama cum ad Regem Sinarum peruasisset, legatum eiecit: qui cum Cantamum rediret, fuit à ciuibus in vincula coniectus, in quibus exitu miserabili vitam concludit. Ita plerunque fit, vt quod est prudentia constitutum, temeritate & amentia dissipetur. Hanc quidem de Sinis explicationem summam hoc in loco

**RES E V
ROPEAE.** perferbere coacti sumus, ne sæpius esset necessè reliquarum rerum historiam interrompi. Hoc quidem tempore Leonora regis Emmanuelis soror, quæ Ioannis secundi vxor extiterat, magna virtutis fama flor-

*Dereliquis
Autæ Vir-
ginis &
Martyris
in Lusita-
niã tran-
situs:*

bat. Egentibus enim egregia benignitate consulebat, viduas alebat, religionem multis in locis instaurabat: Xenodochia partim à fundamētis ædificabat, partim laborantia reficiebat. Erat præterea singulari animi magnitudine, & prudentia non mediocri prædita: Hæc cum memoriam Vrsulæ virginis sanctissimæ, quæ cum reliquis virginibus, eiusdem voti atque sancti-

ctimo.

Simonis socijs, pro Christi nomine mortem pertulit, & Coloniz Agrippinæ sepulta est, singulari studio coleretur, à Maximiliano Imperatore postulauit, vt sibi reliquiarum eiusdem virginis partem aliquam concederet, quam in sacrario referuaret. Is verò integras reliquias Autæ virginis, quæ inter reliquas Vrsulæ socias princeps extiterat, illi dono misit. Fuit illius corpus Olyssipponem delatum, & cum maxima populi totius celebritate receptum, & in sepulchro in ara quadam templi, quod Maria Regina in memoriam sanctæ Dei Matris ædificarat, extructo, repositum, vbi meritis illius multi in rebus aduersus numen Christi propitium signis admirandis experti sunt. In India portò Suarius cum Regem Maldiuensium insularum & Bengalæ etiam Regem ab Emmanuelis fide defecisse cognouisset (multæ namque illis à Lusitanis iniuriæ post obitum Albuquercij illatæ fuerant) Ioannem Sylueriam cum nauibus quatuor misit, vt alienatas Regum voluntates recolligeret. Sylueria in insulis Maldiuensibus pacem cum Rege constituit: Cambaiã deinde petijt, & pacem cum rege firmauit: inde Cochimum nauigans, ibi tantisper cõstitit, dum com meatum acciperet. Inde in regnum Bengalæ cursum instituit. Bengalæ est prouincia latissima, quam Ganges fluius interfuit. Fluius est altissimus atq; latissimus, qui citeriorem Indiam ab vltiore determinat, & duobus ostijs, inter se tercentum passuum millia distantibus, in Indicum Oceanum labitur. A quæ sunt salubres, & religionem possidere ab incolis existimantur, ita, vt multi vel vt morbos depellant, vel vt animos scelere pollutos expient, illis frequenter abluantur. Regio est incredibili fertilitate prædita. Gens est colorata, neque deformis, nec inuenusta: lautissimè viuunt: vestibus elegantè excolitur: Venere, & ingluuie, multisque vitijs astricta est. Præterea fidem minimè sanctam habet dolis & fraudibus gloriatur. Vt plurimum simulacra colit, multi tamè in eo regno sunt Mahumetis disciplinis astricti. Sylueria in portum Chatingamensem inue-

**RES IN
DICAE.**

*Sylueria in
Bengalam
nauigatio.*

*Bengalæ
prouinciæ
descriptio.*

ctus

*Chatinga-
mum vrbs*

*Chatinga-
mensis Re.
Etoris in
Sylueriam
insidia.*

*Darraca
Ciuitas.*

Etus (est autem Chatingamum Bengalę ciuitas) de suo aduentu vrbs Rectorem certiores fecit. Rector sibi gratissimum esse illius aduentum simulauit, hominemque muneribus delinuit, sequę illius gratia omnia, quę vellet, facturum ostendit. Sed cum ludificari & mentiri perseueraret, pręlium exortum fuit, quod cum incolarum graui damno finitum esset, & pax obsidibus datis firmata, tantum deinde humanitatis speciem prę se Rector tulit, vt Sylueria insita probitate deceptus, obsides reddiderit. At Rector obsidibus receptis, in insidias rursus struxit, vt Sylueriam opprimeret. Sed cum iterum fuisset pręlio victus, veniam petiit, & pacem se velle finxit. Tandem Sylueriam Rector alius, qui ciuitati, quam Daracam appellant, à Rege Bengalę pręfectus erat, per literas inuitauit, vt ad ciuitatis illius portum naues appelleret. Rectorę Chatingamensem esse virum nefariũ, & propter insidias, quas ille per summum scelus intenderat, Regi poenarum grauißimas daturum, vt autem magis Sylueriam ad se pelliceret, munera largę misit. Id autem erat Chatingamensis malitia confictum, vt facilius Sylueriam imparatum dolis opprimeret. Sylueria verum esse credidit, naues in eum portum, ad quem inuitabatur, induxit. Ibi cum in fluuium esset inuectus, Rex à suis admonitus, tam multas in eum naues immisit, vt parum abesset, quin funditus euerteretur. Sed fraus virtute repulsa fuit. Sic tandem hostibus repressis, Sylueria in insulam Zeilandam cum classe quassata & imminuta (Ioannes enim Fidalgus, vnus nauis nauarchus, eum deseruerat) cursum tenuit, Antonius vero Saldagna, qui cum non mediocri classe mare Arabici peragrabat, aliquot prędas egit: & cum hyems inflaret, nulla re memorabili gesta, in Indiam reuersus est. Emmanuel Lacerda, qui similiter missus Diu fuerat, à Melichiazio summis honoribus acceptus, pacem cum illo fortius astrinxit. Alexius Menesius, vt dictum est, similiter Malacam cum trecentis hominibus Lusitanis aduectus fuit: & Alfonso Lupium Costam (sic enim

enim ab Emmanuele statutum fuerat) in arcis possessione constituit, & Odoardum Melium rebus maritimis pręfecit, & Antonium Paciecum de custodia liberis superius explicatę sunt, eum in custodiam dederat. Malaca eo tempore grauißimo bello premebatur. Rex Bintaui stationem, quę fluuiio Muari imminēbat, tormentis & firmo pręsidio muniuit, vt de propinquo frequentius terra atq; mari in nostros incurreret. Menesius Alfonso Lupium Costam cum trecentis Lusitanis, tribus millibus Malacensium, & multis nobilibus eodem misit, vt arcem euerteret. Is cum æstus decessisset, & naues alieo sustineri non possent, æstus reciprocationem expectabat, vt cum rursus accederet, in fluuium inueheretur. Interim tormentis eminus res gerebatur, & non pauci vtrinque cadebant. Aestus verò paulatim redibat, & pręlium pręclare geri potuisset, nisi temeritas consilium perturbasset. Nam inter Alfonso Lupium Costam, & Georgium Mascaregnā atrox iurgium extitit. Itaque nostri re infecta domũ reueruntur. Rex cum vi aperta nihil se facturum confideret, dolos machinari cępit. Itaque finxit se pacis esse cupidissimum, eamque ab Alexio postulauit. Is cum cerneret ciuitatem annonā grauißimę laborare, eam libenter concessit. Rex multis humanitatis egregię signis omnes sinistras opiniones ex nostrorum animis euellebat. Nostri rursus in Regem officia, quę poterant, summa fide conferebant. Muneribus atque beneficijs inuicem certabatur, commercium rerum omnium erat cum partis vtriusque vtilitate constitutum. Hac pacis & amicitię simulatione cum nostros cerneret esse omni metu vacuos, subito septuaginta naues, quas dissimulanter instruxerat, vt mari arcem quaterent, & supra duo millia militum terra misit, vt eodem tempore in nostros imparatos inuaderent. Naues in insulam, quę vrbi adiacet, inuehuntur, in nostros somno confopitos impetum faciunt, multos obtuncant, in naues ignem conijciunt. Ignis in nauibus (fuerat

*Malacense
bellum.*

*Regis Bintauiensis in
Lusitanos
insidia.*

(fuerat enim turbida tempeſtas, & imbres demiffi eam madefecerant) implicari minimè potuit. Fugientium clamor exoritur. Alexius excitatus duces in infulam mittit, prælium in meridiem perductum fuit, & hoſtes repreſſi ſunt. Similiter & qui terra venerant, cū magno ciuium numero, qui ſcleris participes erant, arcem acriter oppugnare inſtituunt. Rex identidem ſubſidia cum elephantis ſummittebat, & res vtrinque ſumma virium contentione gerebatur. Sed cū noſtri meridie ex infula redirent, hoſtes minus pertinaciter inſtare, deinde paulatim cedere, poſtremò fugere cœperunt. Multi ex illis caſi, complures etiam capti ſunt. Nihilo tamen fecius Rex cum maiore exercitu arcem oppugnare inſtitit. Septem continuos dies noſtros graui bello premere contendit. Noſtri rurfus crebris eruptionibus illi frequentes plagas imponunt. Sed quod acrius noſtros afflictabat, erat inopia atq; famelicia, quæ in dies ingraueſcebat. Menefius tandem rationem iniuit, quemadmodum ſtationem illâ Muarenſem euertere. Quod ſine magno labore factum eſt. Iaoëniſis quidam, vir nobilis & valdè diues, cum vxore, & liberis, & ampliffima familia Malacam petierat, vt in ea vrbe domicilium collocaret. Fuerat autem, cū Malacæ oram legeret, à ducibus Regis Bintamenſis captus, ad illumque perductus. Rex illum perbeneuolentiæ accepit, multisque precibus eò hominem perduxit, vt Bintamum Malacæ præferret. Interim Rex cū illius familiaritate delectari multis ſignis oftenderet, multò tamen magis vxoris illius ſpecie (erat enim in ſigni pulchritudine) delectabatur. Vt autem liberius ea frui poſſet, hominem à ſe per ſpeciem honoris amandari, illique præfecturam certarum nauium attribuit. Is (erat enim valdè ſtrenuus) multum damni noſtris inferbat. Sed cum Regis adulterium, in ſignumque perfidiam ſuorum indicio cōperiffet, in arcem noſtram transfugit. Cum illo Menefius conſilium, quod animo verſabat, communicauit: Is ad eam rem fugioſam ſuam pollicitus. Itaque cum centum & viginti

viri

viris Luſitanis, & nonnullis Malacenſibus, partim terra, partim mari à Menefio miſſis, hoſtes inopinantes oppreſſit, in munitiones irrupit, propugnaculū extēplo capitur, Iaoëniſis vnus tormenti icſtu percuffus, occubitaliqui è noſtris occiſi ſunt. Emmanueli Falconi, qui terra copias agebat, crus perfractū fuit. Noſtri tamē cū magna hoſtiū cæde propugnaculo potiti ſunt. Supra ſeptuaginta tormenta è munitionibus in arcem deportata fuerunt. Hoc pacto bellū ad tempus aliquod intermiſſum fuit, & Menefius Triſtanū Menefiū, vt Malucas inſulas exploraret, dimiſit, & ipſe cum maxima Luſitanorum parte in Indiā citeriorem reuerſus eſt. Poſt illius digreſſum, bellū rurfus exarſit. Arx decem & ſeptem dies obſeſſa, ſummiffq; viribus oppugnata fuit. Hoſtes in duas naues ſociorum, & in vnā triremem Luſitanam faces iniecerūt. Noſtri vt ignem extinguerent, egreſſi ſunt. Dum pugna cōmittitur, ignis in tormentarium puluerem nauis, cui Gabriel Gagus præerat, aduerſo & infauſto caſu coniectus, nauē ſubſiſtignibus inflammauit, & omnes, qui erant in nauī, cum eſſent armis grauati, demerſi ſunt. Iacobus Menedzius alterius nauis præfectus tormēti vnus icſtu occiſus fuit. Noſtri tamen ignē extinxerunt, & hoſtes reſpulerunt. Qui cū cernerent maximū damnum, quod illis noſtri crebris eruptionibus inferabant, & quā fidelē operam ciues Bendarę ductu noſtris in bello nauabāt obſidionem ſoluerunt. Tunc Bintami rex à bello deſiſtendum cenſuit. In his prælijs duodeuiginti Luſitani deſiderati fuerunt. Ex hoſtibus ſupra quadringentos ceſſerunt, & complures etiā capti, in quibus Dynaſtę cuiuſdam Siamenſis filius extitit: pro cuius redemptione pater nauem ingentē cibarijs onuſtā Malacā miſit, quæ plurimum noſtros in illa ciborū penuria ſubleuauit. Hoc anno Rex Emmanuel Iacobum Lupium Siqueiram, vt Lupo Suario ſuccederet in Indiā cū decem nauium claſſem miſit. Cū verò promontorium Bonæ ſpei præteruheretur, piſcis ingentis magnitudinis in nauis latuſ, cui Ioannes Limicus præerat, incurrit, nauemq;

in al.

*Belli Mala
cenſis re
dintegratio.*

De Muarenſis ſtationis expugnatione.

Cæſorum & captiuorum numerus.

Ia. Lupij Siqueiræ iter Indicū.

Io. Limici in alterum latus impulit, eamque tanta vi retinuit, ut progredi nequiret. Vectores & nauæ se in saxum impigisse suspicabantur. Sed cum neque compages dissolui, nec aquam admitti conspicerent, animos à metu refecerunt, & piscis à naue diuulsus, liberum illis mare permisit. Goam octauo die mensis Septēbris peruenit: quo tempore Lupus Suarius in insula Zeilanda arcem, ut fuerat ab Emmanuele iussus, edificabat. Id quidem, cum primum ad insule portum, quem Columbum nominant, appulisset, à Rege, ut sibi per illum liceret, impetrauit. Sed cum Saraceni, ut facere solebant, Regem ab ea mente deduxissent, factum est, ut Rex non modò quod sponte sua concesserat, pernegaret, verùm & acre bellum moliretur. Itaque nocte stationes instituit, præsidia disposuit, tormentis nostros arcere parauit. Suarius omnes copias in terram exposuit. Prælium repentè commissum fuit, in quo Verissimus Pacieus, vir nobilis & strenuus, cum nullis Lusitanis cecidit, & multi vulnerati sunt. Hostes tamen à stationibus cum magna multorum cæde pulsi fuerunt, Rex veniam & pacem postulauit. Pax ea lege concessa fuit, ut non solum arcem edificari permitteret, sed etiam in pœnam illius inconsiderate rebellionis, tributum Regi Emmanueli singulis annis penderet. Tributum erat gemmarum certus numerus, & maximum cinnamomi pondus. Suarius similiter Regi fidem dedit, ut semper auxilio Prætoris Lusitani tegeretur, nec vnquam bellum contra illum fieret, quin Lusitani ab illius finibus hostes arcerent. Fœdus factum, & iureiurando sancitum, & literis mandatum, Regi quæ, & Principum, & Suarij nominibus consignatum fuit. Arx deinde incolarum operis multò citius absoluta fuit, & Ioanni Sylueiræ commissa: maritimarum verò rerum cura Antonio Mirandæ credita. Inde Cochimū reuersus. Siqueiram offendit, illique prouinciam tradidit, & in Lusitaniam profectus est. Siqueira continuò muneri diligenter incubuit. Christophorus Soutsam cum classe Dabulem

*Zeilanden-
se bellum.*

*Pax Zeilã
deusi eius-
q; capta.*

*Siqueira
administra-
tio Indica
et res gestæ*

misit;

misit, ut eam ciuitatem, quæ ab Emmanuele descie- rat, bello domaret. Alfonso præterea Menesio præcepit, ut in Baticalam infesta signa similiter inferret. Tum Ioanni Gomecio iussit in insula Maldia arcem edificare, vbi fuit à Saracenis Cambaiensibus occisus. Deindè cum Goam peteret, in cursu acribus Calcutij & Cananoris diligentissimè prospexit. Postquam Goam appulit, Antonium Saldagnam pluribus nauibus auctum, in Arabicum & Aethiopicum mare misit, ut plurimum damni Saracenis inferret. Simonem Andradium in Sinam misit, qui ut scriptum est, temeritate & amentia Sinas Lusitanis infestos reddidit. Antonium Corream ad Regem Peguensem, ut cum illo pacem & amicitiam iungeret, legauit. Garsia Salæ concessit, ut rei gerendæ causa Malacam peteret. Qui cum eò peruenisset, Alfonso Lupium Costam morbo grauiter impeditum reperit: qui cum in citeriorem Indiam morbi depellendi gratia redire vehementer expeteret, arcem ipsi Garsia Salæ tradidit: & non multis post diebus, quam Cochimum appulit, eodem morbo consumptus est. Dum *RES AFRI* hæc in India gerebantur, Abrahamus Barraxæ filius *CANAB.* accepit, incolas montis Farrobij, & Benamarense, & Abrahami reliquos eiusdem vicinitalis Mauros multas clades à Barraxæ Lusitanis accepisse. Id igitur vleisci constituit. Ita in *Arzilen* que cum id, quod animo moliebatur, summo silentio compressum tenuisset, quingentos equites eduxit, & in pagis quibusdam Arzilenfi agro finitimis ea parte, quæ Tingim spectat, in insidijs delituit. Indè Aroazium itineris ductorem præmisit, ut campum exploraret, & omnia vsque ad speculas, quas Alfandiquimenses appellant, speculareretur. Ioannes Coutignus hunc Aroazium, virum industrium & sagacem nouerat, & illius fraudes & insidias diligentissimè præcauebat. Ea autem de causa, nunquam speculatores ex vrbe mittebat, quin illis equitum auxilium assignaret. Tunc igitur, cum homines specularum misisset, equites simul emissi sunt. Aroazius se continuit,

sc dum

dum eos in speculis constitutos animaduertent. De ea re Abrahamum confestim admonuit. Is silenti agmine à latebris egressus, nostris appropinquabat. Nostri cum primam aciem cernerent, ut se reciperent, cõsiliũ inierunt. At Mauri substiterunt. Fernandus Callæus primi agminis ductor, qui speculatoribus auxiliũ afferebat, cum eos substrisse conspiceret, in illos inuectus est: Hostes ordine minimè confuso cedebant, donec nostros in postremum agmen, quod Callæus minimè confexerat, extraherent. Ibi equites nostri decem & septem ceciderunt, reliqui fugæ se mandarunt. Sed in lacus, qui iter impediēbat, angustijs, quidã fortissimus eques, nomine Ludouicus Valens, nostros cõfirmavit, & se armatum hostibus obiecit: nec ex eo loco demigravit, antè, quàm Lusitani lacus angustias pertransirent. Deindè nostros ordine instructos domum ita reduxit, ut inter hostes atq; nostros eximia virtute & dexteritate versaretur. Cum iam se Habrahamus reciperet, incidit in illum Antonius Mascaregnas, a dolèscens valdè strenuus, cum 4. equitibus: qui omnes capti sunt. Mascaregnas quamvis à Rege Felsæ per benignè tractaretur, mortem, quæ impendebat, vitare non potuit. Cum enim pestilentia apud Mauros deseuiret, illum confecit. Sub id tempus præfecit Emmanuel Azamori (Petrum namque Soufam reuocauerat) Aluarum Norognam, qui cum multis Maurorum principibus pacem firmavit, & illis æquabile tributum imperauit. Rebelles verò cladibus multis affecit. Præter alias excursiones, xx. vj. die Aprilis Benemezium agrum populatus est, multos occidit, ducentos & quinquaginta captiuos abduxit, non mediocrem prædam abegit. Rursus mense Iunio Vasçũ Fernandũm Casarè in alias Maurorũ turmas immisit, qui cum incautos opprimeret, viuos 800. cepit, magnaq; præda potitus, copias in urbem incolumes reduxit. Rursus Aug. mense, Antonius Gundissalius eiusdè Norognæ iussu in Mauros pedites inuasit: q̄ cū diu restitissent, victi tandem sunt, & aliqua eorum pars in seruitu-

Ludouicus
Valentis
virtus.

Antonij
Mascaregnæ
mors.

Aluarus
Norogna
Azamoris
Præfectus
eiusque res
gestæ.

seruitutem abstracta fuit. Hoc eodem mense quidam Maurorum fœderatorum Duces à Norogna auxiliũ petierunt, quo Enxeuienses Mauros aggredenterur, & magnam frumenti copiam inde asportarent. Sed cum ducenti hostes nostris imminerent, Mauri fœderati suspicati sunt, maximum hostium numerum in insidijs latere. hac suspiciõē perturbati, se in primum agmen conferunt. Nostri in postrema acie hostium impetum sustinebant. Nonnulli ab hostibus cęsi sunt. Reliqui cum dedecore se in urbem receperunt, non culpa sua, sed eorum, qui eos deseruerunt. Id tamen eis grauem diebus multis dolorem inussit. Hoc tempore Emmanuel varijs & molestissimis curis agitabatur. Videbat enim se matrimonij vinculo liberatum, & cupiebat vltimum vitæ actum in rebus præclaris, memoriaq; sempiterna dignis consumere. Quocirca statuit in Algarbium se conferre, regniq; administrationem Ioanni filio, & consiliarijs relinquere, ut ipse omni reliqua cura solutus, bello Mauros vexaret, atq; propagandæ religioni vehementer incumberet. Sed ab hac cogitatione illum insidię multorum hominũ, quos ipse nõ mutatione consilij, sed acerbitate supplicij coercere debuisset, abstraxerunt. Ut enim mos hominum est, qui omnia non fide, sed cupiditate metuntur, ab illo, quem non ita diu victurum sperabant, ad Ioan. filiũ, à quo sibi multo maiores, & diuturniores opes pollicebatur, paulatim deficiebatur: & ætatè Principis, optima quidem natura præditi, sed fraudibus & dolis obnoxij, captabant. In primis verò plurimũ de laudib. Emmanuelis detrahebant. Hominem esse dicebant, multũ de ædificijs, parum verò de regia dignitate cogitantẽ. Præterea grauitatis immemorẽ esse criminabatur, quòd facillimos aditus haberet, q̄ sui cõueniendi facultatem quibusuis hominib. daret, q̄ e. quos frequenter agitaret, quòd in sita facilitate nulli cõgressum aspernaretur. Præterea illi crimini dabant, quòd multum auri & argenti profunderet. Postremò multa regia virtutis ornamenta in illo requirebatur, &

RES EV-
ROPEÆ.

Insidia
calumnia
in Regem
Emmanue-
lem.

Ioanni persuadebant, si vellet amplissimum in Regibus nomen obtinere, ut longissime à patris instituto discederet, neque se per vulgari & contemni permitteret. Erat autem Ioannes natura clemens atque benignus, & ad pietatis studium valde propensus. Sed tantas vires hominum perditorum sermo, cui aures assidue præbebat, habuerat, non quidem ut patrem odio persequeretur, quem pietate summa colebat, sed ut minimè illius mores & instituta comprobaret.

Itaque statuebat, longè diuersam sibi vitæ rationem sequendam esse, ut ad summum decus aspiraret. Neque deerant interim, qui persuaderent, nihil esse magis Regium, quàm, quidquid liberet, efficere. Voluntatem namque refrenare, esse non regis dignitatis, sed miserrimæ seruitutis argumentum. Cum multa eiusmodi Emmanuel accepisset, veritus est, nè si res alias agere vellet, & filium in adulatorum potestate relinqueret, ab eo contemneretur, & regnum improborum consilijs gubernatum, ruinæ periculum adiret. Hic metus illum ab instituta cogitatione reuocauit. Præterea ut magis se à contemptis & solitudine vindicaret, se nouis affinitatibus stabilire decreuit. Idcirco à Carolo Imperatore petijt, ut Leonoram

Emmanuel secundas ambit nuptias.

sororem suam, excellenti pulchritudine & probitate foeminam sibi desponderet. At qui prius ille, ut Ioanni filio collocaretur, enixè operam dederat, & ea de causa Petrum Goueanum in Germaniam ad Maximilianum Imperatorem legauerat, Tunc verò sic immutatus fuerat, ut eam uxorem ducere, quàm filio in matrimonium collocare mallet: quæ res apud multos in varias reprehensiones incurrit. Sic enim dicebant: Quam rem gerit Princeps hic, in quo ad hunc diem patrium in Rempublicam semper agnouim?

Multorum de Emmanuelis secundis nuptiis sinistrum iudicium.

At nunc multis rationibus Rempublicam euerit. Primum enim, Rex annos quinquaginta natus, & viduus, octo filijs oneratus. quoniam modo poterit virginem Caroli sororem, in maxima spe aliarum nuptiarum enutritam, ad nuptias parum ætati accommodatas allicere,

licere, nisi regni opes prius effuderit? Filio namque dos magna confici potuisset. At is non modò uxorem indotatam accipiet, verum contra morem & consuetudinem, nomine dotis, regni patrimonium uxori largietur. Præterea necesse erit (aliter enim fortasse uxori adolescenti minimè satisfaciatur) ut ad voluntatem illius regnum administret. Postremò, quid liberis faciet? octo filios habet. Totidem poterit ex noua nupta suscipere. Regnum est angustis finibus terminatum. Quas igitur opes poterit tantæ filiorum multitudini largiri? Quibus honoribus aut emolumentis Regia soboles statum suum tuebitur, nè sit ei necesse in turbam conijci, & reliquorum hominum institutis victum sibi comparare? Erit præterea ei necesse amori seruire, uxori blandiri, & non quomodo nomen suum immortalitati commendet, sed quomodo virgini pulcherrimæ morem gerat, excogitare. Hæc & his similia vulgò iactabantur, ab his præcipuè, qui domesticas illius offensiones ignorabant.

Emmanuel tamen in ea mente persistit, & cum Carolo in Hispaniam, ut regni hæreditatem cerneret, & Gallia Belgica veniret, ad illum Aluarum Costam, qui regio cubiculo præerat, legatum misit. Legationis species salutationis nomine instituta fuerat: legationis tamen summa eò pertinebat, ut nuptiæ conficerentur. Aluarus Costa omnia, quæ Emmanuel cupiebat, ex animi sententia cōstitit. Nuptiæ pactæ sunt, dos etiam à Carolo dicta, ab Emmanuelis sponso muæra ingentia constituta: festi dies acti, & matrimonij foedus Cæsaraugustæ, vbi tunc Carolus considebat, summa omnium lætitia & gratulatione celebratum. Fuit tamen necesse, cum esset cū Carolo & Leonora, & sanguinis propinquitate, & affinitate multis rationibus implicatus, & ea de causa per Pontificias sanctiones nuptiæ cōiungi minimè potuissent, ut Pont. Maximi benignitate legibus soluerentur: quod factum fuit. Nuncius huius actionis & foederis ad Emmanuelem perlatus, cum gaudio ingenti cumulauit, sed

Emmanuelis ad Carolum V. Legatio de Leonore nuptiis.

Sponsalia cum Leonora.

nobilitatem & multitudinem non mediocri sollicitudine affecit. In primis verò Ioannem sollicitauit, non quòd easdem nuptias expeteret, sed quòd Reip. inutiles arbitrareretur. Emmanuel regni Proceres in consilium euocauit. Ibi luculentam orationem habuit, quarationes, quæ illum ad matrimonium inuitarant, exposuit: qua quidem illi, qui aderant, aut moti sunt, aut se motos esse, nè Regis animum offenderent, simulabant. Itaque omnes ordine instituto illius manum de more osculati, & vt matrimonium felix atq; faustum esset, precati sunt. Post has gratulationes, & omnium faustas acclamationes, pestilentia Olyssipponem vehementer afflixit, & Regem varias sedes commutare illius metu coegit. Almeirinum deinde se contulit. Inde Cratum (est autem id oppidum celebre, quod ad Hospitalensium equitum ordinem pertinet) profectus est, vt ibi reginam opperiretur. Illa verò multis Hispaniæ Proceribus stipata, in regnorum confinia peruenit. Eò multi Portugaliæ Proceres, vt eam exciperent, se contulerunt. ad exiguum fluuium, Seuerum nomine, qui Portugalam à Castella discriminat, peruentum est. Martinus Albicastroensis, Villæ Nouæ Portimanesis, quod oppidum est in Algarbio situm, Comes, fluuium traiecit, & Reginæ manum suppliciter osculatus est. Illum Comes Tentugalensis, & Episcopus Portugalenfis, & Archiepiscopus Olyssipponensis ordine subsequuti, eodem officio persuncti sunt. Alia deinde Lusitana nobilitas idem fecit. Regina fluuium transiit: quam Dux Albanus, & Episcopus Cordubensis deducebant. Dux Brigantinus citra fluuium constitit: ad duo millia equitum Lusitanorum satis eleganti cultu conuenerant. Vbi Regina in terminis Lusitaniæ constitit, Dux Brigantinus ex equo desiluit, vt Reginam nomine Regis exciperet. Quæsitus ab Albano Duce, an facultatem ab Emmanuele Rege ad illud munus obeundum haberet, eam literis publicis inscriptam, & manu Regis ipsis cõsignatam ostendit. Literæ publicè & alta voce recitæ sũt, & Alba-

*Pestilentia
Olyssipponensis.*

*Reginæ
Leonore in
Lusitaniã
deductæ
pompa &
ceremoniæ.*

& Albano duci in officij sui ritè peracti testimonium traditæ. Tunc idem Princeps catenam auream, quæ Reginæ brachio alligata erat, assumpsit, vt sic ipsam Reginam deduceret, quam Brigantino duci tradidit, atq; commisit. Hac traditione solenni ritu celebrata, Albanus Dux, & reliqui Castellæ Principes abscesserunt. Episcopus tamen Cordubensis, & Dynasta Tregeniensis (hi Legati erant) & præterea Villæ Francæ Princeps, & equitum Hospitalensium in Castella Magister, & Mõtis acuti Comes cū Regina Cratum vsq; peruenerunt. Postquã in oppidum ventum est, & Regina cœnauit, Rex illam inuisit: à qua cum singulari significacione amoris exceptus fuit. Ioannes illius manum osculari voluit: quod, illa nullo modo induci potuit, vt pateretur. Georgium tamen, equitum Iacobensium & Cistertiensium Magistrum, Ioannis Regis filium, vt Hispaniæ morem conseruaret, ad osculū manus admisit. Deinde Archiepiscopus Olyssipponensis Regem atq; Reginam ritu ab Ecclesia sancta recepto stabili matrimonio copulauit. Symphonia deinde, & tibiarum concentus, & choræ consecutæ sunt. Inde modicis itineribus Almeirinum profecti sunt. Filij regis obuiam illis prodierunt. Principes regij ex equis repente desiliunt, vt Reginæ manum osculentur. Id illa pati noluit: imò multis in illos voluntatis egregiæ signis insitam benignitatem testificata est. Reliqui regni Principes, qui nondum suum officium fecerant, eam solito more salutarunt. Vbi Almeirinum peruenere, Isabela & Beatrix Emmanuelis filij ad scalarum gradus, quibus in Aula ascensus patebat, aduenere, & cum descendere pararent, Regina, nè id facere possent, accelerauit, & ad genua prouolutas subleuauit, easq; humanissime cõplexa est. Reliquæ deinde virgines Reginam manus osculo saluant, quas omnes illa admodum benignè, cū debita tamen maiestatis ratione resalutat. Quibus cantibus, saltationibus, & tripudijis dies ille celebratus extiterit, erit explicatu difficillimum. Sequenti die Rex peractis Sacris, aurei velleris ordinem à

*Emmanuelis
cum
Leonora
nuptiæ.*

Philippo Burgundiæ Principe fundatum, à successo-
ribus singulari religione retentum, cuius Princeps at-
que Magister Carolus erat, ipsius Caroli iussu conse-
cutus est. Hyems illa tota fuit Almeirini in summa
iucunditate consumpta. Indè appetente vere Rex E-
boram concessit. Hoc anno, qui fuit à Christo nato
M. D. XLIX. misit Rex Emmanuel in Indiam sedecim
nauium classem, cuius Georgius Albuquerque præse-
ctus extitit. Non omnes tamen institutum cursum
tenere potuerunt. Naui enim, cui Iacobus Limicus
præerat, Olyssipponem restatu delata est. Ludouicus
Guzmanus cum naui, cui præerat, à fide desciuit, pira-
ticam fecit, multaq; flagitia & scelera indigna gene-
re suo designauit. Emmanuel Soufa, qui nauarchuse-
rat rostratæ naui, cum oram Aethiopiæ Melindem
uersus legeret, & portum Mantuæ (sic enim appellât)
subiret, vt commeatum ab incolis emeret, fuit in ter-
ra à Saracenis cum quadraginta viris Lusitanis occi-
sus. Nauem verò, cum ad insulam, quæ non procul
Quiloa distat, turbida tempestate iactata, & vadis al-
lisa fuisset, Saraceni diruperunt, & Lusitanos om-
nes, vno duntaxat puero, quem Rex Zamzibaris in fi-
dem recepit, excepto, trucidârunt. Georgius Albuquer-
cius cum 9. nauibus Mozambique hyemauit. Qua-
tuor tantum naues in Indiam pelagus transmisere.
Interim Iacobus Lupius Siqueira omnia, quæ ad bel-
lum Arabiæ gentibus inferendum necessaria videban-
tur, summa ope comparabat. Et quia maioribus co-
pijs indigebat, nauigio, quod facillè fluctus exciperet,
Gundiffalum Louensem Mozambique ad Geor-
gium Albuquerque misit, cui mādabat, vt indè A-
rabicum sinum peteret, vt coniunctis viribus Iudam
expugnarēt. Cum verò Siqueira Melichazij fraudes
perciperet, eumq; multis incommodis Lusitanos affe-
cisse cognosceret, Christophorum Salam cum triremi-
bus tribus, qui oram Cambaiæ infestā redderet, expē-
diuit, quod is diligenter effecit, & cum non mediocri
præda reuersus est. Similiter & Antonius Saldagna, q-
circa

RES INDI-
CAE.
Annus na-
ui Christi
1519.
Classis 16.
nauium
in Indiam
missa, eius-
que succes-
sus.

circa Guardafumense promontorium oras illas pera-
grabat, ingenti præda potitus, se ad Siqueiram contu-
lit. Sub id tempus, leuis à Rege offensio ita grauiter
cuiusdam viri Lusitani animum exulcerauit, vt ob-
litus fidei, pietatis, & religionis, Regem à quo educa-
tus fuerat, patriam, quæ illum genuerat, prodere, vitā-
que suam in summu in discrimen inducere propera-
ret: Fernandus Magallanus fuit vir nobilis, & magno
animo præditus, cuius antea mentio facta est. Is in In-
dia bellicis in rebus nō mediocri virtutis & industriæ
documentum dederat. In Africa similiter viri valde
 strenui officio functus fuerat. Olim erat apud Lusita-
nos in more positum, vt in Regia, qui Regi seruebāt,
ipsius Regis sumptibus alerentur. Cum verò multitu-
do domesticorum tanta fuisset (corum namque filij,
qui Regibus operam dabant, eundem locum retine-
bant: & præterea multi in regiam familiam meritis
admittebantur) difficillimum videbatur, cibos tantæ
multitudini præparare. Quocirca fuit à Portugaliæ
Regibus statutum, vt sumptum, quem quilibet erat
in Regia factururus, ipse sibi ex regia pecunia faceret. Sic
autem factum est, vt cuiuslibet certa pecuniæ summa
singulis mensibus assignaretur. Ea verò, cum summa
tuncannonæ vilitas esset, satis homines alebat. Nunc
autem cum & hominum multitudo cum rerum ve-
nalium pretijs multis accessionibus amplificata sit, fa-
ctum est, vt illa pecunia, quæ olim quotidianis sum-
ptibus faciendis latè sufficiens erat, nunc perexigua
sit. Cum tamen omnis Lusitanorum dignitas à Rege
pendeat, huius exiguæ pecuniæ summa, quasi multo
amplior esset, incredibili studio quæritur: & cum in
regiam familiam admitti, vt valde expetendum Lusi-
tani iudicent, tum in stipendij huius incremento sum-
mum decus statuunt. Cum enim sint apud Reges va-
riæ famulorum classes, pro classium dignitate cui-
libet Regis domestico pecuniæ numerus assignatur.
Maxima classis est virorum nobilium. Sed cum nobi-
litas etiam discrimen sit, non vnum conigarium o-

Fernandū
Magallani
ad Castellæ
regem dese-
ctus.

Institutum
aule Lusi-
tanicæ.

mnibus ex equo tribuitur. Sic autem cuenit, vt pro
congiarij magnitudine, de nobilitate vnus cuiusque
iudicium fiat, & tantò quisque nobilior existimeretur,
quantomò illius congiarium amplius extiterit. Hoc qui-
dem iudicium, vt sunt res humanæ, est sæpè fallacissi-
mum. Multi namque ambitione & sedulitate conse-
quantur, quod est meritis atque germanæ nobilitati
tribuendum. Attamen Lusitani cum sint præter mo-
dum huius nobilitatis appetentes, & paruæ pecunie
accessione nobilitatem suam augeri putent, pro ha-
tam parua pecunia sæpenumero, tanquam in ea salu-
omnis atque dignitas vertatur, sibi pugnandum ar-
bitrantur. Magallanus autem pro meritis suis contra
debat, vt congiarium illius dimidio numi aurei singu-
lis mensibus augeretur. Rex, nè aditum ambitio sis a-
periret, id denegauit. Magallanus offensione huius be-
neficij sibi eo tempore denegati commotus, à Rege
desiuit, fidem violauit, Rempublicam in summum
discrimen adduxit. Et cum Reipublicæ iniuriæ nobi-
tolerandæ sint, & Regum etiam, qui Reipublicæ pa-
rentes sunt, offensiones perferendæ; & cum vita, quam
patriæ debemus, pro ipsius patriæ salute ponenda su-
vir audacissimus tantum dolorem ex parte vnus au-
rei dimidia, quæ quinque denarios conficit, sibi nega-
ta cepit, vt Rempublicam oppugnaret: Regem, à quo
fuerat enutritus, violaret: & patriam, pro qua mori
debuisset, in discrimen adduceret. Res enim eò perdu-
cta fuit, vt periculosi belli discrimen rebus comuni-
bus impenderet. Nescio autem, vnde tam Barbarus
mos in Republicas irrepsit. Cum enim proditoris no-
men sit non modò odiosum & inuisum, sed etiam ci-
citæ posteritati maculam sempiterni dedecoris inu-
rat, homines, qui fidem violare, & Reges suos, aut Re-
publicas oppugnare statuant, munera, quæ accepe-
rant, literis consignatis abijciunt, fidē abiurant, se ci-
uitatis iure spoliant, regem sibi suas res haberi iubent.
sibi nihil deinceps cum patria fore commune testifi-
cantur: & tum demum sibi moliri contra patriam belli

licet

licere contendunt. Esto, aspernare munera, si lubet:
con remne patriæ benignitatem: fremere quantum vo-
les, tibi non esse præmium pro dignitate perfolutum.
Fidem verò datam prodere qui potes? Grauem mihi
iniuriam patria intulit. Intulerit etiam grauissimam.
Sed iniuria nec in parentibus, nec in patria vindican-
da est. Omnia, quæ à patria acceperam, inquit ille, re-
liqui. Nunquid vitam, ingenium, disciplinam abie-
cisti? Minimè. At hæc omnia à Deo primùm, à patriæ
deinde legibus, & moribus, & institutis accepisti. Ne-
que naturæ repugnare, neque patriam lædere, neque
fidem frangere, quamuis omnibus iniurijs oneratus
sis, vnquam licebit. Imo vita tibi deferenda, & grauif-
sima supplicia subeūda sunt potius, quàm fidem vio-
les, aut officium prodas. Abiura fidem quantum vo-
les: perfidiam tuam publicis literis contestare: in si-
gnem memoriam sceleris infandi posteritati relin-
que: nullis tamen testimonijs numinis offensionem,
& dedecoris sempiterni maculam vitare poteris. In-
eam tamen fraudem Magallanus impulsus fuit, vt ar-
bitraretur, si publico testimonio fidem & Regi, & pa-
triæ debitam abiuraret, licere sibi fidem prodere. Id
confestim exequi minimè dubitauit, & se continuo
ad Carolum contulit, eumque admonuit, infulas,
quas Malucas appellant, quæ sunt vltra auream Cher-
sonesum constitutæ, ad limites Castellæ pertinere, &
ab Emmanuele Rege contra pactiōnem iam factam
vsurpari. Ducebat autem secum Rodericum Faleriū,
qui se Astrologiæ disciplinam tenere profitebatur, vt
eandem opinionem in animo Caroli altius imprime-
ret. Aluarus Costa, qui tunc legatus apud Carolum er-
at, Carolum adiit: necessitudines commemorauit,
non esse illius amplitudine dignum, aures homini-
bus illius præbere. Eadem namque vanitate & sce-
lere, quo Regem optimum violarant, multa con-
fingere. Proditorum nomen cum reliquis homini-
bus, tum præcipuè Regibus esse detestabile & exe-
crandum. Reges verò, qui illis fauerent pestem alere,

qua

*Defectionis
Magallani
causã.*

*Inueterati
cuiusdam
proditorū
moris re-
prehensio.*

*Magallani
de quaren-
dis Malu-
cis int. in-
stitutum.*

*Lusitaniae
& Hispaniae regū se-
dus de nau-
igationib.
Oceanicis.*

*Erroris Ma-
gallanici
de Maluca
rū situ cau-
se & ori-
gines.*

qua regium nomen ex hominum memoria deletur. Carolus cum esset natura benignus ab hominibus illis audiendis deducebatur Sed ab Hispaniæ proceribus persuasus fuit, ne vilius affinitatis obtentu imperium amplificare negligeret. Itaque statuit naues Magallano, quibus aliam viam in Orientem aperiret, attribui. Foedere namque inter Regem Ioannem secundum, & Regem Fernandū facto, cum regiones, quas quilibet explorare, & debellare sine alterius iniuria posset, definitæ sunt, statutum fuerat, vt Castellani non viam à Lusitanis factam, sed diuersam sequerentur: vt videlicet cum Portugaleses ad Solis ortum, Castellani ad Occasum nauigarent, orbē mariū atq; terrarū conficerent. Sic autē cui libet parti liberū erat, cū oēs maris atq; terrarum tractus 300. & 60. partibus definiti sunt, certum & octoginta partes ad peruestigandum atque debellandum sibi deposcere. Limes erat Meridianus. Sic enim appellant lineam à Septentrione ad Austrum in cælo designatam: quia cū Sol eam attingit, meridies hominibus sub ea regione constitutis efficitur: quæ secundum longitudinem (sic enim spatium Ortu & Occasu terminatum nominant) circiter sex & triginta gradibus Olyssipone distat. Error autem Magallanicus & aliorum, qui vestigijs illius ingressi sunt, quo Malucas insulas ad ius Castellæ pertinere cōtendunt, à multis causis originem habuit. Primum quidem sic natura comparatum est, vt cū primum aliquod iter innotuit, quod non possumus certis montibus aut anfractibus, & notissimis signis definire, multo longius nobis appareat: maxime verò cū nauigamus vbi neque montibus, neque vallibus, nec vllis certis notis possumus spacium finire. Deinde qui maria incognita nauigant, vt maius & admirabilius facinus se confecisse gloriētur, spatia multo ampliora faciunt, vt, quasi ex alio mundo in hunc redierint, ingentem admirationem efficiant. Accedit vt etiam ipsi videntes, cū Astrologiæ imperiti sint, quamuis nullam vanitatem orationis adhibeant, fallantur, & cum

uarijs circuitibus maria peragrat, rectum iter se tenere putent. Sic factum est, vt cū inter Indum fluium & Gangem spatium decem graduum, qui circiter passuum millia septingenta conficiunt, interiectum sit, Ptolemæus triginta gradibus spatium illud definierit. Vir enim doctissimus terras illas non frustra uerat: quæ à viris fide dignis, imperitis tamen, acceperat, ea monimentis mandabat. Illi verò cum ab Indo ad Cori promontorium, quod in Austrum longissimo tractu procurrit, nauigarent, & inde rursus in Gangem ad Septentriones cursum inflecterent, quasi recta via, aut paulum ad Austrum inflexa nauigassent, itineris spatium metiebantur. Alia etiam erroris causa nostris obiecta est. Cū enim ultra promontorium Bonæ spei, aliud promontorium, quod mitius in Austrum prominere, flectere secundis velis niterentur, se multo maius iter confecisse putabant, quàm propter maris impetum, naues in diuersa iactantes, facere potuissent. Ea namque ora, quæ in illis regionibus ab Austro ad Septentriones pertinet, longissimo tractu protenditur. Venti autem, qui ab ortu Solis flant, sunt anniuersarij, & statis temporibus valde vehementes. Aestus similiter, propter immensam maris altitudinem, Lunæ cursum nimis obiectam, incitatissimi. Ergo cū fluctus ab ortu Solis ad oras maritimas Occidentis incredibili violentia contorti, & ab oppositis oris repercussi, in Austrum, qua facilius patet exitus, incitentur, & ex illo promontorio, quod diximus, in alium longius, quàm credi possit, excurrant, nostrorū in nauigando cursum retardant. Quod nostri non intelligentes existimabant se multo maius spatium confecisse, quàm nauigando transmiserant. Hæc omnia nostris etiam eam erroris causam attulerunt, vt regionum terminos satis imperitè designarent, & ad Ptolemæi errata, alia etiam multa paru sapienter adiungerent. Hæc tamen controuersia inter Castellanos & Portugaleses hunc fructum Portugalesibus tulit, vt spatia multo diligentius exploraret

Hoc

*Moluccensis
controuersia
fructus &
Molucearū
ab Olyssip-
pone distan-
tie diligētē
supputatio.*

Hoc autem fieri commodè non potuit, nisi per Lunam defectus. Cū enim Luna orbe pleno interiectu terræ, vt fieri necesse est, certis temporibus obscuratur, illa splendoris amissio non ipsdē horis aduertī potest, necesse namq; est, cū citius in India, quā in Portugalia, quæ in occasum vergit, nocturnæ tenebræ sint, vt quāuis ille defectus vno tempore fiat, diuersis nobis horis appareat. Horarum igitur dimensione omnis controuersia tollitur. Qualibet enim Hora quindecim gradus Sol progreditur. Obseruatum autē est ab hominibus peritissimis, qui à Petro Nonio Mathematicorū principē ad id diligenter instructi fuerant, sex horis ab Indiæ fluminis ostio, ad Olyssiponis vrbs sitū Solis cursum terminari. Horæ verò sex, gradus nonaginta cōficiunt. Ab Indo autē fluuio ad vltimos Malacarū insularum terminos, qui ad orientem Solē spectant, duodequadraginta gradus intersunt. Hos si nonaginta gradibus adieceris, centū & triginta duos efficies. Si verò sex & triginta gradus, qui Olyssipone ad Occasum secūdam lineā illam meridianā, quam diximus inter Hispaniæ reges foedere definitā fuisse, vt Castellani contendunt, addideris, centū & sexaginta octo gradus summa fiet. Itaq; secundum hanc computationē, ad huc Portugalesibus, duodecim gradus explorandi restant, qui possunt sine cuiusquam Christiani regis iniuria à Portugaliæ regibus occupari: tantū abest, vt Magallanus, vel quisquā alius insulas illas iure atq; merito possit Castellæ regibus adiudicare. Hæc tamen controuersia non mediocres in Hispania tragœdias extitit, vsque adeo, vt reges optimos & cognatione, amicitia, & amore coniunctissimos, interdū ad interfectionē sollicitaret: quod totū ab improbilissimi hominibus scelere ortum habuit. Vt verò ad illum redeamus, cū Emmanuel hominis scelus Costæ literis accepisset, consiliū habuit. Nihil tamen consilio conclusum fuit. Costa verò Magallanū ingentibus promissionerabat & interdū illum in sententia fluctuare cogebat. Cū tamen maiora sibi præmia ex instituto sceleris

quam

quam ex debita fide proponeret, aures Costæ promissis occlusit. Itaq; negotijs cum Carolo ex animi sententia confectis, Magallanus, & Falerius Hispalim contulerunt. At Falerium iam facinoris suscepti poenitebat, & intra paucos dies moestitia cōfectus, mortem obiit. Magallanus cum quinque nauium classe, & cum supremis necis atque vitæ in reliquos nauarchos potestate, die Augusti eiusdē anni soluit, vt terras atq; regiones, quas neque viderat, neq; ab alijs exploratas audierat, sed suspicione tantum eas adiri posse consequutus erant, perlustraret. Sed nihil est tam arduū, quod non animus magnus desperationē stimulatus aggrediatur. Primum oram prouinciæ Brasiliæ præteruictus, austrum vltra æquinoctialem plagam nauigauit. Cū verò mense Septembri, anno salutis, M. D. xx. tres & quinquaginta gradus, ab æquinoctiali regione ad Austrum nauigando, confecisset, fretū reperit, cui nomē Magallani impositum fuit, vt sempiternum monimēntum facinoris extāret. Sed tantum frigus Hispanos miros excrucia bat, vt multi foedè perierint. Fretum verò, vt fama est, quadraginta millia passuum in longitudinem patet. Fretum superato, rursus in æquinoctialē regionem, & in cælum mitius atque tepidius iter instituit. Varij interim casus hominem exagitarunt. Nam nauarchi cū reliquis Hispanis ab illo desciscere conluerunt, & ei insidias intenderunt: & quidam ex illis capitali supplicio affecti sunt: & ipse tandem in insula, quam Matam appellant, cū opem Regulo, qui ab illo auxilium postularat, attulisset, post bellum cōstitutum, ab ipso Regulo occisus per insidias fuit, vt proditor proditori pœnas eiusdem sceleris irrogaret. Quæ tantum ex illa classe naues (reliquæ namq; amissæ fuerant) Tidorem, quæ insula vna ex Malucis est, peruenerunt. Vna ex illis octauo die mensis Septembris, anno salutis, M. D. xxij. Hispalim impulsā fuit. Altera verò nauem, quia dissoluta compage aquam accipiebat, Hispani in insulam subductā refecerunt, & onere excepto profecti, Septentriones versus iter susceperunt.

Cū

*Magallani
nauigatio
ad Molucas
insulas,
eiusq;
successus.*

*Freti
Magallani
inuentio.*

Cum verò commeatus illos deficeret, & multi frigore interirent, retro cursum flectere coacti sunt. Ad Malucas autem appulsi, intellexerunt Lusitanos in insula, quam Ternatem appellant, commorari. Itaque ad illos confestim mittunt; qui dicerent, ut hominibus Hispanis, & eadem religione deuinctis opem in rebus desperatis afferrent. Nauem esse laceram, magnam partem hominum, qui ea vehabantur, absumptam, reliquos grauissimis morbis impeditos. Antonius Brittius, qui iam insulis nomine Regis Emmanuelis imperabat, Garsiam Henricum cum nonnullis nauigijs extemplo misit. Ab his Magalani comites fuere continuo recepti, & singulari humanitate tractati. Nauis fracta fuit, & illi Lusitanianauibus in Indiam, deinde in Hispaniam rediere. Hic exitum classis illa parum felicem habuit. Sed vt ad eam quæ anno salutis, M. D. xix. inciderunt, reuertamur nono die mensis Februarij Aluarus Norogna, qui tunc Azamoris præfectus erat, in eam Mauritaniam partem quæ Enxouia nominabatur, cum ducentis & triginta equitibus, & centum peditibus inuasit: hostes acri proelio fudit, ducentos atque decem captiuos abstraxit. Rursus vigesimo quinto die mensis eiusdem, octoquadraginta passuum millia progressus, in castra Nacerbendumæ (is erat vnus ex Enxouie principibus) imperum dedit: duas illius vxores, & duos filios, & nam filiam, & multos illius cognatos, cum magis liorum hominum multitudine captiuos abduxit. Rediret, quidam Lusitanus eques facinus inhumanum & barbarum edidit. Maura quædam elegantis formæ quam Nacerbenduma filio suo desponderat, armis argenteis magni ponderis brachia & suras ornarat. Antonius Leitanus (sic enim eques ille nominabatur) argenti cupiditate inductus, vt illud facilius optinere detraheret, manus atque pedes miserè præcipit. Norogna illum multis malè verbis accipit, argens spoliata, in custodiam tradit, & in Lusitaniam eam dedecore redire compellit. Rursus vigesima die Martij,

RES AFRICANAE.
Aluari Norogna in Enxouiam excursiones

Ant. Leitanus in immane facinus.

in alia eiusdem prouinciæ turmas Norogna aciem eduxit. In via camelorum turmam multis rebus onustam cepit, deinde primis tenebris motis cliuum subiit, & itineris ducem admonuit, vt eum aliqua via saxosa deduceret, nè possent hostes illius iter ex equorum vestigijs animaduertere. Duab. deinde horis ad quietem datis, postquam rursus omnes excitati sunt, triplicem aciem instruxit, primam Antonio Lupio Siqueira, secundam Iacobo Melio attribuit, tertiam, in qua erat maior militum numerus, sibi referuauit. Ad hunc modum silenti agmine profecti, in turmas hostium ex improviso impetum fecerunt, easque in effusam fugam compulerunt. Trecenti tamen & octoginta duo capti sunt, & præda ingens abacta. Hostes sublato signo conueniunt, & auxilijs vndique in fluentibus exercitus non mediocri efficitur. Nostri ordine regrediuntur. Sed cum Maurus quidam ex fœderatis, vir sane fortis, nomine Zale Bembarqua, in nostrorum conspectu pulchrum aliquod facinus edere statuisset, solus in hostes impetum tulit. Norogna continuo, vt illi subueniret, aciem in hostem direxit. Primo impetu triginta ex hostibus cæsi sunt, & vnus vir primarius captus est. Reliqui eorum, qui cecidere, casu percussis, substerunt. Norogna eorum impedimento liberatus, Azamore exercitum ordine reducebat. Fluuius erat vado traesendus. Is vbi vado appropinquauit, nè pecorum multitudo ordinem perturbaret, & transitum impediret, magnam illius partem Mauro cuidam fœderato donauit. Transmisso cum omni reliqua præda vado, duabus horis in hostium conspectu, qui citra vadum restiterant, cum exercitu conuenit, & epulatus est. Expectabat autem, an hostes vellent vadum pugnae capeffendæ gratia transire. Cum illi id facere noluisent, Azamore exercitum cum reliqua præda reduxit. Rursus XX. V. die mensis Martij, cum alias turmas hostium adoriri statuisset, in Mauros palantes incidit: quinquaginta cepit: reliqui in fugam versi, illius aduentum per omnia com-

Alia eiusdem excelsio.

Zale Bembarque præclarum facinus.

pita & mapalia nūciāru. Multi continuò confluē-
re: & Norogna, nè cum tanta multitudine manum
conferere cogeretur, Azamorem cum captiuis reuer-
sus est. Vigesimo autem octavo eiusdem mensis die
copias eduxit, quibus quasdam turmas hostiles ino-
pinantes aggredere. Sed cum in via præter opinio-
nem in magnum equitum numerum incidisset, Lāsa
rotem Freitam cum equitib. sexaginta præmisit, qui
in hostes impetum ferret: ipse cum reliquis subsecu-
tus est. Fit atrox prælium: ex hostibus multi cæsi: sexagin-
ta capti sunt. reliqui sese effusa fuga ab imminēti cla-
de proripuerunt. Inter captiuos fuit Dux quidam exi-
mius, Arhagus nomine, qui cum centum annos natus
esset, omnia militiæ munera diligenter administra-
bat. Trigesimo die mensis eiusdem Norogna, cum o-
tium ferre non posset, oppidum muris munitū, quod
Siner appellabant, improviso adortus est, illudque vi-
cepit: reliquam prædam Mauris fœderatis concessit:
ipse Azamorem trecentos & quinquaginta & octo ca-
ptiuos abduxit. Nec ipse solum hostes crebris excursio-
nibus fatigabat, sed Duces reliquos otio torpere non
sinebat. Itaque Vascum Fernandium Cæsarem, ante-
signanorum ductorem, cuius virtuti plurimum con-
fidebat, in varias partes mittebat, ut hostibus quan-
tam maximam posset perniciem inferret. Is eo tempo-
re primum quidem cum indicio cuiusdā captiui per-
cepisset, in loco, quem Fornignum appellat, equi-
tum turmam, ut fruges incenderent, coactam esse, in-
eam inuasit: nonnullos occidit, reliquos in fugam
coniecit, Ducem viuum cepit. Cum verò Norogna ac-
cepisset, in agro oppidi Tilenis magnam hostiū mul-
titudinem versari, ut inde in segetes irruerent, & no-
stros, qui in campo vagabatur, inopinatò aggredere-
rentur, in eoseundem Cæsarem immissit. Is cum im-
pigrè imperata conficeret, equites non inuenit: cum
pedibus acre certamen iniuit, qui fortissimè restite-
runt. Omnis enim eorum salus in virtute consistebat.
Nec enim poterant pedibus equites insequentes effu-
gere,

*Alia excu-
sio.*

*Arhagus
centenarius
in captus.*

*Siner opp.
captus à
Iulianis.*

*Vasci Fern.
Cæsaris in
Mauros e-
ruptio.*

*Eruptio e-
iusdē alia.*

gere. Cum tamē multi cecidissent, reliqui in templū
quoddam, quod prope eum locum situm erat, confu-
gerunt. Ibi conglobati sese animo maximo tueban-
tur. Sed tandem Cæsar, gradibus maxima contentio-
ne superatis, primus ascendit: deinde Franciscus Va-
scius speculator: tertius fuit Scriba quidam, cui nomē
erat Franciscus Rodericus. Reliquis animus addi-
tus est, ut idem facerent. Itaque in supremam tem-
pli contignationem subeuntes, in hostes irrunt. Cæsar
vnum ex ijs, qui acrius resistebant, complexus, è sum-
mo præcipitavit. Tanta verò pertinacia decertatum
est, ut nullus ex hostibus euaserit. Neque solum gla-
dijs & pugionibus, verum & lacertis cum multis ar-
tissimè vincerent, eos in terram è summo detrudere
contendebant. Hoc prælium quamuis pro numero
militum exiguum videretur, victoribus tamen in
laude non mediocri positum fuit. Erant enim ho-
stes fortissimi, & cum maxima pertinacia è loco supe-
riore resistebant, & in ultimo discrimine constituti,
nullus eorum in deditioem venit. Omnesque tan-
dem in vestigio mori, quam in seruitutē abduci ma-
luerunt. Cæsar paucis post diebus ab Emmanuele
acceritus fuit, ut cum classe Gaditanum fretum tue-
retur. Vmbre oppidum est Enxouienfe, in edito loco
situm, muris, & mœnibus, & propugnaculis munitū:
quod Azamore octo & viginti millia passuum distat.
Imam vallem fluius præterfluit, vnde collis in op-
pidum valdè accliuus affurgit. Hoc oppidum Noro-
gna ex improviso capere summè concupiuit. Itaque
decimo die Aprilis eiusdem anni in oppidum inua-
dit: minoribus tormentis propugnatores exturbari:
scalas muris admouet, mœniaque diu totis viribus
oppugnat: oppidani summa contentione resistunt.
Cum autem Norogna se frustra eo genere oppugna-
tionis vti conspiceret, aliud excogitauit. Viros acerr-
imos elegit, qui cum securibus, quamuis maximū peri-
culum è mœnib. immineret, in portas inuaderēt. Hi
acq. laxis, neque missilibus impediri potuerunt, quo-
minus

*Cæsaris de
herumque
nonnullorū
virtus.*

*Vmbre op-
pidi expu-
gnatio.*

minus fores cardinib. euulsas introrsum impellerent. Hoc enim Norogna præceperat, vt cardines tantum, quo citius opus absoluerent, securibus excindere conarentur. Aditu in oppidū patefacto, nostri confestim irumpere conati sunt. Hostes cōglobati acriter & diu resistunt. Nostri cū magna hostium cæde tandem ingrediuntur. Hostes verò sese per cliuum deiciunt, & fluiuium petunt: multi cū per cliuum præcipites ruerent, dilacerati sunt. Magnus hostium numerus cæsus fuisse dicitur: ducenti quinquaginta & sex capti, è nostris decem tantum vulnerati fuerunt. Norogna rebenè gesta (nec enim oppidum præsidio munire, sed hostes exterrere decreuerat, vt intelligerent, nullum sibi locum, quantumuis egregiè munitum, periculo vacuum fore) copias in urbem integras reduxit. Rursus octauo die mensis Octob. vt Allimaimonis (era autem is insignis inter Mauros dux) turmas opprimeret, egressus est. Sed cū alios Mauros obuios haberet, quos captiuos duxit, & intelligeret, se hostes iā fallere nullo modo posse, regredi maturè constituit. Rursus decimo quarto die speculatum misit, vbi duces quidam, qui camelorum turmam, quæ Zafinio Azamorem agebatur, ceperant, & quendam primarium virum ex Mauris fœderatis in seruitutē abduxerāt, castra posuissent. Speculatores tres Mauros capiunt, quos ad Norognam perducūt. Illi nunciant, castra hostium quadragesima passuum millibus abesse. Is nullam moram interposuit, quin ad illos de nocte contederet. Sequenti die se in latebras coniecit, nè ab hostibus sentiri posset. Inde primis tenebris profectus, Tamarochium iter direxit. Prope namque oppidum illud hostium castra posita audierat. Ibi triplicem aciem instruxit, & singulis Ducibus, quid fieri ab vnoquoque vellet, imperauit. Deinde explorato cum incredibili celeritate in hostes inuestus est, & eos incautos oppressit, & illis partim cæsis, partim in fugam compulsis, castrorum partem diripuit, prædamque pecorum, & armentorum, & camelorū, & equorum,

cuius

ducentis & quinquaginta captiuis abduxit. Nè verò nostri nimia prædandi cupiditate dissiparentur, & interim ex omni vicinitate maxima subsidia, vt fieri solet, hostib. aduenirent, receptui signum dedit. Media nox erat, cū copias suas à castris hostium reuocauit. Hostes interim vndiq; prouolant, & quæ cuique tela fors offerebat, festinanter arripiunt: atq; primum fustes, lapides, atq; missilia torquētur tanta vi, vt maximum nostris damnum inferrent. Duabus hostis acerrimè dimicatum fuit. Interim prima luce nostri, quanta esset hostium multitudo, clarè cernunt. Tum Norogna suos rursus instruxit, & verbis ad certamen acrius ineundum excitauit. Et cū ex equo desiluisset, quem lassitudine confectum esse sentiebat, in alium conscendit. Res iam non lapidibus & missilibus, sed hastis & gladijs acerrimè gerebatur. Is autem sensim ordine minimè perturbato cedebat, & interdum aciem in hostes conuertebat, vt eos ab insequendo retardaret. Cū verò in hostem, nimis inlascendo pertinacem, equum calcaribus ad motis conatret, illum hasta transfixit. Sed cū ex hostis strati corpore hastam extraheret, fuit secundum galeam tam graui plaga percussus, vt ex equo omni sensu prorsus amisso decideret. Vascus Fernandus Cæsar, qui iam propter anni tempus ex classe redierat, subito accurrit. Alius item vir fortissimus, nomine Martinus Egidius, cum alijs nonnullis opem festinanter attulit. Hi tantisper hostium impetū sustinuerunt, dū Norogna suorum auxilio recreatus, sensum paulatim recepit, & in aliū equū, quē ei famulus illius obrulerat, ascendit. Deinde postremū agmen Ioanni Freitæ & regio procuratori commisit: ipse in primum agmē cum regio signo se contulit. Erant enim viribus destitutus quibus posset in agmine postremo hostibus, qui nostris acriter instabant, obsistere. Qui erant in postremo agmine, res memorabiles effecerunt. Nec enim solum prælij molem inuictō animo sustinebant, verum & multos interimebant. Sole exorto, hostes grauius no-

Tt s stros

Cæsurum
& captiuorū
numerus.

Norogne
in Mauros
eruptio.

Tamarochi
um oppid.

Norogne
victoria.

Prælium
redintegræ
tum atrocis
er.

Norogne
discrimen
ex vulnere

*Insignis
Lustranorū
victoria.*

stros premebant, & nostri vicissim multò acrius rept-
gnabant. Nostri tamen sine vlla perturbatione pra-
dam in uitis hostibus Azamorē perduxerunt. Ex ho-
stibus ducenti cæsi sunt. E nostris nemò desideratus
fuit, quamuis multi vulnerati, & debilitati, & qui-
dam etiam membris capti è prælio disceslerint. Fuit
hoc facinus memorabile, quod magnum hostib. me-
rum iniecit. Aluarus enim Norogna cum ducentis &
quingenta tantum equitibus, & triginta quinque
peditibus ex vrbe egressus fuerat. Mauri Enxouienſes
quingentos equites, & magnum peditum numerum
contra nostros eduxerant. Et quia primum ab hosti-
bus lapidibus certatum fuerat, euenit, vt nomine la-
pidum diu celebratum factum illud extiterit. Lapi-
deam namque eam hostium incurſionem milites ap-
pellabant. Hoc facto multi ex hostibus pacem petiere
& se sub Emmanuelis imperium subdidere. Ioannes
Coutignus sub id tempus cum in pagum maximum,
in quo fortissimi equites habitabant, inuadere statuiſ-
set, ab Odoardo Menesio auxilium postulauit. Is illi
centum equites misit. Eorum dux Andreas Henricus
extitit. Coutignus primis tenebris egressus, ductoris
inſcitia nequiuit in pagum, nisi clara luce, peruenire.
Sed cum fama precessisset (non potuit enim tanto silē-
tio acies educi, vt non hostes, quò intenderent nostri,
ex his, qui in agro vagabantur, explorato cognosce-
rent) Coutignus pagum prope desertum reperit. Ma-
xima enim pars incolarum diffugerat. Illi tamen, qui
restiterant, acriter repugnauerunt. Sedecim tamen cæsi
sunt, quatuor & quadraginta capti. E nostris tres ceci-
derunt. Coutignus inde cum præda commodiore via
se recipere maturauit. Illa autem via, quam reliquit,
Petrus Lupius Azeuedius cum equitibus septem ve-
niebat. Hostes verò, auxilijs vndique subito accitis,
in septem illos irruunt, & primum Aluarum Va-
scium Tauirensē occidunt, deinde Azeuedium illi
subsidio celeriter occurrentem interimunt: & famu-
lus quidam illius, dum patronum tueri contendit, si-
militer

*Io. Coutig-
ni excursio*

militer occumbit. Gasparem quoque Cugnam tribus
iaculis hostes configunt. His cum opem antesignano-
rum ductor afferre voluisset, equus illius confossus
fuit, ipseque summum vitæ periculum adiuit: filius
eius duobus in se iaculis emissis grauissimè vulnera-
tus fuit. Erat locus angustus, quem hostes petebant, vt
nostris exitum intercluderent. Eum locum vt primus
occuparet Coutignus, ea via, qua iter faciebat, accele-
rauit. Ibi eos, qui ab hostibus se recipiebant, excepit,
& sagittarijs oppositis, hostes aliquantulum ab infe-
quendo retardaui. Angustia fuerunt cum maxi-
mò labore, & ingenti periculo superata. Coutigno,
postea quam ex eo loco egressus fuit, exploratores re-
nunciant, incredibilem hostium multitudinem ad-
uentare, vt iter illius impedirent. Is cum hunc nun-
cium accepisset, multò celerius copias cum præda non
magna domum reduxit. Multi quidem ex hostibus
cecidērunt: ita namque nostri eorum impetum su-
stinebant, vt multis necem afferrent: periculum ta-
men fuit grauissimum. Parum enim absuit, quin
Coutignus ipse cum omnibus suis copijs interiret.
Non multis post diebus Emmanuel Mascaregnas à
Ioanne Coutigno sexaginta equites postulauit, qui-
bus excursionem, quam animo destinarat, faceret. *Mascare-
gne excur-
sio in Mau-
ros.*
Cum his copijs egressus, in fluuium, quem Benama-
rensē appellant, iter instituit. Eo deinde transmis-
so, montem subiit: & cum Sol in Occasum vergeret, cum
non mediocri præda, & quinq; tantum captiuis domū
redibat. Cum verò ad pagum, quem Benamarensium
appellant, in ipsius montis lingua situm accederet,
hostium concursus vndique fit. Mascaregnas pau-
latim cessit, atque tandem substitit, vt eos, qui non-
dum se receperant, expectaret. Interim centum sa-
gittarij cetrati cum nonnullis equitibus conferti con-
stitērunt, & vim sagittarum in nostros immiserunt.
Hic Petrus Menesius itineris dux Mascaregnam ad-
monuit, vt boues, & pecorum greges cum præsidio in
fluuium premitteret. Hostes enim ripam molib. obie-

etis munire conari, ut transitum impedirent. Mascaregnas 10. equites cum præda in fluvium misit, quibus curam dedit, ut hostes opere prohiberent. Id ubi hostes conspicati sunt, multo acrius institerunt. Tum Menesius, prælium, inquit, vitari non potest. Hic enim, aut in fluminis ripa necessarid committendum est. Quocirca cæseo, ut hic potius in loco liberiore, quam in fluminis transitu prælium in eas. Sententia, inquit Mascaregnas, placet. Agite commilitones: instate, & cadite. Hæc ubi dixit, equum incitavit. Cum verò equus esset summa pernecitate, factum est, ut solus antequam eum quisquam consequi posset, in hostes irueret, & unum equitem ex equo deturbaret. Hostes in illum repete in festis hastis inuecti sunt. Arma fuerunt impedimento, quo minus occumberet. Equus tamen occisus fuit. Petrus Menesius, & Antonius Contignus, & Ludouicus Valens, primi, ut Mascaregnam ex circumfusis hostibus eriperent, equos incitarunt. Tum reliqui tanto impetu in hostes inuasertunt, ut aciem continuo dissiparent. Sex & septuaginta occisi sunt, & quadraginta duo capti. E nostris nemo desideratus est: multi tamen vulnerati sunt. Paucis post diebus Rex Fessensis cum tribus equitum millibus in Arzilem agrum inuasit. Nihil eo die memoria dignum, vel ab illis, vel à nostris gestum est, nisi novis Arroazij, viri fortissimi, cum quo Emmanuel Mascaregnas congregari cupiebat. Is tunc Habrahemi latus claudebat, cum vnus ictu pilæ plumbeæ, quam tutor quidam, qui cum fistula ferrea ex equo depugnabat, emiserat, concisus occubuit. Similiter & tutor alia pila ab hostibus percussus, non tutoris, sed egregij militis mortem obiit. Hostem enim strenuum, qui multis Christianis necem attulerat, interemit. DVM hæc fuerunt, Nonius Mascaregnas, Saffinensis vrbis præfectus, pace, quam cum Garabienfibus Mauris fecerat, valde fretus, nihil in illos hostile moliebatur. Cum verò accepisset eos à fide desciuisse, id minime ferendum esse decreuit. Duo verò Mauri Garabi-

Mascaregne periculum.

Lusitanorum victoria.

Fessensis Regis in Arzilem agrum irruptionio.

Arroazij caedes.

Bellum aduersus Garabienfes rebelles.

enses illi fidem dederunt, se Ducem Fessensis Regis, qui Garabienfes ad defectionem sollicitarat, occisuros. *Fessensis Regis Dux proditorie neceatus.* Eos non magnis muneribus Mascaregnas (gens enim est natura venalis, & ad facinus scelestum propensa: & ita fit, ut mediocri mercede operam suam locare solitasit) ut in promissis manerent, confirmavit. Itaque & sponte sua, & muneribus allecti, Ducem interfecerunt. Garabienfes sedes commutabant, & sibi valde metuebant. Occiso verò duce, cuius virtute & consilio nitentur, pacem à Mascaregna postularunt, & tamen illius obedientiam pretium aliquod petierunt. Respondit Mascaregnas, non mediocre officij pretium esse, liberam agrorum colendorum facultatem. Hoc responso minime contenti, cum Mauro, Oleidambromo nomine, fœdus percipiunt. Deinde cum propè Salinas castra ponerent, Dabidenfes, qui tunc in fide permanebant, acri bello vexabant. Dabidenfes Mascaregnæ nuntiant, hostes in eos die præstituta cum magnis copijs impetum facturos. Is ducem antesignanorum cum equitibus septuaginta, & Zaidem cum Maurorum acie illis subsidio misit. Hostes cum Lusitanos aduenisse cognoscerent, & suspicarentur Mascaregnam adesse, congressum illius formidantes se receperunt. Dabidenfes in illos inuecti sunt. Hostes cum valde premerentur, aciem in Dabidenfes conuertunt, quatuor interimunt, reliquos cedere compellunt. Sed cum aliquot è nostris subsidio venirent, hostes repressi sunt. Sic tunc non magno viriusque partis incommodo prælium diremptum fuit. At Mascaregnas, cum post hoc prælium per exploratores certior factus esset, omnes copias Garabienfes ad Salinas castra locauisse, neque procul inde Oleidambromensem exercitum constituisse, ducentos & quinquaginta equites, & centum & viginti pedites cum scorpionibus & ferreis fistulis eduxit: & septem equites Dabidenfes voluit secum ducere ut testes essent poenarum, quas à Garabienfibus expectare statuebat. Quarto die Nouemb. huius anni, qui fuit, M. D. xix. post meridiem Saffinio profectus est. Cui

Prælium.

*Lustanorū
victoria.*

*Bellum cū
Garabiēsis
rebellionis
reliquijs.*

*Stratage-
ma.*

verò viginti quatuor millia passuum progressus esset conqueiuit. Castra duodecim passuum millia aberat. Noctis igitur silentio profectus, cum primum diluxit, acies duas inlruxit: primam antesignanorum ducto, rī assignauit, secundam ipse duxit. Itaque duabus partibus castra tanto impetu est adortus, vt omnia terrore, & trepidatione, atque caede completeret, supra trecentos hostes cęsi sunt: capti centum & septuaginta & sex. Hoc metu coacti pleriq; sunt pacem rursus petere, & tributum, vt antea soliti erant, persoluere. Cū tamē non omnes ad Emmanuelis nomen adiungi vellent, sed Xerisij p̄sidio freti, agros colerent, qui quadraginta quatuor millia passuum Safinio aberat, eos Mascaregnas etiam domare constituit. Locus, quem sibi ad habitandum delegerant, Mizquella nominatur. Ne autem foederati, qui in Safiniensi agro castra fixerat, fidem frangere, & cum hostibus coniungi possent, expectauit diem, in quo mercatus more solito erat constitutuendus, in quem multi foederati conueniebant. Cū primus mercatus dies aduenisset, is Maurorum principes, tanquam obsides, domi per speciem humanitatis, quasi aliud ageret, sine offensione retinuit. Et ne iudicium rei vilius fieret, portas occludi iubet. Itaque primis tenebris cum equitibus ducentis, & sexaginta peditibus profectus est. Cū verò octo millia passuum processisset, quatuor equites speculatum misit, & locum, in quo eum conuenturi cum indicio essent, illis assignauit. Aliquot autem horis ad quietem datis, milites excitaui, & montes, & inuia peragrauit ne vestigijs possent quispiam, quo ille intendebat, coniectura prospicere. In nemo autem densum prope fluuium, Iolgum nomine, abditus, iterum cum exercitu conqueiuit. Vbi verò Sol occidit, rursus iter institutum tenuit, donec ad templum Mahumeta nis institutus dedicatum peruenit, quò iusserat, vt speculatores conuenirent. Ibi nemini propter metum leonum, quorum maxima copia in illis locis erat, dormire reliquit. Septima fermè noctis hora, speculatores venerūt, atque

atque renunciarunt, hostium castra inde passuum viginti millibus abesse. Mascaregnas viginti pedites, qui lassitudine confecti, gradum facere nequibant, & equites decem, quibus non valde confidebat, in illo templo reliquit: reliquos pedites iussit post ephippia, equorum tergis insidere. Iam tenebras aurora dispellebat, quā ad locum, in quo castra hostium posita fuerant, peruentum fuit. Blasius Syluius, qui primum agmen ducebat, cum centum equitibus, vt fuerat à Mascaregna iussus, in vallem descendit. At cū illi, qui cum Syluio ibat, agmine simplici, gradum celerius, quā par erat, inferrēt, & vnus ex postremis ex equo decidisset, quindecim, vt illi opem afferrent, substiterūt. Deinde cū Syluium sequi vellent, & is iam se se longius ab eorum conspectu remouisset, viam, quā in collem ferebat, tenuerunt. At Mascaregnas eorum vestigijs institit. Existimabat enim Syluium, eò fortasse, quòd audisset hostes locum mutasse, in eam viam ingressum fuisse. Qui in collem primi ascenderant, ingentem clamorem atque tumultum in valle sublaturis auribus acceperunt. Quidnam autem sibi faciendum esset, explicare non poterant. Vnus ex eis à reliquis ad Mascaregenam missus, & errorem aperit, & quid illis faciendum esset, interrogat. Mascaregnas accelerauit, & Syluium iam praelium cum ijs, qui erāt in valle, commisisse, clarissimis argumentis accepit. Tres maximæ turmae in colle castra posuerant, & duæ similiter in valle tabernacula collocarant. Mascaregnas cū eò iam peruenisset, veritus, ne si opem Syluio inferre vellet, hostes à tergo vehementius instarent, nihil existimauit commodius fore, quā proximis hostes aggredi, vt his denictis, tutius posset Syluio opitulari. Itaque praelium acriter iniuit: multos occidit, vios septuaginta cepit. Pecora & armenta, quæ iter impediabant, ferro cōcidere iussit, ne quid obstaret, quo minus subsidio suis occurreret. Hostibus ad hunc modū ea parte denictis, Mascaregnas in vallem descendere festinabat. Sed qua parte nostrorum vestigia ferrent, ignorabat

rabat, & hostes è fuga redeuntes, qui postremum illius agmen carpere contendebant, illos impediabant, ne regiones agnoscerent. Sed cum clamores in cælum sublatis ad aures hostium, qui nostros insequiebantur, pervenirent, illi, ut suis opem ferrent, accurrunt: Mascaregnas id, quod erat, suspicatus, iter illud idem suscepit. Sylvius rem præclare gesserat, multos occiderat, prædam ingentem è castris eduxerat. Sed hostes à timore resecti, cum multis equitibus valde strenuis, quicquid clamoribus excitati confluxerant, eum acriter vexabant. Mascaregnas viginti equitibus, & quinque præterea militibus cum scorpionibus, & alijs quinque cum ferreis fistulis (hi homines ex equis sagittas & glandes iaciebant) & foederatorum Maurorum subsidij, ut gradum celerius inferrent, imperauerat. At hi Sylvium, & omnes, qui eum sequuti fuerant, hostibus circumuentos inveniunt. Sexaginta tantum equites Sylviū stipabant. Reliqui enim abire cum præda iussi fuerant. Eo tempore iam Sylvius tribus magnis vulneribus fauciatus erat. Garsias Decius totidem vulnera acceperat, & equus etiam illius vulneratus fuerat. Aliquot viri nobiles, quorum equi fuerant occisi, pedibus magno cum periculo decertabant. Quidam Ioannes Magallani filius pedem hasta transfixum trahebat. Franciscus Nouius letali vulnere percussus erat. Antesignanorum ductor non leuiter fauciatus in prælio verfabatur. Quidam Mascaregnæ famulus Maurum fortissimum aggressus est, qui certamen minimè recusavit. Sed cum libenter alter alteri coniungeretur, ita copulati sunt, ut nec hastis, neque gladijs uti possent. Laertis acerrimè decertarunt: Vterque enim eorum hostem ex ephippio detrudere conabatur. Ambo tandem in terram brachijs arctissimè colligati, conciderunt. Alij multis erant vulneribus concisi, & res in ultimum discrimen adducta. Nostri tamen, ne inulti morerentur, operam strenuè nauabant. In hoc statu res erat, cum subsidia venerunt. Quibus nostris animus additus est, & hostes illis aliquid laxamenti dederunt. Itaque liberius

Sylvij vi-
ctoria.

Sylvij socio-
rumq; dis-
crimen.

Duellum.

Sylvio mis-
sum subsi-
dium.

berius campo magis aperto depugnabant, Mascaregnas cum periculum, in quo nostri erant, animaduertisset, acceleravit. Mauri cum illum agnoscerent, multo plus, quam antea fecerant, depugnandi contentione remiserunt. Mascaregnas cum iam liberum iter aspiceret, ordine suos reduxit. Hostes à tergo ferociter instabant. Sed cum ordo minimè turbaretur, & quoties nostri in illos equos conuerterent, graue damnum acciperent, nihil minus & ferocitate iuuabantur. Locus erat sylvestris, & aditus perangustus, & loci frequentes, arcti, & confragosi semitis imminebant. Has angustias hostes ut occuparent, summam celeritatem susceperunt. At Mascaregnas cum ad illas angustias ventum fuit, aciem ex utraque parte scorpionibus & fistulis muniuit. Cum aliqui ad hunc modum sagittis & pilis icti concidissent, reliqui nostros insequi destiterunt. Hoc facto, ut vulnerati curarentur, diligentiam summam Mascaregnas adhibuit. Deinde paulatim, ne vulnerati grauius affligerentur, ad Diucem fluuium pervenit. Sequenti die Saffinium cum captivis & ingenti præda, cum Sol in occasum præcipitaret, ingressus est. Ex hostibus centum & quinquaginta cæsi sunt. Cum enim non liceret propter itineris longinquitatem eos insequi, factum est, ut non multo plures occumberent. E nostris Franciscus Nouius in itinere è vulnere, quod acceperat, mortem obiit. Sex dies Mascaregnas in hoc facto consumpsit, quod ingentem hostibus terrorem præbuit. Iam neque munita propugnacula dicebant, neque itineris magnitudinem eos ab imminetibus dies atque noctes cladibus tutari posse. Nihil enim esse, quod hominem audacia summa præditum, & in rebus gerendis industrium, & admirabili sagacitate & astutia confirmatum, ab hostibus perpetuo vexandis retardaret. Itaque pacem petunt imperium accipiunt, obfides dant, & tributum sine recusatione persolunt. Hæc in Africa gerebantur. In India vero anno insequente Iacobus Lupius Siqueira, qui Suario successit, magnam classem, ut in Arabicum sinum penetraret, instruit.

Cæsum nu-
merum.

Pax.

RES IN
DICAË.

instruxit. Classis erat nauium viginti sex. Milites Lusitani duo mille, & Indi mille, mense Februario Goa soluit. Alexium Menesum, qui Indiam interim gubernaret, Goæ reliquit. Antonium autem Saldagnam cum quinque nauibus antè præmiserat, vt in Zacato. ra, quid in rubro mari gereretur, exquireret. Eundem verò Saldagnam non procul à Guardafumensi promontorio offendit. Quo in loco Petrus Vascius Vera, quem Suarius inde ad Emmanuelem miserat, ad illū venit. Ab Emmanuele namque in eum locum redire iussus fuerat, in quem sperabat Siqueiram ea opportunitate temporis adfuturum: quod cum minimè fecerit. Vera literas ab Emmanuele ad Siqueiram deferrebat, quibus illum, vt Arabicum mare teneret, stimulabat. A quatione in Metensi portu, qui est in Aethiopiae littore, facta, in Arabicum mare cursum direxit. Naus illius in cursu fracta fuit. Omnia, quæ illa vehabantur, præter homines, hausta sunt. Siqueira in nauem, cuius præfectus erat Petrus Faria, transcendit. Cùm in ostium sinus Arabici penetraret, aduersis tempestatibus impeditus, ludam, quò intendebat, deferri non potuit. In insulam Mazuam nomine, de comuni omnium sententia subuectus est. Ea insula Aethiopiae intimis littoribus adiacet, & ad ditionem Regis Aethiopiae, qui Matthæum legatum ad Emmanuelem miserat, pertinebat. Incolæ classis formidine perterriti, in continentem traiecerant. Est in continente oppidum, Archiquum nomine, quò se contulerant. Siqueira insulâ petierat, vt inquireret, vtrū Matthæus verus legatus Regis extiterat, an, vt Alfonso Albuquerque inuidi confirmabant, vaniloquus, & præstigiator esset. Archiqui præfectus cùm accepisset classem Lusitanam esse, Siqueiram per literas humanissimè salutauit. Sequæ gratias ingentes Deo agere testificatus est, quòd antiqua prophetarum oracula euentu felicissimò comprobaret. Hoc enim à viris olim diuinis, qui in regionibus illis maximum admirandæ virtutis specimem dederant, prædictum fuisse, fore, vt eo tempore

Chri.

Christiani, terrarum & marium interuallis disiunctissimi, in eas oras classe peruenirent. Siqueira nuncios benignè accepit, & byzantinis vestibus ornauit: ad Præfectum verò misit vexillum sericum pulchrè factum, in quo rubra crux erat intertexta. Præfectus cū signū præferri accepisset, in littus occurrit. Supra duo hominum millia cum illo venerunt: qui omnes cū signum Crucis in vexillo vidissent, in terram se proiecerunt, & Christi nomen cum admirabili pietatis studio sæpius inclamârunt, ita, vt Lusitani, qui aderant, lacrymas tenere non possent. Præfectus tandem in littus peruenit, & eò Siqueira se contulit, & Matthæus simul aderat, qui fuit ab omnibus cum eximia gratulatione & honoribus summis acceptus. Post colloquium Siqueira cum Matthæo in classem redijt. Inde Petrus Gomezius Teixeira, qui iuridicundo cum nō mediocri integritatis laude præerat, Siqueiræ permisit aliquot passuum millia progressus, ad monasteriū magnum peruenit: & à monachis cum admirabili significatione caritatis exceptus fuit. Is mira de illorum religione & abstinentia memorabat, à quibus tamen sciscitatus est, cur non Ecclesiam Romanam, quæ summum in vniuersa repub. Christiana principatum tenebat, agnoscerent. Respondent illi Pontificis maximi nomen, vt par erat, debita pietate venerari: sed quò minus Romam liberè commearent, Saracenorum & Turcarum armis impediri, eo tempore, quo Siqueira in insula commoratus est, insulam perlustrauit, & cisternas aquationis faciendæ gratia diuisit, & locum, in quo arx commodè ædificari posset, designauit. Sed nec vllus locus erat satis idoneus, & munitiones, quas naue sua ad arcem muniendam deportabat, naufragio perierant. Portus est optimus: sed solū matrum & sterile, & aquæ summa penuria. Ambitus verò insulæ octo millia passuum non continet. Archiqui Præfectus ad Barnagasū (sic enim Principē qui regionem illā nomine regis moderatur, & ab hostiū incurfione defendit, appellat) literas statim dedit, qui.

*Metensis portus.**Siqueiræ naufragiū.**Mazuam ins.**Archiqui opp.**Aethiopia monachorū charitas insignis.**Aethiopia erga Pont. Romanum reuerentia.*

Barnagafij quibus nostrorum aduentum nunciabat. Is sine vlla
cū Siqueira mora magna equitum & peditum multitudine con-
congressus. stipatus aduenit. Siqueira in terram descendit, & suos
 instruxit, & paululum à littore digressus Barnaga sū
 expectauit. Is vicissim ducentos equites, & duo millia
 peditum ad istum sagittarū ordine constitui iussit. Ibi
 prope littus alter alterum humanissimè complexus
 est. Multis deinde verbis vtro citroque habitis, dum
 quilibet eorum alterum amoris insiti testificatione
 superare nititur, & nomine Regis sui omnes regni
 opes pollicetur bona diei pars consumpta fuit. Pace
 solenni ritu confirmata, Barnagasius in oppidum, Si-
 queira in clasē se continuò recepit. Muneribus dein-
 de vtrò citroq; missis certatum est. Siqueira tandem
 à Barnagasio postulauit, vt legatum, quem Rex Em-
 manuel ad regem Aethiopiæ mittebat, deducendum
 curaret. Barnagasius id Archiqui Praefecto cōmissit.
 Legatus in Odoardi Galuani locum suffectus Rode-
 ricus Limicus fuit cui adiunctus erat sacerdos, nomi-
 ne Franciscus Aluarus, quilibet huius legationis
 edidit. Matthæus, cuius iam fides erat vniuersè prope
 modum Aethiopiæ testimonio comprobata, cum il-
 lis simul ibat. Qui tamen cū circiter septuaginta
 passuum millia progressi fuissent, in cœnobio, quod
 Bisam appellabāt, mortuus est. Rebus ita constitutis
 Siqueira insulam Dalazam, quæ à Saracenis coleba-
 tur, exiit: inde vela dedit & armuzium petijt, & in
 Calaiatenſi portu Georgium Albuquerqueium offe-
 dit: qui cū veniret, vt fuerat iussus, in Guardafu
 mensē promontorium, & ibi Siqueiram minimè
 periret, Armuzium versus cursum direxerat. Qua
 ratione motus Siqueira Iudam non oppugnari, inco-
 gitatum est. Siue enim semper aduersa tempestas exitum
 siue inutilem urbem illam Regibus Lusitanicæ for-
 statuit, siue quid aliud obstitit, hoc certè constat
 classem illam tantis sumptibus instructam & ornata
 hoc vnum tantum opus effecisse, vt Matthæi fidem
 exploraret, & Lusitanum legatum in Aethiopiæ
 nis

Pacis fœdus
cū Barna-
gasio.

Lusitanus
ad Aethio-
piæ regē le-
gatus.

Matthæi de
ethiopiæ Re-
gis legati
mors.

Dalaza in-
sula extru-
cta.

Lusitanicæ
classis in
Arabicum
Sinū missa
quis fru-
ctus.

nibus, vt ad Regem deduci posset à Christianis, expo-
 neret. In Augusti mensis exitu Siqueira in Indiam na-
 uigauit: in cursu duas Arabum naues cepit, classem
 ad Diu applicuit: & cū intellexisset, urbē esse mi-
 litem præsidio, & armorum, & tormentorum multi-
 tudine egregiè munitam, & ipse classem quassatam,
 & copias imminutas duceret (magnam enim illarum
 partem morbi consumpserant) quamuis in mandatis
 haberet, vt eam urbem oppugnaret, id nullo modo
 tunc tentandum existimauit. Melichiazus aberat. Si-
 queira filium Melichiasagam per nuncios salutauit,
 & ab eo similiter salutatus, & munerib. affectus fuit.
 Cochimum tandem peruenit, vbi Georgium Brittiū
 offendit, qui hoc eodem anno Olyssipone cum clasē
 nouem nauium profectus fuerat. Ex clasē Siqueira
 duæ tantum naues amissæ sunt. Prima fuit prætorica
 qua ipse Siqueira vehebatur. Altera fuit triremis, cu-
 jus erat nauarchus Hieronymus Sousa: quæ cū demer-
 sa fuisset, vndecim tantum homines euaserūt, in qui-
 bus ipse Sousa fuit. Qui cū per oram Arabiae pedib.
 quadraginta passuum millia confecissent, in oppidū
 tandem, quod ad ditionem Regis Armuzij pertine-
 bat, maximo cum labore peruenerunt. Ibi ab oppidi
 Praefecto hospitaliter accepti, & vestitu culti, & pecu-
 nijs adiuti, & Calaiatem perducti sunt. Hoc anno res
 parua, si numerus militum censeatur, satis verò ma-
 gna, si magnitudo animi, qua perfecta fuit, pondere
 tur, apud Septam euenit. Duo piratæ fratres, qui Te-
 tuanum incolabant, duabus longis nauibus quatuor
 iam annis Gaditanum fretum, & oram, quæ extra fre-
 tum in Austrum inflectitur, infestam reddiderant. Se-
 ptæ præerat Gomecius Syluius Vasconcelius. Vnus ex
 piratis inter insulas obiectas occultari voluit, vt inde
 in naues aliquot imparatas inuaderet. Frater interim
 mare speculabatur, vt fratrem cū opus esset admo-
 neret. Hoc cū Praefectus per speculatores explora-
 tum habuisset, duas confestim celoces instruxit. Vni
 Andream Vasconcelium, alteri Michaelē Syluium
 præfecit.

præfecit. Ambo erant illius filij. Locus, in quo Septa sita est, in mare procurrit, ita, vt ab ortu Solis sinum efficiat. Lingua igitur, quæ longius in altum excurrit, duos vrbis ipsius portus disiungit. Vnus enim ad Occasum, alter ad Ortum pertinet. Præfectus cum in eo portu, qui spectat ad Solis occasum, celoces comparari iussisset, filijs præcepit, vt circuitu Linguam superarent, & hostes inopinantes aggredirentur. Michaeli verò, qui iunior erat, præcepit, vt prior in hostes incurreret. Dum verò vterq; se supra modum dicto parentis audientem præbet, ambo à parentis consilio deflexerunt. Iunior enim tanta celeritate celocem incitari præcepit, vt grandiore natu fratrem minime expectandum arbitraretur: grandior aurem frater lentius, quàm res postulabat, celocem remis impelli faciebat. Itaque Michael Syluius in hostium nauem magno animo inuasit. At hostes cum essent numero plures, & ex maiore naue cum minore decertarent, & Dux acer, & animosus, & rerum maritimarum peritus esset, & milites exercitatos in nauem imposuisset, celocis congressum facile contemnebant. Hostes autem in celocem insiliunt: fit atrox prælium. Nostri tandem metu perturbati, sese in sentinam celocis abdunt. Præfectus cum certo equitum numero peroram, vt congressum cerneret, discurrerat. Cum verò celocem ab hostibus occupari conspiceret, alterum filium clamoribus & signis admonuit, vt fratri confestim opem afferret. Sed antequam is adueniret, Syluius hostes è celoce armis expulerat, & se ab hostili naue retinaculis sublatis disiunxerat. Deindè eos, qui se occultarant, in crepitos è latibulis eduxit, & à metu refecit. Tum rursus in hostes inuasit. Nauibus autem arctissime colligatis, intermissa pugna recruduit. Celocis magister hasta confossus occubuit: quidam illius filius similiter occisus est, & item alius etiam magistro sanguine coniunctus. Alius, Petrus Vieira nomine, grauiter fauciatus decidit. Quatuor hostes deindè in celocis proram repente desiliunt.

Michael

Michael Syluius hastam in eos magna vi coniecit, & vnum ex piratis fratribus natu maximum occidit. Itaque DE I præsentis auxilio hasta directa fuit, vt guttur illius transuerberaret. Syluius, deindè aliam hastam corripit, & in tres illos, qui adhuc celocis proram tenebant, impetum tulit, eosque è celoce præcipites eiecit, & rursus se ab hostili naue seiunxit. Tum in puppim excurrit, & de magistro quæstuit, quid faciendum censeret. Ignorabat enim magistrum esse extinctum. Tum ad Petrum Vieiram conuersus, horribilem speciem oculis vsurpauit. Iacebat enim Vieira concisus vulneribus, & ilia ventre disciso se effuderant: & tamen Syluius vt iunior natu maiorem, & in bellis exercitum interrogauit, quid optimum factu iudicaret. At ille, Abi, inquit, & eos, qui se rursus abdidierunt, è latibulis expelle, & remorum vehementi concitatione te, quando solus relictus es, ab imminente clade subtrahe. Is continuo rursus homines metu turpiter exanimatos è tenebris eduxit. At hostes cum cernerent alios interemptos, alios verò timore necis occultatos, alios postremò vulneribus impletos, in celocem impetum fecerunt. Interim Andreas Vasconcelius apparuit. Hostes cum essent pugnando defessi, & Ducem amississent, & nostros integros aduentare conspicerent, retrò cesserunt. At Michael Syluius Vieiram rursus interrogat, num hostium nauem insequeretur. Vieira eum admonuit, vt ex alto in terram cursum dirigeret, vt hostilem nauem in vadum compelleret. Is consilio paruit. Hostes exterriti, nauem maxima remorum vi in aduersum litus impellunt. Et cum in mare desilirent, maxima eorum pars fluctibus hausta fuit: octo in terram enatarunt, qui cum in Præfectum inciderent, ab illo capti sunt. Itaque antequam Andreas Vasconcelius accederet, iam frater illius iunior rem totam confecerat. In quo nescio quid magis laudandum sit: virtus ne, qua vel solus, vel cum paucissimis, qui vulneribus debilitati illi sequi minimè potuerunt, tam pietati animo hostib.

V u 2 ferocissimi.

L I B E R

ferocissimis repugnauit: an modestia, qua in ea trepidatione nihil sine maiorum consilio moliri voluit. Non multis post diebus hostes se in urbis conspectum dederunt. Gomecius Syluius in eos imperum dedit. Illi se fugam mandarunt. Gomecius illos longo spatio insequutus est, donec ad fluuium peruenit, quem hostes partim vado, partim nando transire. Aliquot tamen ex illis caesi sunt. Sed cum Antonius Pereira, vir apprimè nobilis, cum equo cecidisset, hostes (nondum enim omnes traiecerant) aciem in eum conuerterunt. Michael Syluius cum equitibus quinque subsidio confestim occurrit. Hostes femur illius hasta transfixerunt. Sed cum frater illius, & Petrus Mendezius, cum alijs nonnullis aduenissent, hostes in fluuium se demiserunt.

HIERO.



HIERONYMI
OSORII SILVENSIS

ALGARBIORVM IN LV-
SITANIA EPI-
SCOPI,

DE REBUS EMMA-

NVELIS, LVSITANORVM
REGIS INVICTISSIMI,

virtute & auspicio gestis,

LIBER DVODECIMVS.



CCIDIT hoc Anno res, quæ cum à non mediocri belli apparatu ortum habuisset, in risum conuersa fuit. Rex Fessensis cum esset vir bellicosus & impiger, & suos in armis continere statueret, crebras in nostros excursions faciebat. Itaque hoc anno agrum Tingitanum populatus est, & prædas non valde magnas abegit. Et cum nemo illi obuiam prodiret, Arzilam contendit. Erat Arzilæ quidam plebeius homo, qui lento atque diuturno morbo paulatim intabescerebat. Medici præceperant, ut testudinibus vesceretur. Is propter probitatem erat charus vniuersis. Cum verò testudines

Ridiculus de nudis equitibus historia.

non haberet, conquestus est, quod unico illo morbi remedio careret. Tum equites viginti operam suam ad eam rem polliciti sunt, modò exeundi potestas illis à Ioanne Coutigno vr̄bis præfecto fieret. Coutignus eam facultatem non grauatè concessit. Illi prodeunt, & in proximum fluuium se cõferunt: equis fræna & ephippia detrahunt, eosq; capistris ad arbuſta deligant, & hastas in terra defigunt. Tum omni metu soluti arma deponunt, & omnes vestes exuunt, & toto corpore nudi in fluuium se demittunt. Erat autem æstus, & illi cum essent natandi studio dediti, tum ut calorem depellerent, multò libentius atque iucundius natabant, & magnam interim vim aquatilium restudinum manibus capiebant. Speculator quidam hostium, cum illos equites viginti egressos animaduerteret, multo maiores esse copias arbitratus est, quæ silenti agmine, ut fieri solebat, exirent, ut montes & sylvas insiderent, ut ex insidijs in hostes incautos impetum facerent: illos viginti, primi tantum agminis partem esse credidit. Id igitur ad regem continuo detulit. Rex ducentis equitibus Hamelicè itinerum ductorem, eundem ipsum, qui nostros speculatus fuerat præfecit, eumque iussit fluminis transitum, qua eos transmissuros opinabatur, obsidere. Alios ducentos equites Martino Abrahami auunculo, qui religionem Christianam abiurauerat (erat enim Abrahamus mulieris Christianæ filius) assignauit, cum quibus eum alium fluminis aditum custodire præcepit. Hamelix omnes vias, quibus illos ingressuros sperauit, oculis perlustrauit: & cum nulla vestigia reperiret, in fluuium Dulcè (sic enim fluuius ille nominatur) se cõtulit. Nò potuit Hamelix tanto silentio aciem ducere, quin ab Arzila speculatoribus conspiceretur. Itaque ingentis tormenti ictu, qui foras exierant, admonentur, & qui in vrbe se tenebant, æris fonitu ad arma vocantur. At natatores egregij cum tanta animi relaxatione atque iucunditate ludebant, ut vix possent villo tormentorum strepitu de periculo, in quo versabantur, admoneri.

Piscatio

Piscatio enim felicissimè procedebat, & alij in alios conuicia iaciebant: omnia clamoribus & risu immodico personabant, cum repentè hostes apparent. Nostri hastas euellunt, & nudi in equos nudos insiliunt, & in vr̄bem confugiunt. Hostes illos insequuntur. Nostri interdum ita nudi ut erant, in hostes equos cõuertebant, & eorum impetum, ut poterant, repellebant. Vnus tamen ex equo decidit. Antonius Coutignus (is fuerat Saraccus, & se ad Christi nomen & religionem aggregarat) ut equiti, qui deciderat, auxilium afferret, in hostem, qui reliquos antecesserat, impetum dedit, eumq; ex equo deturbauit, sociumq; iacentem manibus iuuat, ut facilius post se equi eiusdem tergo superfederet: Ioannes Coutignus, ut fugientes exciperet, ex vrbe cum instructis copijs egressus fuerat. Cum igitur agmen nudum cerneret, risu propemodum corruit. Deinde (erat enim vr̄banissimus) tam multa dicta dixit, & tam faceret in omnes lusit, ut omnes cachinnos tollerent. Factum verò Antonij Coutigni multis laudibus celebrauit. Postremò autem adiecit, Nè comilitones nostri hoc cultu virginibus, quibus inferuiunt, offensionem inferat, par est, ut eos, antequam in vr̄bem inuehantur, contegamus. Tum quilibet partem sibi vestium detraxit, qua sociorum corpora contegerent: & sic demum in vr̄bem cum omnium incidentium iocis ingressi sunt. Hamelix cum casum illum Regi Fessensi nunciaret, magni illius & omnium qui aderant, risus consequuti sunt. Spolia deinde legit, nèpè vestes, & parmas, & retia, frenas, & ephippia, & vnum equum: & sic demum Rex ille Mauritanie potentissimus, cum tam opulentis manubijs domum reuersus est. At Coutignus nudis vestem sumptibus suis præbuit, præcipuè verò Antonium Coutignum munere donauit, & factum hominis publicè collaudauit, ut alios ad eiusdem virtutis exemplum acrius incenderet. Hamelix paucis post diebus Regis iussu, ut consilia nostrorum exquireret, Arzila redijt, & fuit cum damno repulsus. Cum rursus alia die

V u 4 excurrere.

excurreret, vnum speculatorem cepit, ad Regemque perduxit. Is cum illum de oppidi statu percontaretur, captiuus urbem esse dixit armis & com meatu munitam, & militum a ceterorum virtute defensam, & Ducis vigilantissimi custodia confirmatam. Tunc Rex vrbe se potiri diffidens, exercitum dimisit: & speculator intra paucos dies ipsius Præfecti pecunia redemptus fuit. Hoc anno rex Emmanuel arcem in ostio fluminis, quod Tetuanum præterfluit, ædificare constituit. Carolus Rex cum hoc accepisset, Emmanuel per literas, vt tam egregium opus efficeret, adhortatus est. Est enim oppidum illud piratarum receptaculum, qui inde prodeuntes, maria crebris latrocinij infesta faciunt. Ad arcis situm contemplandum, Petrus Mascaregnas missus fuit, qui altitudinem portus explorauit, situm diligentissime perspexit, aquationis commoditatem, & facillimam arcis excitandæ atque muniendę rationem fore vidit. Sed Emmanuel id, quod vehementer cupiebat, exequeretur, negotijs innumerabilibus impeditus fuit, & ob id in aliud tempus opus differendum iudicauit. Ioānes interim Coutignus cum Petro Mascaregna aliam excursio- nem maximo cum periculo fecit, qua arduis montibus & densis nemoribus, & arctissimis angustijs sine vlla hostium suspitione superatis, in hostes inopinantes inuectus est. Eos autem primo impetu fudit, fugauitque: & ita domum victor cum captiuis & præda reuersus est. Non multis post diebus Antonia Azeuedia, quæ nupta fuerat Iacobo Soueralio, nauem vnā exijs, quas Carauelas appellant, conduxit, vt Tingi Arzillam peteret. Eam duo illius fratres patruces deducebant. Vni Ioannes Coelius, alteri Arius Coelius nomen erat. In ea nauī vehebatur piscator quidam, nomine Antonius Grimaldus, qui cum ab hostibus, qui vna nauē longā piraticā faciebant, cum alijs piscatoribus captus esset, è nauī se demiserat, atque nando Tingem peruenerat: & Odoardo Menesio nunciārat, piraticā nauem iter Tetuanum suscepisse.

Sic

Sic enim opinatus fuerat. Hac autem fiducia nostri citius, quā temporis occasio ferebat, è portu soluerāt. Non multum progressi fuerant, cum in eos eadem hostium nauis incurrit. Ex hostibus octo in nauem nostram insiliunt. Coelius cum Grimaldo festinanter acurrunt, & cum hostibus, qui ingressi fuerant, acre certamen incunt: quatuor interficiunt quatuor reliquos expellunt. Nautæ interim ita cursum dirigunt, vt hostilem nauem post se relinquere. At hostes, cum exijs, qui pulsati fuerant, intellexissent, solos tres viros esse apud nostros, qui pugnarent, reliquam turbam esse mulierum, atque nautarum, nauem suam remis quantum possunt, impellunt, & in nostros rursus impetum dant, & ferreas manus iniiciunt. Tum sedecim armati per proram in nostram nauem ingrediuntur. Duo Coelius fratres eis acri animo repugnant, Grimaldus inermis, cum hasta & gausapina veste, qua cōplicata sinistrum brachium armauerat, cum fratribus animo magno coniungitur. Fit acris prælium, quā si magna vtrinque multitudo manum conseruisset. Maior tamen pars hostium cadit, reliqui se rursus in nauem suam recipiunt. Dum hoc geritur, alij hostes per puppim insiliunt, qui à nautis repulsi sunt. Grimaldus focū nostræ nauis arripuit, & in hostilem nauem coniecit: & hostibus partim inflammationem intulit, partim multo cinere conspersis aspectum ademit. Hostes igitur sese à nostris abstraxerunt. Sagittis tamen & pilis eminus decertabant. Duæ naues Cantabræ cursum illum tenebant. Cantabri cum prælium illud spectarent, in scaphas desiliant, vt opē celeriter afferrent. Naues enim eò propter magnitudinem appropinquare non poterant. Sed cum illi ad nostros accesserunt, iam hostes abscesserant. Cantabri nostram nauem ad suas naues remulco traxerunt, & faucios curaerunt, nec vllum humanitatis officium fuit ab illis prætermisum. Saucij deinde fuerunt Odoardi Menesij iussu Tingim deportati: nauis autem Cantabrorum præsidio munita Arzillam peruenit.

VV 5 Gri-

Emmanuelis de arce quadam exiruenda institutum.

Prospera Coutigni et Mascaregnæ excursio.

Pugna duarum nauium

*Turoqu-
quij expug-
natio &
Maurorum
strages.*

Grimaldi verò hominis infimi, sed animo maximo præditi virtus inter omnes excelluit: qui quidè multis, & valdè periculosis vulneribus laboravit. sub id tempus, Franciscus Castrensis, oppidi, quod promontoriū Guerense nominant, præfectus, qui in Lusitania suæ rei gerendæ gratia apud Emmanuelem versabatur, in Africam redierat. Turoququū oppidū erat tunc valdè opulentum, & multorū mercatorum celebritate, & commercio frequentatum, Turoququenses tã Lusitanis, qui promontoriū Guerense tuebantur, quàm Mauris fœderatis non mediocriter damnū inferebant. Itaq; Franciscus Castrensis copias eduxit, & Xequium Melchii, qui semper in regis Emmanuelis fide permanserat, acciuit. Noctè profectus, prima luce hostes inopinantes aggreditur, oppidū capit, oppidanorū stragem edit: Christianos, qui captivi erant, liberat, magnam hostium multitudinem in seruitutem adducit, & quamquam nostri multos occidissent, multò tamè plures à Xequij Melichij militibus occisi sunt. Quibus enim damnis affecti fuerant, valdè meminerant, & idcirco, vt dolorè animis inustū acri vindicta sanarent, operam enixè dederunt. Hæc quidem in Africa gerentur. In India, vt dictum est, Malaca fuera à Bintami Rege obsidione vexata, & magnis viribus oppugnata, & in summū discrimen adducta, & Antonij Correx (quem Siqueira Pegū miserat, & cui in mandatis dederat, vt si opus esset, Malacæ auxiliū afferrer) aduentu liberata. Correa cum vrbē hostium metu liberat & vario cōmeatu refertam cerneret, Pegum iter instituit, & Martabaum, maritimā regni illius ciuitatem secunda tēpestate peruenit. Regio est latissima, & maxima fertilitate prædita. Gemmis præterea varijs, & auri & argenti metallis abundat. Homines sunt colorati & lautissimè viuunt: vitijs valdè dediti sunt, quibus efœminantur. Maxima ex parte numina cōmentitia colunt, & simulachris immolant. Sacerdotes in summo honore sunt: ædibus amplis multi religiosi homines includuntur, qui se excellentius in studio pietatis gerunt.

**RES IN
DICA.**

*Correa in
Peguensem
regnum
profectio.*

*Pegi descri-
ptio.*

Correa cum vrbē hostium metu liberat & vario cōmeatu refertam cerneret, Pegum iter instituit, & Martabaum, maritimā regni illius ciuitatem secunda tēpestate peruenit. Regio est latissima, & maxima fertilitate prædita. Gemmis præterea varijs, & auri & argenti metallis abundat. Homines sunt colorati & lautissimè viuunt: vitijs valdè dediti sunt, quibus efœminantur. Maxima ex parte numina cōmentitia colunt, & simulachris immolant. Sacerdotes in summo honore sunt: ædibus amplis multi religiosi homines includuntur, qui se excellentius in studio pietatis gerunt.

tere cupiunt. Similiter & virgines alijs eiusmodi septis inclusa pudicitiam se perpetuè colere profitentur. Multis in rebus sunt Sinis vitæ cultu simillimi. Correa cum primū classem in vrbis portu collocavit, Antonium Pazagnam ad Regem, qui tunc Pegu tenebat, legatum instituit. Is cum socijs fuit à Rege satis benignè & hospitaliter acceptus. Illis autem reipōsum breui reddidit, & cum illis sacerdotem summæ autoritatis hominem (hos Rolines appellant) & aliū virum primarium, qui magnum apud illum nomen tenebat, Martabaum misit. Illis autem potestatem dederat pacis iusto & æquabili fœdere faciendæ. Pax firmata, & monumentis consignata fuit. Correa publicum fœderis testimonium nostro more conscripsum, Peguensibus obtulit. Illi nomine Regis, eiusdè fœderis testimonium in aurea pagina, vt Regibus illis mos est, cum fœdus sanciant, inciderunt: quod Correa similiter detulerunt. Interim illis vsus & consuetudo tanta cum hominibus nostris intercesserat, vt Lusitani quasi in patria communi versarentur, ita sine vllò metu per vrbem incederent, Cùm vero secundus ventus à Septentrione flaret. Correa cum nauibus quinque, cibarijs onustis Malacam redijt. Dū Correa apud Peguenses negotia gerit, in Zamatra apud Pacemenses ingens tumultus exoritur. Vir enim quidã regnandi cupidus, in regē insidias cōparauit, & illo occiso, regnum occupauit, & quinque & 20. Lusitanis, qui ibi versabantur, necem intulit, opesq; illorum abstulit, & quibus signis potuit, quanto odio nominis Lusitani teneretur, ostendit. Garcia Sala, qui tunc Malacæ præerat, nauem vnâ armis, & munitionibus & valido militū præsidio diligenter instruxit, illiq; Emmanuelem Pacieçū præfecit: cui præcepit, vt oram, quæ inter Pacemensem & Axemensem portū interest, summa vigilantia specularetur, nè cōmeatum illum in vrbē importari, nè ue cuiquã in altū piscandi gratia euehi liceret. Hoc aut belli genus acerrimum erat. Gens enim ciuis importatis vititur, & piscatu plurimū alitur. Vtriusque

*Lusitanã
ad Peguen-
sè Regē le-
gatio.*

*Fœdus in-
ter Peguen-
sem regē et
Lusitanum.*

*Pacem-
ensis tumultus,
& ex
eo bellum.*

*stupendum
quinq; Lu-
sitanorum
facinus.*

que igitur rei vsu prorsus impedito necesse erat, vr-
bem inopia atque fame cruciari. Id Paciecus non seg-
niter exequutus est. Verum cum a que recentis deside-
rio teneretur, scapham in terram propius urbem mi-
sit. Ea autem, præter remiges, viri quinque veheban-
tur, qui in fluuiū subuecti, a quationem fecerunt. De-
inde secundo fluuio nauem repetebant, cum ex im-
proviso hostes in numerabiles vtramque fluuij ripam
occuparunt. Tum lapidum atq; sagittarum multitu-
do, grandinis instar, in nostros decidit ita, vt maximū
vitæ discrimen adirent: qui tamen par mis tecti, cum
totis viribus scapham incitarent, è ripis emersi, in al-
tum vecti sunt. Sed cum æstus esset aduersus, & ven-
tus eos deficeret tres naues humiles quidem, sed valde
longæ, multorum militum capaces, quæ remis impel-
luntur (incolæ Lancharas appellant) armis, & valido
militum præsidio munitæ, quibus multi nobiles ho-
mines vehebantur, scapham consequutæ sunt. Nauis
præerat Iaoënsis vir egregiè fortis, qui Zudame-
cius appellabatur. Nostri obstinatis animis decreuere
mori potius, quàm seruitutē pati. Deinde cū omnem
suam spem in Christi numine collocassent, ad pugna-
se comparant. Vnus ex quinque viris Lusitanis ton-
sor erat. Is cum esset viribus summis, & animi singu-
lari alacritate præditus, nauis prætorix, quæ reliquas
antecefferat, & in scapham inuaserat, proram mani-
bus arripuit. Quæ tuor reliqui in nauem conscendere
quos ipse consequutus fuit. Tantoque impetu in ho-
stes irruere, vt multi se metu in mare deicerent. Dux
suis à tergo ense districto ferociter instabat, & mortem
illis, nisi fortissimè pugnarent, minabatur. Et cum ni-
hil neque exhortando, neque minitendo profice-
ret, quatuor occidit. Erant adhuc, hostes ancipiti
metu districti. Qui enim Lusitanorum impetum
sustinebant, ab illis cædebantur: illis, qui fugiebant, e-
rat manibus ductis sui mors necessariò subeunda. Tandem
postquam aliquo spatio fuit vtrinque dimicatum,
omnes hostes aut ferro concisi, aut fluctibus demersi
sunt.

sunt. Tantis enim illis terror iniectus est, vt se in mare
demitterent. Ipseque dux multis prior vulueribus
acceptis se in mare præcipitem dedit: Erant autem su-
pra centum & quinquaginta, qui naue illa veheban-
tur. Reliquæ duæ naues cum primæ casum oculis a-
spexissent, metu perterritæ constiterunt. Sed eo tempo-
re nostri erant ita labore debilitati, & vulneribus con-
fecti, vt nullas ad resistendum vires haberent. Sed eo-
dem numine, quo fuerunt in prælio confirmati, vt tā-
mirandum facinus ederent, hostes exterriti sunt ita
vt eos aggredi non auderent. Nauis hostium capta re-
tulco ad nauem priuūm, deinde Malacam perducta,
& in terram subducta, & in tegumento contecta fuit,
vt diutissimè permaneret miraculi stupendi moni-
mentum. Hostes enim à Christi sanctissimis sacris a-
nien perspexerunt, vt nullo modo viribus humanis,
sed Dei præsentis auxilio gestum fuisse. In quo mul-
ta valde miranda contigere. Primūm fuit, ardor & a-
ccitas animorum, qua quinque viri mori maluerūt,
quàm hostibus in deditiōem venire. Deinde præliū
solum tam felici successu confectū, vt centum & quin-
quaginta hostes ferocissimi, quinque virorum manib.
elcaderentur, vel metu adeo turbarentur, vt se in
mare præcipitarent. Postremum fuit, ille metus duab.
nauib; integris incussus, quæ non ausæ sunt in ho-
mines quinque vulneratos atque grauissimo labore
fatigatos, inuadere. Verum eo casu dux edoceri po-
tuit, nō esse suorum sanguine ludendum. Multò nā-
que illi honestius fuisset, aqua putrida sitim depelle-
re quam propriæ voluptatis causa suos in tantum dif-
fimen inducere. At tamen Rex Pacemensis huius ad-
mirandi facti terrore perculsus, pacem continuò pe-
titi: quæ fuit, accepta prius satisfactione, confirmata.
Nomina quatuor hominū, per quos hoc facinus editū
fuit, hæc erant: Ioannes Almeida, Antonius Pazagna,
Antonius Vera, Frācisco Gramaxus. Tonforis artificiū
omē viri ipsius, qui tonfor erat, oculiuit. Rex autē Bin-
mi bellum interim summo studio renouabat. An-
tonius

*Victoria
planè diui-
na.*

*Pax Pace-
mensis.*

tonius Correa contra stationem aliam, quæ in ripa Muaris fluminis à Rege munita fuerat, copias educere, & simul oppidū Padū, quod rex ipse munierat, expugnare cupiebat. Itaq; consilio cūm Garfia Sala arcis & vrbis præfecto cōmunicato, ab eo trirēmē cum celo, ce, & triginta minora nauigia precibus impetrauit. Cētum & quinquaginta viros Lusitanos, & quadringentos Malacenses in ea classe ducebat. Cū his copijs & nauibus in Muaris fluuiū inuehitur. Ripæ sunt viridissimæ, quas vtrinq; densissimæ syluæ vestiebant, adeo multis in locis fluuiū opacantes, vt celi aspectum adimant. Viginti aut passuum millia progressis æstuariū occurubat. Hoc in loco rex Bintami stationē duplici vallo munierat, firmaq; in ea militū præsidia collocarat, ne Lusitani possent Padū, quo in loco ipse belli commodius gerendi gratia consistebat, inuadere. Ea statio fluminis alueo profundo, sed perangusto, quod erat necessariò nauigandū, imminebat, & æstuarij latitudinem transuersis molibus occupabat. In medio porta inerat, qua ijs, qui Padoueniebant, aditus in fluuium patebat. Nocte ved forib. obductis claudebatur. Intra huius stationis claustra rex naues continebat, facilius subitas, & improuisas Lusitanorū incurssiones quas aperto Marte non poterat, claustrorum opere repereret. stationis autem huius custodiam impigro viro cōmiserat, Correa lembo virū nomine Georgium Mesuradum exploratum misit. Is renunciat, in statione magnam vim militū à Rege dispositā fuisse, ipsūque ducem suos admonuisse, vt se ad certam animæ prepararent. Sibi namq; cōpertum esse, Lusitanos ad pedem adfuturos. Correa nihil oscius ultra progreditur, & prima luce stationē acriter oppugnat, & tandem cū reliquis ducib. irrumpit. Fit magna cædes, maxima tamen hostiū pars ad regem effusa fuga se contulit. Correa ne hostes se possent spatio sumpto à repentino pauore reficere, in æstuarij ipsius introitu doardū Melum eū aliquot nauigijs reliquit, & ipsū claustris reuulsis in æstuariū ingreditur. Sed rex ne

*Correa cū
Bintami
sub. præliū.*

feri facile posset, consilio multò antè prouiderat. Arboribus enim succisis, atq; in fluuium vtrinq; deiectis nauium cursum impederat. Fuit hæc res maximi laboris. Prius enim, quā nauigia progredi vltra possent, erant arbores transuersæ, quæ transitum impediēbāt, extrahendæ. Sed tandē Correa in oppidū, distictis omnino molibus peruenit. Rex instructa acie cū elephantibus obuiam processit. Nostri hostibus inuitis terrā occuparunt. Prælium deinde cōmissum fuit. Hostes fusifugatiq; sunt. Correa cum Lusitanos audius insequi cereret, receptui signum dedit, nec enim regiones illas nouerat, & timuit, ne lustris incognitis impediti, ab hostibus rursus conglobatis damnum acciperent. Oppidum direptum continuò fuit, & incensum: naues supra centum coniectis ignibus absumptæ. Eorū, qui mortui in vtroq; prælio sunt certus numerus iniri non potuit. Constat tamen non mediocrē multitudinem fuisse. Ad hunc modum Correa, rebus ex animi sententia gestis, cū præda & multis captiuis Malacam rediit, & fuit ab omnib. cum honoribus summis, perinde atq; meritis erat, exceptus. Inde in citeriōrē Indiā nauigauit, Rex verò Bintami, cum se militum & nauiū penuria cereret in maximas angustias inductū in Bintamum cū graui damno & insigni dedecore reuersus est, & à bello tūc cessandum statuit. Neq; Couلامي res quietæ in citeriore India fuerant. Lusitani enim à regina petebant, vt fidem suā liberaret, & ea, quæ fuerant, cūm Antonius Sala interfectus est, ablata restitueret, & pondus piperis, quod ex foedere debebat, sine recusatione solueret. Regina quāuis in principio fidem tueri statuisset, Saracenorū tamen crebris sermonib. inducta, non modò fidē violare, sed etiā arcem capere, & exitiū Lusitanis moliri cōstituit. Et primum id insidijs tētare voluit. Cū doli minimè successissent, apertā vim intentare decreuit. Eā Indiæ partē, quæ Coulamo finitima est, & ad Austrū Cori promontorio definitur, quā Comorim appellāt, quædā regina tuac imperio tenebat, cū qua Couلامي regina de Lusitane.

*Correa vi
storia.*

*Colamen
sis rebellio.*

tanorum excidio coniuravit. Itaque Reginae vtriusque copijs, trium fratrum, qui plurimum inter Naires opitiosissimi virtutis excellabant, opera coniunctis, mense lunio, quo mense hyemis maxima vis in regionibus illis est, bellum excitari coepit. Supra viginti hominum millia coacta sunt. Venenum fuit in puteis sparsum, ut aquatio impediretur, & arx circumfessa, & magnis viribus oppugnata, & aliqui ex Christianis Indis qui urbem incolebant, occisi. Arcem triginta tantum viri Lusitani tuebantur. Ex illis quinque erant morbis oppressi: hyems erat impedimento, quo minus facile Cochimo auxilium mitteretur. Commeatus erat, perexiguus, praeterea pulveris tormentarij summa penuria. Hector Rodericus per hominem impigrum, qui se fluctibus committere minimè dubitavit, Alexium Menesium, qui se tunc Cochimi tenebat, de statu, in quo res erant admonuit. Is confestim Alfonsum Menesium fratris sui filium, cum quinque & viginti viris Lusitanis, & munitionibus, & commeatu Coulamum misit. Alfonsus Menesius longa nave vectus, in arcem cum exiguis illis copijs ingressus est. Arcem interim hostes acriter oppugnabant, eosque nostri singulari virtute repellebant: & crebris eruptionibus saepe decertabant: nec tormentis tantum eminens vtrinq; pugnabatur, verum hastis & gladijs saepenumero praelium fiebat. E nostris aliqui caesi sunt, multi gravissimè sauciati: ex hostibus magnus numerus interceptus fuit. Tandem cum Reginae cernerent, arcem capi intra duos menses minimè potuisse, & accepissent, Alexium Menesium magna auxilia comparare, bello finem imponendum esse statuerunt. Itaque pacem postularunt, & debitam violati foederis poenam quae illis fuit imposita, persolverunt, & pax iterum conditionibus aequis confirmata fuit. Hoc anno percepit Rex Emmanuel ab homine curioso & diligente multa, quae animum illius ad rerum magnarum studium multò acrius incitarunt. Expositum est superius, què admodum, dum classis Odoardi Lemij promontorium

*Pax cum Cou
lansibus,
renovata.*

*Georgij
Quadrae
peregrinatio.*

Guar.

Guardafumense peragrabat, celox, cui Georgius Quadra praerant, à reliqua classe disiecta ad Zeilæ portum appulsa fuerit. Lusitani, qui illa vehebantur, capti, & ad regem Adenensem abducti sunt: qui eos in ergastulum detrudi iussit, in quo diutissime vitam in extrema inopia & mendicitate traduxerunt. Quidam interim Rex Arabiae huic tyranno finitimus, illi bellum intulit, multisque illum prelijs devicit, maximaque regni parte spoliavit, & vinctos, qui ergastulo inclusi fuerant, liberos abire permisit. Ad hunc modum Quadra cum quinque Lusitanis (reliqui enim laboribus attriti & fame consumpti perierant) è vinculis emissus, & in libertatem restitutus est. Is verò, ut facilius eas terras, quas lustrare cupiebat, minore cum periculo peragraret, & Arabicam linguam probe teneret (eo namque tempore, quo vinctus fuerat, illi summam operam dederat) se Saracenum esse simulavit, egregiamque in Mahumetis disciplina sanctitatem praese tulit. Illa igitur ficta specie religionis, quam ementiebatur, & singulari calliditate simulabat, omnium oculos in se convertit, atque tandem ea opinione sese in familiaritatem Regis insinuavit. Erat enim Rex humanus, & religioni illi deditus. Qui deinde hominis ingenio delectatus, eum à se dimittere nolebat. Cum verò sepulchrum Mahumetis inuiseret, Quadram secum duxit. Ibi cum accepisset Quadra, camelorum turmam ante duos dies, quam Rex in eam urbem venisset, Damascum profectam fuisse, finxit se miro desiderio teneri sepulchra nepotum Mahumetis, quae erant in Perside, visendi. Damasco namque faciliorem, & minus periculosam esse in Persidem viam. A Rege igitur contendit, ut sibi faceret potestatem turmae illius vestigijs insistendi, ut eam consequeretur. Rex illum ab eo consilio deterrere conatus fuit, tum quia non libenter illius consuetudine carebat, tum quia illam turmam consequi posse omnino desperabat. Sed cum Quadra illum precibus urgeret, illi non modo facultatem, quam petebat, verum & pecuniam, & comestum, quam

Xx

tum

tum ipse portare posset, attribuit. à Rege digressus, in regionem vastas & incultas, ipsiq; prorsus ignotas penetravit, camelos minimè consequi potuit: & quò se conferret, penitus ignorabat. Commeatum intra dies paucos consumpsit: Soles ardentissimi illum vehementer excruciabant: vestigia ex arenarum ingentibus molibus vix præ nimia lassitudine corporis euellabat. Cùm se in tantas angustias adductum animaduertiret, oculis in cælum subleuatis, maximam vim lacrymarum profudit, & flagitiorum veniam suppliciter implorauit. Indè ope diuina ad locum, vndè arenæ collis assurgerebat, delatus est. Cùm verò collem superaret, camelum & hominem conspexit. Eò igitur lætus gradum intulit, & turmam interim aliam camelorum ad eum locum (ibi enim aquatio erat) properantem animaduertit. Ad homines accedit: miseriam, in qua versabatur, exponit: opem ab illis efflagitat. Illi & misericordia commoti, & specie religionis, quam is habitu simulabat, inflexi, hominem non cibo tantum & potu, verum & rebus omnibus necessarijs abundè re fecerunt. Illorum autem ductu, qnamdiu deserta loca peragrandia fuerunt, & postquam ex vastitate solitudinis illius emergerat, religionis assimulatæ cultu, varias regiones perlustrauit, & oculis atque mète multa percepit, & tandem Arabiam, atque Persidem peruagatus, Armuzium à Saracenis mercatoribus deductus est: vbi cultum & personam Saraceni deposuit, & Christiani hominis cultum, quem mente semper gestauerat, assumpsit. Vbi tamen flagitium, quod admiserat religionis impure simulatione, debitis lacrymis expiauit. Garzia Coutignus, qui tunc Armuzio præerat, illum vestibus, & pecunijs, atque muneribus affecit. Qui deindè in Indiam, ex India in Lusitaniam veniens, Anno. M. D. XX. ad Emmanuelem intromissus, omnia quæ lustrauerat, & prudenter animaduertenterat, luculentis sanè verbis explicuit. In primis autem quomodo Aethiopiā vniuersam, quæ supra Aegyptum est, explorauisset, & quomodo

in la.

in lacum ingentem; vndè Nilus in Aegyptum infuit, peruenisset: quibus moribus, legibus & institutis Aethiopes illi Christiani viuerent: qui situs Aegypti, qui Arabum mores, qui Persarum victus esset, exposuit. Emmanuel ex illius oratione voluptatem non mediocrem cepit. Ad ea enim, quæ in Arabia & Aethiopia facere designabat, illa Quadræ oratio nimis apposita videbatur. Et quia suspicari cœpit, à regno Congensi facilem in eum lacum, vndè Nilus erumpit, transitum fore, hominem iam sponte sua factis incitatum, ad illud explorandum promissis inuitat. Illum igitur in Congum cum literis mittit, vt indè in Nili fontes iter faciat, atq; indè ad Dauidem Regem Aethiopiæ tandem perueniat. Qui cùm ad Congi portum delatus, deindè ad Regem perductus fuisset, exceptus benignè fuit. Itineris tamen illius explorandi facultatem malignitate Lusitanorum, qui plurimum apud illum Regem poterant, non impetrauit. Itaque reuersus est, & cùm iam Emmanuelem mortuum reperisset, Diui Francisci institutum sequi decreuit, in quo vitam sanctissimè ad extremum perdixit. Hæc exposita sunt, vt animaduerti possit, animum Regis Emmanuelis, quamuis illius corpus in Lusitaniam terminis versaretur, orbem terrarum peragrarè, & magna semper & nimis ardua moliri. Ea verò ratione fiebat, vt suorum opera regiones incognitas, & terras vltimas indagaret. Sed omnes humanæ cogitationes momento temporis obruntur. Sub id tempus, Maximilianus Imperator è

*Georgij
Quadræ ad
Aethiopiæ
Regem le-
gatio*

*RES EV-
ROPEÆ.
Maximilia-
ni Impera-
toris mors*

*Immane
tributum
Hispanie
consilio
Guiljelmi
Xebrensis
imperatum
& autho-
ris de eo
sententia.*

uersus Galli munera tuebantur. Fuit autem Carolus in Germaniam, quasi ad imperium minimè dubium multorum literis euocatus. Is antequam ex Hispania discederet, omnium Ordinum concilium indixit, & consilio Guiljelmi Decreui Xebrensis Dynaste, qui illius ætatem regebat, præter pecunias, quibus illum Hispani iuuerant, immania tributa populis imperauit. In quo quidem non meritò possum Carolum cupiditatis, aut potius inconsideratæ temeritatis infamulare, cum ætatis excusationem habuerit. Pædagogum verò summa vituperatione dignissimum iudico. Rex enim non est in altissimo illo gradu dignitatis locatus, ut acerbissimis exactiõibus ciuitates libi commissas exhauriat, sed ut earum saluti & incoluinitati prospiciat. Si rectè enim regis nomen vsurpat, pater patriæ est, & pro Reipubl. salute debet, si opus ita fuerit, caput in quoduis magnum discrimen iniicere, non Rempub. ipsam immodicis sumptibus euertere. Fateor equidem Regem esse subditorum opibus adiuuandum, ut Rempub. tueri possit. Negotia enim infinita sustinet: equabile ius omnibus administrat: periculum à Repub. cum necessitas postulat, armis atque uirtute propulsat: bonis præmia pro dignitate constituit: improbos suppliciorum acerbitate coercet: patriam denique vniuersam & ab externis hostibus, & ab intestinis fraudibus tutam uigilantia sua præstat. Hæc quidem munera aut opere tuetur, aut quoties opus fuerit, tuenda suscipit. Qui autem exillimat, hæc tam multa munera sine maximis sumptibus sustineri posse, mentis expertus est, atque uitæ communis ignarus. Et idcirco hoc, quod est cõmuni more receptum, ut Reges populi sumptibus alantur, nõ est humano tantum iure, sed etiam diuino uallatum. Et tamen modus adhibendus est, nõ, vel ut immodicis sumptibus, sine villo Reipubl. fructu uti possit, vel ut ad auarissimos homines, quorum cupiditas nullis opibus expleri potest, opes Reipubl. transferat, pecuniam cum Reipubl. gemitu & querimonia coaceruet, &

clum

dum potentium domos immanibus diuitijs cumulare studet, tenues domos exinanire contendat: ut ita, dum falsum nomen liberalis, atque magnifici obtineritur, verum iusti atque clementis nomen amittatur. Alia deinde causa in Carolo inerat, quæ consilium illud magis odiosum & inuisum efficeret. Quæuis enim ad illum regni patrimonium legitimo & hereditario iure veniret, erat tamè educatione & institutis à moribus Hispanis alienus. Quocirca erat illi in principio Hispania specie humanitatis & benignitatis allicienda, donec se penitus in omnium animos insinuaret. Idcirco magis erat illi tunc aliquid de tributis diminuendū, quàm nouū onus populis imponendum. Sed adolescens, qui insita modestia pædagogum monitis obtemperabat, & Hispaniæ mores non tenebat, defendi meritò potest. Hominis senis auaritia, qui illum in eam fraudem impulit, est meritò detestanda. Multi populi nobilitatis præsidio confirmati, Caroli postulatis constanti animo resisterunt. Et hoc quidem actionis principium, si cum debita moderatiõne susceptum fuisset, haud vituperandum omnino uideretur. Sed cum in multitudine neque modestus, neque consilium, neque ratio, cum immodicæ libertatis studio ducitur, vlla sit: & multi viri nobiles se multitudini, nescio quo mentis errore ducti, Duces & authores præbuisent, factum est, ut multæ Castellæ ciuitates à Carolo desciuerint. Carolus in initio tumultus in Galliam Belgicam se contulerat. In ciuitatibus, quæ à Principe suo defecerant, intestinæ seditiones excitabantur. Maxima namque nobilitatis pars in fide permanebat: nonnulli autem populari non mediocriter inflati, populis assentabantur. Populis, qui coniurauerant, erat decretum non Carolum tantum regno spoliare, sed cunctos etiam Hispaniæ Principes omnibus bonis euertere, ut libertate summa Heluetiorum more fruerentur. Nec enim intelligebant id, quod apud Heluetios, ex antiquissimo tempore legibus patrijs assuetos, cum omnium admi-

*Castellano.
rum à Ca-
bertatis studio ducitur, vlla sit: & multi viri nobiles se multitudini, nescio quo mentis errore ducti, Du-
defectio.*

*Rebellium
institutum
ab authore
notatum.*

Furor seditionis.

ratione sit, apud gentem insita naturæ fastu tumen-
tem conseruari non posse. Itaq; cum plebs insita natu-
ræ temeritate modum seruare nequeat, tum multitu-
do, quæ in Hispania in Caroli perniciem coniuraue-
rat, tanto furore & amentia flagrabat, vt quasi iam o-
mnia illis essent ex animi sententia constituta, ferro
& flamma omnibus, qui Principum partibus stude-
bant, acerrimè minarentur. Interim rapine, & desin-
cendia, horribiles armorum fremitus terrorem pas-
sim incutiebant. Antonius Fonseca Metimnam Cam-
pensem, urbem opulentissimam, quæ Caroli partibus
aduersabatur, inflammauit, & miserabili illo incen-
dio maximas opes absumpsit. Nemini tunc in popu-
lis sapienter & liberè loqui licebat. Si enim aliquis di-
ceret, verum esse, libertatem modicè tueri, non cum le-
gitimo Principe ad internecionem dimicare, scelus il-
lud erat continuò morte acerbissima luendum. Mul-
tis in locis vbi causa libertatis agebatur, neq; gemitus
quidem ciuis vllius liber erat. Principes communi cõ-
silio cum ciuitatibus, quæ minimè rebellârunt, cum
discordiam sedare frustra vellent, bellum summo itu-
dio comparauerunt. Hi ad Regem Emmanuelem le-
gatos miserunt, vt auxilium aduersus rebelles ab eo
postularent. Simul & Hispaniæ populi, qui à Carolo
deseruierant cum se viderent in extremo discrimine
constitutos, ad eundem Regem legatos misere. Sum-
ma legationis hæcerat, se tantis iniurijs vexatos exti-
tisse, vt non potuerint vllò modo tam indignas con-
tumelias perferre. Se ciuitates, & mœnia, & arces, at-
que denique rerum suarum omnium potestatem illi
tradituros Orare deindè & obsecrare, vt regnum il-
lud opulentum, ipsius Emmanuelis studio vehemen-
ter incensum, suscipere vellet, & iniurias immeritis il-
latis vindicare. Emmanuel munus oblatum repudiã-
uit, & Legatos admonuit, vt discerent fidem erga Re-
ges conseruare, & modum cupiditati statuere. Illam
controuersiam Caroli benignitate tolli facillimè po-
tuisse, si populorum rectores non ita ferociter popu-
lorum

*Bellum Ci-
uile Castellani-
um.
Castellano-
rum ad Em-
manuelem
Legatio.*

*Emmanue-
lis ad rebel-
les respon-
sum.*

lorum causam suscepissent. Et præterea grauiter illos
accusauit, quòd cum in principio furori causam pub-
licæ libertatis obtenderent, postea publicè de domina-
tione populari dimiserent. Si vellent errorem agno-
scere, & veniam à Carolo postulare, se ad eam compo-
sitionem libenter operam suam polliceri. Quod verò
ad oblatum regnum adtinebat, se nunquam vllum
imperij additamentum fide & officio antiquius ha-
biturum. Principum autem legatis operibus ma-
gis, quàm verbis respondendum existimauit. Itaque
auxiliaCa-
stelle Prin-
cipibus præ-
stita.
Rebellionis
Castellane
euentus.
Iuuit. & munitionibus, & pecunia iuuit.
Prælio tandem commisso, populi rebelles armis prin-
cipum superati, & rebellionis authores capti sunt. Io-
annes Padillia, Antonius Zamorensis Episcopus, Pe-
trus Pimintellus, & Franciscus Maldonadus, & alij
quidam viri nobiles, & quidam etiam, quos ex infima
plebe ad honores popularis furor euexerat, qui Prin-
cipes coniurationis extiterant, capitali postea suppli-
cio affecti sunt: multitudini verò venia tributa. Hoc
anno cum Iehabentafusus in offensionem Nonij Ma-
scaregnæ opera multorum, qui Iehabentafusum ode-
rant, incidisset, & id Mauris, qui sub illo militabant,
notum esset, multi Mauri Dabidenses & Garabieneses
ab illo defecerunt, & quidam etiam illum spoliârunt.
Mascaregnas præterea nomen illius apud Emmanue-
lem prodicionis infimulauit. Ille verò per literas at-
que legatos à Rege postulauit, vt quanta fide in offi-
cio debito versaretur, examinare vellet. Se si aliquid,
postquam ad nomen illius adiunctus fuera, secus de-
signasse compertum fuisset, quã fides postularet, nul-
lum supplicium recusaturum. Rex postulato illius
æquitatis plenissimo satisfecit, & Mascaregnæ præcep-
it, vt hominem fauore & auxilio complecteretur.
Cum igitur is à Mascaregna opem contra eos, qui de-
fecerant, postularet, Mascaregnas illi equites sexagin-
ta & pedites nonnullos auxilio misit. Hoc auxilio fusi de re-
pretus (id enim testatum esse apud omnes volebat,
scilicet Regis Emmanuelis auxilio minimè destitutum
esse)

*AuxiliaCa-
stelle Prin-
cipibus præ-
stita.
Rebellionis
Castellane
euentus.*

*RES AFRI-
CANÆ.
Mascare-
gnæ cum Ie-
habentafu-
so dissidium.*

*Iehabenta-
ta & pedites nonnullos auxilio misit. Hoc auxilio fusi de re-
pretus (id enim testatum esse apud omnes volebat,
scilicet Regis Emmanuelis auxilio minimè destitutum
esse)*

Vasti Fer-
nandij Cæ-
saris cum
duab. Mau-
rorum na-
uibus pu-
gna prospere.

esse copias suas eduxit, cum hostibus manum conse-
ruit, & parta victoria, eos sibi rursus dicto audientes ef-
se compulit, & omnes tumultus, qui orti fuerant, vir-
tute & æquitate compressit. Eodem fermè tempore
Vascus Fernandius Cæsar cum naue vna fretum Ga-
ditanum Regis Emmanuelis iussu peragrabat, & ho-
stes multis incommodis afficiebat. Duæ virò longæ
naues hostium rerum successibus elate (magnas enim
prædas egerant) & militum & tormentorum copijs,
multisque munitionibus instructæ, in Cæsarem in-
uehuntur. Is naus proram, in eas confestim dirigere
iussit. Dux vnus naus cum animaduerteteret, quàm
alacri & confidenti animo Cæsar in prælium iret, il-
lius congressum formidauit, & mutata velificatione
ab instituto cursu deflexit. Alterius autem naus præ-
fectus, cum se à socio desertum cerneret, simile consi-
lium sequi statuerat, sed id per Cæsarem minimè lici-
tum fuit. Eum enim tormentis quocunque voluerat
impellebat, & pertinaciter, quamuis mare turbidum
ingentes fluctus eijceret, insequutus est, vsq; eò, dum
nauem in littus compelleret. Tum in lembum, quem
ad similes casus è puppi colligatum ducebat, insiluit,
& ijs, quos in naui relinquebat, imperauit, vt ante-
quam illum cum hostibus commisceri cernerent, à
pilis in hostes emittendis minimè cessarent. Hostes
in terram euadere nituntur, Cæsar eos insequutus.
Atrox prælium initur. Multi ex hostibus cadunt.
Cum reliqui fugam capefferent, & in manus Petri
Aluari Caruallij viri fortissimi, qui Alcazzaris Segue-
lij regis Emmanuelis iussu præfectus erat, & tormen-
tis excitus occurrerat, incidere, omnes capti sunt.
Cæsar parte prædæ capta, rursus in nauem se recepit.
Non multis post diebus cum in ipso freto versaretur,
sex in illum biremes inuectæ sunt. Hostes Cæsarem
capere vehementer optabant, & cum illum euadere
posse minimè crederent, præ lætitia clamores ingen-
tes ediderunt. Deindè sagittis, & glandibus, & glo-
bis ingentibus eum obruere conati sunt. Atque

Eiusdè Cæ-
saris cum
6. biremib.
prælium.

primum

primùm Cæsareos, ne ad suã nauẽ accederent, tormen-
tis acerrimè propellebat: & varijs velificationibus eo-
rum conatus cludebat, & interim multos interime-
bat: quo factum fuit, vt illi multum de animorum
alacritate remitterent. Quod cum is anima duertisset,
in tres naues, quæ iunctæ consistebant (aliæ namque
ventis exclusæ, non ita facilè accedere potuerant) in-
uasit. Hostes in illum similiter impetum dederunt.
At is cum ingenti tormento ignem applicari præce-
pisset, vni ex biremibus, maximo globo à prora in
puppim secundum latus emisso, remos detersit. Ho-
stes biremem claudam & mutilam intra se recipiunt,
& quanta celeritate possunt, in ea trepidatione repa-
rant. Tunc omnes simul iunctæ Cæsarem circumue-
niunt. Is cum animo maximo nunc ad proram, nunc
ad puppim, nunc in vtrunque latus accurreret, & præ-
sidia magnis vocibus excitaret, & crebris tormentorũ
ictibus maximum damnum inferret, multò diffici-
lius certamen, quàm hostes suspicati fuerant, effecit.
Tandem tormenti vnus ictu magna pars remigum
in vna biremi dilacerata fuit. Hostes cum cernerent
multos cæfos esse, & duas biremes dissipatas, Cæsare-
que nullo modo, nisi cum grauissimo damno capi
posse, certamen omiserunt. Cæsar cum esset ea natura,
vt nullo labore frangi posset, eas insequutus est. Ve-
nùm cum naus illius velis, naues hostiles remis im-
pelleretur, & ventus illum deficeret, eas consequi mi-
nimè potuit, & ita voti compos Malacã petijt, vt mor-
tuos sepeliret, & saucios curaret. At Azamore pericu-
lum non mediocre fuit Lusitanis opera cuiusdam *Lusitanorũ*
Mauri valdè potentis in renum. Benaduxera fuit in *ex Benadu*
Mauritania virtutis opinione, & potentia clarus & o- *tionem in A-*
pibus, & existimatione princeps. Is sub signis habebat *zamorensi*
supra mille & quingentos equites, & peditũ non me- *vrbe pericu-*
diocrem multitudinem, Fessenfisq; Regis imperium *lum.*
detrebat: ea de causa bellum cum illo gerebat. Cũ
verò magno prælio victus fuisset, literas ad Norognã
Azamoris Præfectum dedit, quibus dicebat, se velle

X 5 sub

sub imperio Regis Emmanuelis contra ipsius Emmanuelis hostes perpetuò militare. Norogna voluntatè minimè aspernatus, hominem ducentis equitibus stipatum in urbem admisit, & quibus potuit honoribus affecit, & aliquot ducibus Xerquien sibus eorum voluntate præposuit. Is vt magis animum suum apud omnes testaretur, Ferem fratrem suum in Lusitaniã cum multis muneribus ad Emmanuelem misit. Emmanuel illum perbenignè in fidem recepit, & muneribus affecit, & fratrem etiam beneficijs ornauit, hominemq; promissis ornatum in Africam dimisit. Iacobus autem Melio præcepit, vt duobus illis fratribus opem, cum opus esset, afferret, vt coniunctis viribus acriter bellum molirentur. Itaque melius cum Fere Azamorem continuò profectus est: neque multos post dies cum equitibus septuaginta quinque, & nonnullis peditibus se cum Benaduxera coniunxit: qui cum mille & centum & viginti equites eduxisset, in locum, vnde fons Diucus fluminis erumpit, qui Azamore centum & viginti passuum millia distat, tandem peruenit. Ibi turmas hostium duas & triginta aggressi, magnam hominum cædem faciunt, quadringentos & octoginta duos abducunt, & cum ingenti præda post mensem Azamorem reuertuntur, & incredibilem lætitiã cunctis attulerunt, qui propter diuturnam moram illos perijisse crediderant. At Benaduxera cum se in gratiam Fessensis Regis restitui vehementer expecteret, clam per amicos suos id, quod cupiebat assequutus est, ea lege, vt quos posset Christianos, ad ipsum regem dolo perduceret. Id autem Aluarus Norogna suspicione consequutus est. Itaque cum Benaduxera ab illo sæpè & importunè postularet, vt Iacobum Meliũ secum mitteret (fore namque, si id fieret, vt præclarum facinus ederet) id nunquam impetrauit. Id tamen Norogna tacitum tenebat, & antè quã rem exploratè cognosceret, in hominè nõ esse animaduertendũ stauerebat: nõ tamen illi, quem signis inconstantè atq; perfidiosum opinabatur, esse quidquã temerè credendũ iudicauit.

Benaduxera cum hoste pactio.

dicabat. Et interim, ne animum illius offenderet, honestis excusationibus utebatur. Benaduxera hac spe deiectus, & simul metuens, ne aliquid emanaret, Mazaganum se contulit, & Antoniũ Lacteum, qui oppidi præfectus erat, alloquutus petijt, vt ei aliquot equites concederet, se pulchrum facinus moliri. Aluarum Norognam ad eam rem equitum bonam partem esse missurum. Sed bellum quod instabat, maioribus esse copijs gerendum, vt citius, & minore cum periculo conficeretur. At Antonius Lacteus cum doli fuisset ignarus, & propter rem, quam Benaduxera gesserat, ei fidem habendam iudicasset, illi quindecim equites, & nonnullos pedites attribuit. Benaduxera cum circiter septuaginta passuum millia cum suis copijs & Christianis militibus confecisset, fratri mentem suam aperuit: dixitq; se regis Fessensis gratiam recuperasse, malleque principi cui erat natura, & religione cõiunctus, quã Regi à moribus & institutis illius abhorrenti seruire. Vt verò illius animum sibi acriter deuinciret, illos Christianos, quos per dolũ abduxerat, esse traditurũ sperare namq; se, futurum, vt pristinas offensiones eo munere prorsus oblitteraret. At Feres, Si vultũ, inquit, Regis optimi aspexisses, nunquam certè animũ induxisses, vt tam scelestũ facinus obires. Vbi fides? Vbi fœderis sacramentum? Vbi tam singularis humanitatis & magnificentiæ memoria? Ideo te Princeps ille clementissimus eiectum recepit, & tam multis muneribus auxit, vt illum nulla offensione interposita proderes? Non refert, quam parum illi noceras sed quã propensum ad nocendum animum geras. Paruis enim rebus malitia summa despicitur. Qui enim quindecim equites Lusitanos fidei tuæ commissos per summam perfidiam in miseram seruitutem abducis, certè si vires haberes, ipsum Lusitiæ Regem contra fidem & iusiurandum omnibus fortunis euerteres. Deinde quã parũ gratustuus aduentus Regi Fessensi futurus sit, parũ sapienter animaduertis. Tu ab illius fide deficiuisti: tu bellum illi diuturnũ intulisti: victus, spolia

Benaduxera fratri proditiõis aperit.

Feres ad fratrẽ dissuasoria proditiõis oratio.

LIBER

spoliatus, eiectus te ad regem Emmanuelem, tanquā ad miseræ extremæ per fugium contulisti. nunc rursus ab Emmanuele deficis. Quomodo igitur is tibi credit, à quo toties fidem nefariè violatam esse, comparit? Verus dictum est, Regibus gratam esse proditorem in suam vitilitatem commissam, proditoris tamè nomen inuisum. Sed esto. Regem Emmanuelem contra fidem deseris. Ad regem Fessensem, qui te odio immani persequitur, & fidem sanctam non habet, transfugis: perfidiæ saltem in signe monumentum detestare. Regis Emmanuelis vexillum geris, vt quoties homines in vexillum, quod erat auaroris & beneficentiæ signum, aspexerint, toties illis tui sceleris in mentem veniat: Tabernaculum pulcherrimè factum ab Emmanuele donatum fers, vt quoties illud collocari iuferis, toties homines perfidiæ tuæ recordarentur? Captiuos per insignem perfidiæ abductos geris: vt nunquam, quamdiu hi nobiscum versati fuerint, homines sceleris tui capiat obliuio? Fac igitur, quod à Christianis fieri audio. Cùm enim à Rege discedunt, ne ingrati animi crimen publicè suscipiant, omnia bona, quæ ab illo acceperunt, illi remittunt, ne secū perfidiæ monimèta circumferant. Omitte signum istud, ne scelus in apertum proferat. Tabernaculum desere, quod perfidiam oculere nequit. Christianos liberos abire permitte, ne à cælo atque terra proditoris testimonium sumant. Hæc cum feres liberè & animosè diceret, fratris animum non mediocriter irritauit: parumque abfuit, quin manus conferent. Sed cùm Benaduxera multò potentior esset, iunior frater illi repugnare non potuit. Cum illo tamen egit, vt signum & tabernaculum Emmanueli referri iuberet, & Christianos saluos redire permetteret. At cùm fratres ad Regem Fessensem peruenirent, Rex eos non admodum hospitaliter accepit. Vtrique enim caput abscondi iussit. Illos enim, quòd multum nobilitate & opibus excellerent, & metueret, ne defectione rursus illi molestiā exhiberent, de medio tollendos esse statuit. Et interim

*dignissimū
proditorū
supplicium*

eam causam obtendit, quòd Benaduxera Lusitanos cum vexillo & tabernaculo abire permisit, & quod Feres à fratre, vt id faceret, enixè contenderit. Dum hæc *RES IN* in Africa geruntur, in India Siqueira classem magnā *DICAE.* instruxit, qua Diu oppugnaret. Melichius Saca Melichiazij filius, quamuis Siqueira quorsum illam classem ornaret, summo silentio tegeret, eam contra Diu comparari suspicatus est. Tum partim vt Siqueiram ea specie moderationis emolliret, & à studio belladi deduceret, partim vt animum illius explorare posset, familiarem quendam suum, nomine Camallum ad illum cum literis officij plenissimis, & cum muneribus satis amplis legauit. Siqueira, gratum sibi esse aduentum legati, vultu atque verbis ostendit, seque Melichij Sacæ, & patris illius valdè studiosum esse finxit. Camallus tamen cùm esset acutus & callidus, in quem finem classis illa parata fuisset, sagaciter odoratus est: & Melichium Sacam, & Hagamahamedum, cuius consilio ciuitas innitebatur, admonuit, vt urbem firmo præsidio munirent. Quod illi diligentissimè fecerunt. Siqueira classe, quæ erat in Lusitaniam profectura, rebus omnibus instructa & expedita, consilium cum duobus, quos secum erat ducturus, habuit: quibus animum, quo classem illam instruxerat, vt Emmanueli satisfaceret, aperuit, illosque ad tam præclari facinoris societatem adhortatus est. Illi consilium laudant, seque ad bellum illud satis promptos atque paratos esse demonstrant. Is supra octoginta naues ornarat, tria Lusitanorum millia, & mille Naires conscripserat, duces egregiè fortes elegerat, ita, vt ea classe nunquam ad illum diem neque maior, neque rebus omnibus instructior ab vllò Indiæ Prætoze comparata fuerit. Initio Februarij mensis, Anno. M. D. xxj. Siqueira classem ad oram Diensem appulit. Melichius Saca illum continuo per legatos honorificè salutauit, & largis muneribus affectit. Et tamen quasi aliud ageret, Fernandum Martinium Euangelum cum nonnullis Lusitanis, qui in vrbe negocia gerebāt, tanquam obsides

Melichij Sacæ ad Siqueiram legatio.

Lusitanorum ad Diensem bellū apparatus, & profectio.

in cu-

in custodia dedit. Siqueira se Armuzium petere si- mulavit, vt quosdam motus sedaret: sibi que Euange- lio, & reliquis Lusitanis opus esse dixit, qui Regis Em- manuelis negotia procurarent. Melichius Saca & Ha- magahamedius eos nec alibi rem melius gerere, neque la- tius diuersari dicebant. Seque libenter hominibus Lusitanis obsequi, vt illo saltem signo constare pos- set, nullam urbem fore magis imperio regis Emma- nuelis addictam. Siqueira Melichium Sacam ad col- loquium inuitauit. Is cum Hagamahamedio in lo- cum ad eam sermonem delectum cum praesidio ve- nit. Oratio Siqueira: eò pertinebat, vt ostenderet, se Reipub. constituendæ gratia Armuzium nauigare, & interim eo classem applicuisse, vt urbem sociam & amicam inuiseret, & à Melichiazio peteret, vt sibi ar- cis ædificandæ facultatem concederet, vt Lusitani, qui in ea versabantur, tutius negotiari possent. Melichius Saca respondit, Lusitanos non minus securè in ea vr- be, quam in patria versari. Quod verò ad arcem atti- neret, se id parentis iniussu nullo modo permissurum. Siqueira tum Sacam admonuit, vt sibi Lusitanos red- deret. Saca verò respondit, eam insignem contumeliã fore, si homines Lusitani, qui commodè in vrbe scæde- rata, multisque rebus, ad fidem conseruandam a stri- cta negociabantur, ab illo, quasi ab homine perfidio- so & inimico, maximè cum classis instructissima in portu consisteret, peterentur. Id enim posse videri ex altera parte, diffidentia, ex altera, timiditatis argumẽ- tum. Si Siqueira non crederet, Lusitanos posse sine vl- lo periculo in vrbe amicissima vagari, si nistram suspi- cionẽ de amicis reciperet, qua nulla maior cõtumelia hominib. amicis imponi posset. Se verò, si illi Siqueira postulato, quãdiu classis esset in portu, satisfaceret, tur- pissimi timoris significationẽ daturum. Itaq; sine vllo effectu sermo habitus est. Siqueira consiliũ eũ ducibus habuit. Cum varia sententiã dicerentur, tandem con- stitutum fuit, non esse illo tempore vrbs oppugnationẽ tentandã. Esse namq; situ & artificio munitissimã, &

maxi.

maximo militum numero firmatam. Rem esse in al- liud tempus differendã: nec esse eorum salutẽ, qui in custodia tenebantur, temerè negligendã. Cũ senten- tia in vulgus emanaret, milites fremere, vociferari, Prætorẽ & duces liberius accusare minimè destiterunt. Jam robur illud Lusitanę virtutis extinctum, Duces plu- rimum de quæstu & compendio, parum de dignitate & officio cogitare. Iã Lusitanis militib. in sitã virtutis declarandæ a ducib. locum minimè dari. Prætoris fla- gitio fieri, vt qui antea cunctis Orientis nationib. ter- rori fuerant, eo tempore despicerentur. Multi, inquit, in vrbe milites sunt. Quando id præclari duces com- pertum habuerunt? Posteaquam pugnae tempus ap- propinquauit? An id non multò ante exploratum es- se oportuit? Postquã tanta classis, cũ tam fortiũ militũ numero, & tantis sumptib. huc aduecta est, & oppug- nationis tempus instare videtur, nunc ignauia & ti- miditati sapientiæ nomẽ obtenditur. Factũ igitur est, vt consilij tempus audacia & temeritas occuparet, vir- tutis locũ timiditas nomine prudentiæ occultata se- ptum teneret. At inquit, Lusitanorũ saluti, qui in vrbe versantur, est consulendũ: quasi verò non multo pluribus Lusitanis erat in vrbs munitissimę oppug- natione moriendũ. Et tamen eo metu duces contine- ri minimè potuerunt, quin ad vrbe oppugandã acce- derent. Et nõ intelligunt, etiã eorum, qui in custodia traditi sunt, salutem virtute nostra & non timiditate cõtineri. Nam si hostes arma nostra timuerint, eis mi- nimè nocebunt: si nos contemnere cœperint, eos iniu- rijs omnibus lacerabunt. Hæc & alia eiusmodi con- uicia milites, vt est hominũ genus liberum, & audax & ad maledicentiã propensum, vulgò iactabant. Ac- cessit alia suspitionis occasio, quæ grauius animos eorũ irritaret. Euangelio, obsidibus primum datis, per- missum erat, in classem venire. Is cũ periculũ reb. suis imminẽs merte prospiceret, quoties in classẽ se cõfere- bat, pecunias quas secerat, & variã suppellectilẽ impor- tabat. Idẽ reliqui Lusitani faciebant. Rumor cõfessim

cma-

Saca cum
Siqueira
colloquium

Siqueira cũ
ducibus cõ
sultatio.

Militũ fre-
mitus que
rela de Si-
queira.

emanauit, Siqueiram pecunia corruptum belli consilium omisisse. Eam namque pecuniam belli redimendi gratia à Saca missam fuisse criminabantur. Siqueira cum se frustra tempus in eo loco terere videret, Armuzium petijt, & alium interim locum non procul ab vrbe arci ædificandæ designauit. Inde tamen prius Alexium Menesium Cochimum misit, quidum ille abesset, imperium administraret. Georgium Albuquerqueum Malacam, Georgium Britium in Malucas insulas, Raphaelem Perestrellum in Sinarum regionem misit: Iacobum verò Fernandium Begiensem, & Nonium Fernandium Macedum & Emma nuelem Macedum in ea ora reliquit, vt per speciem comparandi cõmeatus, quem Cochimum subueherent, amicitiam simularent, dum Lusitanos qui erant in vrbe, cum opibus, quas parauerant, in naues reciperent, & tum demum ciuitati aperte bellum indicerent. Vtrumque facillimum fuit. Vrbis enim rectores, postquam classis è portu soluit, sine recusatione Lusitanos, quocunque illis libuisset, abire permiserunt, & illis, qui in alto sine vllius classis metu versabantur, non erat difficile bellum denunciare. Fuit tamen consilium reprehendendum. Quorsum enim attinebat, cum omnis Lusitaniæ gentis robur erat procul amotum, & cum non maximum damnum hostibus inferri poterat, bellum indicare? An vt hostes interim maiora præsidia compararent, & fortius statum vrbis stabilirent? Sic autem fieri necesse erat, vt qui vrbem minus munitam cum tanta classe se expugnaturum minimè sperarant, eam multò maiore præsidio firmatam, cum classe aliqua ex parte dimunita, oppugnare multò minus auderet. Deinde cum eo tempore bellum denunciatum fuit, dari sermo potuit illis, qui dicerent, vrbis oppugnationem non consilio, sed metu prorsus omisissam fuisse. Postremò tunc non admodum speciosa causa potuit obtendi, quæ Lusitanos iniuriæ suspicione liberaret. At postquam Siqueira Armuzio rediret, vt se crediturum affirmauerat

* Yy

& vrbe nihil omninò certum & exploratum de bello suspicantem offenderet, causam facilius reperiret, qua honestius atque prudentius bellum cum opibus summo studio collectis inferret. Goa sub id tẽpus erat in summo periculo constituta. Cum enim Siqueira maximam classem instruere & ornare constituisset, fuit necesse, vt vrbis præsidia diminueret. Id Zabaimum Idalcamum minimè fallebat. Tempus igitur aduenisse ratus, quo Goam recuperaret, maximum exercitum comparauit. Attamen Crisnara Narisingæ Rex, cum illum odio acerbo & immani persequeretur, & timeret, ne si Goam occuparet, amplificatis viribus aliquid hostile moliretur, illum acerrimo bello à conatu deterrendum esse constituit. Aliam deinde mouendi belli causam habuit. Timuit enim, ne si Zabaimum Idalcamus Goa potiretur, omnes equi ex per side & Arabia illius potestate continerentur. Vt igitur bellum acrius & attentius geri posset, ipse per se illius rationem administrare, & prælijs inesse decreuit. Fuit ab vtroque in terris Goæ finitimis exercitu maximo, summis viribus, acerrima contentione, euentu vario dimicatum. Narisingæ tamen Rex insigni victoria potitus, multas Idalcami ciuitates expugnauit, & præfecturas varias sub imperium subiunxit, in quibus præfecturæ Balagatenses extitère, quibus erat grande vectigal impositum. Sed cum esset Rex opulentissimus, earum præfecturarũ possessionem non tanti faciendam existimauit, vt eam cum equorum commercio conferendam censeret. Vt igitur ad se Lusitanos alliceret, legatum ad Rodericum Melium, qui tunc Goæ præfectus erat, misit, qui diceret se libenter præfecturarum Bagalatenisũ possessione Regi Emmanueli, quem in loco fratris habebat, cessurum. Se enim nihil malle, quam foedus cum Emmanuele ferire, & amicitiam firmare, vt intelligi posset, nihil copulatius in vita futurum. De eadem autem re, se, cum primum Siqueira Armuzio rediret, legatos missurum, qui foedus illud solenni ritu sanciret.

Yy Interim

fraudulentum consilium.

Summum
Goæ periculum.

Narisingæ
legatio ad Goæ
præfectum.

Interim verò ipsum Melium admonebat, nè cuncta
retur, sed statim mitteret, qui præfecturas illas occupa
ret, & firmo præsidio tueretur. Hoc nũcio Melius val
dè lætatus est. Eadem nanq; opera imminuentis belli
metum labore alieno depulsum, & vectigalia Regis
Emman. amplificata cernebat. Regi verò gratias egit
& munera largè misit, & ipse cum Lusitanis equitib;
200. & cum Indis peditib; 700. in præfecturam Salfe
tensem profectus est, quam desertam reperit. Ibi cum
paucis dieb; gentem ad cõmercium allexisset, & statũ
aliquem constituisset, & præsidia necessaria disposu
isset, præfecturę atque portorio Rodericum Iusartem
Melium sui fratris filium præposuit. Similiter cũ præ
fecturas Pondensem atq; Bardenstem derelictas esse cog
nouisset, Iusartem iussit eas occupare. Post duos verò
menses cum Iusartes accepisset, duos Idalcami duces
cum valida manu, vt illum opprimerent, aduentare,
de ea re patrum admonuit, qui contestim per se au
xilium attulit, & hostes prælio inuito profligauit. De
indè cum quæstionem habuisset de his, qui cum ho
ste consenserant, centum & triginta viros primarios
Goam abduxit. His autem tanquam oblidibus reten
tis, pax aliquo tempore rata fuit. Per id tempus in in
sula Zeilandenſi tumultus contra nostros eorum culpa
& importunitate concitatus fuit. Lupus Suarius,
vt scriptum est superius, ad Columbi portum, qui eadem
insula continetur, arcem instituit. Lupus Brit
rius, qui post Ioannem Sylueram illius arcis præse
ctus extitit, eam tandem denuò à fundamentis ex
citauit. Primum enim adificium propter nimiam fe
stinationẽ, eò q; graue periculum immineret, & calx
nulla reperiretur, è luto & lapidibus temerè congestis
extructũ fuerat. Itaq; ad eam rẽ Britrius 400. fabros,
& materiam multiplicè aduehi iusserat. Arce ad sum
mum perducta, nostri insolentius efferri, incolas iniu
rijs afficere, magnum decus in illis vexandis reponere
cõperunt. Illi vicissim contumelijs irritati, commeata
subtrahere, malignè omnia præbere, & oēs, quos so
los in.

*Victoria de
Idalcamo.*

*Zeilanden
ſis tumultus.*

los inueniebant, plagis afficere, & in rebus omnib; ho
stilia machinari. Britrius iniurias ab incolis illatas dif
simulabat, & suos, nè quidquam in eos hostile molirentur,
continebat. Interim verò rectores per nuncios admonebat,
vt suos à maleficio deterreret. Milites autem fremebãt,
& Britrium ignauix & timiditatis inſimulabant, quòd tam indignas contumelias pateretur:
& ei frequenter instabant, vt malo cogeret homines suum
officium facere, & quotidiano conuitio ab eo contendebant,
vt incolas acri bello contunderet. At Britrius cum cerneret,
si bellum moueret, ruinam fore funestissimam, victoriam
valdè periculosam: futurum nanq; erat, vt cibarijs omnino
subtrahatis, is cũ Lusitanis, qui sub illo merebant,
in extremam inopiã adduceretur, & mortis tristissimæ
periculum subiret: militum tamen importunitate victus,
maluit illorũ remeritari satisfacere, quàm recta ratione
munus sibi commissum moderari. In quo sanè perſpicitur,
quãtò sit difficilius & illustrius, falsam decoris opinionẽ
cõtemnere, quàm in hostium mucrones irruere. Multi
nanq; qui facillimè corpora sua pro patriæ salute
hostium telis obijciunt, falsæ infamix metu, quantum
in illis est, patrias euerterunt. Vndè concludi potest,
illum verè magnanimum esse, qui non modò morte
minimè formidat, verùm & inanes multitudinis opi
niones pro nihilo putat. Britrius igitur nè in hominũ
imperatorum vituperationẽ veniret, in veram reprehensionem
temeritatis incurrit. Nam post meridiem, tempore, quo
incolæ sine vlla formidine propter cõtũ grauiſſimum,
qui terras illas adurebat, in domib; suis quiescebant,
ex arce centum & quinquaginta milites Lusitanos eduxit,
in homines imparatos inuasit, oppidum cæde & terrore
compleuit, & incolas in fugam compulſit. Illi postquam
in campo conglobati, & à repentinò pauore reſecti sunt,
cogitare cõperũt, se vxores & filios in oppido omni
præsidio nudatos reliquiſſe. Itaq; rursus in oppidum reuersi
sunt, & conferti in nostros impetũ fecerunt. Nostri
multiudine oppressi pedem

*Quis verè
magnani
mus.
Zeilanden
ſe bellum.*

pedem retulere, triginta vulnerati sunt. Reliqui magnam fortasse cladem accepissent, nisi hostes fuissent flammis impediti. Brittius namque, ut eorum impetum retardaret, viam, quæ in arcem ferebat, incendere iussit. Cum autem rumore dissipatum fuisset, tantam esse hominum Lusitanorum insolentiam, & feritatem, ut pauci numero in alienis terris constituti, nullius iniuria prouocati, perniciem illis, apud quos hospites erant, in ferre conati fuissent, omnes ad facinoris illius vindictam acriter stimulati sunt. Supra viginti hominum millia ad arcis excidium conuenere. Illam igitur obsidione cingunt, ingentes fossas perducunt, aggeres excitant, tormenta disponunt, dies atque noctes arcem oppugnant. Nullum genus erat belli, quo non, ut arcem caperent, atque diruerent, contentione incredibili, & magnis viribus uterentur. Noctros interim non tam pilarum frequentia, quam comatus inopia cruciabat. Quinque mensibus obsessi sunt, antequam auxilium afferri posset. Tum vero milites feroces furoris insiti poenitebat, & frustra intelligebant, militis officium non esse, pugnandi leges ducibus suis imponere, sed strenuè tantum imperata conficere. Brittius Cochimum nuncium misit, qui nunciaret, rem esse in extremum discrimen inductam, Siqueira cuiuslibet arcis, ut cum maiore classe nauigaret, præsidia in firma reliquerat. Alexius tamen Menesius quinquaginta Lusitanos milites in vna trirème, cui Antonius Lemius præerat, illis auxilio misit. Qui cum propter aduersas tempestates (hyems enim erat) tardissimè nauigarent, nimis sero in arcem peruenere. Ibi cum Lemius Brittio diceret, non esse, cur aliud auxilium expectaret, antè, quàm Siqueira reuerteretur: & si diutius expectaret, intelligebat esse omnibus fame pereundum, omnem spem salutis in virtute collocandam statuit. Antonio igitur Lemio præcepit, ut per totam noctem è trirème hostium munitiones & turres vehementissimè verberaret. Mane verò, cum hostes in trirèmem essent intenti, nihil

Arcis Lusitanæ obsidio atque oppugnationis.

Subsidium Brittio missum.

Brittij eruptio.

minus

minus opinarentur, quàm fieri posse, ut qui erant in arce inclusi, egredi auderent. Brittius cum trecentis militibus Lusitanis erumpit, in hostes imparatos inuadit, primo impetu stationes & turres expugnat: hostes repentino pauore perculsi, diffugiunt. Sed cum esset eorum magna multitudo, postquam se in urbem contulere, verbis eorum, qui ætatem in armis egerant, increpiti, rursus instructi in nostros intehuntur. In agmine primo, præter magnum peditum numerum, erant equites centum & quinquaginta, & elephantum cum turribus quinque & viginti. Aliqui eorum dentibus enses alligatos gestabant, quibus admirabili dexteritate obuio cædebant. Quidam è Lusitanis & multitudinè terri, & elephantorum metu perturbati cedere volebant. Sed Brittius iam munitionibus post tergum relictis, in urbem gradum intulerat. Is autem illis, qui ferreis fistulis armati erant, imperauit, ut omnes simul glandes plumbeas in elephantos emitterent. Elephantum non solum strepitu, sed multo etiam magis vulneribus exterriti fugiunt, in suos irruunt, equites imperu immansi proterunt, peditum aciem proculcant, & in effusam fugam conijciunt. Nostri nulla iam pugna restabat. Hoc igitur tantum operis habuerunt, ut hostes insequerentur. Magnam hominum multitudinem cedunt, urbem omni præsidio nudant, & vsque in densum palmetum progrediuntur. Brittius longius insequi minime tutum arbitratus est. Timuit enim, nè propter palmarum densitatem ordo perturbaretur, & sic nostri ab hostibus non medio cre damnum acciperent. Itaque signum receptui dedit. Rex verò cum cerneret magnam nobilitatis partem eo prælio casam fuisse, & Saracenos, qui præcipuè belli auctores fuerant, primos omnium se in fugam dedisse, & suspicaretur sibi adhuc bellum integrum restare, quod quò magis esset diuturnum, eò maius periculum rebus suis intenderetur: & animo simul reputaret, sibi fore paulò post cum classe maxima, si obsidio extraheretur, dimicandum: inui-

Prælium redintegratum.

Stratagemas.

tis Saracenis pacem petijt, quæ (sic enim rerum condi-
 tio postulabat) libentissimè concessa fuit. Ecce ere igi-
 tur instaurato atq; renouato, Lusitani maiore cū mo-
 destia inter Zeilandenses versati sunt: & illi vicissim
 multum se Lusitanis omnibus, vel ex animo, vel si-
 mulatè, quibuscuq; rebus poterant, benignos exhi-
 bebant. Dum hæc apud Zeilandenses geruntur, Armu-
 zij contra nostros insidiæ parabantur. Quod quidem
 à Regis Emmanuelis benignitate sumpsit initium.
 Cùm enim intellexisset, Reges Armuzienses suorum
 tyrannide oppressos extitisse, & postquam vrbe capta
 fuerunt Albuquerque opera liberati, nihilominus per
 eiusmodi regios ministros vectigalia sic exerceri, vt
 maxima eorum pars ad eosdem, qui ea tractabāt, ver-
 teretur, nè ea deinde fraus admitti posset, sibi prou-
 dendum existimauit. Ea autem de causa Scriptura
 magistros, & quæstores Lusitanos instituit, qui regiam
 pecuniam tractarent: quam tamen omnem sine dimi-
 nutione in Regis ipsius vsus conuerti præcipiebat: &
 hoc tantisper dum Rex ipse, cuius erat pecunia, posset
 animaduertere, quantum pecuniæ sibi detractum an-
 nis singulis fuisset, & clarius perspiceret, omnem suæ
 salutis rationem tutela atque patrocinio ipsius Em-
 manuelis contineri. Id Raix Xeraphius, & reliqui eius-
 dem flagitij atq; sceleris administri indignissimè tu-
 lerunt, tanto se pecuniæ fructu, quantum domum
 quotannis auertebant, Lusitanorum industria & fi-
 delitate priuari. Itaque Regi demonstrare conan-
 tur, illum Regis tantum nomen retinere, iure autem
 regio, atque patrimonio spoliari. Iam apertam tyran-
 nidem specie benignitatis institui: omnem illam pe-
 cuniam in vsu avaritiæ Lusitanæ cessuram, præsta-
 re milles mori, quàm tam indignam contumeliam
 pati. Hæc cùm frequenter ingererent, & Regis aures
 assiduus querelis obtunderent, illius animum, qui e-
 rat in Lusitanum nomen valdè propensus, prorsus
 immutarunt. Re autem cum Regis socero, qui erat
 nomini Christiano vehementer infensus, communi-
 cata,

cata, decretum fuit, vt postquam Siqueira Armuzio
 discederet, per insidias, Lusitanorum præsidia truci-
 darent, & arcem præsidij vincirent. Sed obstabat ille
 metus, nè, si coniuratio parum procederet, & quod
 secum agitabāt, palam fieret, Mochrim aduersarium
 haberent, qui Lusitanis adiunctus, hostis sanè gra-
 uis atque metuendus Armuziensibus esse posset. In-
 sula, quam appellant Baharem (quæ, haud scio an illa
 sit, quam olim Icharam nominabant) est angusto fre-
 tu ab Arabia distincta. Hæc ad Armuziensis Regis
 imperium pertinebat: quam tamen Mochris gener
 Principis, qui Mecam urbem summo imperio rege-
 bat, armis occuparat. Is autem non insulam tantum
 dominatu oppressam tenebat, verum & classem bel-
 tum & viginti nauium edificarat, cum quibus bel-
 lum Armuzij Regi frequenter inferebat. Huncigi-
 tur, antequam meditatam scelus ederent, de medio
 tollendum esse statuerunt. Quod vt facerent, singu-
 larem fraudem excogitant. Nam per eos ipsos, quos
 crudelissimè necare parabant, hostem, à quo sibi val-
 dè timebant, euertere decreuerunt. Habent hoc eo-
 rum plerique, qui dira Mahumeris superstitione infe-
 cti sunt, vt in summa fraude summum decus situm
 arbitrentur. Itaque ad Siqueiram adeunt, Regemque
 Emmanuelem Armuzij dominum esse prædicant, il-
 liusque officium esse, omnes, qui Armuzium bello ve-
 xant, armis opprimere. Mochri non satis esse, Regis
 Emmanuelis opes bello vastare, verum & naues om-
 nes, quæ erant Armuzium peruenturæ, ab eo in por-
 tu illius insulæ, quam oppressam dominatu tene-
 bat, partim vi, partim etiam humanitatis specie com-
 pelli. Sic autem sublato portorio maximam vectiga-
 lium diminutionem fieri. Neq; iam Regem in sum-
 mas pecuniæ angustias adductum posse Regi Emma-
 nueli tributum pendere. Consuleret igitur Regis Em-
 manuelis nomini & dignitati: firmaret illius impe-
 rium: tyranni illius arrogantiam virtute cōprimeret,
 & Regis socij & stipendiarij, qui se toti Regi Emma-
 nueli

nueli cum omnibus suis opibus addixerat, salutis prospiceret: ut intelligi posset, omnibus, qui clarissimo regi seruirent, esse firmissimum praesidium in illius tutela atque patrocinio constitutum. Dicebant praeter ea, consilio diuino factum fuisse, ut is eo tempore cum tam magna classe ad eas regiones accederet. Nec enim tempus magis idoneum, neque commodiorem facultatem, ad rem ex animi sententia gerendam, excogitari potuisset. Et his quidem sermonibus Siqueira impulerunt, ut Mochrim bello premendum esse iudicaret. Consilium tamen habuit, omnibus visum est, bellum esse suscipiendum. Classem igitur Siqueira praepem nauium Antonio Corrae, qui singulari laude Regem Bintamentem Malacae deuiceret, cum quadringentis Lusitanis, maxima ex parte nobilibus, assignauit, qua bellum hostibus illis inferret. Huic classi Regia classis, quae centum & quinquaginta naues actuaras continebat, adiuncta fuit. Illi autem Xeraphius praerat. In Regia classe erant militum Saracenum tria millia, homines partim cetrati, & hastati, partim scorpionibus & minoribus tormentis armati in praelium ibant. Naues erant etiam maioribus tormentis, & munitionibus instructae. In cursu saeva tempestas subito coorta, classem disiecit. Tempestate autem sedata, Corrae, & Ioannes Pereira cum nauibus suis in insulam peruenere, partem eam versus, in qua ciuitas, quae insulae nomen obtinet, sita est. Vrbs est ampla satis, & aedificiorum magnificentia, & hominum frequentia celebris. Eo mercatores undique propter opportunitatem commercij libentissime conuehabant. Mochris urbem crebris stationibus, atque multis tormentis (fuerat enim de classis aduentu certior factus) egregie munierat, & propter ipsius urbis praesidia duodecim millia Arabum mercede conduxerat. Corrae classem ab urbe disunctam in anchoris expectabat. Quae post sex dies aduenit. Duae tantum naues Lusitanae deerant, quarum una Armuzium uisitatis delata, altera post bellum confectum ad Bahare

*Bellum ad
uersus Mo-
chrim.*

*Baharo
vrbs est in
Iula.*

appulsa

appulsa fuit. Corrae copias in terram exposuit, acies diligenter instruit, urbem totis viribus oppugnauit: atque primam nostram fore ab hostibus summam vi repulsi. Corrae rursus cum multo maiore impetu in duas urbis stationes inuectus esset, praelium multo acrius initam, & longo spatio temporis extraxit. Nostris tandem irruerunt, & hostes in fugam versi sunt. Ex hostibus trecenti & triginta milites caesi sunt, in quibus equites 30. fuere. E nostris quinque desiderati sunt, quorum numero Georgius Pereira fuit: septuaginta vulnerati. Antonius Corrae graue vulnus accepit. Arius Corrae frater illius, qui vexillum praeferebat, cum multum sanguinis de vulneribus illius emanaret, cecidit, & ab hostibus interfectus fuisset, nisi Alexius Sousa, & Rodericus Corrae, viri egregie fortes, illi confestim opem attulissent. Qui quidem, dum Ario subuenire conabantur, multa vulnera ab hostibus acceperunt. Xeraphius in hoc praelio ducis sapientis officio functus est. Praelio enim non interfuit, & ex praeda sane frugaliter, quantum licuit, in naues deportauit: qui si hostes cum integris copijs insequi voluisset, magna eadem caedis hostium fieri potuisset. Corrae tyranni eedes occupauit, urbis possessionem nomine regis Emman. cepit, milites collaudauit, & quosdam etiam, qui se excellentius in pugna gesserant, equestribus ornamentis affecit. Accepta deinde a Xeraphio fide, urbem illi (Regis enim vicem gerebat) moderandam tradidit, ea conditione, ut perpetuo Emmanuelis imperium agnosceret, Raix Xeraphius cum accepisset, Mochrim de vulneribus post tres dies, quam praelium commissum fuerat, mortuum fuisse, quo, quo extremum spiritum ediderat, Corrae permisit se contulit, & cadaueris caput abscidit, ut illud grauisimum munus Regi suo deferret. Naues, quae erant in statione nauali, succensae fuerunt. Hametus Mochris fororis filius, qui Catifam, alteram in insula urbem tuebatur, illius possessione cessit, & fide Corrae in continentem res omnes suas transmisit. Et sic deinde in Armuzij possessionem venit. Corrae

*Urbis oppug-
natio.*

*Lusitanorum
Victoria.*

*Mochris
mors.*

*Catiffa de-
ditio.*

Y y 3 Armu.

RES AFRICA
NAE.
Occasio ca-
dis Iehabē-
tafufi.

Armuzium petijt, vbi fuit à Silueira, vt meritum erat, collaudatus, & à Rege multis muneribus affectus. Scelus autem in aliud tempus dilatum. Hoc Anno in Africa Iehabentafufus, dum facinus ingens aggredi bellum det, per insidias interfectus fuit. Xerifum enim bello vexare, & Marochium oppugnare parauerat. Ad eam rem auxilium à Nonio Mafcaregna petierat. Is triginta equites tantum, & viginti pedites illi auxilio miferat. Et huic exiguo militum numero Rodericum Norognam præfecerat. Franciscus tamen Melius, Alfonsus Gomecius, Ioannes Fernandus Pretus, Ignatius Nonius, à Mafcaregna, vt sibi cum Iehabentafufo proficisci in hostem liceret, importunis precibus impetrarunt. Cum his viginti equites præterea, & quinque pedites egressi sunt. Ne plures autem exirent, Mafcaregnas vrbs portas occludi iussit. Iehabentafufus Dabidenses & Garabienes Mauros acciuit. Leidehambrenses, cum quibus ille conuenerat, similiter euocauerat. Ij cum essent infirma fide, & iter illud periculi plenum arbitrarentur, venire nolabant, & imperium detrectarent, ipsum Iehabentafufum, ne in eos arma conuerteret, metuebant. Verum cum Iehabentafufum dolis occidere in animum induxissent, præstò ad illius imperium futuros esse simularunt. Atque tandem vt cogitatum scelus exequerentur, aduenerunt. Nacer Mequinezius Rex per id tempus ad Iehabentafufum literas dedit, quibus significabat se pacem cum Hameto Fessensi Rege fratre suo de integro fecisse, & vtriusque viribus coniunctis obstitimimè posse. Illos verò statuisse eum cuertere, nihil facinus aliquod insigne susciperet, quo in Regis Fessensis gratiam restitui, & veterum offensionum memoriam delere posset. Proinde si sciret, omnes Christianos, quos posset, arte delusos Regi Fessensi traderet. Aliter enim crederet exitium sibi protinus afferendum. Is literas responso minimè dignas arbitratus est. Interim fuit illi nuncius allatus, montium principem, ducem quendam, quem equitum turme præ-

Leideham-
brensi in
Iehabenta-
fufum con-
spiratio.
Nacri ad Ie-
habentafu-
fum litera.

erat, inuasisse, & ipsum ducem, & equites quinquaginta captiuos abduxisse, & Abrahamum interemisse. Erat autem Abrahamus Azumi frater, qui multum inter suos opibus & opinione virtutis excellerat. Id cum accepisset Iehabentafufus, Azumum inuisit, vt eum consolaretur, & epulo funebri, quod Azumum, vt gentis mos est, fratris nomine daturus erat, interesset, & reliqua hominis amantissimi munera præfens obiret. Christianos omnes, & vniuersam familiam suam in castris reliquerat, & in Dabidensium castra, quæ non procul aberant, tribus tantum ducibus comitatus se contulerat. Dum verò absque vlla periculi suspitione epulis accumbit, tres principes coniurationis à tergo virum adoriuntur, cumque multis vulneribus concidunt. Tres duces, quos ille secum attulerat, dum ei subuenire parant, & fortium hominum officium in re tam inopinata faciunt, à reliquis cõiuratis interimuntur. Oleidehabramus in Iehabentafufi castra cõfestim inuasit. At Rodericus Norogna, & Christiani reliqui se cum Garabien sibus Mauris repente coniungunt, & in urbem proficiscuntur. At multi ex Mauris illis, vt est hominum ingenium fallax, & subdolum, & ad euentum fortunæ mutabile, statuerunt Christianos, vt armis & equis potirentur, occidere: sed fuerunt perduces suos à scelere reuocati. Interim Allebembeques, vir primarius, qui Iehabentafufi odio ductus, Oleidehabrami partes, dum illi inter se aperte dissidebant, sequutus fuerat, eò, vbi nostri castra fixerant, peruenit, & Rodericum Norognam ad colloquium euocauit. Dum à reliquis semoti fermocinantur, reliqui in nostros imparatos impetum fecerunt. Multi cæsi sunt, maxima pars cum Roderico Norogna in seruitutem abducta fuit: pauci autem euaserunt. Maurus quidam Bogima nomine, cuius vxoratque filij in vrbe morabantur, vt calamitosum exitum nunciaret, in urbem cucurrit. Mafcaregnas cum incredibili celeritate centum & quinquaginta equites eduxit, & in castra eorum, qui scelus conflueraut, inuectus, quæ inde circiter decem millia

Proditoria
Iehabenta-
fufi cædes.

Lusitanorū
clades insi-
gnis.

Subita Mas-
sit. Mafcaregna
& caregna: ir-
ruptio &
victoria.

millia passuum aberant. Centum & quinquaginta occidit: supra sexcentos & quinquaginta capriuos abduxit: ingentem boum & pecorum gregem abegit, & eo ipso die victor hostium & vindex facinoris scelestissimi in urbem reuersus est: Eo die sex equites, qui euaserant, Francisco Melio duce in urbem rediēre. Postridie pedites sedecim, & equites duo pedibus similiter effugerunt. Hic fuit finis Mauri fortissimi, & quod exemplum probitatis apud illos raro perspicitur, fidelissimi, qui ad extremum vitæ spiritum pro Emmanuelis Regis dignitate & imperio maxima cum laude decertauit. Hoc anno Rex Emmanuel Odoardum Menesium Indiæ præfecit: qui quinto Aprilis die cū classe nauium quindecim Olyssipone soluit, & vniuersam incolumem in Baticalenſi portu constituit, & continuò imperij sibi commissi possessionem cepit. Eodem anno iam Georgius Albuquerque Malacam, Georgius Britius in Malucas insulas profecti fuerant quorum nauigatio exitus valde dissimiles habuit. Vt autem primū quid Albuquerque acciderit referamus, is Principem regno pulsum, & opibus euersum, cuius patrem Tyrannus per summum scelus occiderat, secū ducebat, vt in Pacemensium portum appulisset, & rumore dissipatum fuisset, Regis occisi filium ea classe aduectum esse, multi clam in classem se contulere, Regiumque iuuenem regē saluta uēre. Tyrannus Gueinal, hoc enim illi nomen erat, urbem fossa & vallo munita, magna militum præsidia suis locis disposuerat, tormenta varia collocauerat, vigilias diligenter agi præceperat. Audierat enim Indiæ Prætozem eò classem esse missurum, vt illi regni possessione depelleret, Georgius Albuquerque ad illum misit, qui diceret, vt regno, quod contra ius & fas vsurpauerat, vero regni successori cederet. Quod si faceret, se operam daturum vt meliore esset conditione, ea, qua fuerat antè, quam regnum illud occuparet. At tyrannus respondit, se regnum, quod ei iure aduenerat, & ab homine malefico

contra

libenter Emmanuel dominum agnoscere, & summa fide tributum, quod imperatum esset, soluturum. Proinde orare & obsecrari, ne Regem, qui optimo iure in regni possessionem venerat, & qui se, totiusque regni opes Emmanueli Regi libenter addicebat, veller illius gratia contra iura omnia violare. Orationibus & obsecrationibus huiusmodi vltro citroque sine vlllo fructu missis, decretum ab omnibus est, vt vrbs oppugnaretur. Opportunè autem Emmanuel Gama Malaca, cum nauerebus omnibus instructissima, ad eundem se portum contulerat. Rex quidam erat Pacemensis finitimus: regnum Daru appellabatur. Is erat Principi pulso sanguine propinquus, & illius gratia bellum assidue cum tyranno gerebat. Is cum audisset nostros urbem oppugnare constituisse, exercitum, in quo supra tria hominum millia fuere, repente coegit, & ad Albuquerqueum continuò venit, & operam, & opes suas omnes pollicitus fuit. Albuquerque animum gratum habuit, opera verò illius ad id bellum se minimè indigere respondit. Rogauit tantum, vt spectator a desisteret, vt videret, quo animo Lusitani hostem seruire didicissent. Ne autem post victoriam, quam se propitio Dei numine adepturum confidebat, illius copiarum cum hostibus committæ periculum adirent, cum admonuit, vt iuberet omnes suos capita ramis viridibus ornare, vt eo discrimine ab hostibus internosci possent. Deinde aciem triplicem instruxit, primam Sancio Henriquez, alteram Alfonso Menesio attribuit, tertiam verò sibi referuauit. In acie illius erant Emmanuel Gama, Antonius Miranda Azeuedius, Garcia Chaignus, Hector Valladares, Franciscus Bocarrus, & alij quidam viri nobiles, quorum virtus spectata multis in locis extiterat. Sancius primam stationem acriter oppugnare instituit. Menesius ne vlli laudem concederet, in locum sibi assignatum festinanter inuasit. Albuquerque postremò cum suis omnes ad certamen alacrius iacudum incendi. Fuit longo spatio varijs tormentis, &

Iehabentafisi elogij.

RES IN DICAE.

Georgij Albuquerque Malacensiter, eiusque successus.

Georgij Albuquerque ad Pacimensium Tyrannum nunciatus. Tyranni responsum.

Pacemensium bellum.

Stationis pugnatio.

tis, & vas fiftilibus tormentario puluere completis,
 atque missilibus acerrimè pugnatum. Cùm propug-
 naculum immineret, vnde nostri non mediocre dam-
 num accipiebant, Dionysius Melius, Emmanuel Gar-
 ma, Hector Valladares, & Franciscus Bocarrus ad por-
 tam accurrunt, fores effringunt, & repagula conuel-
 lunt, & aditu patefacto, cum reliquis, qui illos seque-
 bantur irrupunt. Ad hunc modum prima statio ex-
 pugната fuit. Altera statio multò munitior integra
 permanebat. Quæ fuit cum multo maiore periculo ab-
 ijs, quos Albuquerquecum secum ducebat, & multò atro-
 ciores prælio superata. Certamen enim multo ma-
 ius opinione, quam nostri susceperant, extitit, adeo
 vt omnes faterentur Christi præsentis numine profli-
 gatum fuisse. Quadringenti Gueinalis tyranni dome-
 stici atque familiares, & duo millia militum ex illis,
 quos mercede conduxerat, cæsi sunt: ipse Gueinal si-
 militer interfectus fuit: vxores & filij capti. Ducen-
 tes & octoginta tantum Lusitanos Albuquerquecum in acie
 eduxerat: quatuor solum desiderati sunt. Albuquerque-
 cum in regni possessionem principem heredem misit,
 Regem scedere ad fidem erga Emmanuelem confer-
 uandam obligauit, & tributum, quod singulis annis
 penderet, imposuit, arcem deinde multorum operis e-
 dificauit. Sancium Henricum arci præfecit, & ei cen-
 tum Lusitanorum præsidium attribuit, ita tandem
 Malacam cum incolumi classe peruenit. At Georgius
 Britius cum sex nauium classe in Zamatræ portum
 aduectus est, ad ciuitatem, quam Dache appellat,
 Rex illius ei uicinis hostili odio à Lusitanis dissidebat
 iam ex eo tempore, quo Alfonso Albuquerquecum Ma-
 lacam expugnauerat. Idcirco Lusitanos, qui casu na-
 ues ad eum portum appulerant, omnibus bonis expo-
 liarat. Britius cum id exploratum habuisset, misit ad
 illum, qui dicerent, se vehementer admirari, cum om-
 nes Zamatræ Reges essent Lusitanis amici, illum so-
 lum eorum amicitiam aspernari, & Lusitanos, qui
 ad aras illas appellabant, omnibus fortunis euentere,
 se illum hortari & admonere, vt vellet secum, &

*Illustris
 Lusitanorum
 victoria.*

*Geor. Brit-
 ius Malacen-
 sis in fausta
 nauigatione.*

cum Lusitanis omnibus pacem & amicitiam firma-
 re, & in amoris instituti signum, omnia bona, quæ
 Lusitanis ablata fuerant, restituere. Ad hæc Rex si-
 bi curæ fore dixit, vt in eum, penes quem illius iniu-
 riæ culpa resideret, diligenter inquireret, & postula-
 to satisficeret. Interim verò tatum abfuit, vt officium
 debitum præstaret, vt potiùs urbem multò validiore
 præsidio muniret. Georgius Britius cum se deludi cer-
 neret, illas exiguas copias, quas habebat, in terram ex-
 posuit. Deinde in stationem, quæ portum munebat,
 inua sit, eamque pugnando cepit. Prælij principium
 non fuit telis, sed hastis, atque gladijs acerrimè com-
 missum. Qui enim cum scorpionibus, & fistulis ter-
 reis veniebant, & erant in fronte pugnatum, vt Brit-
 ius constituerat, nondum proptera duersum ventum
 in terram accesserant. Hic cum hostes fugerent, Rex,
 vt suis opem afferret, supra mille nobiles homines, ar-
 mis egregiè testos, & sex elephantos eduxit. At Brit-
 ius reliquas suas copias in statione expectabat. Io-
 annes verò Serranus, qui vexillum præferebat, sine
 illo ad ducis imperium respectu, in hostes, qui cli-
 quum subibant, signum intulit. Et cum cum Britius
 magnis vocibus reuocaret, voces nullo modo ad au-
 res admisit, sed in instituta temeritate & amentia for-
 tissimè perseuerauit. Idem multi eadem infania fla-
 grantes effecerunt. Britius cum eos continere nō pos-
 set, inuitus hominum furentium audaciam sequu-
 tus est. Et cum nostri ingentem imperum tulissent,
 tantam impressionem fecerunt, vt hostes in urbem com-
 pellerent. Ita cum iam debellatum esse confiderent,
 in urbem ingressi sunt, ne hostes ab illo metu refici, &
 recreari permitterent. At longè secus, quam suspicati
 fuerant, euenit. Nam cum in via lata in copias, quæ re-
 gem circum stiebant, incidissent, pauci à multis circū-
 uenti sunt. Qui cum sibi moriendum esse cernerent,
 res admirabiles efficiebant. Primus, qui mortem oppre-
 ssus, Ioannes Serranus fuit. Quidam aut Gaspar Fernā-
 dus nomine, vir egregiè fortis, cū in elephantū, vt cū
 hasta

*Io. Serrani
 temeritas.*

*Miserabilis
 clades Lu-
 sitanorum.*

hastâ transfuerberaret, impetum ferret, ab elephanto proboscide in altum sublatus atque ad terram allisus, & pedibus ipsius elephanti conculcatus interijt. Georgius Brittius deinde cecidit, Christophorus Pinctus, Ioannes Pereira, Franciscus Godizius, & alij multi similiter occisi fuere. Qui euadere potuerunt, fugam mandarunt. Quidam ex nauarchis, Laurentius Godinius nomine, copias suas, vt se cum Brittio coniungeret, educebat: cum nostros fugientes animaduertiret, non expectauit, dum illos exciperet, & hostium insequentium impetum ab illis reprimere conaretur, imò foedissima fuga sibi consuluit: quo factum est, vt hostes vsq; ad littus nostros insequerentur. Nondum omnes sciebant, Ducem intra urbem cecidisse. Ludouicus Raposus, & Petrus Villosus, viri, qui multa decora virtutis militaris obierant, cum in ipso littore percipissent, Brittium occisum fuisse, dixerunt, sibi nullo modo tantam turpitudinem subeundam esse, vt ex praelio, in quo Dux occubisset, euaderent. Itaque in hostes ruunt, neque cædendi finem faciunt, donec vulneribus concisi, & debilitati conciderent. Gaspar Gallus, cui prima acies, in qua multi minoribus tormentis instructi veniebant, assignata fuerat, cum fluctibus, & aduerso vento pugnauerat. Cum verò strepitum tormentorum, quibus hostes, qui erant in statione, nostros repellere nitebantur, audiret, nauem longam, cui præerat, remis quantum hominum viribus, & summa animorum contentione fieri potuit, impelli & incitari præcepit. Quo facto nauis impetu ipso, quo ferebatur, in arenæ molem, quæ sub aquis latebat, impacta, sic inhæsit, vt nec remis, neque contis nec vlla nautarum industria inde prius euelli poterit, quam rediens æstus, aquas, quibus sustineri nauis ipsa posset, afferret. Omnes igitur nauarchi cæsi sunt præter duos, Gallum nempe & Godinium, qui praelio non interfuerunt: vnus, quia non potuit, alter, quia fugæ turpitudinem subire minimè dubitauit. In quo praelio supra septuaginta viri Lusitani ceciderunt, &

ex iij,

ex ijs, qui euadere potuerunt, nullus extitit, qui non multis inde vulneribus fauciatus abiret. Anchoris autem solutis, è portu profecti sunt, & in portum Pedirensem se contulerunt: vbi inuenerunt Antonium Brittium, Georgij Brittij fratrem, qui communi omnium suffragio delectus fuit, vt in fratris demortuolum succederet. Sic autè fuerat ab Emmanuele decretum, vt si Georgium aliquis casus de medio sustulisset, Antonius Malucis, infulis præfesset. Antonius Brittius nauarchos reliquis nauibus præfecit, deinde in oram Pacemensem delatus, Georgium Albuquerqueium reperit. Itaque omnes simul Malacam profecti sunt, vbi fuerunt à Garzia Sala cum humanitate summa recepti. Qui arcis cõfestim possessionem Georgio Albuquerqueio concessit. Hoc anno Leonora Regina Olysuppone, mense Iunio peperit filiam, cui fuit Maria nomen impositum: quæ postea ingenio, & animi magnitudine & opibus summis excelluit, quamuis varijs casibus in nupta in hunc vsque diem permanferit. Vt autem quid interim in India Iacobo Fernandio Begienfi acciderit, oratione perstringamus, is eo tempore, quo Antonius Correa in Baharem missus à Siqueira fuit, in Indiam cum nauibus quatuor eiusdem Siqueiræ iussu nauigauit. In ora Cambaiæ duas naues cibarijs onustas, & vnâ onerariam nauem satis opulentam pugnando cepit. Melichiazus, cum praelium non procul à Dienfi portu fieret, Hagamahamedum cum longis nauibus duodeuiginti misit, vt opem suis afferret. Sed eo tempore, quo is nauibus appropinquauit, iam praelium erat finitum, & hostium maxima pars occisa. Hagamahamedus tamen acre praeliū de integro cum victoribus iniuit: nauem vnâ, cui nauarchus nominabatur Gaspar Doutejus, depressit: maxima eorum pars, qui eadem nauē vehabantur, fluctibus demersa fuit: nauis ipsius Begienfis parū abfuit, quin mergeret. Similiter & Nonius Fernandus Macedus summū periculū adiuit, & 14. in praelio viros amisit. Cū essent nostri in extremo periculo cõstituti,

Z z imbres

Raposus & Villosus viri.

Gaspar Gallus, cui prima acies, in qua multi minoribus tormentis instructi veniebant, assignata fuerat, cum fluctibus, & aduerso vento pugnauerat.

Antonius Brittius fratrem iussit esse.

RES EP. ROPEAE.

RES IN DICAE. Iacob: Fernandus Begienfis nauale praelium.

*Captiuorū
Turcarum
facinus in-
audium.*

*Hagama-
hamedī pu-
gna naua-
lis.*

*RES EY-
ROPEAE.
Allobrogū
Ducis cum
Emmanue-
lis filia nu-
ptia.*

imbres immodici, & tonitrua, & fulgura, sublatisq; subita tempestate fluctus prælium diremerunt. Begien- sis vt a quationem faceret, & rei frumentariæ consulere, & naues iactatas resciceret, Chaulen petijt: eò Siqueira peruenit, à spe arcis propè Diū ædificandæ deiectus. Locum enim, quem is delegerat, Melichiazium munierat. Præterea nauis ingens, quæ materiam subuehebat, incensa fuerat. In ea nanq; victi Turcæ uehebantur, qui facinus incredibile susceperunt. Cùm enim mortem seruituti longè prætulissent, clauorum attritu scintillas excusserunt, quib. in tormentarium puluerem deiectis, flāma nauem & ipsos captiuos cū omnib. Lusitanis absumpsit. Alias deindè cogitationes Siqueira cum suscepisset, Odoardi Menesija duètu ab illis omnib. depulsus fuit. Interim Petrus Syluius, què Siqueira Armuzij reliquerat, vt quædam negotia conficeret, in Chaulensem orā peruenit. Hagamahamedus cū sua classe eò se contulit, Petriq; Syluij nauē multis tormentorum ictib. vulneratā depressit. Syluius cū maxima hominū, quos ducebat, parte fluctib. haustus fuit, qui nando seruari potuerunt, capti, Diu- umq; perducti sunt. Sub id tempus matrimoniu Beatrix, Regis Emmanuelis filia, cum Carolo Allobrogum duce Olyssipone celebratum est. Carolus eas nuptias aliquot antè annis ambierat, quòd ad suam dignitatem valdè pertinere arbitraretur, cum Emmanuele affinitatem contrahere, & quòd de Beatrix forma & pulchritudine, & de indole singulari multa percepisset: & de eadem re ad Emmanuelem legatos miserat. Sed nihil fuerat ab Emmanuele constitutum. Legationem tamen benignè acceperat, & filia ætatemp- parum matrimonio aptam excusauerat: & interim multa de statu & imperio Caroli, de regionis, quam iure possidebat, amplitudine, de illius moribus & vitā clām per homines industrios inquirendo, eò deducit est, vt minimè eam affinitatem contemnendam arbi- traretur. Quod vbi Carolus sensit, Legatos iterum in Lusitaniā misit. Nuptiæ pactæ sunt, & matrimo- nij con-

nij conditiones scriptæ, & classis, qua Beatrix Nicæam ueheretur (sic enim foedere cautum fuerat) summis sumptibus, & singulari studio comparata. Classis erat duodeuiginti nauigum, in quibus erant aliquot tantæ magnitudinis, quanta nunquam in Lusitania naues vllæ perspectæ fuerant: erant etiam aliquot rostratæ, & triremes præterea, & longæ naues. Nauarchus, qui vniuersæ classi præflet, Martinus Albicarensis, Villæ Nouæ Portimanen- sis Comes, vir singulari prudentia, ab Emmanuele delectus fuit. Martinus Costa Archiepiscopus Olyssiponen- sis aliam nauem summis sumptibus instruxit, qua Beatricem sequeretur. Ex omni nobilitate fuerunt multi ab Emmanuele delecti: qui omnes gemmis, & auro, & vestibus atque monilibus tam insignem speciem elegantiæ & magnificentia præ se ferebant, vt omnibus admirationem non mediocrem mouerent. Naues erant interius multo auro & varijs coloribus illustratæ. Festi dies, antè, quàm classis solueret, ludis quamplurimis agitati, & nobilitatis frequentia, & omnium gratulatione celebrati. Neq; solū elegantia vestium curæ Lusitanis fuit, sed multò etiam magis armorum, & tormentorum ratio ab omnibus habita. Classis nono die Augusti vela dedit, in exitu mensis Septemb. ad portum Nicææ appulsa, & Beatrix cum maxima pompæ celebritate, & amoris insignis argumentis excepta à Carolo, & ab illius proceribus, & vniuersa nobilitate & multitudine fuit. Dum hæc geruntur, in Lusitania, qui arcem Chaulis ædificabant (non dū eni erat absoluta, sed tantum ad primam contignationem peruenerat) magnis laboribus & periculis afflicti sunt. Hagamahamedus enim sæpenumerò in Franciscum Mendozam, & Georgium Menesium, qui singulis triremibus præerant, incursabat, & non paucos interimebat: & hæc in Siqueiræ & Menesij conspectu faciebat, qui nullo modo propter æstus accedētis imperum suis opem afferre poterāt. Tempus enim hostis acer & intensus obseruabat, quo naues, quæ re-

*RES INDI-
CÆ.*

*Lusitanorū
in arce*

*Chaulensi
periculum.*

mis non agebantur, ei nocere minimè possent. Sique ira cum illi iter instaret, vt Cochimo in Lusitaniam tenderet, Henricum Menesium arci Chaulensi præpo-
 fuit, maritimarum rerum curam Iacobo Fernandio Begiensi dedit. Et verò, vt mare illud tueretur, duas na-
 ues magnas, 3. triremes, vnam nauem longam, & vnâ præterea minorem nauem reliquit: deinde vela dare iussit. Cum verò malacia summa nauigationè illius impediret, in ora naues suas propè Begiensis classem instituit. At Hagamahamedus cum nullam rei benè gerendæ occasionem amittendam existimaret, cū 30. longis nauibus classem Lusitanam circumibat, eamq; multis tormentorum ictibus assiduè verberabat, & illius conatus nauium suarū celeritate, & vehemēti re-
 morum impulsu, & concitatione frequenter eludebat. Siqueira cum se loco mouere non possēt, angebatur. Begiensis Andreae Soufæ, qui triremis cuiusdam præfectus erat, imperauit vt triremem suam in ostiū fluminis, quod Chaulē alluit, impelleret, nè hostes per fluuium inuecti, arcem oppugnarent. Sed Hagamahamedus in Soufam inuectus, triremem nocte crebris ictibus oppugnavit, septem Lusitanos occidit, vulnera graua & periculosa multis imposuit. Alexius Soufæ, Andreae Soufæ frater, non leue vulnus accepit. Ad triremē tandem, vt eam retineret, suam nauē applicuit. Georgius Menesius, vt opem Soufæ ferret, accelerauit. Nihilò tamen fecius Hagamahamedus, vt vtranq; alligaret, summa ope contendebat. Sed Begiensis cum trireme, cuius præfectus erat, & Frāsciscus Mēdoza cum 4. lembis subsidio occurrit: & cum triremē Soufæ laceram & dissipatā animaduertēret, eam submoueri iussit. Deindè in triremem Georgij Menesij transcendit. Naues interim nostræ eò, quòd ventus omninò defecerat, immobiles permanebāt. Prælium verò exarsit. Qui erant in lembis, cum non possent, aut non auderent hostium imperum sustinere, lembos subdixerunt, vt triremis puppi se defenderent. Itaq; omne certamen erat contra duas triremes institutum.

*Atrax cum
 Hagama-
 bamedo
 prælium.*

tum. Malus triremis, in quam Begiensis se cōtulerat, erat iam pertusus, latera multis in locis perfoffa. Begiensis cum acerrimè dimicaret, & omnibus locis occurreret, optimiq; ducis, & strenui militis munus simul obiret, exemplo suo multos ad rem strenuè gerendam excitabat. Cum verò lēbos non aspiceret, in puppim recurrit. Ergo, inquit, homines perditissimi, quos nec pudor, neq; religio ad officium impellit, mauultis turpiter fugiendo, ab hoste crudelissimo necari, quàm fortiter & animosè dimicando, vitam tueri. Dum hæc diceret, tormenti vnus ingentis pila latus illius percussit, lorica perfrēgit, & ipsius lorice fragmenta intra lacerum corpus immisit. Cum Georgius Menesius illum cecidisse conspiceret, corpus illius integumento inuolutum à militum conspectu subtraxit, nè multi cede illius exanimati, à pugna desisterent. eos autem, quos mors illius fallere non poterat, adhortatus est, nè vnus viri casu animos demitterent, imò virtutis illius exemplo ad simile decus aspirarent. Tum ducis officio egregiè functus, multa pertulit. At multi ex illis, qui tormentis præerant, occisi iam fuerant. Tum quilibet pro vsu, quem habebat, eorum vice munus illud administrabat. Remiges, cum essent à Christi sacris alieni, lingua nostris ignota hostem magnis vocibus admonent, vt triremem alligent. Neminem esse iam, qui eam tueri possēt, cum omnes aut mortui, aut vulneribus debilitati fuissent. Menesius cum hoc animaduertisset, septem aut octo remiges vulnerauit, reliquos formidine perterritos in officio continuit. Hagamahamedus tamē, cum magnam suorum partem interfectam, multas naues laceras animaduertēret, prælium, nè grauius aliquod damnum pateretur, omisit. Menesius, vt ijs, qui erant in littore, & prælium spectabant, victoriæ speciem præberet, illum per aliquod spatium insequutus est. Deindè triremem, quæ omnem propemodū prælij impetum sustinuerat, multis vexillis ornauit, & tormentorum omniū fragore lætitiæ significationē dedit, quod illius ciuitatis incolis

maximum terrorem incussit. Deinde vt magis victo-
ria confessionem cunctis exprimeret, ad vesperum in
anchoris constitit. Postremò sublati anchoris ad na-
uem prætoriam accessit, laceramq; triremem, & nume-
rum eorum, qui pugnando ceciderant, ostendit. Si-
queira noluit inde discedere, antequàm classem resi-
ceret, & ad Odoardum Menesum literas dedit, quib;
rei statum significauit. Classe autem refecta, maritima-
rum rerum præfecturam Antonio Corree commisit,
tantisper dum Ludouicus Menesius Odoardi Mene-
sij frater, veniret, qui fuerat ab Emmanuele mari præ-
fectus. Re. ad hunc modum constitutis, Siqueira Co-
chimum profectus est, vt se ad iter, quod erat ei in Lu-
sitaniam faciendum, compararet. At Hagamahame-
dus sex & triginta longas naues rursus instruxit, & i-
ta in Chaulis portum inuectus, classem in loco consti-
tuit, quo illam tutam à nostris facillimè conseruabat.
Hagamahamedus cum Corream nihil mouere cerne-
ret, ad classem illius accessit, & postquam ad ictum tor-
menti constitit, multis tormentis prælium instituit.
At Corree tormentarij pulueris inopia laborabat, &
ideò, nè totum sine magno fructu consumeret, summa
vigilantia prouidebat. Nostris duas turres excitabant,
atq; munierant, vnā ad oram, qua flumē in mare ca-
dit, in qua specula erat, alteram propius urbē. Haga-
mahamedus cominus decertare, non satis tutum arbi-
trabatur. Turrim verò, quæ erat ad fluminis ostium,
oppugnare constituit. Eam triginta tantum viri Lusitani
tuebantur. Ducem igitur, Chilum nomine, cum
quindecim nauibus ad eam oppugnandam misit. Is du-
centos viros in terram exposuit, in loco, quæ rupes ex-
celsa tegebatur: qui inde in editum collem subierunt, qui
turri imminerebat. Hi turrim à terra acriter oppugna-
re, naues è mari qua tere tormentis instituant. Nostris
incipiti prælio distristi, nulli tamen loco desunt. Tur-
ris præfectus, cui nomen erat Petrus Vascius Furma-
nus, dum periculū à turri forti animo propulsat, tor-
menti vnus ictu percussus occubuit. Simò Ferreira &
tormenta-

*Turris cu-
iusdam op-
pugnatio.*

tormentorum magister, & nonnulli eiusdem muneris
artifices occisi sunt. Corree interim, quamuis præ-
lium cum Hagamahamedo tunc iniret, Rodericum
Vascium Pereiram cum septuaginta viris Lusitanis
duobus lembis immisit, vt ijs, qui arcem tuebantur,
subueniret. Ij cum in terram desilirent, in hostes, qui
collem occupabant, inuadunt, eosque loco pellunt, &
in fugam conijciunt, & ferociter in littus insequun-
tur, & multos interimunt. Hagamahamedus verò
post prælium lōgo spatio protractum, cum è suis ma-
ximum numerum interfectum aspiceret, receptui si-
gnum dedit. Porro autem Corree prælij contentione
liberatus, in turrim iuit. Ibi eos mortuos, qui dicti
sunt, aduersis vulneribus inuenit. Multos præterea
vulneratos offendit. Parma vnus, cui Petrus Queiro-
sius nomen erat, septem & viginti sagittis transfixa
fuerat: & alius nomine Emmanuel Cugna, similiter
quinque & 20. sagittas parma infixas gerebat. Alij simi-
liter multa signa virtutis indicabant. Dum hostes ab
arcis ingressu repelluntur, triginta ex illis cæsi sunt,
& alij præterea, sexaginta in littore ceciderunt, præter
eos, quos Pereira ceciderat. Omnes ferè, qui hoc præ-
lio cæsi sunt, nobiles erant, quos cultus elegantior &
armorum vsus indicabat. Inter eos Chilus, qui ad ar-
cem oppugnandam missus fuerat, & Aethiops qui-
dam agminum ductor, vir fortissimus, iacebant. Mor-
tuorum capita Corree præcidi iussit, vt ea ad Haga-
mahamedum muneris parum grati loco mitteret.
Turrim verò refecit, & firmiore præsidio muniuit, il-
liq; Aluarum Britium præfecit. Interim Ludouicus
Menesius interuenit, cui Corree classem cōtinuò tra-
didit, & inde Cochimum profectus est. At Melichia-
zicus pacem ab Odoardo Menesio postulauit, & culpā
belli in Siqueiram transtulit. Hagamahamedo verò
vt se cum classe reciperet, imperauit. Dum hæc in In-
dia citeriore geruntur, Georgius Albuquerque Binta-
mi urbem egregiè munitā oppugnare cōstituit. Itaq;
classē magna cōparata, in eam insulam traiecit, ad vr-

*Queirofij
& Cugna
virtus
insignis.*

*Infelix Bin-
tami oppu-
gnatio.*

bem castra posuit, & stationes propugnatoribus nu-
 dare instituit. Sed scalas non attulerat. Dictum enim
 illi fuerat stationes & propugnacula propter humi-
 litatem transcendendi facillimè posse: quod longè secus
 esse reperit. Itaque fuit ab oppugnatione cum dam-
 no repulsus. Multi namque telis hostium ceciderunt,
 in ter quos Georgius Melius extitit, qui cum Antonio
 Brittio in Malucas insulas nauigabat. Multi vulnera-
 ti sunt. Ita deinde se receperunt, vt hostes eos in seque-
 rentur, neque cedendi finem facerent, vsque eò, dum
 in scaphas & lembos, deinde in naues cum periculo
 non mediocri conscenderent. Laqueiximena mariti-
 marum rerum præfectus, vt magis victoriæ confessio-
 nem exprimeret, cum nauibus viginti classem Lusi-
 tanam persequutus est, Egidiumq; Simonem celocis
 præfectum cum omnibus, qui sub illo militabant, in-
 terfecit. Exitus igitur rem temerè susceptam, vt fieri
 plerunque solet, infelix admodum consequutus est.
 At Antonius Brittius ex eadem insula profectus, vt
 Malucas insulas peteret, ad Iauas in eò cursu dela-
 tus, classem in Agaciamenti portu constituit. Erat
 enim ea ciuitas fœderata. Aberat inde non procul
 insula nomine Maduram, cuius aqua laudabatur.
 Itaque magistrum nauis suæ eò misit, vt aquaretur.
 Incolæ in nostros impetum fecerunt, & lembum ce-
 perunt, & captiuos, eò, quod insita quadam temeri-
 tate & insolentia primi iniurias intulerant, nullo
 modo, nisi pretio pro redemptione persoluto, reddi-
 derunt. Brittius propterea, quod hyems erat, non
 potuit eodem anno in Malucas nauigare: & apud
 Hagacienses hybernauit. Et hæc quidem in vlte-
 riore India gesta sunt. Sub id verò tempus, Armu-
 zij Xeraphus operam dedit, vt scelus meditatam in
 actum tandem erumperet. Postquam enim ope-
 ra & industria Coræ Baharensi insula poti-
 tus fuit, tantos ad scelestum illud facinus perfici-
 endum spiritus assumpsit, vt oblitus fidei atque re-
 centis illius beneficij, conatus omnes ad exitium
 nomi.

*Ant. Brittij
 ad Malucas
 nauigatio.
 Maduram
 ins.*

*Armuzien-
 sum in Lu-
 sitanos con-
 spiratio at-
 que rebellio*

nominis Lusitani comparauerit. Obsta bat tamen Re-
 gis ipsius voluntas in Lusitanos propensa, qui etsi so-
 cieri crebris sermonibus alienatus à nostris extite-
 rat, noui tamen muneris & beneficij recordatio eū
 rursus ad fidem, vt anteà faciebat, obseruandam alle-
 xerat. Hominis tamen scelestissimi importunitate vi-
 ctus, & soceri autoritate cōmotus, quamuis pestem
 sibi comparari eo scelere perspiceret, hominibus perdi-
 tissimis assensus est. Die igitur ad facinus præstituta,
 in ædes, in quibus Lusitani habitabant, irruerunt, in-
 opinantes oppræsserunt, & domos aliquas incenderūt,
 supra sexaginta ea nocte Lusitani cæsi sunt. Huius
 coniurationis iudicium ad arcis Præfectum delatum
 fuerat. Sed tanta fuit hominis in tanto periculo pro-
 pulsando negligentia, tantaque suscepti muneris obli-
 uio, vt ne commeatum quidem vllum ad obsidionē
 tollerandum in arcem importandam curauerit. Ea ta-
 mē nocte, vt re in trepida fieri potuit, Garsia Cottignio
 (hoc enim præfecti nomen erat, vt diximus) turres du-
 cibus assignauit, & tormenta aptè collocari præcepit,
 & aciem instruxit, quæ Lusitanos in arcem confugiē-
 tes exciperet, & impetum hostium ab arce repelleret.
 Nostri cum ex arce egressi fuissent, in Saracenorum
 turbam impetum dederunt, multosque ex illis occide-
 runt, & non paucos Lusitanos, qui nondum interfecti
 fuerant, conseruauerunt. Cùm verò in arcem redirent, in
 hostes, qui vias obsederant, inciderunt. Fit atrox præ-
 lium. Hostes odium acerbum & immane, nostros
 desperatio & indignatio stimulabat. Illi multitudine
 furenter elati, nostros virtute freti dimicabant. Tandē
 cùm nostris via ferro aperienda esset (aliter enim nul-
 la spes salutis erat) tantam impressionem fecerunt, vt
 hostium aciem perumperent, & multos interficerēt,
 atque tandem in arcem cuaderent. Omnes tamen, qui
 quadraginta tantum erant, vulnerati fuerunt Cottig-
 nius ea nocte nuncium de rebellione illa, & periculo
 in quo versabatur, ad Prætorem in Indiam misit. Et
 quia materia ad excitanda propugnacula deerat nauē

*Garsia Cot-
 tignij negli-
 gentia.*

*Atrox cum
 Armuzijs
 pugna.*

neratam, quæ in anchoris consistebat, exonerari, & dissolui, & omnem materiam in arcem cōportari iussit: quod non sine maxima armorum contentione, & sine multo sanguine & aliquorum cæde fieri potuit. multi namque Saraceni, qui opus impedire nitentur, occisi sunt, & aliqui etiam Lusitani ceciderunt, inter quos vir egregie fortis, Vascus Vieira nomine, cuius in ea pugna præclara virtus fuerat, occisus est. Eo verò tempore Emmanuel Sousa Tauares, qui cū classe mare Persicum & Arabicum peragrabat, vi tempestatis in Mascatem delatus fuerat. Eò Tristanus Vascius Veiga nauem, Calaiate profectus, appulerat. Viscus præfectus illis Armuzij rebellionem, & scelus in Lusitanos conflatum nunciauit. Significauit præterea, se literas ab Armuzij Rege accepisse, quibus imperabat, vt omnes Lusitanos, qui in eadem vrbe versarentur, cōfectim occideret. Quod etiam Calaiatensi præfecto, post Veigæ ab illa vrbe digressum, præscriperat. Omnes enim illius oræ ciuitates ad Armuzij ditionem & imperium pertinebant. Calaiatensis autem præfectus continuo paruit, omnes Lusitanos, quos potuit, interemit. At Mascatenensis, cū esset vir senex, longoque rerum vsu peritus, & coniectura prouideret, facinus illud non esse feliciter casurum, se à cæde continuit. Veiga fuit vir neq; moderatus, neque moribus & vita rectè constitutus, tanta tamen animi magnitudine præditus, vt nullum vnquam periculū formidaret, ita, vt multi illum infantiæ, & præcipitis cuiusdam temeritatis in simularent. Is tunc, cū inter illum & Soufam iurgium extitisset, solus cum triginta Lusitanis Armuziū profectus est, & per mediam hostium classem, in densos tormentorū globos, & in flāmas, & tela, & in sagittarū multitudinem irruit, tantaq; virtute dimicauit: vt omnium iudicio vires humanas superaret. Atq; tandem cū hostiū classem perumpseret, in arcem penetrauit. Præbuit facinoris illius audacia hostibus maximum terrorem, & obsessos ad spem certissimæ salutis erexit. Emmanuel Sousa ad insulā Queixumē, quæ

*Armuzij
Regis de
Lusitano-
rum strage
Decretum.*

*Prudenter
sæcti.
Audacissimi
Vei-
gæ
facinus.*

quæ in arcis conspectu posita est, naues appulit. Cottignius cū à Veiga percepisset, Soufæ classem esse exiguā & hominum præsidio non satis munitā, illum rogauit, vt simultatem deponeret, & se rursus cum Soufa coniungeret. Is, etsi vulneratus erat, Cottignij precibus obsequutus est. Iterū igitur nō cū minore periculo classem hostium perrupit, & Soufam de statu, in quo arx tunc esset, admonuit. Cū igitur æstus accederet, in hostes inuecti sunt. Prælrū fuit vtrinque magna virium & armorum contentione commissum. Decem hostiū naues depressæ, multi interfecti atq; vulnerati fuerunt. E nostris vnus cecidit, octoginta vulnerati sunt: classis verò Lusitana ad arcis portas, hostibus frustra repugnātib; accessit. Xerax cū cerneret arcem mari, propter Lusitanam classem, oppugnari minimè posse, omnes ad oppugnationem, quæ ex vrbe fiebat conuertit. Consilio autem Turcæ cuiusdam, nomine Mirabelic, viri in bellicis rebus exercitati, stationē in regijs ædibus erexit, & alteram similiter in Xenodochio Lusitano, quod inter regias ædes & arcem interiectam erat, excitauit. Vnde, eò quod propius abesset, hostes plurimum damni crebris tormentorum ictibus nostris inferebant. Garfia Cottignius Emmanuelem Veturulum, & Rodericum Varellam cum hominibus quadraginta in eam stationem immisit. Hi stationem acriter oppugnant, parietem disturbant, violenter irrumpunt, magnamque cædem faciunt: duo tamen in eo prælio cadunt, & omnes ferè vulnerantur. Statione ad hunc modum capta, Cottignius tormenta omnia, quæ in ea disposita fuerant, in arcem deportari præcepit. Xerax ingens tormentum in infima regiarum ædium parte collocari iussit: illius ictibus arcis portæ confractæ atq; dilaceratæ sunt. Aditū tamen illū Cottignius obiectis molibus obstruxit, & multa tellure cōpleuit. Tū è templi turre, quæ erat regijs ædibus aduersa tormentū excellenti artificio cōmisit, qui ita collineauit vt hostiū tormētū, quo fores effregerat, ictu primo dilaceraret. Hostes exterriti quæ de eo casu sūt, in instituto tamen

*Præclarum
Veigæ faci-
nus.*

*Prælium
nanale cū
Armuzien-
sibus.
Hostiliu
stationis ex-
pugnatio.*

*Solers faci-
nus.*

tamen perseverabant. Nostros cum multum fames, tū multò vehementius sitis afflictabat. Homines quidā obfcuri ex arce ad hostes transfugerunt, quorum indicio Xeratus accepit, nostros non posse diutius sitimio cōtinuare. Eo nuncio fretus statuit, arcem admotis scalis oppugnare, non credebatur enim, vllas vires in Lusitanis ad resistendum propter aque penuriam residere. Hoc fuit Cottignio Saraceni cuiusdam indicio, qui ad illum transfugit, continuò delatum. At Cottignius vasa tormentario pulvere completa, & trabes transfugas cum saxis ingentibus, ex trabibus aptissimè colligatis, in pinnis statuit. Hostes ad oppugnationem satis confidentes accedunt, plurimis simul scalis admotis, in arcem scandere nituntur quantum quisque potest, ut primus, vel inter primos, ad summum euadat, enititur: cum Lusitani trabibus demissis scalis perfringunt, vasa deiiciunt, multos saxis interimunt, multò plures flammis absumunt: interim pilæ in confertos emissæ maximā stragem faciunt. Xeratus receptui signum dedit, & scalis omissis, arcem tormentis quater sine intermissione parauit. Catapultam deinde in arcibus regijs disponi iussit, quæ plurimum damni nostris inferre potuisset si aliquis inter hostes esset, qui ea uti sciret. Sed hostium imperitia frustra fuit omnis opera in ea statuenda consumpta. Tandem Xeratus murum edificauit, ea mente, ut ad tantam altitudinem perduceret, ut arci immineret, & tela atque densas pilas in nostros emitteret, arcemque propugnatoribus nudaret. At nostri Cottignij iussu crebris duorum tormentorum ictibus murum quatunt, eumque lata rimas findunt, multi que locis pertundunt. Deinde galas sustibus sublatis inter pinnas statuunt, ut armatorum speciem præbeant, & choreas ducunt, maximamque recentis lætitiæ significationem dant, ut hostes opinarentur recēs auxiliū aduenisse. Ea verò nocte, quæ sequuta est, Cottignius Emmanuelem Vetulum, & Rodericum Varellam, cum vas pulvere tormentario refertis, in murum immisit. Hi magno silentio ad mu-

Stratagemma Cottignij.

Aliud Cottignij Stratagemma.

rum accedunt, & per rimas atque foramina vasa intramurum collocant: deinde sparsum puluerem tenui quodam limite ab aduerso muro ad arcem continuant. Deinde postquam in arcem recepti sunt, ignem deiiciunt. Flamma repentè in muri ruinas temporis momento discurret, vasa corripuit, incendium cum horrendo quodā strepitu concitauit, quod stationem, quæ intra murum erat, absumpsit: in ædes deinde regias impetu peruasit. Ventus erat ea nocte vehemens, & ita auenit, ut cum omnes accurrerent, nemo posset incendium restinguere. Neque solùm ædes regie, sed magna etiam ciuitatis pars incendio illo consumpta fuit. Hoc factò Xerati atque Regis spes incisæ fuerunt. Viderunt namque suos conatus ad nihilum recidisse: & existimabant nostros nouis præsidijs confirmatos esse, & idcirco ciuitatem deserunt, & in aduersam insulam cum trepidatione traiciunt. Nostri nè incendium vltra serperet, operam dederunt, & varium ex vrbis comitatum, & aquam præcipuè in arcem importarunt. Rex postquam in Queixumensi insula constitit, literas ad Cottignium dedit, quibus significauit, se valdè suscepti facinoris pœnitere, cuius omnem culpam in Xeratum transferebat, & à Cottignio pacem suppliciter atque demissè postulabat. Interim Gondissaluis Cottignius, Garfias Cottignij frater, ab India cum valido præsidio iussu Odoardi Menesij Armuzium venit, cuius aduentu metus à nostris omninò depulsus, & omnis hostium spes prorsus abiecta fuit, & nostri, quasi iam pax instaurata esset, hostibus mansuetis familiariter uti cœperunt. Xeratus tamen, ut suscepti scelus alio scelere cummlaret, cum intelligeret Regem literas ad Garfiam Cottignium clam misisse, Xamiro homini primario, quo plurimum utebatur, negotium dedit, ut ipsum regem strangularet: quod ille diligenter effecit. Illo mortuo, Xeratus Patxam, Mahametxam Zafardimi Regis filium, qui Zafardimus eo tempore, quo primus Albuquerque Armuzium venit, regnabat, Regem creauit. Quo beneficio illum sibi vehementer.

Xerati & regis Armuzij fuga.

Misissæ Armuzij arce subfidium.

Armuzij Rex à Xerato necatus.

hementer obstrinxit, vt multò liberius tyrannidem constitueret, & per omnium facinorum genera vagaretur. Hoc anno in Africa Ioannes Cottignius ducentos equites eduxit, & rursus Alcaflarem Quebirium profectus, iter ita fecit, vt prius omnes vias diligenter explorari iuberet. Tintanes tandem peruenit, qui locus Alcaflare Quebirio quatuor millia passuum abest. Ibi in hostes inopinantes inuasit, multos occidit, captiuos quinquaginta duxit, & supra duo millia bouum abegit. Praefectus Alcafleris Quebirij cum trecentis equitibus, & ducentis peditibus, vestigijs illius institit. Ioannes Cottignius pedetentim, & cautè copias agebat: & ita postremum agmen munebat, vt hostes illi parum nocerent. Transmisso autem fluuio constitit, & hostibus pugnandi potestatem fecit: & cum illi fluuium transire metuerent, in eorum conspectu conqueuit, & cibum sibi, & militibus apponi iussit. Inde Arzilam cum omni praeda ingressus, maximam laetitiam cunctis attulit. Fames enim tunc grauissima Hispaniam & Africam vexabat. At Hamet Larozius, qui summam Alcaflaris Quebirij potestatem habebat, cum se magnam ignominiam accepisse iudicaret, quod Cottignius cum tam exiguis copijs, tam procul Arzila, & prope Alcaflarem Quebirium Mauros tam multos occidisset, & tantam praedam abduxisset, maculam delere constituit. Itaque equites quandringentos Arzilam duxit. Dies erat caliginosus, & pluuus, & ideo factum est, vt à speculatoribus minimè sentiretur. Multi lignandi gratia ex vrbe sine metu exierant, qui vbi primum hostes conspicati sunt, in iumenta confestim insiliunt, & in urbem inuehuntur, & sublati clamoribus hostium aduentum significant. Multi, qui dispersi vagabantur, in urbem se recipiunt. Cottignij signo dato ex vrbe cum copijs egressus est. Adolescens quidam, Aluarus Nonius appellabatur, cuius patre regiae suppellectili praererat, in agmine primo quod Fermandus Mascaregnas ante signanorum ductor agebat exierat. Eum, cum esset animosus & liberalis, adulator

*Et unci La
vrij excur
sio.*

*Aluari No.
nii insu-
sta temeri
tuo.*

res multi sectabantur. Tum quidam ex illis, Age inquit, facultatè tibi diuinitus oblatam ne praetermittas: nemo tibi dici huius egregium decus villo modo praeripiat. In hostes irruere, nos te sequemur. Adolevens iuuenta & audacia furens, & adulatorum sermone inflatus, equum incitauit. Mascaregnas illum provocare conatus fuit. Sed is, cum inuidia illud fieri putaret, multò vehementius accelerauit, vt ante omnes manum cum hoste consereret. Quinque & viginti illum sequuti sunt, qui tanto impetu in primum agmen hostium inuasit, vt eos retro cedere compellerent. Sed cum à Larozio subsidia repente mitterentur, ipse circumuentus, atque prius, quam auxilium afferi potuit, caesus est: cum illo quatuor alij ceciderunt. Hostes deinde eos, qui fugiebant, ferociter insequuti, cum in Ioannem Cottignium incidissent, terga verterunt. At Ioannes Cottignius Aluarum Nonium adhuc viuum offendit, & vt solatio, quod adhiberi poterat, dolorem illius leniret, elaborauit, illumque in urbem inferri continuo iussit. Qui tamen antè quam ad urbem accederet, expirauit. Cottignius verò Mascaregnam cum equitibus quadraginta, vt agmen postremum carperet, praemisit. Qui cum aliquos primo impetu deturbasset, & vnum viuum cepisset, ex eo sciscitatus est, an Larozius ipse interesset. Cum Larozius adesse intelligeret, Cottignium admonuit: qui eo nuncio valde laetatus est, valde enim cum Larozio congregari, propter viri famam, cupiebat. Et ipse Larozius id se vehementer expetere saepius afferebat. Verùm cum animum Cottignij ad dimicandum paratum cerneret, consilium mutauit. At Cottignius cum iam sol occidisset, illum fugientem insequi noluit, sed quinque captiuos homines primarios abduxit, & caesorum spolia legit, & ita victor exercitum incolumem reduxit. Nemo enim cecidit, praeter illos quinque, quos temeritas in illum casum praecipitauit. Eodem ferme tempore Henricus Menesius, Odoardi Menesij fratris, vir multis disciplinis eruditus, Tingi praerat, qui multas

*Insigne
Henrici
Menesij
storia.*

multas cum non mediocri laude excursions fecit: & cum per exploratores intellexisset, Tetuani Præfectum in agrum Tingitanum copias educiturum, vt vastitatem inferret, & Henrico pugnandi potestatem faceret. Henricus obviam illi processit, & in loco, quo Præfectus erat venturus, tres dies expectauit. Quarto tandem die in urbem reuersus est. Iam omnes ex equis descenderant, cum repente Præfectus apparuit. Pugnae signo dato, Henricus Menesius in hostes inuectus est, illos fudit, fugauitque, & vsq; ad noctem insequutus, multos occidit & nonnullos captiuos abduxit, maiusque multo damnum hostibus intulisset, nisi tenebræ noctis hostes seruassent. Duabus autem de causis victoria fuit insignis. Prima, quia præfectus Tetuani vir egregie fortis habebatur, et magnas copias adducebat, & Menesius cum multo minore numero militum illi confidenter occurrerat. Altera, quia fieri non crederant, vt homo, qui magnam vitæ partem in disciplinis varijs, & in pontificio iure consumpserat, tam acer in armis esset. At Vascus Fernandus Cæsar fretum interim Gaditanum non magno quidem militum numero, sed magna virtute tuebatur. Cum verò ad illum bitemis accederet, nauarchus illum admonuit, quatuor naues vnâ nauem Lusitanâ cepisse, quam secum prætoriam nauis puppe colligatam trahebant. Cæsar sine cunctatione vlla in eas cursum instituit, quas post Calpem montem conspexit: & cum nauem prætoriam ab alijs disinctam esse cerneret, in eam nauem suam incitauit, cumque propè constitisset, eos qui ea vehabantur interrogauit, vnde essent. Illi (erant autem Britanni) responsum non dederunt, sed exitium minitati sunt, nisi protinus vela demitteret. Cæsar cum minimè solitus esset eiusmodi mandatis obsequi, non obtemperauit, sed ad certamen ineundum, satis se promptum atq; paratū exhibuit. Tormētis acriter virinque decertatur. Interim verò, qui erant in nauis Lusitania, funē, quo erat alligata, præciderunt; quod Britanni, eò quòd essent pugnae acrius intenti, minimè perspexerunt.

*De præfecto
Tetuani
Per Cæsarem
vna cum Britanni
vna nauis
Prætoriam.*

xerunt. In hoc prælio Cæsar septem ex suis amisit, & multi præterea fragmentis scutorum, quæ hostium tormenta dissipabant, erant grauissimè sauciati. Germanus quidam procero corpore, & animo satis acris ad moriendum, si opus esset, præparatus, 15. vulnera acceperat, è quibus plurimum sanguinis emanabat: quem Cæsar admonuit, vt è pugna tantisper abscederet, dum vulnera obligaret. Ego, inquit, non prius hinc discedam, quàm aut moriar, aut hostes importunos vela demittere compellam. Deindè tormentum humero sustinet, & socium ignem applicare iubet: quo facto, nauis armamenta ea parte, qua antenna malo alligatur dissipauit, malique partem perfregit: & cum hoc iterum atque tertio fecisset, magnum Britannis terrorem iniecit. Alius deindè Germanus, globo à prora in puppim immisso, multos interemit, & puppis partem dilacerauit. Britanni iam eo tempore 20. ex suis amisserant, & multi vulnerati discesserant. Itaque vela continuo demiserunt. Quod etiam naues aliarum, quæ propter aduersum ventum prælio interessè nequiverant, effecerunt. Hoc facto Cæsar scapham demitti iussit, & Anglos accersuit, & causam scire voluit, cur Lusitaniam nauem cepissent. Illi respondent, se, vt eam à Maurorum incursione, qui cum longis nauibus mare peragrabant, tuerentur, secum trahere voluisse. Illos deindè dimisit, qui, vt se reficerent, Gades aduecti sunt. Cæsar Septam se contulit. Emmanuel verò vt fretum securus à piratis redderet, classem instruendam curauit, cui Simonem Cugnam, Tristani Cugne filium, præfecit. Hoc anno propter nimiam in Mauritania Tingitana siccitatem fuit ingens sterilitas agrorum, & inopia frugum, fameseque multos mortales absumpsit. Eo malo coacti Maurorum incredibilis multitudo, ad Regem Emmanuelem misit, qui dicerent, se velle ad Christi sanctissimū nomen adiungi, & qui busuis hominibus Christianis, qui eos salutaribus disciplinis erudirent, in seruitutem addici. Concessit hoc Rex libentissimè. Tantum studium in illo religionis

*Eximia
Germani
cuiusdam
magnanimus.*

*Fames in
Mauritania.*

*Voluntaria
Maurorum
pre fame
seruitus.*

extitit, vt eo solum nomine posset facillimè in fraudem impelli. Constabat tamen, eos simulatè religio- nem in opia subleuãde gratia profiteri, quã erãt, vbi primũ facultas aliqua daretur, indignissimis factis violaturi. Præterea hostes immanes in intimas Lu- sitaniæ sedes admittere, minimè tutũ videbatur. Ac- cedebat, quodd erat opinio, eos pestilentiæ contagione corruptos, posse facillimè Lusitanã pestiferis morbis inficere. Quin & vniuersã Lusitania eadem agrorum sterilitate laborabat. Siccitas enim primũ fegetes mul- tas absumpsit, postremò imbres immodici, qui mense Maio & Aprili deciderant, fruges enatas corruperunt. Itaq; cum magna Maurorũ multitudo se omnib; qui eos alere vellent, in seruitutem traderet, vix erat quis, quã, qui eorum opera vti vellet. Sic factum est, vt mul- ti egestate & fame confecti, foedè perirent. Hoc anno Venetiã cum 3, magnis trirēmib; Olyssipponis portũ sub- ierunt. Nauarchus erat Alexander Pisaurensis, vir pa- tricius, qui in Rep. plurimũ autoritatis habebat. Is à Venetis legatus ad Emmanuelẽ missus fuit, vt cũ illo pactiõnẽ faceret de Indicis aromatib; quæ volebant illis certo pretio cũ emolumento regis addici. Rex le- gatum honorificè admodũ recepit, multisq; muneri- bus, & ornamentis affecit, & reliqua omnia, quæ postu- laba, benignè prestetit. De aromatũ verò pactiõne ni- hil trãsigi potuit. In anni huius exitu Rex Emman- uelẽ eo tempore, quo magis opib; & imperio, summaq; no- minis gloria, & celebritate florebat, & optima, vt vi- debatur valetudine, & corporis robore, & incolumi- tate vigeat, in morbum subitò incidit, ex quo post dies nouem, decimatertia die mensis Decemb. ex hac vita migravit. Quinquaginta duob; annis & sex men- sibus vixerat: è quibus viginti sex annis, & mense cũ dimidio regnauit. In ipso vitæ sine, maxima quædã insitã religionis & pietatis documenta dedit. Testa- mentum cum singulari prudentia fecit, animum sa- cris sanctissimis expiauit, mortis certissimã nunciũ æquissimo animo tulit: sacerdotes, qui illum circun- sistebant,

Venetia ad
Emmanuelẽ
legato.

Emmanuelẽ
Lusitanicũ
Regis mor-
bus et mors

Preparatio
eiusdem ad
mortem.

sistebant, & hymnis atque precibus ad Deum adhi- bitis, vota pro illius salute sempiterna faciebant, ad- iuuabat, & versus sacrorum carminum multis in lo- cis memoriter pronuntiabat. Fuit in Bethlehemitico templo, quod fundarat, cum multis lachrymis, quas desiderium illius excitabat, cum regio funere, om- niumque fermè Principum, & nobilitatis vniuersæ celebritate, in sepulchro conditus. Si verò cursum vi- tæ illius consideremus, hominem certè felicissimum, si felicitas vlla in rebus humanis extare potest, iudica- bimus. Cũ esset regia stirpe procreatus, nulla tamẽ in spe regiæ dignitatis & amplitudinis enutritus ex- titerat. Omnes, qui illum iure propinquitatis, & an- tiquitatis antecedeabant, varijs casibus extincti sunt. Regni verò patrimonium miris accessionibus ampli- ficauit. Armuzium, Arabiæ partem, Indiam Indo & Gange definitam, eam etiam, quæ ultra Gangem est, extremasque Orientis Solis regiones imperio adieci: terras incognitas perlustrauit. Omnia namq; quæ Lu- sitani illius imperio faciebãt, ad illius laudem & glo- riam referenda sunt. Nec enim Regis officium in vl- la re clarius perspicitur, quàm in excellentium homi- num, qui res præclaras cum maxima laude molun- tur, multitudine. Rex enim est, si verè hoc nomen v- surpat, qui spiritus affert, qui animos ad laudem exci- tat, qui pericula subire compellit, qui denique hono- ribus, & præmijs virtuti propositis, multos homines sibi subditos cupiditate verissimè laudis in flammã. Vt igitur militum fortitudo imperatorũ industria, quæ illos exercuit, & militaribus disciplinis instru- xit, & promptos, & alacres ad rem gerendam exhibuit, ascribenda est ita clarorum hominum laudes ad Re- ges optimos, qui claritatem illam honoribus debitis excitãrunt, videntur esse optimo iure reuocandæ. Duplici igitur ratione Reges suorum laudem sibi vindicare possunt, quod & primũ homines inge- nio excellẽti maximarum rerum cupiditate inflama- rint, & quod eorum opera, quos singulari virtute

Exequiẽ
ius & se-
pulchrum.

Vita, mores
& res ge-
stæ.

præditos animaduertunt, vti sciant. Vt igitur nobilitatis effœminatę languor & ignauia summum Regi dedecus inurita nobilium virtus & industria illius nomen illustrat. A Regibus enim virtutes & vitia in vniuersam plerunq; Remp. tanquam à perenni fonte redundant. Si igitur Vascus Gama tā admirabili virtute & industria viam in Orientem aperuit: si Odoardus Paciecus Regis temporibus illis potentissimi impetum & arrogantiam compressit: si Franciscus Almeida tam illustres victorias adeptus cū insigni gloria fuit: si Alfonso Albuquerque is Imperator extitit, vt sit cum summis Imperatoribus, quorum nomē est immortalitati commendatum, meritò comparandus: id est maxima ex parte Ioannis secundi, & Emmanuelis, huius nominis primi, è quorum discipulis tam præclari homines prodire, virtutibus ascribendum. Id etiam de Ioanne Menesio, de Nonio Fernandio Auidio, de Mascaregna & Cortignio, & alijs præstantibus ad laudem viris existimādum est, ea omnia, quæ gessere, Emmanuelis virtute gesta fuisse. Quare minimè dubito, quin si ille per se signa in Africam intulisset, omnem Mauritaniam Tingitanā facillimè fuisset sub imperium subditus. Sed ab eo consilio partim temporibus, partim quorundam hominum timidorum consilijs sæpè reuocatus fuit. Quanto tamen studio Mahumetis nomen extinguere conaretur, vrbes, quæ illius imperio & industria capte sūt, & arces similiter ædificatę atque munitę declarant. Itaq; felicitas illius, quæ fuit incredibilis, non est fortunæ, vt hominum vulgus loquitur, sed diuino beneficio, quod virtutibus illius fauebat, attribuēda. Fuit enim vita continens, natura benignus, religione pius, præterea mitis atq; mansuetus, & in summa grauitate comis & perhumanus. Aditus facillimos habebat, in administrando iure, & negotijs impigritę gerendis summum diligentiam adhibebat. Manē, & sapenmerò ante lucem surgebat, & rebus diuinis operā dabat: tum in supplicum postulatis audiendis, & negotijs Reip.

eius Reip. transigendis tempus omne consumebat. Erat in sermone iucundus, & non mediocri vrbanitate præditus, & admodum liberalis. Domesticorū necessitatibus summa benignitate consulebat. Milites habebat, res præclare gestas non solum laudibus, sed multis etiam muneribus, & beneficijs prosequabatur. Egentium inopiam opibus suis egregiè sustentabat. Viris religiosis, & virginibus sacris non solum ea, quæ ad cultum religionis, verum quæ ad domesticū vsum pertinebant, largē & munificē suppeditabat. Erat in sceleribus vindicandis, & erratis suorum coercendis seuerus, quamuis esset natura magis ad lenitatem, quàm ad seueritatem propensus. Musica multum delectabatur, sed non ita, vt Musicę studium illum à negotijs auocaret. In eadem domo multi fidibus pulsabant, & ad cytharam canebant, & non pauci Quæstores, & Iurisconsulti, & reliqui varijs muneribus præfecti, ad illum multa regni negotia deferrebant, ita, vt simul cum honestissima oblectatione multa negotia conficeret. Erat ille quidem cultu vitæ lautissimus mensaq; illius conquisitissimis epulis extructa, verum admodum temperatè cibus vtebatur. A vino semper abstinuit, & diebus solenni ieiunio consecratis, ciborum abstinentiam summa religione conseruabat. Fauebat plurimum literis: de moribus externis multa percontari solebat, historias libenter audiebat, quoties cibum publicè sumebat, erant epulę magis iucundę & vtili sermone, quàm coquorum artificio conditę. Nam cum hominibus eruditis, & cum ijs, qui varias regiones peragrauerant, sermonem libentissimè conferebat. Honestissimis ludis operam dabat: pila, & frequenti venatione, cū à negotijs erat otium, & ludis equestribus exercebatur. Sed hoc fuit in illo mirabile, quod vix vnquam tantum eiusmodi ludis indulset, vt non aliquid ea die, qua animum à negotijs relaxabat, quod ad regium munus pertineret, cum ministeris suis transigeret. Vel enim in syluis verfaretur, in syluis præstò aderat, qui ei supplicem libellum offer-

ret, & aliquid cum illo ageret, in quo salus reip. verte-
retur. Siue celoce in mari vagaretur, in ipsa celoce mi-
nistri vehebantur qui cum illo multa de publ. rebus
cum vtilitate communi transigerent. Illius ætate, in-
opia in exilium pulsa videbatur: mœstitiæ locus non
erat: quærimoniæ silebant: omnia choreis & cantibus
personabant. Eiusmodi ludis aula Regia frequenter
oblectabatur. Nobiles adolefcentes cum virginibus
Regijs in aula, sine vlla libidinis significatione salta-
bant, & quamuis honestissimis amoribus indulge-
rent, virginibus erat insitum, neminem ad familiari-
tatem admittere, nisi illum, qui aliquid fortiter & a-
nimosè bellicis in rebus effecisset. Pueris enim nobi-
libus, qui in aula Regia versabantur, nõ erat licitum
pallium virile sumere, antequam in Africã traiceret,
& aliquod inde decº egregium reportaret. Et huius qui-
dem moribus erat illius tempore nobilitas instituta,
vt multi ex illius domo viri omni laude cumulati
prodirent. Ecclesiæ sanctionibus alacritate singulari
parebat: mores & ritus ab Ecclesia constitutos summa
sanctitate & cæremonia tuebatur. Tempore, quo me-
moriam suppliciorum, quæ Christus pro nobis in cruce
pertulit, ritu solenni consecratur, à templo minimè
discedebat: & tribus diebus, quibus sanctissimum Eu-
charistiæ sacramentum erat in sepulchri quadam si-
militudine conditum, vt nobis memoriã nostræ
salutis repræsenteret, neque vestes exuebat, nec ab eo
loco, nisi ad aliquod breue tempus abscedebat: & cū
sõmnus illum complectebatur, ibi sine vllò vitæ de-
licationis instrumento parumper accubabat. Multas
sanctorum hominum religiones instaurauit, fluxos-
que mores ad pristinam scueritatè & sanctimoniam
reduxit. Aedes sacras quam plurimas vel à fundamē-
tis extruxit, vel collapsas refecit. Odio acerbo Mahu-
metis sectam persequebatur, & ea de causa tanto stu-
dio bellum in Africa & Asia comparabat, vt quantū
in illo esset, memoriã erroris pestiferi deleret. Sic
autem religionem colebat, vt nunquam studiū pub-
licū

lici iuris, & Reip. rationem intermitteret. Sic Reip.
constituendæ, & moribus atque legibus inuigilabat,
vt bellicarum rerum curam nullo modo deponeret.
Sic se cum musicis, aut venatoribus oblectabat, vt in
medijs voluptatibus, salutis publicæ memoriã reti-
neret. Itaq; eodem tempore classes in Mauritaniam
& Aethiopiã, in Orientis solis regiones instruebat,
præsidia in varias pattes summittebat, iuridicundo
operam dabat, hominum quærelis aures assidue præ-
bebat, commissa facinora vindicabat. Tanta tamen
lenitate præditus erat, vt non facilè hominum cupi-
dorum, & omnia pericula metuentium, postulatis
importunis obstitisset. Id autè effecit, vt manus mul-
torum immodicè sacris rebus afferri permitteret, &
transmissionem in Africã, cuius studio tantoperè
flagrabat, ita differret, vt mors improuisa posset om-
nes illius cogitationes impedire. At tamen quamuis,
vt res humanæ sunt, aliquid eiusmodi, quod reprehẽ-
sione aliqua dignum videatur, in se admitte-

ret, fuit is Princeps multis Regijs virtu-

tibus ornatissimus, & immor-

tali memoria confe-

randus.

(.)

AAA 4 IN-

INDEX RERVM ET VERBORVM MEMO-

RABILIVM IN DVODECIM LL.

*byos Hieronymi Oforij Lusitani, Siluerfis Episcopi, de rebus Em-
manuelis, Lusitanorum Regis inuidiosissimi virtute & au-
spicio gestis: in quo numerus paginam: litera A.
priorem pagina columnam, B. po-
steriorem indicat.*

A.

A bedari Ramani parricidium. 138. b. ipsius cæde pu- nitum. ibidem
A bedalla falsis calumnijs impetitus. 291. a. eiusdē ad criminationes responsio. 291. b. iniusta cædes. 292. a. diuinitus vindicata. ibid.
A bia animositas. 219. b
A brai à Malucensi itinere reditus. 232. b
A brahemi Barraxæ in Arzilensem agrum excursio. 323. a
A brahemi virtus militaris. 148. a
A cotes Zofalensi Regno præfectus. 127. b
A ccusationis aduersus Vtetimutariam capita. 228. a
A cus nauticæ descriptio. 28. b
A dami protoplasti vestigium. 129. b
A dena obsidione soluta. 252. b
A denæ infœlix oppugnatio. 251. a
A denæ oppugnatio. 308. b. deditio repudiata. 309. a
A denæ oppugnatio alia. 251. b. irrita. 252. a
A denæ oppugnatio alia. 252. b
A denæ vrbis descriptio. 250. b
A egyptia nauis à tota Lusitanorum classe difficulter ex- pugnata. 65. a
A egyptij Sultani aduersus Lusitanos apparatus bellicus. 120. b
A egyptij Sultani aduersus Lusitanos in India bellum. 308. a
Aegy.

I N D E X.

A egyptij Sultani ad Emmanuelem legatio. 110. b. eiusdem ad summum Pontif. literæ. 110. b
A equinoctialis circulus. 15. b
A ethiopia duplex. 128. a
A ethiopia supra Aegyptum. 54. a
A ethiopica ad Emmanuelem legatio eiusq; occasio. 268. b
A ethiopiæ hoc tempore primi lustratores. 269. b
A ethiopiæ exploratores. 16. a
A ethiopia lustrata. 15. b
A ethiopiæ monachorum charitas insignis. 338. a
A ethiopiæ imperatoris ad Emmanuelem legatio. 235. a
A ethiopiæ Regum arrogantia & affectata diuinitas. 271. b
A ethiopiæ legationis & munerum ad Emmanuelem, descri- prio. 270. b
A ethiopici imperij descriptio. 271. a
A ethiopum arma. 22. b. pugna cum Lusitanis. 23. a
A ethiopum erga Pontif. Romanum reuerentia. 338. a
A ethiopum ieiunia, confessio, communitio sub vtraque spe- cie. 272. a
A ethiopum, lingua & mores. 128. b
A ethiopum mores. 271. a. Religio & sacri ritus. 271. b
A ethiopum noua familiaritas importunè dirempta. 22. b
A ethiopum Reges aliquot neoterici. 270. a
A ethiopum sacerdotum coniugium. 272. a
A fricæ extremorum littorum descriptio. 23. b
A fricani belli dissuasoria ad Emmanuelem oratio. 160. a
A fricani belli dissuasores notati, & Emmanuelis institutum commendatur. 160. a
A fricani belli nouus apparatus. 160. a
A fricani gerendi belli ratio. 44. a
A guz. opp. 240. b
A lehauz. 240. a
A lcassarelquibir. 44. b
A lbuquercij ad Lemium literæ. 112. a
A lbuquercij ad Malacensem regem nuncius. 217. a
A lbuquercij à Malaca vrbe discessus. 229. b. nauis Prætoricæ naufragium. ibid.
A lbuquercij ad Persarum Legatos responsum. 168. b
Aaa ; Albu

I N D E X.

Albuquerquei classis 34. nauium.	203.b
Albuquerquei cum Almeida contentio.	180.b
Albuquerquei cum Ducibus consultatio.	169.b
Albuquerquei cum Malacensis atrox praelium.	219.b
Alb. cum Pacemensi rege foedus. 216. a. in Malacense regnū aduentus.	ibid.
Alb. de Goæ oppugnatione consilium.	204.a
Alb. de Puleta camo victoria. 223.a. de Malacensis victoria.	217.b
Alb. è naufragio periculum.	229.b
Albuquerquei & Almeida in Indicæ gubernatione collatio.	207.a
Alb. ex naufragio iactura.	230.a
Alb. expeditio Malacensis.	214.b
Alb. facinus inhumanum.	170.b
Alb. in Arabas expeditio.	250.a
Alb. in Armuzium nauigatio.	276.b
Alb. in peruelles iudicium.	228.b
Alb. in victos immanitas.	175.a
Alb. in Vtetimutaraia capiendō solertia.	228.a
Alb. laudabile institutum.	208.a
Albuquerquei legatio, ad Cambaiensem Regem. 274. ad Goenses. 193. b. ad Narfingensem Regem. 194. a. ad Narfingæ regem. 235. a. ad Persarum Regem. 194. a. ad Siamesem Regem. 218. b. ad Sophum. 279. a. b. ad Zabaimum, item ad Narfingensem.	276.a
Alb. magnanimitas.	197.a
Alb. periculum.	148.b
Alb. periculum Limici subsidio despulsum.	218.a
Alb. prudens factum.	206.b
Alb. stratagemata.	170. b. & 196.a
Albuquerquei in India res gestæ.	81.a
Albuquerquei ab Almeida captus.	181.a
Albuquerquei ab Ismaele Sopho per Legatum salutatus.	279.a
Albuquerquei cum suis arcem deserit.	197.b
Albuquerquei inuidorum calumnijs petitus. 290. a. in Lusitaniam reuocatur.	290.b
Alcxan.	

I N D E X.

Alexander Aethiopiae Rex.	270.a
Alexandri vi. Pontif. mors.	76.a
Alfonsi Albuquerquei in Lusitaniā reditus.	85.b
Alfonsi Albuquerquei res gestæ.	161.b
Alf. Albuquerquei morbus lethalis. 293. b. oratio pathetica. 294. a. Postremæ ad Emmanuelem literæ. 294. b. mors.	ibid.
ibid. mores, ibidem, & 295. a. exequiæ.	ibid.
Alfonsi Albuquerquei fortitudo.	83.a
Alfonsi Congensis regis laudes. 297. a. ciuidem de Lusitana nomothesis iudicium.	297. b
Alfonsi Congensis Regis pietas singularis.	80. a
Alfonfus Congensi regno inauguratus.	79. b
Alfonfus Emmanueli nascitur.	181. b
Alfonsi Norognæ cædes.	302. a
Algaballi castelli oppugnatione.	283. b
Alguz rerra.	300. b
Allobrogum Ducis nuptiæ.	365. b
Almedina opp.	209. b
Almedina vrbs.	237. b
Almedina vrbs capta.	257. a
Almedinense bellum.	237. b
Almedinensis regionis vastatio.	262. b
Almeidæ ad Mahumetem Anconiū & S. P. Q. Quiloensem nuncius.	117. a
Almeidæ ad Melichiazij legationem responsum.	179. b
Almeidæ ad Mombazensem regem nuncius. 118. a. repulsam passus à Mombazensibus.	118. b
Almeidæ ad milites concio. 176. b. cum Marochemo praelium nauale.	177. a. b
Almeidæ consultatio de oppugnandis Barbaris.	185. a
Almeidæ cum Albuquerquei similtas.	174. a
Almeidæ ex India discessus.	181. b
Almeidæ fortitudo insignis.	154. a
Almeidæ in Calecutienses expeditio naualis.	174. b
Almeidæ in Calecutienses & Arabes expeditio.	149. a
Almeidæ in captiuos immanitas.	180. a
Almeidæ infautum cum Barbaris bellum.	185. b
Almeidæ in Lusitaniam reuocatus.	173. b
Almei.	

I N D E X.

Almeida miserabilis caedes. 184.b
 Almeida mors. 186.a
 Almeida prudentia. 150.a noua expeditio in Saracenos. 150.b
 Almeida victoriæ. 175.b
 Almeida stratagemata. 118.b
 Aluari Madureiræ ingratitudo & perfidia. 312.b
 Aluari Nonij infausta temeritas. 369.b
 Aluari Norognæ in Enxouiam excursiones. 330.b. 331.a
 Aluarus, alijq; Lusitani nobiles ab Emmanuele reuocati. 5.b
 Aluarus Norogna Azamorenfis præfectus, eiusque res gestæ. 323.b
 Aliubilia pagus. 285.b
 Amagor Castellum. 283.a
 Amagoris oppugnatio. 233.b direptio.
 Ambitio duorum ducum. ibid.
 Amboinum insula. 174.b
 Anchediua ins.
 Anchediuenfis arcis initium. 40.a
 Anchediuenfis arx à Lusitanis diruta. 120.
 Ancoftami insignis de Lusitanis victoria. 131.
 Ancoftamo structæ insidie. 314.
 Andradij cum Sinarum Duce colloquium. 317.
 Andradij in Indiam atq; inde in Lusitaniam reditus. 319.
 Andradij in Sinam nauigatio. 317.a
 Andradiorum fratrum insignis virtus. 200.b
 Anglica ad Emmanuelem legatio. 227.b
 Anni computus apud Cranganorenses. 180.a
 Annunciationis D. Virginis Festum, apud Indos Christianos celebre. 109.a
 Anus luctus à Cranganorensibus obseruatus. 108.a
 Ant. Brittij nauigatio Malucensis. 366.b
 Antonij Correx periculum. 57.b
 Antonij Fernandi Apostasia. 131.b
 Antonij Leitani immane facinus. 830.b
 Antonij Mascaregnæ mors. 323.b
 Antonij Saldagnæ casus. 85.b
 Antio

I N D E X.

Antonij Salæ mors. 124.b
 Antonius Brittius fratri suffectus. 365.a
 Antonius, filius Emmanuelis nascitur. 303.b
 Aphractum captum. 231.a
 Apostatarum singulare supplicium. 234.b
 Aqua benedicta Cranganorensibus vsitata. 108.a
 Aquilaris naufragium. 143.b
 Arabes Quijoensis Regis precibus è vinculis liberati. 117.b
 Arabicæ expeditionis fructus. 253.a
 Arabum in Lusitanos calumniæ & fraudes. 56.a
 Arabum in Lusitanos importunitas. 122.a
 Arabum in nauigando solertia. 26.b
 Arbor incognita. 49.a
 Arbez opp. ipoliatum. 171.b
 Arhagus centenarius captus. 331.b
 Archiquum opp. 337.b
 Armuzienfe bellum secundum. 170.a
 Armuzienfe cum Lusitanis foedus. 278.a
 Armuzienfes Reges 15. excæcati. 293.a
 Armuzienfis arcis initium. 167.b
 Armuzienfis ciuitas. 162.a eiusque mores: 162.b
 Armuzienfis Legati ex Lusitania reditus. 277.a Legatio. 162.b
 nis capita, & ad ea responsum. ibid.
 Armuzienfis rebellio. 366.b
 Armuzienfis Regis ad Albuquerqueij postulata responsum. 275.a
 Armuzienfis Regis de Lusitanorum internectione decretum. 367.b
 Armuzienfis Regis fuga. 369.a proditoria caedes. ibid.
 Armuzienfis regis legatio. 235.a
 Armuzienfis regni noua, Alb. autore constitutio. 293.a
 Armuzienfis regni potentia. 262.b
 Armuziensium cum Lusitanis foedus. 167.a
 Armuziensium in Lusitanos conspiratio. 366.b
 Armuziensium fraus singularis. 358.a
 Armuziensium irata: ad Regem preces. 170.b
 Armuziensium pugna naualis. 368.a
 Armuzij insulæ descriptio. 162.a
 Armu.

I N D E X.

Armuzini populi querimonia.	171.b
Armuzinum bellum redintegratum.	173.a
Armuzium obsidione solutum.	171.b
Arij Corrae mors.	37.b
Arij Tellij temeritas.	272.a
Arraulensis insula.	96.b
Arzilae breuis obsidio.	201.b
Arroazij caedes.	334.b
Arzilae incendium.	158.b
Arzilae instauratio, & nouum praesidium.	161.a
Arzilae obsidio irrita.	241.b
Arzilae obsidio.	156.a
Arzilae oppugnatio.	ibid.
Arzilae expugnatio.	156.b
Arzilae oppugnatio.	298.b
Arzilae subsidia.	299.a.b
Arzilae obsidio soluta.	299.b
Arzilenfe bellum.	1561
Arzilenfe bellum.	298.b
Arzilenfis arx obsidione soluta.	1594
Asama flu.	1541
Ataidij literae casu inuectae.	611
Ataidij prospera in Marochiensium castra irruptio.	259. a. f.
cunda irruptio.	ibid.
Ataidij in Mauros excursio.	216. a. 2111
Ataidij praesidium atrocissimum.	301.b
Ataidij caedes.	ibid.
Ataidij victoriae.	211.a
Ataidij vigilantia.	208.b
Atlas, n. montes clari.	240.a
Auaritia quorundam detestanda.	147.a
Aulice quorundam auaritiae detestatio.	86.a
Auae Virginis & Martyris reliquiae in Lusitaniam quando,	319.b
a quo translatae.	94.b
Auxilium diuinum.	ibid.
Azambugij callide factum, 142.b. cum Halli duce expostulatio.	142.b
tio.	Aza.
Azambugij eruptio.	

I N D E X.

Azamora ciuitas.	154.a
Azamora capta.	257.a
Azamora noui motus.	257.b
Azamora obsidio soluta.	155.b
Azamora oppugnatio.	154.b
Azamorense bellum.	154.a
Azamorense bellum.	262.b
Azamorenfis obsidio.	256.a.
Azamorenfis oppugnatio acerrima.	256.b
Azamorenfis prouincia tripartita.	255.b

B.

B Ahara insule.	275.b
Bahare insula. 358. a. & vrbs.	358.b
Baharcis vrbs oppugnatio.	358.a.
Baharcis vrbs expugnatio.	359.a
Balba opp.	261.a
Balsa, n. forte Taura.	160.a
Banda insulae.	232.b
Baneanes sancti.	123.a
Baptismus paruulorum Cranganorensibus vsitatus.	108.a
Barbara ciuitas.	311.a
Barbarorum ad Gamam legatio.	24.b
Barbarorum erga Lusitanos hospitalitas.	184.b
Barbosa ad Almeida literae.	120.b
Bannaga sicut Siqueira congressus.	338.b
Barraxae ad Fernandum Catholicum legatio.	226.b
Barraxae ad milites oratio.	236.a
Barraxae praesidium.	ibid.
Barraxae clades.	236.a
Barretus a deuotis Saracenis oppugnatus.	149.b
Barrigae de Xiamensibus victoria.	241.b
Barrigae pugna aduersa.	233. b. 284. a
Barrigae victoria.	ibid.
Bata.	Bata.

I N D E X.

Bataglia Lusitaniæ opp.	41.b
Beatricis ad Emmanuelem filium pro exulibus oratio.	10.a
Bagienfis in Zacatorum profectio.	225.b
Belli aduersus Mochrum suscipiendi fraudulenta exhortatio.	358.a
Belli Calecutiensis initium.	38.b
Belli Calecutij tempus quinquimestre.	103.a
Bellica in Targam expeditio.	315.b
Belligerandi in Africa ratio.	44.a
Bellum Aegyptij Sultani Indicum.	308.a
Bellum aduersus Mochrim.	358.b
Bellum Almedinense.	237.b
Bellum Armuziense Secundum.	170.a
Bellum Arzilense.	298.b
Bellum Arzilense.	156.a
Bellum Azamorense.	154.a
Bellum Azamorense.	262.b
Bellum Calecutiense.	65.b
Bellum Calecutiense.	181.b
Bellum Calecutiense aduersus Lusitanos & Cochimenses.	85.b
Bellum Caferquibirienfe.	69.a
Bellum ciuile Castellatum.	349.b
Bellum Cochimense.	203.b
Bellum Cochimense.	73.b
Bellum Cranganorense.	106.b
Bellum cum Xerifio.	259.b
Bellum cum Xerifio. 282.b pugna atrox.	ibid.
Bellum Fessenfe & Mequineziense.	260.b
Bellum Garabienfe.	334.b
Bellum cum Garabienfis rebellionis reliquijs.	335.b
Bellum Goense.	192.a. & 222.a
Bellum Goense periculosissimum.	313.b
Bellum Goense.	233.a
Bellum inter Melindium & Mombazensem.	86.b
Bellum Malacense. 321.a redintegratum.	322.a
Bellum Malacense.	216.b
Bellum Marochiense.	240.a. & 300.a
Bellum Mombazense.	118.b
Bellum	

I N D E X.

Bellum Onorense.	121.b
Bellum Pacemense.	361.a
Bellum Sabinense.	236.b
Bellum Septense.	264.a
Bellum Zacatorense.	148.a
Bellum Zeilandense.	356.a
Bellum Zeilandense.	322.b
Benaduxeræ cum hoste pactio. 351.b. cum fratre de proditione colloquium.	352.a
Benaduxeræ proditio, & ex ea Lusitanorum in Azamorenfi vrbe periculum.	351.a
Benamiræ mors.	263.a
Benastarini oppugnatio. 233.b. deditio.	234.a
Bendara Malacensis Maieftatis damnatus.	215.a
Bencafifius pagus captus & exustus.	359.b
Bengalæ Prouinciæ descriptio.	320.a
Benomotapæ Regis insignia. 128.b. prudenter factum.	129.a
Benomotapa regnum auri ditissimum.	128.b
Benomotapensium superstitiosa consuetudo petendi à Regibus.	129.a
Bernardi Emmanuelis virtus.	287.b
Bintamensis Regis in Lusitanos insidiæ.	321.a
Bintami infelix oppugnatio.	366.a
Bintami Regis in Abedallam generū crudeles insidiæ.	291.a
Bipurum Regio.	93.a
Bisnaga Narlingæ metropolis.	123.a
Bonæ spei promontorium, eiusque latus.	15.b
Bonorum Signorum fluvius.	24.a
Borellio structa insidie.	292.b
Brachmanæ, & eorum fides ac studia.	34.b
Brachmanæ perfidia.	99.b
Brachmanes à Calecutio Rege de prælij die consulti.	99.a
Brasilie descriptio.	49.a
Brasilie inuenta primum ad Emmanuelem nuntium.	49.a
Brasilie porrus tutus.	48.a
Brasilienfium coniugia. 50.b. adulterarum supplicium.	

I N D E X.

ibidem, contractus, saltationes & cantus, ædificia, charitas mutua, belligerandi ratio. ibidem. arma, stratagemata. 51. a. Immanitas planè ferina, peccandi licentia, 51. b	
Brafilienſium de Luſitanorum aduentu gaudium.	48. b
Brafilienſium natura & mores. 49. b. arma, & belligerandi ſa gittandiſq; ratio, victus, naues, piſcatio. ibidem. Panificiũ potus, artes diuinatorices, veneficia.	50. a
Brafilienſium ſimplicitas.	48. b
Braſilia quando, & quomodo inuenta.	48. a
Braua à Luſitanis capta. 147. a. incenſa.	ibid.
Braua vrbs.	146. b
Braua Luſitanis deditur.	86. b
Brauenſium cum Luſitanis pugna.	146. b
Brauenſium fraudulentã pacis procraftinatio.	146. b
Brigantini Ducis ad ſeditioſam F. Ioan. Chiauenſis concio. nem reſponſio.	258. a.
Brigantini reditus in Luſitaniam.	259. a
Brigantini Ducis pietas.	257. a
Brittij cum Andradio contentio.	246. a
Brittij in Zeilanden eruptio.	356. b
Brittij ſtratagema.	357. a
Brittij munitiones.	135. a
Burgeniſium & Toletanorum vetus diſſidium.	19. b

C.

C Alderia per inſidias occiſus.	313. b
Cæſarauguſta Emmanueli fidem dare recuſat, & qua re.	20. a
Caimaes Calecutij regis Dynaſtæ.	32. a
Caixa ciuitas.	307. a
Caixamum.	305. a
Calaiate capta & incenſa.	173. a
Calaiatenſium cum Albuquerque colloquium.	172. b
Calecutia claſſis.	102. a
Calecutia claſſis aduerſus Luſitanos.	39. a
Calecutia claſſis aduerſus Luſitanos.	59. a
Calecu.	

I N D E X.

Calecutienſe bellum aduerſus Luſitanos & Cochimenſem. 85. b	
Calecutienſe bellum.	181. b
Calecutienſes aliquot parones captæ.	65. b
Calecutienſis aciei deſcriptio.	99. a
Calecutienſis aduerſus Paciecum exercitus. 92. b. 93. a. claſſis. 160. nauium.	92. a
Calecutienſis altera in Luſitanos expeditio.	102. a
Calecutienſis ad Cananoreſem Legatio.	135. a
Calecutienſis belli initium.	38. b
Calecutienſis belli initium.	57. b
Calecutienſis claſſis. 29. nauium.	67. b
Calecutienſis claſſis.	132. a
Calecutienſis claſſis fuga.	94. b
Calecutienſis claſſis fuga.	67. a
Calecutienſis exercitus peſte infeſtatur.	98. b
Calecutienſis exercitus 50000. militum.	137. a
Calecutienſis exercitus inania terriculamenta.	103. a
Calecutienſis in Paciecum claſſis 250. nauium.	97. b
Calecutienſis nauis capta & incenſa.	62. a
Calecutienſis pax.	253. b
Calecutienſis pueri mira fides atque conſtantia.	105. b
Calecutienſis Regis Caſtella naualia	102. b
Calecutienſis Regis ornatus & ſtatura.	31. b
Calecutienſis Regis dolus.	74. a
Calecutienſis Regis perfidia.	56. a
Calecutienſis Rex Brachmanas de prælij die conſulit. 99. a	
Calecutienſis Rex mortis diſcrimen pedes effugit.	100. b
Calecutienſis Rex regno ſe abdicat.	104. b
Calecutienſis Rex matris literis ad vindictam excitatur. ibidem.	
Calecutienſium cum Luſitanis pax, eiufque leges.	84. a
Calecutienſium de bello conſultatio.	96. a
Calecutienſium fuga.	102. a
Calecutienſium fuga.	150. a
Calecutienſium fuga.	95. b
Calecutienſium nauis Prætoria capta.	111. a

I N D E X.

Calecutiensium 18. naues incensa.	150. a
Calecutiensium pax cum Lusitanis.	235. b
Calecutiensium perfidia. 62. a. fuga.	ibidem
Calecutiensium fuga.	131. b
Calecutij cum Cochimensi bellum.	75. b
Calecutij oppugnatio.	58. a
Calecutij oppugnatio.	106. a
Calecutij oppugnatio.	66. a
Calecutij Regia capta & incensa.	182. b
Calecutij Regia capta. 183. b. incensa.	184. a
Calecutij Regis ad Samam nuntius.	39. a
Calecutij Regis ad Io. Nouium simulatus nuntius, & detectæ fraudes.	61. a
Calecutij Regis ad Gamæ orationem, responsum.	33. a
Calecutij Regis discrimen.	99. b
Calecutij Regis erga Lusitanos victores munificentia.	55. b
Calecutij Regis ficta excusatio.	56. a
Calecutij Regis fraudulenta Legatio.	65. b
Calecutij Regis in Lusitanos techna.	67. a
Calecutij Regis mors.	253. b
Calecutij Regis subdola ad Gamam Legatio. 66. b. dolus & inconstantia.	67. a
Calecutij Regis superstitio. 94. a. classis 280. nauium 94. b. milites classe vecti 15000.	ibid.
Calecutij Regis Thraonica mandata.	105. a
Castellum globis deiectum. 104. a. prælium terrestre. ibidem. clades. ibid. noua calamitas.	104. b
Calecutij situs.	35. b
Calecutio Regi bellum à Gama indictum.	65. b
Calecutium bellum quinque mensibus confectum.	105. a
Calecutium à Gama exploratum.	38. b
Cambaia Regionis situs.	54. a. Regni descriptio.
ptio.	274. a
Cambaiensis nauis à Pantoia capta.	212. b
Cambaiensis Regis ad Albuquerqueij Legatos responso.	275. a
Cambaia Regis ad Albuquerqueium Legatio.	203. b
Cambaiensis Regis ad Albuquerqueium tum literæ, tum Legatio.	255. a
Camba.	

I N D E X.

Cambala insula.	85. a
Cambalamus insula.	91. a
Cambarensis Regis obsidio.	272. b
Campsonis Aegyptij classis aduersus Lusitanos.	150. b
Camara insula.	252. b
Canacania insula.	86. q
Cananorensis arcis ædificatio.	124. q
Cananorensis arcis oppugnatio.	135. b
136. a	
Cananoris descriptio.	59. a
Cananoris & Coulaui Regum ad Capralem Legatio.	58. b
Cananoris portus.	55. b
Cananorensis Regis cum Almeida congressus.	124. b
Cananorensis Regis erga Lusitanos liberalitas. 59. a. ad Emmanuelem Legatio.	59. b
Cananorensis Regis in Lusitanos hostilis animus.	34. b
Cananorensis Regis in Lusitanos molimina.	135. a
Cananorensium in Lusitanos insidia.	137. a
Cano caput præcisum.	178. b
Capralis ad Calecutium Legatio.	54. a
Capralis ad Calecutiensem urbem aduentus.	ibidem
Capralis ad Cochimi Regem nuntius.	58. a
Capralis ad Quijoensem Regem Legatio. 53. a. Quijoensis responsum.	ibid.
Capralis cum Calecurio colloquium.	54. b
Capralis cum Melindio congressus.	54. a
Capralis cum Quijoensi Rege colloquium.	55. b
Capralis de Calecurio Rege querela.	56. a
Capralis erga Melindium Regem fides.	52. b
Capralis in Indiam nauigatio continuata.	52. a
Capralis in Lusitaniam reditus.	60. a
Carauela Lusitana à Mauris capta.	303. b
Carauelarum descriptio.	64. a
Carma ciuitas.	304. b
Carmafa ciuitas.	304. b
Casserquibirienſe bellum.	69. a
Casserquibirium oppidum.	68. b
Castellana ad Emmanuelem Legatio.	82. a
Bbb 3	Castel.

I N D E X.

Castellana ad Emmanuelem Legatio. 13.a. eiusque respon-	42.a
sio.	ibid.
Castellanæ rebellionis euentus.	350.a
Castellanorum à Carolo V. defectio.	349.a
Castellanorum rebellium ad Emmanuelem Legatio.	340.b
Castellanorum rebellium institutum ab auctore notatum.	ibid.
349.a. furor. 349.b. Ciuile bellum.	ibid.
Casus ridiculus.	46.b
Catife deditio.	359.a
Carualis.	31.b
Caulamensis arcis initia.	31.b
Caxemum regio Arabiæ.	147.b
Celocis inaudita hæctenus nauigatio.	511.b
Chalcographiæ vsus apud Sinas antiquissimus.	318.b
Champanellem ciuitas.	274.b
Chatingamensis rectoris in Sylueriam insidiæ.	320.b
Chatingamum vrbs.	ibidem.
Chaulis ciuitas.	15.b
Christianismi in Anchediua reperta vestigia.	120.a
Christianismi per Aethiopiam incrementum.	297.a
Christianismi per Indiam olim propagati antiquissimum	108.b
& insigne testimonium.	ibidem.
Christianismi vestigia Goæ reperta.	192.b
Christianorum Cranganorensium ritus & mores.	107.b
Christianorum Pontifex.	ibidem.
Christianorum Sacerdotum tonsura.	ibidem.
Christianorum Eucharistiæ & sacrificij vsus.	107.b
Christianorum D. Thomæ disciplinis imbutorum constan-	83.b
tia.	ibidem.
Christianorum in Mauros insidiæ.	46.a
Christianorum in proscriptos Iudæos iniuriæ.	7.a
Christianorum militum foeda contentio.	47.b
Christianorum quorundam perfidia.	198.b
Christi militum origo & instituta.	11.b
Cidaco Maurus occiditur.	256.a
Cidis Manzoris Azamorensem Præfecti virtus.	256.b.
cedes.	ibid.
Classis in Brasiliam missa.	63.a
Classis	63.a

I N D E X.

Classis in Indiam missa.	42.a
Classis 80. nauium aduersus Lusitanos.	200.a
Cochimense bellum.	203.b
Cochimenses ad Calecutiensem Regem transfugæ.	73.b
Cochimensis ad Calecutiensem literas responsum.	67.b.
Cochimensis in fide constantia.	ibid.
Cochimensis arx quando, & à quibus condita.	82.a.
eius situs.	82.b
Cochimensis exercitus aduersus Calecutios.	92.a
Cochimensis regionis situs.	91.a
Cochimensis Regis dissuasoria ad Paciecum oratio.	92.a
Cochimensis Regis de victoria desperatio.	89.a. ad Pacie-
cum oratio.	89.b
Cochimensis Regis erga Lusitanos amor.	81.b
Cochimensis Regis foedus cum Lusitanis.	58.b
Cochimensis Regis fuga.	75.a
Cochimensis Regis summa fides.	ibid.
Cochimensis Regis oratio fidei & constantiæ plena.	73.b
Cochimensis Regis mors.	203.a
Cochimensium clades.	74.b
Cochimensium ex aduentu hostis terror & fuga.	93.b
Cochimensium Regum mira in succedendo consuetudo.	203.a
Cochimum vrbs.	58.a
Coicatari in Albuquerqueium fraudes.	169.a
Coiebiqum laus.	223.a
Coiebiqum mors.	224.b
Collis sale abundans & sulfure.	162.a
Columbum Zeilandæ metropolis.	129.b
Columna lapidea cum Emmanuelis insignibus erecta.	24.b
Comorim promontorium Indiæ.	34.a
Comorinum Indiæ promontorium.	129.a
Conceptionis insulæ inuentio.	60.b
Concilium ordinis Equitum Christi.	76.a
Confessio apud Cranganorenses Christianos in vsu.	108.a
Confederatio contr. Regem Galliæ.	227.a
Congenensis ad Lusitaniæ Regem Legatio pro obtinendis Sa-	77.b
cerdotibus.	ibid.

I N D E X.

Congenſis Dux captus Baptiſmum flagitat.	80.a
Congenſi Regi diuinitus miſſum ſubſidium.	ibid.
Congenſi Regi miſſa ab Emmanuele in ſignia.	243.b
Congenſis Regis ad Pontificem Maximum Legatio.	244.b
literæ.	ibid.
Congenſis Regis de Emmanuelis in ſe beneficijs literæ publi- cæ.	243.a
Congenſis Regis erga Chriſtianam pietatem ſtudium ſingu- lare.	78.a
Congenſis Regis filius idololatriam vetat.	79.a
Congenſis Regis filius vnâ cum Legato in Luſtitaniam miſ- ſus.	242.a
Congenſis Regis natu maximus filius baptizatur.	78.b
Congenſis Regis patruus fit Chriſtianus.	28.a
Congenſis Rex vnâ cum Regina multisque nobilibus bap- tizatus	78.b
Congenſis Rex ſuorum interpres & Catechiſta. 80. b. eius li- beri & proceres in Luſitania educantur.	81.a
Congenſium conuerſionis occaſio.	76.b
Congenſium Chriſtianorum perſecutio.	78.b
Congenſium de Luſitanæ claſſis aduentu gaudium.	78.a
Congenſium erga Chriſtianos charitas inſignis	80.b
Congenſium erga S. Crucem deuotio.	78.a
Congenſium fratrum bellum.	79.b
Congi regionis deſcriptio.	76.b
Coniugalis amor & fides eximia.	302.a
Conſilium bonum malè repudiatum.	133.b
Conſilium bonum repudiatum.	132.a
Conſilium malum.	185.a
Conſilium fraudulentum.	334.b
Correa cum Bintamenſibus prælium.	345.b. de eiſdem
victoria.	346.a
Corræ & Soderij contentio de diſceſſu ex India.	71.b
Corræ in Peguenſe regnum profectio.	343.b
Corte:egalis prima ad Septentrionem nauigatio.	63.a
nauigatio ſecunda.	63.b
Cotagamum.	93.a
Cottignij ſtratagema.	368.b. aliud ibid.

Cottignij

I N D E X

Coulamenſis rebellio.	346.a. pax renouata.	346.b
Coulamenſis tumultus.		105.a
Coulamenſium 27. nauis incenſæ.		125.b
Coulami ciuitatis deſcriptio, gentisq; mores.		83.b
Coutignij ab Albuquerque oratio.		182.a
Coutignij cum Albuquerque ſimultas. 182. b. temeraria o- ratio. 183. a. cæca temeritas. ibid. prælium. 183. b. pericu- *lum. 184. a. cædes.		ibid.
Coutignij & Maſcaregnæ proſpera excuſio.		342.b
Cranganoreſe bellum.		106. b
Cranganoris expugnatio & incendium. 107. a. vrbs & inco- larum deſcriptio.		107. b
Cranganoris tumultus.		106. b
Cranganoreſium Chriſtianorum ad Gamam legatio. 66. a		
Cranganoreſium Chriſtianorum confefſio. 108. a. paru- lorum baptiſmus. 108. a. Aqua luſtralis. ibid. cura defun- ctorum. ibid. annus luctus. ibid. ieiunia. ibid. ſacra ſolen- na. ibid. anni computus. ibid. Feſtum D. Thomæ ibid. Vo- ta monaſtica ibid. Sacerdotes cõiugati.		ibid.
Cranganoreſium Chriſtianorum ritus & mores. 107. Sacer- dorum tonſura. ibid. Euchariſtia & ſacrificij vſus.		107. b
Cranganorum vrbs.		59. a
Crucis antiquiſſimæ mira inſcriptio.		109. b
Crucis forma antiquiſſima. 108. b. ſtupendum miraculum.		109. aliud. ibid.
Cucurramum Regio.		93. a
Cugnæ ad S. Laurentij in ſulâ profectio. 144. b. repulſa.		ibid.
Cugnæ ad Zacatoreſis arcis præfectum legatio.		148. a
Cugnæ cum Melindio congreſſus.		146. a
Cugnæ virtus inſignis.		366. a
Cura defunctorum apud Cranganoreſes Chriſtianos.		108. a
Curia Muria, in ſulâ.		75. b
Curiga ciuitas.		93. a

D.

D Abida opp.	237. a
Dabidenſis princeps captus.	237. a
Dabidenſium rebellio domita.	316. 3

B b b s

Dabiden-

I N D E X.

Dabulense prælium.	175.a
Dabulis descriptio.	174.b
Dabul capta.	175.a
Dabul spoliata.	ibid.
Dabul incensa.	ibid.
Dabul opp.	174.b
Dabulis turris expugnatio.	307.a
Dama oppidum.	212.a
Darquimense regnum.	231.b
Darraca ciuitas.	320.b
Dauid Aethiopum rex.	270.a
Delamixæ ingratitude.	171.a
Diensis belli apparatus.	353.a
Diu, vrbs.	151.a
Diuinum erga Lusitanos auxilium.	137.a
Diu ciuitas.	274.a
Dolus dolo delusus.	141.a
Duecala regio.	255.a
Ducum duorum monomachia.	148.b
Duellum.	336.b
Duamus.	240.a

E.

E cclesiasticorum bonorum abusus. 268.a. deque eo au- thoris sententia.	ibid.
Elephantis regij cædes.	217.b
Elephantum armatorum pugna.	217.b
Elephantum fuga.	218.a
Elephantus Pontificem veneratur flexis genibus.	266.b
Emmanueli Beatrix filia nascitur.	87.a
Emmanueli dissuasa Africana expeditio.	43.a
Emmanuelis filius Michael nascitur.	20.b
Emmanuel Ic. Regi ex testamento succedit.	3.a
Emmanueli Isabela filia nascitur.	76.a
Emmanueli nascitur Ludoicus filius.	114.b
Emmanueli natus filius.	60.b
Emmanuelis ad Aethiopum Regem legatio.	290.b
Emmanuelis ad Aethiopiæ regem legatio.	146.a
Emma.	

I N D E X.

Emmanuelis ad Almeida, pro Georgio notho, oratione responsio.	1.a
Emmanuelis ad Carolum V. de Leonoræ nuptijs, legatio.	325.a
eiusdem cum Leonora sponsalia.	ibid.
Emmanuelis nuptiæ.	326.a
Emmanuelis ad Castellanorum rebellium legationem respõ sum.	349
Emmanuelis ad Cochimensem munera.	81.b
Emmanuelis ad Cochimensem Regem munera.	66.a
Emmanuelis ad Congensem Regem legatus. 242. a. moritur	242.a
Emmanuelis ad Leonem X. Pontif. Maxim. magnific. Lega- tio.	265.b
Emmanuelis ad Leonem X. Pontif. Maxim. immunera.	ibid.
Emmanuelis ad Maximilianum Imperatorem Legatio.	295.b
Emmanuelis ad Melindium munera.	54.a
Emmanuelis ad Philippum Regem gratulatoria legatio.	132.b
Emman. ad Pontificem legatio.	5.b
Emman. ad Pontif. Maxim. legatio pro reformanda Ecclesia.	21.a
eius successus.	21.b
Emmanuelis ad Pontif. Maximum legatio.	110.b
Emmanuelis ad Pontif. Maximum postulata.	267.a
Emmanuelis ad Pont. Maxi. pro Christianorum concordia legatio.	132.b
Emmanuelis ad summum Pontificem de Aegypcia legatio. ne literæ.	211.a.
Emmanuelis, eiusdem Indicarum navigationum scopus.	ibid.
Emmanuelis ad Timoiam literæ.	202.b
Emmanuelis ad Veneram legationem responsum.	44.a
Emmanuelis Constitutiones in regni initio.	5.a. 6.b
Emmanuelis cum Castellani Regis filia nuptiæ.	14.b
Emmanuelis cum Isabela nuptiæ.	17.b
Emma.	

INDEX.

Emmanuelis honores & munera in Cochimensem Regem collata.	125. b
Emmanuel D. Virgini templum condit.	41. b
Emmanuelis de arce quadam extruenda institutum.	342. b
Emmanuelis de communi salute sollicitudo.	132. b
Emmanuelis decretum de Iudæis expellendis.	13. a
Emmanuelis erga clerum munificentia.	8. a
Emmanuelis erga Gamam & socios munificentia.	41. a
Emmanuelis erga Petr. Nauarrum & alios munificentia.	161. a
Emmanuelis in aduersis moderatio.	290. a
Emmanuelis in Castellam profectio.	18. b
Emmanuelis & Isabelæ in Castellæ regnum inauguratio.	19. b
Emmanuelis & Isabelæ iter Arragonicum.	20. a
Emmanuelis in Christianismo propagando studium singulare.	80. b 241. b
Emmanuelis in Iudæos factum notatū simul & excusatum.	14. a
Emmanuelis in Portugalam reditus.	21. a
Emmanuelis in Regem inauguratio.	4. a
Emmanuelis in rebus gerendis summa celeritas.	159. b
Emmanuelis in Zeiamum apparatus bellicus.	254. b
Emmanuelis legatio gratulatoria ad Castellæ reges.	5. a
Emmanuelis legatorū in Aethiopiā aduentus.	172. a
Emmanuelis morbus & mors. 371. b. præparatio ad mortem.	ibid.
ibid. exequiæ & sepulchrum. 372. a. vita, mores, & res gestæ.	113. b
Emmanuelis nouæ leges.	257. b
Emmanuelis purum factum. 257. a. eius laudes.	62. b
Emmanuelis quædam piè, liberaliter & iuste facta.	60. b
Emmanuelis regia incensa.	42. b
Emmanuelis secundæ nuptiæ.	324. a. secundas ambit nuptias. 324. b. multorum sinistrum iudicium idcirco incurrit.
Eucharistiæ vsus apud Cranganenses Christianos.	107. b

Fames

INDEX.

F.

Fames in Lusitania.	83. a
Fames in Mauritania.	371. a
Farobus mons.	88. a
Farobius mons.	385. b
Feris ad Benaduxeram fratrem dissuasoria proditiōis oratio.	352. a
Fernandi Decij mors.	119. b
Fernandi Magallani ad Castellæ Regem defectio. 327. a. defectiōis causa. 327. b. institutū de quærendis Malucis. 328. a	
Fernandus Emmanuelis filius nascitur.	143. a
Fernandi Coutigni in Indiam aduentus.	187. a
Fernandi Regis Catholici mors.	195. b
Fernandi Catholici filius moritur.	18. a
Fernandi Castrensis mors.	201. b
Fessenfe bellum.	260. b
Fessenfis Regis Dux proditoriè necatus.	335. b
Fessenfis Regis in Arzilensem agrum eruptio.	334. b
Fessenfis Regis in Tingitanos expeditio.	45. a
Festum Thomæ Apostoli Christianis Cranganorensibus in vsu.	108. a
Fidei Christianæ per Congense regnum successus.	78. b
Fides pueri mira.	105. b
Fides tormentarij cuiusdam magistri erga superiorē eximia.	231. a
Fœdus Castellæ Lusitaniæq; Regum de navigationibus Oceanicis.	328. b
Fortiter factum.	137. a
Franciscani 5. Monachi in Indiam missi.	42. a
Fran. Albuquerquej facinus inhonestum. 85. a. perfidia.	ibid.
Francisci Albuquerquej interitus.	85. b
Fran. Almeidae ad Quiloensem legatio, & Regis fuga. 116. b	
vide in Almeida latius.	
Francisci Portugalensis periculum & victoria.	202. a
Franciscus Almeida priuus Indiæ vice rex 110. a. vide in Almeida.	
Franciscus Gnaia Lusitanæ classis præfectus.	126. b
Franciscus Pereira Festana.	113. b
Fran.	

I N D E X.

Francisci Pantoix pusillanimitas.
Fratrum duorum in lignis virtus.

223.b
339.a

G.

GAbalicus Zeilanda portus. 130.a
 Gillicana ad Emma n. lem legatio. 297.b
 Gama ad Calecutum Regem proficiscitur. 31.b
 Gamæ ad Calecutiensem regem oratio. 32.b
 Gamæ ad Calecutiensem regem legatio. 31. a. & Calecutij re-
 sponsum. 31. a
 Gamæ ad Calecutium regem nuncius. 30. b
 Gamæ alterum cum Calecutiensi rege colloquium. 36. a
 Gamæ cum Zacoia colloquium. 27. a
 Gamæ prudentia. 28. a. ad Melindensem regem nuncius. 29. b
 Gamæ virtus. 23. a. eidem structæ insidiæ. 23. b. nuncius ad ig-
 notam Africæ gentem. 24. a
 Gamæ cum Cananorensi rege foedus 68. a. discessus ex India.
 ibid. classis tempestate disiecta. 68. b. in Lusitaniam redi-
 tus. 68. b
 Genemensium rebellio. 316. a
 Garabienſe bellum. 334. b
 Gandanabarum Aethiopiæ Regio. 113. b
 Carthæ Contignij negligentia. 367. a
 Gasparis Galli naus vado impacta. 362. b
 Gasparus Pereræ in Albuquerque um indignum facinus. 244
 Germani cuiusdam insignis magnanimitas. 371. a
 Georgij Albuquerqueij Malacense iter eiutque successus. 360. b
 ad Pacemensem Tyrannum nuncius ibid.
 Georgij Brituij infauſta nauigatio. 361. b. clades miserabilis.
 362. a
 343. b
 346. a
 201. b
 10. b
 40. a
 225. b
 193. b
 Goæ

I N D E X.

Goæ descriptio. 192. a
 Goæ expugnatio. 204. b
 Goæ noua præſidia. 226. a
 Goæ summum periculum. 355. a
 Goæ vehemens oppugnatio. 196. b
 Goense bellum. 222. a. 233. a
 Goense bellum communi consilio decretum. 202. b
 Goense bellum periculosissimum. 313. a
 Goensis insula Puleta cano occupata. 224. a
 Goensis præda. 206. b
 Goensis portus vestigal solerter auctum. 234. b
 Goensis Reip. constitutio 193. b. 206. b
 Goensium erga Lusitanos fides. 222. b
 Goæ magna instrumentorum bellicorum reperta vis. 193. b
 Gnaic clementia. 127. b. mors. ibid.
 Gnaicæ cum Zofalenſi Rege foedus. 126. b
 Gradus quid. 15. b
 Guadelairæ Castellani stratagemata. 136. b
 Guardaſum promontorium. 75. b
 Guer Promontorium. 315. b
 Guilielmi Xebrenſis consilio Hispanis grauissimum impa-
 ratum tributum. 348. b
 Gundiffalui Vascij captiuitas & illustre martyrium. 303. b. e.
 iusdem frater martyr. 304. b
 Gundiffalui Vascij iniquum & crudele facinus. 134. a

H.

HAbandæ opp. incensum. 173. a
 Habrahemi Quijloæ Regis perfidiæ aliaq; scelera. 64. b
 Hagamahamedi cum Lusitanis atrox prælium. 364. b
 Hagamahamedi pugna naualis. 365. b
 Haliaducis in Lusitanos odium. 141. a
 Haliadux Sasinij tyrannidem inuadit. 139. a
 Haliadux Azambugij auxiliū implorat ibidem. cum Lusita-
 nis foedus facit. ibid.
 Hameti Laroziij excursio. 369. b
 Heam Prouincia. 259. b
 Hebræi ad 2000. triduo occisi. 116. a
 Hebræi

I N D E X.

Hebræi supra mille per tumultus vno die caesi.	116.a
Hebræi supra 800. Olyssipone per seditionem vno die truci- dati.	115.b 312.a
Hectoris Roderici prudens institutum.	312.a
Helena Davidis Aethiopum Regis mater.	270.a
Henricus filius Emmanuelis nascitur.	230.b
Henrici Machiadi caedes.	178.a
Henrici Menesij præclara victoria.	370.a
Henricus Portugaliæ regis filius Oceanicarum navigationū author.	15.a 41.a
Herba sancta.	41.a
Herculis militum sepulchra.	175.a
Heroum ciuitas. n. Suez.	250.b
Hieronymi Limici mors. 205.a. magnanimitas insignis.	ibid.
Hieronymi Soufæ naufragium.	336.a
Hocem veneno necatus.	278.a
Hoia vrbs à Cugna capta.	146.b
Homeatis oppidi expugnatio & direptio.	172.a
Hostile ferculum.	168.b
Hotæ cum Raho Benxamutio marito colloquium.	301.a
Humanæ fragilitatis exceptum.	186.b

I.

I a. Lupij Siqueiræ iter Indicum.	322.a
Iacobi Fernandi Begienfis nauale prælium.	265.a
Iacobi Almeida, pro Georgio Ioannis regis notho ad Em- manuelem oratio.	4.b
Iac. Cani ad Congensem regem legatio.	77.a
Ia. Canicum Congensi congressus.	77.a
Iacobi Veigi fortitudo.	114.a
Iacobus Caus Aethiopiæ lustrator.	76.b
Iapara Iauæ ciuitas.	245.b
Iaua maior & minor.	245.a
Idalkami clades.	355.b
Idenar mons.	239.a
Ichabentafusi ad Emmanuelem oratio.	302.b
Icha.	Icha.

I N D E X.

Ichabentafusi caedis occasio.	359.b
Ichabentafusi de Marochiensibus insignis victoria.	241.a
Ichabentafusi in Lusitanos fraudes.	140.b
Ichabentafusi proditoria caedes.	360.a.
Ichabentafusi elogium.	360.b
Ichabentafusus arte mortem euadit.	141.a
Ichabentafusi de rebellibus victoria.	350.a
Ichabentafusi victoria.	237.a
Ichabentafusus proditoris suspectus.	241.a
Iciunia Cranganorensum Christianorum.	108.a
Iehomazendis Arabum Ducis caedes.	239.b
Impetus in Repelinenses.	82.b
India duplex.	33.b
India classis prima.	17.a
quando ex Lusitania soluerit.	ibid.
Indicæ classis difficultates & importunia.	116.b
Indicæ navigationis descriptio.	22.a
Indicæ navigationis dissuasio.	16.a
Indica nauigatio ab Emmanuele probata, & quare.	16.b
Indicæ descriptio.	33.b
Indiæ hoc tempore primi exploratores.	269.b
Indiæ magnitudo.	34.a
Indiæ exploratæ primus nuntius.	22.a
Indiæ exploratores.	16.a
Indorum artificum distinctio.	35.a
Indorum dira sodalitas.	35.b
Indorum scriptura & chartæ. <i>ibid.</i> <i>Historiæ.</i>	ibid.
Indorum Christianorum summus Pontifex.	107.b
Indorum nobilium mores.	35.a
Indorum religio.	34.a
Indorum sacrum solenne. 34. b. anni initium.	ibid.
Indorum superstitiosa diuinandi ratio.	34.b
Indostam, olim India.	34.a
Ingratitudo in Paciecum summa.	113.a
Inhumanum Albuquercij facinus.	170.b
Inuidorum in Albuquercium calumniæ.	290.b
Insulæ parua, sed amoenissima.	24.a
Indulgentiarum sacrarum abusus vindicatus.	268.b

I N D E X.

Fr. Io. Chiauensis ad bellum Marochiense exhortatio.	254. a
Io. Camaræ ex indignatione officium erga Emmanuelem singulare.	299. b
Io. Gomecius capite multatus.	313. b
Ioannes Homo.	120. a
Ioannis Hominis facinus audax.	122. a
Io. Limici nauis ab ingenti pisce retardata.	322. b
Io. Limici in Indiam aduentus.	253. b
Io. Lusit. Regis ad Congensem Regem legatio.	77. a
Io. Lusit. Regis elogium.	3. a
Ioannis Lusitaniæ Regis morbus & mors. a. b. testamen. to hæres Emmanuel.	3. a
Ioannis Machia di de rebus hostium iudicium.	199. a
Io. Menesij cum Castrensi de prælio ineundo consultatio. 45. a	158. b
Io. Menesij cum nobili Mauro colloquium.	47. b
Io. Menesij ex bello Turcico reditus.	154. b
Io. Menesij expeditio Azamoren sis.	88
Io. Menesij in Larachenses eruptio. 87. b. stratagema. ibidem atrox cum Mauris prælium. ibidem, a uadacia.	259
Io. Menesij in Xerquienes excursio.	ibidem
Ioan. Menesij in Tafufum pagum excursio.	ibidem
Io. Menesij mors. 263. b. mores & ingenium.	46. a. 70. b
Io. Menesij periculum.	157. b
Io. Menesij subsidium Arzilæ serò missum.	88. a
Io. Menesij stratagema in Mauros.	369. a
Io. Cortignij prospera excursio.	298. b. 333. b
Io. Coutigni excursio.	prælium
Io. Coutigni in Farrobi accolæ excursio. 282. a. atrox.	ibid.
Io. Gundissalui audacia.	200. a
Io. Roderici periculum.	155. b
Io. Serrani temeritas.	362. a
Iogunum mores & religio.	58. b
Isabelæ canonizatio.	295. b
Isabelæ Castellæ reginæ mors.	36. b
Isabelæ iunioris mors.	211. a
Isabelæ natus filius Michael.	20. b

I N D E X.

Ismaelis Sophi ad Albuquerqueium legatio.	179. a
Ismaelis Sophi ad Albuquerqueium literæ.	307. b
Ismaelis Sophi ad Emmanuelem munera & Legatio. 307. a	
Ismaelis Sophi ad Emmanuelem literæ.	307. b
Ismaelis Sophi castra.	305. a
Ismaelis Sophi epulum legatis exhibitum.	305. b
Ismaelis Sophi genus, institutum, imperium & res gestæ. a. sectæ suæ studium.	278.
Juda Arabiæ ciuitas.	278. b
Juda ciuitas & portus. 309. b. eius oppugnatio u. rita.	252. b
Judæi ab Emmanuele Lusitania pulsi.	310. a
Judæi seruitute ab Emmanuele liberati.	13. a
De Iudæis Lusitania eiciendis consultatio.	7. b
Judæi vi & dolo oppressi.	12. b
Judæorum liberi per vim ad Christianismum pertracti. ibi. dem.	13. b
Judæorum per Hispaniam seruitutis occasio.	6. b
Iusartis virtus.	100. a

L

Lacerdæ virtus insignis.	205. b
Lapidis Hæmathitis mira vis.	215. b
Lara ciuitas.	307. b
Lara insula.	173. b
Larache opp.	87. a
Laurentij Almeidæ magnanimitas. 153. a. mors. 153. b. apud suos desiderium.	ibid.
Laurentij Almeidæ præclara virtus.	150. a
Laurentij Moreni Lusitani virtus.	74. a
Laurentius Almeida bis sagitta vulneratus.	152. a
Legationes ad Albuquerqueium frequentes.	213. a
Legationes ad Albuquerqueium variæ.	221. b
Leidehambrensi in Ichabentafusum conspiratio.	359. b
Lemij ad Armuziensem Regem legatio.	211. b
Leonis X. Pontificis ad Emmanuelem notata largitio.	267. a

I N D E X.

Lemij cum Albuquerque similtas. 212.b
 Lemij res gestæ. 211.b
 Lemij prælium & naufragium. 207.a
 Leonoræ sponsæ in Lusitaniam deductæ pompa & cærimonia. 325.b
 Lingua ciuitas. 273.a
 Linguae Regis cum Lusitanis nauale prælium. 273.a. 273.b
 Literarum & Christianæ religionis commendatio. 32.a
 Literarum mittendarum callida ratio. 45.b
 Ludouici Valentis virtus. 323.b
 Ludouici VVartmanni ad Lusitanos aduentus. 130.b
 Lupij in Marochiensem agrum eruptio. 265.a
 Lupi Martini fortitudo insignis. 45.b
 Lupi Sancij naufragium. 120.b
 Lupi Suarij cum 13. nauibus in Indiam aduentus. 109.b
 Lupi Suarij res gestæ. 296.a. legatio ad Coulamensem regnum ibidem.
 Lusitana ad Peguensẽ Regem Legatio. 341.b
 Lusitana Legatio ad Congensem Regem pro Christianijs amplificatione. 70.b
 Lusitania in Pateonuzium classis. 240.b
 Lusitania classis tempestate disiecta. 140.b
 Lusitanæ aciei periculum. 142.a
 Lusitanæ classis in Mauritaniam nauigatio, eiusque successus. 216.a
 Lusitanæ classis aduersus Turcas successus. 47.a
 Lusitanæ classis periculum. 90.b
 Lusitanæ copiæ aduersus Calecutios. 99.a
 Lusitanæ probitatis exemplum illustre. 318.a
 Lusitanæ 4. naues submersæ. 324.b
 Lusitania peste infestatur. 114.a
 Lusitani aliquot in insula S. Laurentij mœrore contabescunt. 145. b
 Lusitanicæ ad Sophum Legationis capita. 306. a. & Ismaell Sophi ad ea responsum. ibidem
 Lusitanicæ aulae institutum. 327.a
 Lusitanicæ legationis in urbem Rom. ingressus & pompa. 266.a
 Lusita

I N D E X.

Lusitanici regni comitia, eorumque decreta. 64.a
 Lusitanicum stratagemma. 139.b
 Lusitanicæ & Castellæ Regum de finibus regundis disceptatio. 161.b
 Lusitanicæ & Hispanicæ Regum foedus de nauigationibus Oceanicis. 328.b
 Lusitanicæ regni comitia. 4.a
 Lusitani aliquot ab Emmanuele pristinæ restituti. 9.b
 Lusitani diuinitus ab hoste liberati. 67.a
 Lusitani fame laborant. 198.a
 Lusitani in terram incognitam delati. 126.a
 Lusitani legati cum Sopho colloquium. 305.b
 Lusitani per Indiam in duas factiones diuisi. 174.a
 Lusitani 70. apostatæ. 225.a
 Lusitani Sacerdotes in Congum Aethiopiæ regnum mittuntur. 76.b
 Lusitani 13. Goam primi irrumpunt. 205.a
 Lusitani 13. per seditionem in templo combusti. 125.a
 Lusitanorum acies naualis. 149.b
 Lusitanorum prælium cum Calecutiensibus. ibid.
 Lusitanorum ad Diense bellum apparatus. 353.a
 Lusitanorum aliquot aduersa fortuna. 212.a
 Lusitanorum atrocissimum prælium, & victoria. 232.a
 Lusitanorum atrox cum Temungamo prælium. 248.a. redintegrata postridiè pugna. 248. b
 Lusitanorum atrox prælium cum Armuziensibus. 367.a
 Lusitanorum cædes. 57.b
 Lusitanorum captiuorum ad Suarium literæ. 105. b
 Lusitanorum clades. 186.b
 Lusitanorum clades insignis. 360.a. à Mascaregna vindicata. ibidem.
 Lusitanorum cruenta victoria. 262.b
 Lusitanorum cum Calecutiensibus pugna naualis. 131.a
 Lusitanorum cum Cranganorensibus pugna naualis. 107.a. victoria. ibid. prælium terrestre. ibidem.
 Lusitanorum cum incognitis Barbaris pugna. 126.a
 Lusitanorum cum Indis nuptiæ. 213.a
 Lusitanorum cum Mauris pugna. 69.a. 155.a
 Lusita

I N D E X.

Lusitanorum cum Rege Cochimensi foedus.	
Lusitanorum cum Rege Coulamensi foedus.	
Lusitanorum cum Xerifio bellum, 282.b. pugna atrox,	84.a
de eodem victoria.	ibid.
Lusitanorum de Albuquerque querelæ.	283.a
Lusitanorum de Almedinensibus victoria.	180.a
eorundem de Arabibus victoria.	239.b
Lusitanorum de Arize victoria,	ibid.
item de Tazarotensibus.	237.a
Lusitanorum de Barraxa victoria.	237.b
Lusitanorum de Calcutijs victoria.	236.b
Lusitanorum de Calcutiensibus victoria.	98.b
Lusitanorum de Calcutijs victoria.	82.a
Lusitanorum de Calcutijs victoria insignis.	61.b
Lusitanorum de Fessenibus victoria.	104.a
Lusitanorum de Garabienibus victoria.	201.b
Lusitanorum de Marochienibus victoria.	335.b
Lusitanorum de Mauris victoria.	300.b
Lusitanorum de Persis victoria.	9.a. 44.a
Lusitanorum de Mauris victoria.	172.b
anceps cum Xerifio prælium.	246.a
Lusitanorum de Rozalcamo victoria.	240.b
Lusitanorum discrimen. 94.b. victoria planè diuina.	226.a
Lusitanorum discrimen. 210.a. victoria. 210.b. prælium allius	95.a
& victoria. ibid. clades.	108
Lusitanorum discrimen. 178.a. victoria.	211.a
Lusitanorum Ducum ab Albuquerque defectio.	178.b
Lusitanorum Ducum aduersus Albuquerque conspiratio.	171.b
168.b. ad Coieatarum de Albuquerque querelæ.	169.a
Lusitanorum discrimen.	135.b
Lusitanorum stratagemata.	135.b. 136.a
Lusitanorum fortitudo, & cruenta cædes. 153.b. de Laurentio	153.b
Almeida luctus.	ibid.
Lusitanorum fuga.	156.b
Lusitanorum Goæ obfessorum fames.	225.a
Lusitanorum excursiones in Mauros.	238.b
atrox cum Mauris prælium.	ibid.
Lusitanorum eximia de Goensibus victoria.	206.a
Lusita	206.a

I N D E X.

Lusitanorum eximia de Pateonuzio victoria.	249.a
Lusitanorum extremum discrimen.	287.a
trepidatio in castris.	287.b
Lusitanorum illustris de Pacemensibus victoria.	361.b
Lusitanorum in Aleassaribus Quibirij agrum excursio.	316.a
Lusitanorum in arce Chaulensi discrimen. 364.a. atrox cum	
Hagamahedo discrimen.	364.b
Lusitanorum in Cananorensi arce fames.	136.b
Lusitanorum incruenta de Onorensibus victoria.	122.a
Lusitanorum incruenta victoria.	142.b
Lusitanorum in Mauros excursio.	69.b
Lusitanorum in Mauros stratagemata.	158.a
Lusitanorum in Mauros ad Marochium excursio. 281.b. vi-	
ctoria de Mauris.	282.a
Lusitanorum insignes victoriae.	83.b
Lusitanorum insignis victoria.	333.b
Lusitanorum in vrbe Goa periculum.	205.a
Lusitanorum in victos Dabulenses sæuitia.	175.a
Lusitanorum ius nauticum per Indiam.	134.a
Lusitanorum magna clades.	287.a. b
Lusitanorum militum pietas.	97.a
Lusitanorum mira diligentia.	94.a
Lusitanorum miserabilis clades.	362.
Lusitanorum naualis victoria.	58.a. 68.a
Lusitanorum naualis victoria.	292.b
Lusitanorum periculosa in Mauros excursio.	70.a
Lusitanorum primus in Indiam aduentus.	30.b
Lusitanorum periculum.	131.b
Lusitanorum victoria.	ibidem
Lusitanorum per Indiam infamia.	292.a
Lusitanorum prætoriana nauis vado allisa.	152.b
Lusitanorum parum scælix in Mauros eruptio.	45.b
Lusitanorum publica de Goa ciuitate consultatio.	296.a
Lusitanorum Regum Mausoleum.	41.b
Lusitanorum quinque stupendum facinus. 344. b. victoria	
planè diuina.	345.a
Lusitanorum quorundam contra Albuquerque tumultus. 197. a	
Lusitanorum quorundam contumacia vinculis & dedecore	
punita. 199. b	

I N D E X.

Lusitanorum quorundam ab Albuquerque secessio.	19
Lusitanorum strages.	s. b.
Lusitanorum stupenda victoria.	137. b
Lusitanorum summum discrimen. 100. a. diuinitus ciuitatum.	ibidem
Lusitanorum tumultus & calamitas grauissima.	301. b
Lusitanorum victoria.	233. b
Lusitanorum victoria. 231. b. acre praelium & repulsa.	231. b
Lusitanorum victoria. 312. b. pugna naualis.	ibid.
Lusitanorum victoria Mauricis insidijs corrupta.	47. a
Lusitanorum victoria naualis.	55. a
Lusitanus nauarchus à Barbaris auectus.	145. a
M	
M achiadi pius zelus. 223. a. miserandum in liberos facinus. ibidem. ad Lusitanos apostatas exhortatio.	ibidem
Machiadus ad obfessos Lusitanos transfugit.	25. b
Madagascaris insula. n. S. Laurentij inuentio.	126. b
Madagascaris. n. insulae S. Laurentij descriptio.	146. a
Maduram inf.	366. b
Magadaxum Aethiopiae ciuitas.	40. b
Magadaxum oppid.	144. a
Magadaxum à Lusitanis intactum relictum.	147. a
Magallanici erroris de Maluccarum situ causae & origine.	328. b
Magallanici freti inuentio.	330. a
Magallani nauigatio Moluccensis, eiusq; successus.	330. a
Magnanimus verè quis sit.	356. a
Mahumetis Anconij summa erga superiores fides. 117. b. magnanimitas.	118. a
Mahumetis Quiloae regis proditoria caedes.	220. b
Mahumetes Quiloae rex & Emmanuelis tributarius.	117. a
Maim fl.	175. b
Malabares populi.	34. a
Malaca direpta.	220. b
Malacae praesidium Lusitanicum.	229. b
Malacae ex ducum dissensione tumultus.	316. b
Malacae inopia commetu subleuata.	232. a
Mala.	

I N D E X.

Malacae oppugnatio.	217. a
Malacense bellum.	216. b. 245. a. 321. a
Malacensis arcis aedificatio.	220. b
Malacae arcis perditio irrita. 249. a. Maxelisijs caede punita. 249. b	
Malacensis exercitus & instrumenta Bellica.	216. b
Malacensis magistratus ab Albuquerque constituti.	229. a
Malacensis Regis ad Albuquerquei fraudulenta legatio.	216. b
Malacensis Regis fuga.	220. a
Malacensis regis tegnae.	217. a
Malacensis rex vulneratur.	218. a
Malacensis suburbij incendium.	217. a
Malacensis vrbs pars incensa.	218. b
Maldinensis ad Albuquerquei legatio.	230. b
Maldiuæ insulae.	129. a
Malepuræ S. Thomæ Apostoli sepulchrum.	108. b
Malucarum exploratio.	228. b
Mamelos Saraceni de Lusitanorum iniurijs querela.	134. b
Mameluci.	151. a
Mandaua ciuitas.	275. a
Mangatenis Princeps prodicionis accusatus.	101. a
Manxor Marroquienis Calipha.	68. b
Margarithæ Austriacæ abortus.	18. a
Maria ab Indis sacrificis inclamata.	32. a
Mariae Lusitanorum Reginae mors.	314. b
Marochiense bellum.	240. a. 284. b. 300. b
Martabanum porrus.	296. b
Mascarenæ cum Iehabentafuso dissidium.	350. a
Mascarenæ excursio in Mauros. 334. a. periculum.	334. b
Massagani oppidi obsidio. 255. a. descriptio.	ibid.
Matarana fl.	145. a
Matthæi Aethiopum legati mors. 338. b. Dalaza. insula.	ibid.
Maura sancti captiuitas.	208. b
Maurorum clades.	87. b
Maurorum cum Lusitanis pax. 211. b. velitatio.	44. b
Maurorum deditio & foedus cum Emmanuele.	264. b
Maurorum de Lusitanis præclara victoria.	302. a
Maurorum excursioner.	235. b
Maurorum fuga.	69. a
Mau.	

I N D E X

Maurorum in Lusitanos conspiratio.	238 a
Maurorum in Lusitanos insidiæ.	155. a
Maurorum in Lusitanos irritus impetus.	211. a
Maurorum in victos Lusitanos immanitas.	156. b
Maurorum perfida in Lusitanos conspiratio.	208. b
Maurorum præ fame voluntaria seruitus.	371. a
Maurorum 500. insignis calamitas.	284. a
Maurorum trepidatio & fuga.	70. a
Maurorum tumultus.	265. a
Maurus quidam ab amassia ad prælium excitatus.	44. a
Maxelizij proditoris iusta cædes.	249. b
Maximiliani imp. mors.	346. a
Mazalquibirus Castellij situs.	46. b
Maziæ defectio punita.	198. a
Mazua inf.	337. b
Mediolanenses duo ad Calecutiensem transfugiunt.	75. a
Mediolanensium duorum perfidia punita.	131. a
Melichiazij ad Albuquerqueium Legatio.	235. a
Melichiazij ad Almeidam literæ.	175. b
Melichiazij de pace legatio.	179. b
Melichiazij ficta erga Albuquerqueium beneuolentia.	253. a
Melichiazij pax cum Almeida.	179. b
Melichiazijus comæatum Goam mittit.	226. b
Melichij Sacæ ad Siqueiram legatio, 353. a. cum Siqueira colloquium.	353. b
Melij cædes.	173. b
Melij cum Almeida disceptatio.	186. a
Melrai & Tjmoixæ fuga.	222. a
Melindensis ad Gamam legatio. 29. b. Regis filius Gamam inuisit.	30. a
Melindensis ad Emmanuelem legatio.	40. b
Melindij Regis ad Gamam nuncius.	65. a
Melindij Regis erga Lusitanos hospitalitas.	53. b
Melindij Regis ad Almeidam legatio.	120. a
Melindis vrbis situs & regionis mores.	29. a
Mequinezia ciuitas.	154. a
Mequineziense bellum.	360. b
Mequinezius Rex suorum perfidia castris exutus.	263. a
Meten.	

I N D E X.

Metensis portus.	337. b
Michael Emmanuelis fil. Lusitanie inauguratur.	21. b
Michaelis Hispaniæ Principis mors.	42. b
Milites sacri per Lusitaniam castitatis religione soluti.	11. b
Militum sacrorum instituta.	ibid.
Militum sacrorum laxatæ continentie reprehensio.	12. a
Miraculosa victoria.	78. b. 243. a
Miramiriami ad Albuquerqueium legatio, & ficta beneuolentia. 251. a. de Lusitanis querela.	ibid.
Miramiriamus A denæ præfectus.	250. b
Mirochemus Saraceniæ classis præfectus.	151. b
Mirochemi cædes.	308. b
Mirochemi classis. 176. a. ad milites concio.	ibid.
Mirochemi fuga.	179. a
Missæ Azamoræ celebrata.	257. a
Missæ vsus apud Cranganorenses.	107. b
Missæ sacrificium primum in Brasilia quando celebratum.	48. b
Missæ in Zacotorensi insula celebrata.	149. a
Mochris mors.	359. a
Modafarij tumultus, & factio eius Armuzio eiecta.	281. b
Moderatio animi summa in duob. Tyrannis.	140. b
Molucarum insularum ab Olysiptonedistantiæ.	329. a
Molucensis controuersie fructus.	ibid.
Mombaza capta diripitur. 119. b. incenditur.	118. b
Mombazæ ciuitatis situs. 28. a. eiusdem ad Gamam Legatio.	28. a
Mombazæ oppugnatio. 119. a regia capta, fugato rege.	119. b
Mombazense bellum.	118. b
Mondragonius pirata captus & dimissus.	182. a
Montis maioris ciuitas peste infestata.	9. b
Montis maioris ciuitatis situs.	4. a
Mons viridis.	259. b
Monzaidæ Tunetenensis mercatoris ad Gamam aduentus.	31. a
Monzaida in clientelam à Gama susceptus.	39. a
Mozambique inf. 24. b. eius situs.	25. b
Mozam.	

I N D E X.

Mozambiquensis nauarchi dolus.	28.a
Mozambiquensis regis in Christianos inſidiae detectae.	29.a
Muar fl.	232.a
Muarenſis ſtationis expugnatio.	321.b
Myriſtica nux.	232.b

N.

N Acri ad Iehabentafufum literæ.	359.b
Nafe opp.	261.a
Nahodabegnæ cædes inſtructa.	215.a
Naires Indorum nobiles.	31.b
Nairum ſuperſtitio	92.b
Nambeadara Cochimi rex.	125.b
Nantum opp. 317.a eius deſcriptio.	ibid.
Naramuhimi victoriæ. 74.a. cedes.	74.b
Naramuhimus, Cochimienſis exercitus Imperator.	74.a
Narſingæ regnum.	83.b
Narſingæ regis regia. 123.b. victus & cultus. ibid. Sepultura, iuſtitia, theſauri, exercitus & ſtipendiarij. ibid. eiufdẽ paciſica ad Almeidam legatio. 124.a. eiufdem ad Emmanuelẽ munera.	124.a
Narſingenſis ad Albuquerqueium legatio.	153.b
Narſingenſis ad Gœ Præfeſtum legatio.	355.a
Narſingenſis Regni deſcriptio.	122.b
Narſingenſium dies feſti. 123.a. fides de animorũ immortalitate. ibid. Duella	ibid.
Nau Aethiopiæ Rex.	270.a
Nauale cum Saracenis prælium.	151.b
Naualis pugna cum Saracenis.	49.b
Naubeadarimi pro pace ad Fr. Albuquerqueiũ exhortatio.	84.b
Nauigationes Australes.	5.a
Nauis factitij & innoxij ignis beneficio ſeruato.	315.a
Nauis robuſtiſſimæ expugnatio.	178.b
Nautici cuiuſdam inſtrumenti deſcriptio.	36.a
Nazzarius Feſſæ Rex.	154.a
Negligentia punita.	116.a
Nili fontes.	271.a
Ninachetuenſis apparatus funebris. 273.b. ad Pop. Malaceniſem fu-	

I N D E X.

ſem funebris oratio. 273.b. voluntaria mors.	274.a
Ninachetuenſis dignitate ſpoliarus.	272.b
Nonius Maſcaregnas Araidio ſuffectus.	302.a
Noradini duorum filiorum in Armuzienſe regem conſpiratio.	167.b
Norognæ victoria. 332.b. prælium redintegratum atrociter. 333.a. eius diſcrimen ex vulnere.	ibid.
Norognæ crus tranſfixum.	200.b
Norognæ in Mauros eruptio.	332.b
Norognæ mors.	201.a
Norognæ ſtrategema.	281.a
Norognæ temeritas.	210.a
Nonij ſœlix in Luſitaniam reditus.	62.b
Nunciij mittendi noua ratio.	82.a

O.

O doardi Galuani mors.	310.a
Odoardi Pacieci ad Cochimienſis deſperatam orationem reſponſum. 89.b. minæ in tranſfugas. 90. a. v. gilitantia. 90.b. ſeueritas in tranſfugas.	ibid
Odoardi Pacieci exiguum præſidium, & virtus. 85.a. vide, Paciecius.	
Odoardi Pacieci periculũ. 83.a. in Repelincenſes impetus. 32. l.	
Odoardus Paciecius.	81.b
Olyſſipone tumultuatum in Hebræos.	114.b
Olyſſippo peſte infeſtatur.	115.b
Omirabith. fl.	255.a
Onorenſe bellum.	121.b
Onorenſis regis ad Almeidam legatio.	121.a
Onorenſis regis perfidia.	121.b
Onorenſis tum claffis tum vrbis incenſa.	ibid.
Onorenſium fuga. 122. a. prælium cum Luſitanis.	ibid.
Ordinum militarium per Luſitaniam & Hiſpaniam origo & ſucceſſus.	11.a
Oratio. n. Emmanuelis & Iſabelæ inauguratione.	19.a
Oſſonobona vrbs.	254.b

P.

P acemenſe bellum.	361.a
Pacemenſe regnum.	225.a
Pacemen.	

I N D E X.

Pacemensis tumultus, & exco bellum.	344.2
Pacici commendatio, & apud Lusitanos auctoritas.	113. a.
fortuna tenuis & summa integritas. ibid. eiusdem virtus summa ingratitude pensata.	ibid.
Pacici cum Calecutiensibus praelium.	93. b. stupenda victoria.
	94. a
Pacici durities, celeritas & diligentia.	96. a. ad milites oratio
	97. a
Pacici excursiones.	91. a
Pacici exercitus contra Calecutienses.	91. b
Pacici in Calecutienses expeditio.	92. b. pugna & victoria.
	ibid.
Pacici insignes victoriae.	85. b
Pacici in Cambalamum excursio.	94. a
Pacici machinae bellicae Calecutijs oppositae.	102. b. ad Deū preces.
	103. b
Pacici munitiones.	101. b. pugna naualis. 102. a. discrimen.
	ibid.
Pacici oratio fidei Christianae plenissima.	92. a
Pacici per Indiam fama & auctoritas.	105. a
Pacici pugna naualis.	97. b. victoria insignis.
	98. b
Pacici vigilantia.	97. b. stratagemā.
	ibid.
Pacici victoria stupenda.	100. b
Pacici victoria plane diuina.	95. a. aliud praelium. ibid. victo.
	95. b
Pacico structae à Calecutio insidiae.	104. b
Pages Brasiliensium harioli.	50. a
Palignarium vadum.	96. a
Palmarum Arborum descriptio.	25. b
Palurtium.	96. b
Panane incensa.	150. a
Panane opp.	149. a
Pandarane opp.	11. a. 67. b
Panginensis arcis expugnatio.	198. b
Pangin opp. incensum.	193. a
Panthera venatica.	265. b
Panotia.	212. b
Paracatiræ fuga.	232. a
	Pate.

I N D E X.

Paracatiræ infausta in Lusitanos conspiratio.	228. b
Paracatiriana munitionis expugnatio.	231. a
Parconuzij clades.	247. b. praelium nauale. 248. strages.
	ibid.
Parconuzij fuga.	249. a. clades ingens.
	ibid.
Parconuzij in Malacae regem conspiratio.	245. b. in Malaccen.
ses & Lusitanos expeditionis naualis.	246. a
Pauli Gamæ mors.	42. a
Paulus Iouius notatus.	179. a
Pax Calecutia.	84. a. à Fernando Correa violata.
	84. b
Pax cum Calecutiensibus.	253. b
Pax cum Garabiensibus.	337. a
Pax cum rebellibus Mauris.	237. a
Pax inter Almcidam & Albuquerqueium.	181. a
Pax Lusitanorum cum rege Pacemensi.	296. b
Pax Pacemensis.	345. a
Peguensis regis cum Lusitano foedus.	344. a
Pegui descriptio.	343. b
Pelagij Soufae caedes, & sociorum fuga.	174. b
Pereiræ guttur transfixum.	178. a
Perfidiae detestatio.	134. a
Perfica ad Armuzium regem legatio.	168. a
Perficæ regiae praefesti conuiuium.	305. a
Pestis Calecutiense regnum infestat.	102. a
Pestis in Calecutiensi exercitu.	98. b
Pestis in Lusitania.	114. a
Pestis Olyssipponem inuadit.	113. b. 325. b
Petri Albuquerqueij aduersus Arabas bellum.	275. a
Petri Mascaregae in Indiam aduentus.	230. b
Petri Nauarri subsidium Arzilenfi arcis missum.	158. b
Petri Soufae discrimen.	70. a
Petri Vasci Veigae interitus.	81. a
Petrus Aluarus Capralis Indicae classis praefectus.	42. a
Petrus Bastardus profugus à Barraxa Mauro hospitio excipitur.	226. b
	10. b
Petrus Pascalius Venetus ad Emmanuclen legatus.	60. b
Petrus Soufa Io. Menesij successor.	264. a
	Philip

I N D E X.

Philippi Austriaci in Hispaniam aduentus. 132.a
 Phocarum feritas. 23.b
 Pie factum. 236.b
 Piscis monstrosus. 49.a
 Pixidis nauticæ descriptio. 25.b
 Pontificis ad Emmanuelem nuncius, & dona. 22.a
 Pontificis Max. pro Veneris ad Emmanuelem commendati-
 tiæ literæ. 43.b
 Prælium equale. 238.a
 Prælium anceps & periculosum. 285.a
 Prælium inter fratres. 79.b
 Proditio. 74.b
 Proditorum dignissimum supplicium. 352.b
 Proditorum supplicium. 196.b
 Proditorum inueteratus mos notatur. 327.b
 Protoplastorum sepulchrum. 129.b
 Pugna cum Calaiatensibus. 172.b
 Pulaticami castrorum expugnatio. 198.b
 Pulaticami in Lusitanos tegna. 222.b
 Pulaticami irruptio in Goam irrita. 195.b
 Punicus astus. 241.d

Q.

Q Vadra ex suorum negligentia infortunium. 144.
 Quirosij virtus insignis. 366.
 Quc: xume in insula. 171.
 Quiloa insula. 27.
 Quiloa capta & spoliata. 116.
 Quiloæ arx struitur. 117.a
 Quiloæ descriptio. 53.a
 Quiloæ Rex. 25.a
 Quiloæ regis potentia & imperij amplitudo. 52.b
 Quiloense cum Lusitanis fœdus per Arabes turbatum. 53.b
 Quiloense mores. 52.b
 Quiloensis Regis captiuitas. 64.b
 Quiloensis regis precibus Arabes à vinculis soluuntur. 117.b
 Quiloensis tumultus. 128.a

Rabelli.

I N D E X.

R.

R Abelli mors temerè quæ sita. 223.b
 Rabelli temerarium facinus. ibid. a
 Radicum vsus panis vice. 146.a
 Rahi Benxamutij cædes. 302.d
 Rahi Benxamutij ad Lusitanorum fœderatos oratio. 301.a
 ad equites suos. ibid.
 Raixhamedij Armuzienfis tyrannus. 280.a
 Raixhamedij cædes. 281.a
 Raixhamedio structæ ab Albuquerque insidiæ. 280.b
 Rama promontorium. 200.a
 Rapandar opp. 198.a
 Raposi virtus. 362.b
 Religiosi in Congui regnum missi. 161.b
 Repelinensis Dynastæ in Lusitanos technæ. 101.b
 Repelinenses victi. 82.a
 Repelinensis oppidi incendium. 91.b
 Repelinum insula. 82.a
 Resbuti. 274.a
 Ridicula de nudis equitibus historia. 341.a
 Rod. Laurentij Rauasci iniquitas. 86.a
 pugna naualis cum Zanzibarensibus. ibid.
 Rodericus Laurentius Rauasus. 85.b
 Roderici Perciræ naufragium. 144.b
 Rozalcami fraudulentæ ad Vasconcelium literæ. 224.a
 Rozalcami in Lusitanos eruptio. 234.a. prælium acer-
 rimum. ibidem, pax cum Lusitanis, eiusque conditiones.
 ibidem: 224.b
 Rozalcami stratagema. 224.b
 Rumes, Indis Romani. 151.a
 Rumor de Presbytero Ioanne Christianorum Imp. 269.a
 Rusticanorum militum immanitas. 147.a

S.

S Aba fretum. 246.a
 Sacerdotes Cranganorensium conjugati. 108.a
 Sacri libri Cranganorensium Christianorum. ibidem.
 Sasin ciuitas. 138.a

D d d

Sasinien-

I N D E X.

Safiniense bellum.	236.b
Safiniensis belli apparatus.	316.b
Safiniensis tumultus.	142.a
Safinienſium perfidia & tumultus.	139.b
Safinij obſidio.	208.b
Safinij oppugnatio vehementiſſima. 209.a. altera oppugna- tio. ibid. obſidio ſoluta.	209. b
Sagris oppid. ſitus.	15.b
Scalabis ciuitas. n. Sanctarena.	3.a
Saldagnæ aquatio.	86.a
Sanctarena ciuitas, olim Scalabis.	3.a
S. Blaſij aquatio.	23.b
S. Crucis apud Congenſes veneratio.	78.a
S. Helenæ inſula.	62.a
S. Helenæ ſinus.	23.a & b
S. Iacobi Inſula. 22.a. fluuius.	23.a
S. Raphaelis terra.	24.b
S. Thomæ inſula.	85.b
Sanctorum veneratio Aethiopibus familiaris.	272.a
Saracena nauis capta, euadit.	122.b
Saraceni cuiuſdam maris ſuperſtitio.	152.a
Saraceni Nauarchi perfidia.	230.a
Saracenorum apud Calecutij Regem de Luſitanis querela. 57.a. in Luſitanos impetus.	ibid.
Saracenorum apud Calecutios tumultus.	57.a
Saracenorum de Luſitanis querelæ & monita.	312.a
Saracenorum de Zoſalenſi arce querela.	127.a
Saracenorum in Chriſtianos coniuratio. 36.a. Ad Calecutien- ſem Regem aduerſus Chriſtianos oratio.	36.b
Saracenorum militare conſilium. 247.a. pugna naualis. ibid. b. clades & fuga.	ibidem
Saracenorum ſeditioſa ad Coulamenſes oratio.	124. b
Saracenus ad Emmanuelem miſſus.	172.a
Sarmatarum triumphum in Luſitaniam, Emmanuelis vidēdi cau- ſa, proſectio.	298.a
Sea.	261. a
Securitatſ ſignum apud Goenſes.	195.a
Seditioſa duorum monachorum amentia.	115.a
Seditio.	

I N D E X.

Seditioſorum crudelis impietas.	115. b
Seditioſorum ſupplicia.	116.a
Seditiorum 500. in Hebræos crudelitas.	115.a
Selymi Turcæ victoria.	315.a
Septenſe bellum.	264.a
Serrani nauigatio.	202.a
Serrani naufragium.	232. b
Siacæ regnum.	292. b
Siamentis ad Albuquerqueium legatio.	221.a
Siamentis regni deſcriptio.	ibid.
Signum monſtri aureum.	68.a
Simonis Andradij in Sinas maleficia.	319. b
Sinarum regionis gentiſque deſcriptio.	318.a
Sinarum religio. 318. b. monaſteria, ſtudia literarum, Politia. 319. a	
Sinenſium 5. cum Albuquerque colloquium.	216. a
Siner oppidum captum à Luſitanis.	331. b
Sintræ opp. ſitus.	17. b
Sinus Pulcher in ſ. S. Laurentij.	144. b
Siqueiræ cum Barnagaſio ſœdus.	338. b
Siqueiræ cum Ducibus colloquium.	333. b
Siqueiræ Indica adminiſtratio ac reſ geſtæ.	322. b
Siqueiræ in Indiam reditus.	191. a. 339. a
Siqueira militum indignationem incurrit.	354. a
Siqueiræ nauigatio Indica.	202. a
Siqueiræ naufragium.	337. b
Soderij Ducum, de rerum ſumma, conſultatio.	76. a
Soderij & Corræ de diſceſſu ex India contentio.	71. b
Soderij pertinacia grauiter punita.	75. b
Soderij reſ circa Arabiam geſtæ.	75. a
Sotilicarij aues.	23. b
Souſæ cum Rege Congenſi colloquium.	78. a
Souſæ magnanimitas.	252. a
Souſæ ſolers factum.	227. a
Stratagema.	233. a 335. b
Suarij cum Calecutijs de pace tractatus.	106. a
Suarij imprudens factum. 311. a. claſſis immodica.	211. b
Suarij in Luſitaniam reditus.	111. b
	D d d 2
	Suarius

I N D E X.

Suarus pertinaciæ notatus.
 Suez, ol. Heroum ciuitas.
 Sylueriæ in Bengalam nauigatio.
 Syluij de Garabientibus victoria.
 Syluij discrimen.
 Syluij subsidium.

T.

T Ambaranis lapidis cultus superstitiosus.
 Tama, in insula.
 Tama labua insula.
 Tamarochium opp.
 Tanlensium stratagemata.
 Taprobana insula.
 Taracol ciuitas expugnata.
 Targa ciuitas.
 Taurisij ciuitatis descriptio.
 Tednest ciuitas.
 Temerariorum infœlix exitus.
 Tempestas prodigiosa.
 Templum a D. Thoma Apostolo ædificatum.
 Tentugallensis vulneratus.
 Terræ motus.
 Terra S. Crucis. n. Brasilia.
 Terra viridis eiusque incolæ.
 Terrestris tempestatis mira natura.
 Tertia insula.
 Thomæ Apostoli sepulchrum, vbi.
 Thomæ Apostoli corpus vbi sit, & quanti fuit.
 Timoiæ ad Albuquerqueium de bello Gocensi oratio.
 Timoiæ classis.
 Timoiæ & Melrai fuga.
 Timoiæ nuptiæ.
 Timoiæ Pirata.
 Tingi oppid. frustra oppugnatum.
 Tingi oppidum obsidione solutum.

106. a
 250. b
 320. a
 336. b
 ibid.
 ibid.
 123. a
 317. a
 ibidem
 332. b
 240. b
 245. a
 199. b
 3. b
 307. a
 259. b
 262. a
 60 b
 84. a
 158. a
 87. a
 49. a
 63. b
 145. b
 41. a
 108. b
 ibid.
 84. a
 191. b
 192. a
 222. a
 204. a
 39. b
 241. b
 46. a
 Tite

I N D E X.

Tite ciuitas capta. 257. a
 Toletanorum Burgensiumque vetus diffidium. 19. b
 Tnleti Pompa regia. 19. a
 Tributum immane Guilielmi Xebrensis consilio Hispaniæ imperatum. 348. b
 Trimumparæ Cochimensis regis fides. 71. b
 Trinumpara in regnum restitutus. 81. b
 Tristani Cugnæ res gestæ. 144. a. socij tempestate disiecti. ibid.
 Turcarum captiuorum facinus inauditum. 365. b
 Turca Christianorum metu à bello abstinet. 47. b
 Turcarum in Græcos & Venetos bellum. 43. a
 Tuil opp. euersum. 315. b
 Turoquuij expugnatio & Maurorum strages. 353. b
 Tyrannis horrenda. 293. a

V.

V Aipinum insula. 81. b
 Vasci Fernandij Cæsaris pugna prospera cum 2. Maurorum nauibus. 350. b. eiusdem Cæsaris cum 6. biremibus prælium. ibid. Cæsaris cum Britanica nauis in signis pugna. 379. a. Cæsaris in Mauros eruptio. 331. b. virtus. 332. a
 Vasci Gamæ cum Cochimi rege colloquium. 66. a. de fuga consilium. 37. b. in continente detentio apud Calecutios. 38. a. ad classem reditus. ibid. ad Calecutij regem literæ. 39. b
 à Calecutio discessus, & naualis victoria. ibid. in Aethiopia reditus. 40. b. nauigatio versus Portugalam. 41. a
 Vasci Gamæ, optatus in Lusitaniam reditus. 41. a
 Vascus Gama primus Indicæ classis præfectus. 16. b
 Vasconcelij ab Albuquerqueio defectio. 214. a
 Vasconcelij cum Albuquerqueio contentio. 213. b. 213. a
 Vasconcelij periculosa credulitas. 224. b. A trox prælii. ibi d.
 Vasconcelij res gestæ. 202. b
 Vasconcelius Rabello suffectus. 224. a
 Veigæ audacissimum facinus. 367. b. præclarum facinus. 368. a
 Veneta ad Emmanuelem legatio. 11. a. 60. b. 371. b
 Veneti subsidiū contra Turcas petunt ab Emmanuele. 43. b
 Vengapor regnum. 234. b
 Vengaporensis regis ad Albuquerqueium legatio. 234. b
 Villofi virtus. 362. b

I N D E X.

Virtus insignis duorum. Io. Menesij familiarium.	157.a
Victoria diuinitus concessa.	79.b
Victoria planè diuina.	345.a
Vltio diuina iniustæ cædis.	292.a
Vltio in Soderium diuina.	75.b
Vmbris oppidi expugnatio.	332.a
Vota monastica apud Cranganorenses Christianos vsitata.	108.a
Vtetimulariæ ambitio.	227.b
X.	
X Abandares Malacensis magistratus.	229.a
Xeraphi fuga.	369.a
Xeraphus perfidiæ regem Armusij necat.	ibid.
Xerisij clades insignis.	260.a
Xerisij aduersus Lusitanos bellum. 315. b. præliū arox & an.	ibid.
ceps.	238.b
Xerisij fuga.	264.b
Xerquientis ad Emmanuelem legatio.	240.a
Xerquientium cum Lusitanis pax.	
Z.	
Z Abaij, Goësis Dynastæ ad Gamã fraudulenta legatio.	40.a
Zabaij in Anchediuam expeditio irrita.	131.b
Zabaimi arcis expugnatio.	192.a
Zabaimi ad Albuquerqueium legatio.	199.b
Zabaimi bellum aduersus Albuquerqueium.	194.b
Zabaimi de Puletacamo simulas.	224.a
Zabaimi Dalcami ad Albuquerqueium legationes duæ.	235.a
Zabaimi exercitus & instrumenta bellica.	195.a
Zabaimi foedus cum Lusitanis renouatum.	314.b
Zabaimi in Lusitanos machinationes.	198.b
Zabaimus Goa potitur.	197.b
Zacoeiæ Mozzambiquensis regis humanitas. 26. b. infidiæ	27.b
in Christianos.	
Zacatora insula.	85.b. 147.b
Zacatorensis bellum. 147. a. prælium.	ibid.
Zacatorenses Christiani, eorumque mores.	147.b
Zacatorensis arcis expugnatio.	148.b
Zaca-	

I N D E X.

Zacatorensis arx Albuquerqueij iussu diruta:	218.b
Zacatorensium cædes. 148. b. seruitus. 147. b. virtus militaris.	
148. b. Christianorum de libertate gaudium.	149. a
Zafaradimi in Lusitanos impetus.	173. a
Zainalus veniam ab Albuquerqueio petit.	229. a
Zairus fl.	78. b
Zalis Bembarquæ præclarum facinus.	331. a
Zanzibar insula.	86. a
Zanzibarenses naues supra. 20. a. Rauasco contra foedus ca.	
ptæ.	86. a
Zanzibarensum pax cum Lusitanis.	86. b
Zanzibaris inf. descriptio.	40. b
Zeami cū Emmanuele foedus. 254. a. eiusdem perfidia.	254. b
Zeami perfidia.	154. b
Zeamus Azamorenensis rex Emmanuelis opẽ implorat.	ibid.
Zeila opp.	144. a
Zeila Aethiopiæ ciuitas. 310. a. capta & spoliata.	310. b
Zeilanda inf.	129. b
Zeiladense bellum.	322. b. 356. a
Zeilandensis ad Laurentium legatio.	130. a
Zeilandensis arcis oppugnatio.	356. b
Zeilandensis pax, eiusque capita.	322. b
Zeilandensis pax renouata.	357. b
Zeilandensis regis cum Emmanuele foedus.	130. a
Zeilandensis tumultus.	355. b
Zeinaldi Pacemenensis regis ad Albuquerqueium legatio.	215. b
Zincaturæ arx.	121. a
Zincaturæ Præfecti foedus cum Lusitanis.	121. a
Zirazium.	307. a
Zofala aurifera regio.	25. a
Zofalæ Principis foedus cum Lusitanis.	64. a
Zofalæ Rex, cæcus, Zufe nomine.	126. b
Zofalensis arcis ædificatio.	127. a
Zofalensis Regis cæci militaris fortitudo 127. b. cædes.	ibid.
Zofalensis Regis in Gnaiam perfidia.	127. a
Zofalensis regni descriptio.	128. a

F I N I S.